

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.

3 1761 01314118 9

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

PUBLIÉE

2^e SERIE.

SOUZ LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

XV. I.

LES

REGISTRES D'ALEXANDRE IV

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DES ARCHIVES DU VATICAN

PAR

MM. BOUREL de LA RONCIÈRE, J. de LOYE et A. COULON

ANCIENS MEMBRES DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME, ANCIENS ÉLÈVES DE L'ÉCOLE DES CHARTES

PREMIER FASCICULE

(Feuilles 1 à 16, pages 1 à 128)

PUBLIÉ PAR

M. BOUREL de LA RONCIÈRE



159308
30

PARIS

THORIN & FILS, ÉDITEURS

LIBRAIRES DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME, DU COLLÈGE DE FRANCE
DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE
ET DE LA SOCIÉTÉ DES ÉTUDES HISTORIQUES

4, Rue Le Goff, 4

15 MARS 1895

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PREMIÈRE SÉRIE (format grand in-8°)

- FASCICULE PREMIER.** — I. ÉTUDE SUR LE *Liber Pontificalis*, par M. l'abbé DUCHESNE, de l'Institut. — 2. RECHERCHES SUR LES MANUSCRITS ARCHÉOLOGIQUES DE JACQUES GRIMALDI, par M. Eugène MUNTZ, de l'Institut. — 3. ÉTUDE SUR LE MYSTÈRE DE SAINTE AGNÈS, par M. CLÉDAT. 10 fr.
- FASCICULE SECONDO.** — ESSAI SUR LES MONUMENTS GRECS ET ROMAINS RELATIFS AU MYTHE DE PSYCHÉ, par M. Maxime COLLIGNON, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes. 5 fr. 50
- FASCICULE TROISIÈME.** — CATALOGUE DES VASES PEINTS DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. Maxime COLLIGNON (avec sept planches gravées hors texte). 10 fr.
- FASCICULE QUATRIÈME.** — LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XV^e ET LE XVI^e SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ, de l'Institut, ancien membre de l'Ecole française de Rome. — PREMIÈRE PARTIE : Martin V — Pie II (1417-1464). Ouvrage couronné par l'Institut.
N.B. — Ce fascicule ne se vend qu'avec les IX^e et XXVII^e contenant les deuxième et troisième parties du travail de l'auteur. Prix des trois fascicules pris ensemble : 45 fr. net.
- FASCICULE CINQUIÈME.** — INSCRIPTIONS INÉDITES DU PAYS DES MARSSES, recueillies par M. E. FERNIQUE, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 1 fr. 50
- FASCICULE SIXIÈME.** — NOTICE SUR DIVERS MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE VATICANE. — RICHARD LE POITEVIN, moine de Cluny, historien et poète, par M. Elie BERGER, ancien membre de l'Ecole française de Rome et lauréat de l'Institut (avec une planche en héliogravure). 5 fr.
- FASCICULE SEPTIÈME.** — DU RÔLE HISTORIQUE DE BERTRAND DE BORN (1175-1200), par M. Léon CLÉDAT, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 4 fr.
- FASCICULE HUITIÈME.** — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES îLES IONIENNES. — I. CORFOU, par M. Othon RIEMANN, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec deux planches hors texte, et trois bois intercalés dans le texte). 3 fr. Voir *Fascicules XII et XVIII*.
- FASCICULE NEUVIÈME.** — LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XV^e ET LE XVI^e SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ, membre de l'Institut. — II^e PARTIE : Paul II (1464-1471). 1 vol (avec deux planches en héliogravure). 12 fr. Ouvrage couronné par l'Institut.
Ce fascicule ne se vend qu'avec le XXVII^e contenant la troisième partie du travail de l'auteur. (Voir également *fascicule IV*.)
- FASCICULE DIXIÈME** — RECHERCHES POUR SERVIR A L'HISTOIRE DE LA PEINTURE ET DE LA SCULPTURE CHRÉTIENNES EN ORIENT AVANT LA QUERELLE DES ICONOCLASTES, par Ch. BAYET, ancien membre des Ecoles françaises de Rome et d'Athènes. 4 fr. 50
- FASCICULE ONZIÈME.** — ÉTUDES SUR LA LANGUE ET LA GRAMMAIRE DE TITE-LIVE, par M. Othon RIEMANN, anc. membre de l'Ecole Fr. d'Athènes, 2^e édition, revue, corrigée et augmentée. 9 fr.
- FASCICULE DOUZIÈME.** — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES îLES IONIENNES. — II. CÉPHALONIE, par M. Othon RIEMANN (avec une carte). 3 fr. Voir *Fascicules VIII et XVIII*.
- FASCICULE TREIZIÈME.** — DE CODICIBUS MSS. GRÆCIS PII II, IN BIBLIOTHECA ALEXANDRINO-VATICANA schedas excussit L. DUCHESNE, gallicae in urbe scholæ olim socius 1 fr. 50.
- FASCICULE QUATORZIÈME.** — NOTICES SUR LES MANUSCRITS DES POÉSIES DE SAINT PAULIN DE NOLE, suivie d'observations sur le texte, par M. Emile CHATELAIN, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 4 fr.
- FASCICULE QUINZIÈME.** — INSCRIPTIONS DOLIAIRES LATINES. Marques de briques relatives à une partie de la *gens Domilia*, recueillies et classées par M. Ch. DESCENMET (avec un très grand nombre de bois et de figures). 12 fr. 50
- FASCICULE SEIZIÈME.** — CATALOGUE DES TERRES CUITES DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. J. MARTHA, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec un bois intercalé dans le texte, et huit belles planches en héliogravure hors texte). 12 fr. 50
- FASCICULE DIX-SEPTIÈME.** — ÉTUDE SUR PRENESTE, VILLE DU LATIUM, par M. Emmanuel FERNIQUE, ancien membre de l'Ecole française de Rome, (avec une grande carte et trois planches en héliogravure). 7 fr. 50
- FASCICULE DIX-HUITIÈME.** — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES îLES IONIENNES. — III. ZANTE. — IV. CÉRIGO. — V. APPENDICE, par M. Othon RIEMANN (avec deux cartes hors texte) 3 fr. 50 Voir *Fascicules VIII et XII*.
- FASCICULE DIX-NEUVIÈME.** — CHARTES DE TERRE SAINTE PROVENANT DE L'ABBAYE DE N.-D. DE JOSAPHAT, publiées par M. François DELABORDE, ancien membre de l'Ecole française de Rome (avec deux planches en héliogravure). 5 fr.
- FASCICULE VINGTIÈME** — LA TRIERE ATHÉNIENNE, ÉTUDE D'ARCHÉOLOGIE NAVALE, par M. A. CARTAULT, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec quatre-vingt-dix-neuf bois intercalés dans le texte et cinq planches gravées hors texte). 12 fr.
- FASCICULE VINGT ET UNIÈME.** — ÉTUDES D'ÉPIGRAPHIE JURIDIQUE : DE QUELQUES INSCRIPTIONS RELATIVES A L'ADMINISTRATION DE DIOCLETIEN. — I. L'EXAMINATOR PER ITALIAM. — II. Le MA-
- GISTER SACRARUM COGNITIONUM.** par M. Edouard CUQ, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 5 fr.
- FASCICULE VINGT DEUXIÈME.** — ÉTUDE SUR LA CHRONIQUE EN PROSE DE GUILLAUME LE BRETON, par M. François DELABORDE, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 2 fr.
- FASCICULE VINGT-TROISIÈME** — L'ASCLÉPIÉION D'ATHÈNES, D'APRÈS LES RÉCENTES DÉCOUVERTES, par M. Paul GIRARD, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec une grande carte et trois planches en héliogravure). 5 fr. 50
- FASCICULE VINGT-QUATRIÈME.** — LE MANUSCRIT D'ISOCRATE URBINAS CXI DE LA VATICANE. — DESCRIPTION ET HISTOIRE. — RECENSION DU PANÉGYRIQUE, par M. Albert MARTIN, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 1 fr. 50
- FASCICULE VINGT-CINQUIÈME.** — NOUVELLES RECHERCHES SUR L'ENTRÉE DE SPAGNE, CHANSON DE GESTE FRANCO-ITALIENNE, par Antoine THOMAS, anc. membre de l'Ec. franç. de Rome. 2 fr.
- FASCICULE VINGT-SIXIÈME.** — LES Sacerdoces ATHÉNIENS, par M. Jules MARTHA, anc membre de l'Ec. franç. d'Athènes. 5 fr.
- FASCICULE VINGT-SEPTIÈME.** — LES SCOLIES DU MANUSCRIT D'ARISTOPHANE A RAVENNE. ÉTUDE ET COLLATION, par M. Albert MARTIN, membre de l'Ecole française de Rome, maître de conférences à la Faculté des lettres de Nancy. 10 fr.
- FASCICULE VINGT-HUITIÈME.** Première section. — LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XV^e ET LE XVI^e SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ, membre de l'Institut. — TROISIÈME PARTIE : Sixte IV — Léon X (1471-1521). Première section (avec deux planches). 12 fr. — En préparation : Deuxième section. — Voir ci-dessus, fasc. IV et IX.
- FASCICULE VINGT-NEUVIÈME.** — LES ORIGINES DU SÉNAT ROMAIN. Recherches sur la formation et la dissolution du Sénat patrien, par M. G. BLOCH, ancien membre des Ecoles françaises d'Athènes et de Rome. 9 fr.
- FASCICULE Trentième** — ÉTUDE SUR LES LÉGYTHES BLANCS ATTIQUES A RÉPRÉSENTATIONS FUNÉRAIRES, par M. E. POTTIER, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec quatre planches en couleur). 6 fr.
- FASCICULE Trente ET UNIÈME.** — LE CULTE DE CASTOR ET POLLUX EN ITALIE, par M. Maurice ALBERT, ancien membre de l'Ecole française de Rome (avec trois planches). 5 fr. 50
- FASCICULE Trente-Deuxième.** — LES ARCHIVES DE LA BIBLIOTHÈQUE ET LE TRÉSOR DE L'ORDRE DE SAINT-JEAN DE JÉRUSALEM, A MALTE, par M. DELAVILLE LE ROUX, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 8 fr.
- FASCICULE Trente Troisième.** — ÉTUDE SUR LE CULTE DES DIVINITÉS D'ALEXANDRIE (*Sérapis, Isis, Harpocrate, Anubis*) HORS DE L'EGYPTE, depuis les origines jusqu'à la naissance de l'Ecole néo-platonicienne, par M. Georges LAFAYE, ancien membre de l'Ecole française de Rome (avec cinq planches). 10 fr.
- FASCICULE Trente Quatrième.** — TERRACINE, essai d'histoire locale, par M. R. DE LA BLANCHÈRE, ancien membre de l'Ecole française de Rome (avec deux eaux-fortes et cinq planches dessinées par l'auteur). 10 fr.
- FASCICULE Trente-Cinquième.** — FRANCESCO DA BARBERINO ET LA LITTÉRATURE PROVENCALE EN ITALIE AU MOYEN AGE, par M. Antoine THOMAS, anc. membre de l'Ec. franç. de Rome. 5 fr.
- FASCICULE Trente-Sixième.** — ÉTUDE DU DIALECTE CHYPRIOTE MODERNE ET MÉDIÉVAL, par Mondry BEAUDUIN, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes. 5 fr.
- FASCICULE Trente-Septième.** — LES TRANSFORMATIONS POLITIQUES DE L'ITALIE SOUS LES EMPEREURS ROMAINS (43 av. J.-C.-330 apr. J.-C.), par M. Camille JULLIAN, ancien membre de l'Ecole française de Rome. 4 fr. 50
- FASCICULE Trente-Huitième.** — LA VIE MUNICIPALE EN ATTIQUE. Essai sur l'organisation des démêmes au IV^e siècle, par B. HAUS-SOULIER, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes. 5 fr.
- FASCICULE Trente Neuvième.** — LES FIGURES CRIOPHORES DANS L'ART GREC, L'ART GRÉCO-ROMAIN ET L'ART CHRÉTIEN, par M. A. VEYRIES, anc. membre de l'Ec. franç. d'Athènes. 2 fr. 25
- FASCICULE Quarantième.** — LES LIGUES ÉTOILIENNE ET ACÉNÉENNE, LIUR HISTOIRE ET LEURS INSTITUTIONS, NATURE ET DURÉE DE LEUR ANTAGONISME, par M. Marcel DUBOIS, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes (avec deux cartes coloriées). 7 fr.
- FASCICULE Quarante Et Unième.** — LES STRATÉGIES ATHÉNIENNES, par M. Am. HAUVEAU-BLAISNAULT, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes. 5 fr.
- FASCICULE Quarante-Deuxième.** — ÉTUDE SUR L'HISTOIRE DES SARCOPHAGES CHRÉTIENS. — CATALOGUE DES SARCOPHAGES CHRÉTIENS DE ROME QUI NE SE TROUVENT POINT AU MUSÉE DI LATRAN, par René GROUSSET, ancien membre de l'Ecole française de Rome. Tome I^e. 3 fr. 50
- FASCICULE Quarante-Troisième.** — LA LIBRAIRIE DES PAPES D'AVIGNON, SA FORMATION, SA COMPOSITION, SES CATALOGUES (1316-1420), d'après les registres de comptes et d'inventaires des archives vaticanes par Maurice FAUCON, ancien élève de l'Ecole des Chartes, ancien membre de l'Ecole française de Rome. Tome I^e. 8 fr. 50
- FASCICULE Quarante-Quatrième ET Quarante-Cinquième.** — La (4 suivre.)

INCIPIT REGESTUM

DOMINI ALEXANDRI PAPE IIII PONTIFICATUS SUI ANNO PRIMO

1

Naples, 22 décembre 1254.

Potestati et communi Parmensibus notum facit, Innocentium IV papam VII idus decembris apud Neapolim per universae carnis viam de nequitia hujus saeculi evasisse et se ipsum concendisse speculam apostolici culminis. (*Archiv. Vatic.*, REGEST. 24, folio 1.)

« ... potestati et communi Parmensibus. Cathedra preminentie pastoralis in hac militanti Ecclesia per plurimos pontifices frequenti successione viciuitur, pro eo quod illos manere diutius nature mortalis conditione non permittit. In Ecclesia siquidem triumphantique superne patrie regionem inconcussa possessione jam obtinet, Salvator noster, Dei filius, Summus est Pontifex qui sempiterno fungitur sacerdotio manens in eternum et subacto mortis imperio semper vivens. In hac autem quam exemplarium instar celestium in consumationem Sanctorum super terram Dei sapientia fabricavit, pontifices mortalitatis intirmitate circumdati, ut constituantur pro hominibus apud Deum ex hominibus assumuntur. Hinc est quod illa indeficienti eterni sponsi gaudio et immortalitate beata luctum viduitatis ignorat; hec autem dum peregrinatur in terris corporum carceribus obligata frequenter cogitare viduitatis sue lamenta resumere ac tedia experiri.

ALEXANDRE IV, C. I.

Hiiis lamentis et tediis, sicut Domino placuit, qui auffert spiritum principum, Ecclesie sancte nuper concussa sunt viscera ejusque maxille perfuse amaro prolluvio lacrimarum, felicis recordationis Innocentio papa predecessore nostro VII idus decembris apud Neapolim per universe carnis viam de nequitia hujus seculi evadente: qui, cum adhuc necessarius esset et admodum utilis populo Christiano, forsitan ideo vocatus est a Domino ante tempus ut mundus in maligno positus presentia ejus agnoscetur indignus et ipse de iniuitatum medio que animam ejus diu cruciaverant tolleretur.

Die itaque sequenti, juxta morem. exequiarum sollemnitate premissa ejusque corpore in Neapolitana ecclesia tumulato, nos et fratres nostri ad substitendum convenimus successorem. Et missarum sollempniis in honore Sancti Spiritus devote ac humiliter celebratis, post aliquantulum de futuri substitutione pastoris tractatum, iidem fratres nostri oculos suos ad imbecillitatem nostram communiter et concorditer direxerunt, nos ad concendendam speculam apostolici culminis et subeundam gravissimam orbis sarcinam eligendo. Verum nos, ea re supra quam dici valeat stupescere et que ac qualis esset illa dispositionis divine vocatio anxie cogitationis examine revolventes intra

REGISTRES D'ALEXANDRE IV.

nos ipsos, quantum in illa potuimus fraterne instantie pressuro resedimus, meditando negotii gravitatem, metiendo vires, ponderando prudentiam, comparando merita et ad perticiendum sumptus virtutum necessarios computando. Denique videntes hec nobis non habundanter adesse, quin potius advertentes quod nichil nobis de nostris meritis revelabat proprie considerationis attentio, unde constitui mereremur in mundi vertice super gentes et regna et universalem in orbe terrarum eyellendi atque plantandi accipere potestatem in spiritu non continuacie vel contemptus sed timoris de nostros rum defectuum conscientia procedentis, non sequenda judicavimus vota fratrum sed manus ab opere ac humeros ab onere cohibendos. Consideratio enim gradus, casus nobis formidinem ingerebat; quia de tam alto culmine dignitatis, terribili videlicet loco Apostolorum principis, quisnam animus, quantumlibet magnus inspecta jacentis deorsum abyssi facie non paveret? Quis nempe jugum publice servitutis sub quo probata gigantum virtus et fortitudo virorum a seculo laudatorum hactenus genuit audeat scienter et prudenter appetere, quod spiritum meroribus torquet, mentem eviscerat, dies laboribus obsidet et noctes producit insomnes? O quam sani consilii et quam consulte deliberationis electio abjectum esse in domo Dei, magis quam loci eminentioris celsitudine preeminere! In convivio Christi locum tenere novissimum cum pacate quietis dispensio superius promoveri. Deficit nimurum spiritus considerantibus nobis undique quanta nunc ager mundi hujus malorum densitate silvescit et spem de viribus circa ejus cultum difficultas operis vix relinquit; cumque invalescens malignitas dissidentium corda populorum durasse videatur in lapides, ita ut manum Domini pauci sentiant in flagellis: cui dabitur filios Abrahe de lapidibus suscitare et reddere Domino populum acceptabilem bonorum operum sectatorem. Propterea exensavimus cum lacrimis et usque ad contristationis et indignationis offensam, eisdem fratribus importabilis nobis ingerentibus apostolatus sarcinam, duximus resistendum, orantes eos et per obtestationem divini judicii obsecrantes ut a nobis calicem hunc transferrent et tradarent alteri fortiori. Sed ipsi, utinam non ob nostrorum exigentiam peccatorum! irrevincibilis importunitatis instantia nostram residentiam evicerunt, cogentes nos invitatos suis desideriis consentire; et sic cum dolore cordis ac tremore quamplurimo infirmitatis nostre colla summisimus jugo apostolice servitutis: confidentes in Deo qui dat omnibus affluenter quod insufficientiam nostram quam humiliter recognoscimus et libere profitemur ex seipso misericorditer

adimplebit. Sollicitudine igitur ecclesiastice administrationis assumpta, divine propitiationis misericordiam imploramus ut per sue voluntatis beneplacita in viam pacis dirigens gressus nostros in hiis que sunt ad ipsum pro populo favorem nobis auxilii celestis aspiret: et eo nobis incrementum desuper largiente sub sacerdotio nostro proveniat quies regnis, pax ecclesiis, cordia pleibus et moribus disciplina.

Vos autem, filii, Deum timete et mandata ejus in spe mercedis immarcessibilis custodite, in hiis que secundum Deum sunt de nostra et apostolice Sedis benivolentia confidentes, quoniam vos tanquam devotos filios intendimus prosequi gratia et favore. Dat. Neapol., XI kalendas januarii, pontificatus nostri anno primo. »

2

Naples, 22 décembre 1254.

Magistro et universis fratribus ordinis Praedicatorum significat, Innocentium papam praedecessorem suum VII idus decembri in regno Siciliae, in civitate videlicet Neapolis, mortuum esse seque ipsum ad summi pontificatus apicem sublimatum. (REG. 24, f. 1^v; PORTHAST, *Regesta Pontificum Romanorum*, n° 15600.)

« Magistro et universis prioribus ac fratribus Ordinis Praedicatorum. Summa summi artificis —. Dat. ut supra. »

3

Naples, 22 décembre 1254.

Albrico de Romano gratulatur quod hostem Ezelino inimico Ecclesiae se constituere calcato naturae foedere decrevit; — significat seipsum ad relevandum statum ipsius Albrici et civitatis Tervisinae aliorumque marchiae Tervisinae intendere in brevi; — denique confirmat concessiones a Willermo rege Romanorum de bonis dicti Ezelini factas et per Sedem apostolicam confirmatas, non obstante qualibet reconciliatione. (REG. 24, ann. I, capitul. 1, f. 2; PORTHAST t5603.)

« Nobili viro Albrico de Romano. Fidei tue constantia —. Dat. Neapol., XI kal. januarii, anno primo. »

4

Naples, 21 décembre 1254.

Monachis Beatae Mariae Virginis de Valle Josaphat, qui olim, paganorum et aliorum malefactorum rabie imminentia, ipsum monasterium deserere et ad alium locum se transferre coacti fuerunt, indulget, ut omnibus libertatum privilegiis monasterio eidem indultis uti libere valeant, praescriptione contra

eos hostilitatis tempore non currente. (Reg. 24, ann. I, c. 2, f. 2; DELABORDE, *Chartes de Terre Sainte provenant de l'abbaye de Notre-Dame de Josaphat* (Biblioth. des Ecoles françaises d'Athènes et de Rome). Paris, 1880, in-8°, p. 99.)

« ... abbatii et conventui monasterii Beate Virginis Marie de Valle Josaphat, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Jerosolimitane dioecesis. Exigentibus vestre devotionis — Dat. Neapoli. XII kalendas januarii, anno primo. »

5

Naples, 23 décembre 1254.

Capitulo ecclesiae Rossanensis notificat confirmationem Helyae in archiepiscopum Rossanensem electi, a Cusentino autem electo cassati, denique consecrati. (Reg. 24, ann. I, c. 3, f. 2.)

« *Capitulo ecclesie Rossanensis.* Dilecti filii fratri Helye electi Rossanensis petitio nobis exhibita continebat quod felicis recordationis I. papa predecessor noster dudum presentatam sibi electionem factam olim de ipso in ecclesia Rossanensi dilecto filio ... Cusentino electo, examinandam commiserit oraculo vive vocis; idem electus dictam electionem, quia invenit eam a suspensi et suspenso presumpta et quia idem II. electionis hujusmodi confirmatione non habita ministravit, apostolica auctoritate cassavit. Verum ne dieta ecclesia gravem incurreret ex vacatione diutina lesionem, cum de persona ipsius H. laudabile nobis testimonium perhiberetur a multis, propter evidentem utilitatem ipsius ecclesie, idem electus de mandato ejusdem predecessoris renuntiatione prius ab ipso super hiis in ejusdem electi manibus facta, ipsum H., tunc archimandritam monasterii Carbonensis eidem Rossanensi ecclesie de novo preficit in archiepiscopum et pastorem, prout in litteris inde confectis et ipsius electi sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque ipsius H. precibus inclinati, quod super hoc ab eodem electo provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandum. Quocirca mandamus quatinus eundem fratrem tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ei obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ejus salubria monita et mandata inviolabiliter observando. Alioquin sententiam etc. usque observari. Dat. Neapoli, X kal. januarii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Rossanensis.

In e. m. populo civitatis et diocesis Rossanensis usque suscipientes ejusque salubribus et mandatis humiliter intendatis. Dat. ut supra.

6

Naples, 23 décembre 1254.

Helyam, archimandritam monasterii Carbonensis, diocesis Rossanensis, a capitulo Rossanensi in archiepiscopum electum, confirmat. (Reg. 24, c. 4, f. 2; POTTHAST 15606.)

« *Helye, electo Rossanensi.* Petatio tua nobis —. Dat. nt supra. »

[In e. m.] ... abbatii monasterii sancti Adriani Rossanensis. Petatio etc. usque illud auctoritate apostolica duximus confirmandum. Quocirca mandamus quatinus eundem fratrem in corporalem ipsius Rossanensis ecclesie possessionem inducas et defendas inductum, faciens sibi a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac de ipsius ecclesie provenitibus integre responderi.

7

Naples, 22 décembre 1254

Forum Adriae ab omni plateagio, plancagio, fundico seu duana liberat. (Reg. 24, c. 5, f. 2v.)

« *Communi civitatis Adrie.* Devotionis vestre precibus inclinati, forum civitatis vestre liberum volvis auctoritate presentium duximus concedendum, ita ut pro mercioniis que pro tempore ibi venduntur nullum plateagium, plancagium, fundicum seu duanam cuiquam solvere teneantur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XI kal. januarii, anno primo. »

8

Naples, 22 décembre 1254.

Fratrem Johannem in priorem monasterii sanctae Crucis Messanensis electum et a capitulo Messanensi, sede episcopali vacante, confirmatum confirmat. (Reg. 24, c. 6, f. 2v.)

« *Fratri Johanni, priori monasterii sancte Crucis Messanensis, ordinis sancti Augustini.* Cum a nobis —. Dat. Neapoli, XI kal. januarii, anno primo. »

9

Naples, 23 décembre 1254.

Electo quem archiepiscopus Sipontinus auctoritate litterarum Innocentii papae praeficit Lesineus ecclesiae in episcopum, indulget, ut beneficia ecclesiastica tempore promotionis possessa retinere libere possit, donec episcopatus praedicti plenam habeat possessionem. (Reg. 24, c. 7, f. 2v.)

« *Electo Lexinensi.* Exigentibus tue devotionis —. Dat. Neapoli, X kal. januarii, anno primo. »

REGISTRES D'ALEXANDRE IV.

10

Naples, 24 décembre 1254.

Abbatu et conventui monasterii Casinensis donationem theloae tabulae S. Germani, quam eis pro monasterii luminaribus clarae memoriae Henricus Romanorum imperator et rex Siciiae de consenso Constantiae uxoris suae imperatricis et reginae fecit, et concessionem ut abbas in terra ipsius monasterii per judices suos causas criminales decidi faciat, confirmat. (Reg. 24, c. 8, f. 2; POTTHAST 15607.)

« *Abbatis et conventui monasterii Casinensis. Magister Riccardus canonicus Beneventanus datus est super hiis conservator. Justis petentium desideriis —. Dat. Neapol. IX kal. januarii. anno primo.* »

11

Naples, 23 décembre 1254.

Archiepiscopo Sipontino terram tam patrimonialem quam matrimonialem et Castrum S. Quirici Sipontinae diocesis, ad quondam Burrellum de Anglonis nepotem ipsius pertinenter, tanquam proximiori et heredi testamentario confirmat. (Reg. 24, c. 9, f. 2v.)

« *... archiepiscopo Syponentino. Sollicitudinis vestre —. Dat. Neapoli, X kal. januarii, anno primo.* »

12

Naples, 28 décembre 1254.

Magistrum Leonem de Romania, canonicum Baioensem, Patrimonii beati Petri in Tuscia et Sabiniae rectorem constituit. (Reg. 24, c. 10, f. 2v.)

« *Magistro Leoni de Romania, canonico Baioensi. Ad diversas mundi provincias ex officii debito intente cogitationis extendentes aciem et undique per orbem pro salubri statu fidelium apostolice diligentie studium difundentes, circa terras precipue Patrimonii beati Petri in Tuscia et Sabinie ac ceteras Romane Ecclesie speciales nostre considerationis retorquemus intuitum et pro ipsarum conservatione potioris nimirum vigilante opera adhibemus. In his etenim terris suos eadem Ecclesia proprios recognoscit alumnos, hic devotos suos reperit et fideles. Hic est ortus Sedis apostolice proprius in quo nullus aliis particeps extat sibi quem solus Romanus pontifex custodit et protegit cuius ipse et non aliis gerit regimen et culturam. Hoc est ejus peculiare ponitum ubi grata subjectionis flores colligit et filialis dulcedinis poma decerpit, propter quod Ecclesia ipsa circa illius munimentum et cultum attentius cogitat et openi ad hoc propensionis studii administrat ut illud per devotionem sinceram puritatis respiret odorem et*

per fidelitatem integrum expectatum constantie fructum reddat. Verum quia tunc regio utiliter regitur, cum providi rectoris ducatu dirigitur et vigilis presidentis industria gubernatur. Nos volentes ut predictum beati Petri Patrimonium et prefata Sabinia duce gaudent circumspecto, quatinus illius providentia successibus optatis proficient et preserventur laudabiliter ab adversis, te de ejus fide sollicitudine ac prudentia pleniorum fiduciam obtinemus ejusdem Patrimonii ac predicte Sabinie regimini duximus deputandum, illa diligentie tue plenarie committentes, concessa tibi precipiendi, ordinandi, disponendi et statuendi sicut expedire videbis in eisdem Patrimonio et Sabinia neconon contradictores quoslibet et rebelles spirituali et temporali districione appellatione postposita compescendi libera potestate. Ideoque mandamus quatinus ad Patrimonium ipsum et Sabiniam te personaliter conferens, commissum illorum tibi regimen animose gerere studeas et exercere salubriter et prudenter. Ita quod exinde crescas meritis apud Deum penes nos gratia et apud homines clara forma. Nos enim sententiam sive penam quam spiritualiter et temporaliter vite tuleris in rebelles ratam etc. usque observari. Dat. Neapoli. V kalendas januarii, anno primo.

13

Naples, 28 décembre 1254.

Omnibus fidelibus Tusciae et Sabiniae mandat, ut dictum magistrum Leonem de Romania tanquam rectorem Patrimonii Beati Petri et Sabiniae accipiant. (Reg. 24, c. 10², f. 3.)

« *Universis episcopis ac dilectis filiis abbatis, prioribus, prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis tam exemptis quam non exemptis per patrimonium Beati Petri in Tuscia et Sabinia m) constitutis. Ad diversas usque potestate. Dat. ut supra.* »

In e. m. nobilibus viris, universis comitibus, baronibus, militesibus, castellanis neconon potestatibus, rectoribus, consiliis et communibus tam civitatum quam castrorum per patrimonium Beati Petri in Tuscia et Sabinia constitutis, fidelibus nostris.

14

Naples, 23 décembre 1254.

Guillelmo, abbatu de Malleonio, Pictavensis diocesis, concedit facultatem retinendi quoadvixerit pro restauratione monasterii vacantem ecclesiam parochiam de Riaumo, ejusdem diocesis, quae non consuevit nisi canonicis monasterii assignari. (Reg. 24, c. 11, f. 3.)

« *Guillelmo, abbatu monasterii de Malleonio, ordinis*

saneti Augustini, Pictavensis diocesis. Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis etc. usque exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, monasterium tuum sub predecessorum inorum régimine gravem in temporalibus incurrit lesionem, nos tuis supplicationibus inclinati, retinendi quoadvixeris pro restauratione ipsius monasterii ad manus tuas vacantem ecclesiam parochialem de Riaumo, Pictavensis diocesis, ad idem monasterium pertinentem, que non consuevit nisi canonicis ejusdem monasterii assignari, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultalem, proviso ut eadem ecclesia debitum etc. usque negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. X kalendas januarii, anno primo. »

15

Naples, 31 décembre 1254.

Bernardum, olim capellatum Innocentii IV et Assisianatem canonicum, in episcopum Perusinum praefecit. (REG. 24, c. 12, f. 3.)

« *Bernardo, episcopo Perusino. Vacante dudum pastore —. Dat. Neapoli, II kalendas januarii, anno primo. »*

In e. m. archipresbitero et capitulo Perusinis usque pastorem, verbis competenter mutandis. Nos igitur eundem episcopum cui de nostris manibus munus consecrationis impendimus ad prefatam ecclesiam cum nostre gratie plenitudine transmittentes, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem tanquam patrem et pastorem animarum vestiarum devote suscipientes obedientiam sibi et reverentiam debitam impendatis, ipsius salubribus monumentis et mandatis humiliter intendentes : Alioquin sententiam etc. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et diocesis Perusinarum.

In e. m. populo Perusino usque suscipientes devote ipsius salubribus, monumentis et mandatis humiliter intendatis. Dat. ut supra.

16

Naples, 28 décembre 1254.

Abbatii et conventui monasterii Vallisumbrosae significat, se, cum monasterium s. Hillari ordinis s. Benedicti Fesulanæ diocesis adeo sit collapsum quod vix aut nunquam possit in suo ordine reformari, idem cum ecclesiis, castris, villis etc. eorum coenobio in perpetuum unire ac concedere. (REG. 24, c. 13, f. 3; POTTHAST 15612.)

« *Abbatii et conventui monasterii Vallisumbrose, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Neapoli, V kalendas januarii, anno primo. »*

17

Naples, 28 décembre 1254.

Bona, possessiones, capellas, jura etc. monasterii s. Fortunati Tudertini transfert et annexit ecclesiae s. Angeli de Fontanellis ob permutationem inter monachos Vallisumbrosas et fratres Minores Tudertinos factam. (REG. 24, c. 14, f. 3v; POTTHAST 15611.)

« *Eisdem. Solet annuere Sedes —. Dat. ut supra. »*

18

Naples, 28 décembre 1254.

Guardiano et fratribus Minoribus conventus Tudertini quamdam permutationem cum abate et conventu monasterii s. Fortunati Tudertini factam confirmat. (REG. 24, c. 15, f. 3v; POTTHAST 15609.)

« *Guardiano et fratribus Minoribus conventus Tudertini. Quanto amplius sacre —. Dat. ut supra. »*

19

Naples, 30 décembre 1254.

Capitulo saecularis ecclesiae S. Jerosolimæ et hominibus de piscaria tam Burgi Novi quam Veteris consuetudines observatas temporibus Rogerii, Guillelmi I, Guillelmi II. Sicilie regum, neenon concessiones a Frederico imperatore ac Conrado nato ejus factas confirmat. Insuper concedit eisdem liberum introitum vel exitum dietæ terræ s. Jerosolimæ, absque ullo plaustratico, portuatico seu qualibet praestatione : tandem possessionem Salinarum quae vulgo *Domini et Patroni* vocantur, decima Curie reservata. (REG. 24, c. 16, f. 3v.)

« *Abbatii et capitulo secularis ecclesie Sancte Jerosolime ac hominibus de piscaria tam burgi novi quam veteris, nostris et Ecclesie Romane fidelibus. Matris Ecclesie etc., usque ubera hiis propinans. Quia igitur terra vestra ipsius Ecclesie brachiis totaliter se commisit, eam matrem et dominam recognoscens, nos hec diligenti consideratione pensantes ac volentes ejusdem terre honorein apostolice Sedis gratiis propensiis et sublimis ampliare, vestris in hoc desideriis assensu benivolo concurrendo, personas vestras et terram ipsam in devotione Sedis persistentes ejusdem, cum omnibus bonis vestris que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus : statuentes ut terra ipsa prefata Sedi remaneat, ita quod Romana Ecclesia semper absque ulle medio in perpetuum demanium retineat illam sibi. Sane ut ex affluentia ejusdem Sedis exultet dicta terra gaudio pleniori, omnes bonas consuetudines approbatas dudum*

in ipsa terra et pacifice observatas temporibus clare memorie Rogerii, Guillelmi primi et Guillelmi secundi Sicilie regum, ac honores, immunitates, exemptiones, jurisdictiones, libertates et jura omnia et quecumque privilegia super quibuscumque rebus rationabiliter concessa, neconon donationes, concessiones et locationes juste factas communitatii et ecclesie Sancte Jerosolimae ejusdem terre ac singulis ipsius personis a Sede apostolica et predictis regibus sive et a quondam Frederico olim Romanorum imperatore ac Conrado nato ejus vel officialibus eorumdem senab aliis dominis qui in regno Sicilie fuere pro tempore vobis auctoritate apostolica confirmamus etc. usque concedimus. Concedimus insuper quod homines prefate terre cum eorum mercioniis intrare et exire terram ipsam tam per mare quam per terram libere valeant, ita quod ad alicujus plateatrici vel portuatici seu cuiuslibet alterius juris prestationem nullatenus teneantur, memoratam quoque terram a talliis, collectis, exactionibus, liberam et immunem sicut eorumdem regum tempore fuisse dinoecitur precipimus permanere. Districtius inhibentes ne aliquis pretextu alicujus indulgentie seu privilegii apostolici impetrati vel impetrandi in platea seu portu aut mari ejusdem terre sibi jus aliquod vendicare presumat, nisi in eadem indulgentia vel privilegio impletandis de indulto hujus expressa mentio habeatur. Ad hec volumus quod possessiones salinarum ejusdem terre que vulgariter ibi *Domini et patroni* vocantur, salva decima que Curie de proventibus earum reddi et tradi predictorum, regum tempore consuevit, libere teneant et possideant salinas jamdictas et predicte terre homines de redditibus ipsi Curie debitissimo modo, siveque integre sibi respondeant sicut consueverunt de illis prescripto tempore respondere. Nulli etc. nostre protectionis, constitutionis, confirmationis, concessionis, precepti et inhibitionis etc. Dat. Neapoli, III kal. januarii, anno primo. »

20

Naples, 31 décembre 1254.

Nobili viro Thomasio de Supino et Sarracene de Prata uxori ejus, fidelibus suis, confirmat baroniam de Prata Sarracene jure hereditario pertinentem. (REG. 24, c. 17, f. 3^v.)

« Nobili viro Thomasio de Supino et dilecte in Christo filie nobili mulieri Sarracene de Prata, uxori sue, fidelibus nostris. Cum fidelitatis debite Romane Ecclesie accepta devotionis promptitudine prestiteritis juramentum, nos ob vestre sinceritatis affectum, volentes non solum jura vestra illesa vobis integra conservare, sed alias favore

vos prosequi gratiosa, vestris supplicationibus inclinati, baroniam de Prata cum baronibus et aliis hominibus, juribus et pertinentiis suis que ad te, filia Sarracena, hereditario seu successionis jure, sicut asseris, pertinent, vobis et heredibus vestris auctoritate apostolica confirmamus etc. usque concedimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II kalendas januarii, anno primo. »

21

Naples, 31 décembre 1254.

Universis hominibus baroniam de Prata dictam confirmationem notificat. (REG. 24, c. 17², f. 3^v.)

« Universis baronibus et aliis hominibus per baroniam de Prata constitutis. Cum dilectus filius nibilis vir Thomasius de Supino et dilecta in Christo filia nibilis mulier Sarracena, uxor ejus, fidelitatis Romane Ecclesie prestiterint juramenta, nosque volentes non solum jura sua illesa eis integra conservare, sed alias ipsos favore prosequi gratiose baroniam de Prata cum baronibus et aliis hominibus, juribus et pertinentiis suis ad ipsam Sarracenam hereditario seu successionis jure, sicut asserit, pertinentem, eisdem T. et S. ac suis heredibus duxerimus per nostras litteras confirmandam, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem T. et S. fidelitatis debite juramenta prestare et de omnibus illius juribus eis et ballivo ipsorum plenarie respondere curetis. Dat. ut supra. »

22

Naples, 2 janvier 1255.

Henrico, abbatii monasterii Sublacensis, utendi annuto, mitra, tunica, dalmatica, chirothecis et sandaliis, benedicendi pallias altaris ac afia ornamenta ecclesiastica, dandique omnes minores ordines ac benedictionem sollemnem scilicet *sit nomen Domini benedictum* in missis et vesperis plenam concedit facultatem. (REG. 24, c. 18, f. 4; POTTHAST 15615.)

« Henrico, abbatii et conventui monasterii Sublacensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Ut pulera et —. Dat. Neapoli, IIII nonas januarii, anno primo. »

23

Naples, 24 décembre 1254.

Petente episcopo Chimensi, confirmat et inserit litteras Eberhardi Salzeburgensis archiepiscopi quae, de consensu Innocentii papae III et Salzeburgensis capituli, in Insula Chimensi in monasterio regularium cathedram episcopalem instituerunt, Rudegerum in episcopum elegerunt mensamque ejus assigna-

runt : Dat. Salzburgi, III kalendas januarii, pontificatus Eberhardi anno XVIII. (REG. 24, f. 4, c. 19.)

« ... episcopo Chimensi. Hiis que ad —. Dat. Neapoli, IX kalendas januarii, anno primo. »

24

Naples, 4 janvier 1255.

[Algiso], episcopo Pergameno, et priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia concedit potestatem relaxandi excommunicationis et interdicti sententias quas I[nnocentius IV] papa necnon quidam apostolicae Sedis legati eorumque delegati in potestatem et commune Pergamena promulgaverant pro eo quod ipsi quondam Fr[ederico] olim imperatori et C[onrado] nato ejus ipsorumque officialibus et sequacibus contra Ecclesiam adhaeserant, sed praestito juramento de parendo mandatis ejusdem ecclesiae. (REG. 24, c. 20, f. 4v; POTTHAST 15618.)

« .., episcopo Pergameno, et .., priori provinciali fratrum Predicotorum in Lombardia. Exhibita nobis .., potestatis —. Dat. Neapoli, II nonas januarii, anno primo. »

25

Naples, 2 janvier 1255.

Gregorio, abbatii monasterii s. Theodori Gaietani de assensu Frederici imperatoris irregulariter electo, confirmat dispensationem quam, de mandato sui tunc Ostiensis et Velletronensis episcopi, concessit frater Egidius pontificalis penitentiarius, et litteras fratris Egidii datas Neapoli, IIII nonas novembbris, pontificatus Innocentii papae IIII anno XII, inserit. (REG. 24, c. 21, f. 4v.)

« Gregorio, abbatii monasterii sancti Theodori Gaietani. Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter annuimus et petitiones tuas quantum cum Deo possimus favorabiliter exaudimus. Cum igitur dilectus filius frater Egidius penitentiarius noster, super eo quod de assensu quondam Fr. dudum Imperatoris in monasterio tuo electus fuisse dinosceris. tecum de speciali mandato felicis recordationis pape predecessoris nostri duxerit dispendandum, prout in ejusdem penitentiarii litteris super hoc confectis plenius continetur: nos tuis supplicationibus inclinati, dispensationem eandem ratam et gratam habentes, ipsam auctoritatē apostolica etc. usque communimus. Tenor autem litterarum ipsarum talis est :

Naples, 2 novembre 1254.

Venerabili in Christo patri Dei gratia ... episcopo

» Gaietano, frater Egidius domini pape penitentiarius,
» salutem in domino. Ad notitiam paternitatis vestre
» volumus pervenire, religiosum virum dominum Gre-
» gorium, abbatem monasterii sancti Theodori Gaie-
» tani, latorem presentium, sua nobis confessione
» monstrasse quod, vacante olim dicto monasterio per
» mortem bone memorie Oderisii ipsius monasterii
» abbatis. conventus ejusdem monasterii, de assensu
» quondam Frederici imperatoris nondum depositi, sed
» excommunicationis tamen vinculo innodati, ipsum
» in eorum abbatem concorditer elegerunt; et canonicis
» ecclesie Gaietane ad quos confirmatio electionis
» hujusmodi tunc spectabat confirmantibus electionem
» eandem, idem Gregorius electus et confirmatus tan-
» quam abbas ipsius monasterii curam gessit in spiri-
» tualibus et temporalibus ministravit. Qui tandem
» infirmitate gravatus. de predicta electione habens
» conscientiam remordentem, per consilium confessoris
» sui fere per sex annos ejusdem monasterii adminis-
» trationem dimisit : super quo apostolice Sedis elec-
» mentia adiit humiliter supplicans sibi misericorditer
» provideri. Nos igitur de speciali mandato domini
» pape per venerabilem patrem dominum R. Ostiensem
» et Velletronensem episcopum (1) nobis facto, cum pre-
» dicto abbate dispensamus quod in suis ordinibus
» ministrare et dictum monasterium tanquam abbas
» secundum datam sibi a Deo gratiam valeat gubern-
» nare. Non obstante quod de assensu dicti Frederici
» fuit electus et item hujusmodi electionis gessit se
» pro abbatte monasterii sepedicti. Datum Neapoli,
» IIII nonas novembbris, pontificatus domini Inno-
» centii pape IIII anno duodecimo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli,
III nonas januarii. anno primo. »

26

Naples, 7 janvier 1255.

Johanni Ivonis, rectori ecclesiarum de Sunnigewelle et de Stodtonde, Saresbiriensis diocesis, dispensat ut, praeter ecclesias praedictas quarum proventus summam XXV marcarum argenti annis singulis vix excedunt, unicum adhuc beneficium recipere valeat. (REG. 24, c. 22, f. 4v.)

« Johanni Ivonis, rectori ecclesie de Sunnigewelle, Sa-
resbiriensis diocesis. Et si propter —. Datum Neapoli
VII idus januarii, anno primo. »

(1) Raynaldo de Segni, cardinal évêque d'Ostie et Velletri (1231-1254), n'est autre qu'Alexandre IV.

REGISTRES D'ALEXANDRE IV.

27

Naples, 7 janvier 1255.

Capitulo et clero Reginae ecclesiae mandat, ut obedientiam intendant et exhibeant Vernatio, olim capellano papae Innocentii IV, a dicto papa in archiepiscopum Reginum praefecto. (REG. 24, c. 23, f. 4v.)

« *Capitulo Regino et clero Reginarum civitatis et dioce-sis. Ecclesia Regina janudum —. Dat. ut supra. »*

In e. m. suffraganeis ecclesie Regine.

28

Naples, 5 janvier 1255.

Abbat s. Genovefae Parisiensis mandat, ut conventum ecclesiae Wintoniensis ad restituendum CCCXLV marcas sterlingorum a certis mercatoribus Senensibus mutuatas compellat, excommunicationem, interdictum et, duabus mensibus elapsis, suspensionem et citationem ad Curiam apostolicam adhibendo. (REG. 24, c. 24, f. 5.)

« *... abbat s. Genovefae Parisiensis. Cum Deuteaiwa Guidonis, Andreas Christofori et Bartholomeus Petri pro se et eorum sociis civibus et mercatoribus Senensibus dilectis filiis ..., priori cathedralis ecclesie Wintoniensis, ac Guillelmo de Kingat et Philippo de Osnan monachis et procuratoribus ejusdem prioris et conventus ecclesie supradicte, ordinis sancti Benedicti, renunciantibus constitutione de duabus dietis edicto in concilio generali et omnibus litteris et indulgentiis a Sede apostolica impetratis ac etiam impetrandis, trecentas et quadraginta quinque marcas sterlingorum auctoritate litterarum corundem prioris et conventus super mutuo contrahendo confectarum apud Sedem eandem pro expediendis predictorum prioris, conventus et ecclesie negotiis mutuarint certis sibi loco et terminis personados, prout in instrumento publico exinde confecto plenius continetur, discretioni tue ad predictorum prioris et procuratorum instantiam per apostolica scripta mandamus quatinus, si dieti prior et conventus et successores eorum in statutis loco et terminis juxta instrumenti predicti tenorem, ita quod nulla alia probatio vel certitudo super hujusmodi debito exigatur mercatoribus ipsis, quibus pretextu aliquibus constitutionis canonice vel civilis aut cujuscunq; privilegii vel indulgentie de quibus plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem probandi necessitatem volumus incumbere quod pecunia ipsa in utilitatem prefate ecclesie sit conversa, de pecunia non satisfecerint memorata, tu dictum priorem vel successorem ipsius qui tunc temporis fuerit excommunicationis mu-*

crone perceplens contra ipsum sublato appellationis obstaculo ecclesiastico subicias interdicto, et jamdiu priorem vel successorem ipsius ac alios de conventu excommunicatos facias publice nuntiari singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec prefatis mercatoribus de predicta pecunia cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, super quibus simplici verbo mercatorum ipsorum vel alicuius eorum sine aliqua alia probatione dicti prioris et conventus credere teneantur usuris omnino cessantibus fuerit satisfactum. Si vero dicti prior et conventus in hujusmodi sententiis per duos menses steterint, ab administratione spiritualium et temporaliuum suspendas, eosdem preligens ipsis terminum peremptorium competentem, quo prior personaliter, conventus vero per procuratores idoneos nostro se conspectui representent penam debitam pro meritis recepluri. Contradictores. Non obstante si dietis priori et conventui aut aliquibus aliis quod excommunicari, suspendi vel interdicci aut conveniri extra certa loca vel ad solutionem aliquorum debitorum nisi creditores legitime probaverint ea in utilitate ipsius ecclesie fuisse conversa, compelli non valeant a Sede apostolica sit indulatum et universis privilegiis, indulgentiis vel litteris apostolicis generalibus vel specialibus sub quacunque forma verborum obtentis et obtainendis et quibuslibet aliis per que id impediri vel differri valeat et de quibus seni predictorum privilegiorum, indulgentiarum et litterarum totis tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam fieri oporteat in presentibus mentionem et constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali. Dat. Neapoli, nonis januarii, anno primo. »

29

Naples, 4 janvier 1255.

Eidem mandat idem de alio mutuo CCXXX marcarum a procuratoribus conventus ecclesiae Wintoniensis erga certos mercatores Senenses et Romanos contracto. (REG. 24, c. 24², f. 5.)

« *Eidem. Cum Deuteaiwa Guidonis, Andreas Christofori, Bartholomeus Petri, Petrus Montanarius et Johannes Cesarii pro se et eorum sociis civibus et mercatoribus Senensibus et Romanis dilecto filio Johanni de Harewella monacho et procuratori dilectorum filiorum ..., prioris et conventus cathedralis ecclesie Wintoniensis, ordinis sancti Benedicti, renuncianti etc. ut in alia usque impetrandis, ducentas et triginta marcas sterlingorum auctoritate litterarum predictorum prioris et conventus super contrahendo mutuo confectarum*

apud eandem pro expediendis suis et conventus sui ac ecclesie predictae negotiis mutuarint etc. usque. Dat. Neapoli, III nonas januarii, anno primo. »

30

Naples, 5 janvier 1255.

Capitulo Treventino mandat, ut Nicolao, tunc monacho Sublacensi, a se qui in minori officio erat constitutus ecclesiae Treventinae praefecto in episcopum, obedient, non obstante mandato contrario O. s. Adriani diaconi cardinalis. (REG. 24, c. 25, f. 5.)

« *Capitulo Treventino. Cum venerabilem fratrem nostrum Nicolaum, nunc episcopum Treventinum, tunc monachum Sublacensem et capellatum nostrum, olim de felicis recordationis I. pape predecessoris nostri mandato, dum essemus in minori officio constituti, ecclesie Treventine prefecerimus in pastorem et episcopum. et eidem munus consecrationis duxerimus impendendum, et nunc ipse de mandato nostro ad ecclesiam ipsam accedat, universitatem vestram roganus, moneamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes quatinus, — non obstantibus litteris dilecti filii nostri O., sancti Adriani diaconi cardinalis, ad vos a dicto cardinale utpote circumvento, quod non obediretis episcopo supradicto preter conscientiam predecessoris nostri predicti, directis, sicut plene intelleximus ab eodem, — eum tanquam patrem et pastorem animarum vestiarum devote suscipientes, ei obedientiam et reverentiam debitam impendal, ipsius monitis et mandatis salubribus devote ac humiliter intendendo. Alioquin sententiam etc. usque observari. Dat. Neapoli, nonis januarii, anno primo. »*

In e. m. clero civitatis et diocesis Treventinarum.

In e. m. nobilibus et populo civitatis et diocesis Treventinarum usque humiliter intendatis.

31

Naples, 10 janvier 1255.

Roberto de Terry dispensat, ut, praeter ecclesiam de Wirigge cuius proventus summam XX marearum argenti annis singulis vix excedit, unicum adhuc beneficium recipere valeat. (REG. 24, c. 26, f. 5.)

« *Roberto de Terry, rectori ecclesie de Wirigge, Exonensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, III idus januarii, anno primo. »*

ALEXANDRE IV, t. I.

32

Naples, 7 janvier 1255.

Arinanno Penello de Lavania indulget, ut, praeter ecclesiam de Wepsted, possit adhuc plebanatum plebis de Varia, Januensis diocesis, licite recipere. (REG. 24, c. 27, f. 5.)

« *Arinanno Penello de Lavania, capellano nostro, rectori ecclesie de Wepsted, Norwicensis diocesis. Meritis tue probitatis —. Dat. Neapoli. VII idus januarii. anno primo. »*

33

Naples, 7 janvier 1255.

Albano Penello, comiti Lavanie, villam de Purzulasco ipsi ab electo et capitulo Pruniatenibus in feudum concessam, confirmat. (REG. 24, c. 28, f. 5^v.)

« *Nobili viro Albano Penello, comiti Lavanie, Januensis diocesis. Justis petentium etc. usque complere. Cum igitur, sicut petitio tua nobis exhibita continebat, dilecti filii .., electus et capitulum Pruniatenia villam de Purzulasco ad Pruniatensem ecclesiam pertinentem solitam infundari cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi prout spectabat ad ipsos in feudum duxerint concedendam, prout in publico instrumento inde confecto dicitur plenius contineri; nos tuis devotis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem electo et capitulo provide factum est ratum habentes et gratum. illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque concedimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, VII kalendas januarii, anno primo. »*

34

Naples, 2 janvier 1255.

Mandat ut clerici et laici Achaiae et Moreae, nonnullis monasteriis Nigripontensis insulae et rusticis casalis de Platano quae ad Constantinopolitum patriarcham pertinent exceptis, ad regionum istarum conservationem adversus hostiles insultus congrua subsidia largiantur. (REG. 24, f. 5^v, c. 29; cf. POTTHAST 15616.)

« *.., episcopo Argolicensi, et dilectis filiis .., decano Olenensi, et Guidoni de Lilla, clericu de Barulo. Tranensis diocesis. Circa negocium imperii Romanie sedulo cogitantes, vias et modos invenire studenus, quibus eisdem imperio in multis constituto necessitatibus possit utiliter et salubriter subveniri. Et licet pro eodem negotio multipliciter hactenus Sedes apostolica laborarit, nos tamen non possumus nec debemus propter hoc illud negligere, quin semper ad ipsius promotionem omnem*

quam possumus diligentiam impendamus. Sane intelleximus quod Achaeie et Moree regiones tante necessitatis articulo cohartantur, quod nisi eis per ejusdem Sedis providentiam celeriter succurratur, graviora eis poterunt pericula imminere. Propter quod decet et expedit ut circa regionum ipsarum statum sollicite vigilemus ad earundem munimentum efficaciter intendendo. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus universos archiepiscopos et episcopos ac alios ecclesiarum prelatos ne non procuratores cathedralium ecclesiarum vacantium et ceteros clericos beneficiatos ne non omnes religiosos tam exemptos quam non exemptos regionum ipsarum monachis attente ac efficaciter inducatis, ut provide attendentes quod hujusmodi negocium specialiter ipsos tangit, cum communis sit ipsis et aliis et prosperitas et adversitas in hac parte, tam per se quam per cunctos suos subditos clericos et laicos ad dictarum regionum conservationem adversus hostiles insultus et impugnationes hostium communium violentas, sicut laici tam nobiles quam alii regionum ipsarum eisdem subvenerint oportuna et congrua subsidia largiantur. Ut autem per predictos prelatos et alios earundem regionum acceleretur defensio sicut expedit et munimen, volumus vobis tenore presentium injungentes, ut requisito consilio prelatorum ipsorum hujusmodi imponatis et colligatis subsidia uno vel pluribus ad id vobis adhibitis fide dignis ipsamque collectam fideliter una cum eodem principe in predictarum regionum defensionem et communem predicti utilitatem imperii sicut expedire melius videritis convertatis; vos quoque propter hoc conveniens suffragium exhibere curantes dictos prelatos et alios ad id si necesse fuerit auctoritate nostra sublato appellationis obstatu compellatis. Non obstantibus apostolicis indulgentiis si quas habent quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, et quibuslibet aliis per quas nostri super hoc mandati executio impediri valeat vel differi, et de quibus plenam et expressam fieri oporteat in nostris litteris mentionem. Proviso quod quicquid ab eisdem prelatis et aliis occasione hujusmodi exhibebitur in scriptis fideliter redigi faciat: ut si oportuerit dignam exinde possitis reddere rationem. Ab hujusmodi autem subventione sancti Luce de Politica, sancte Tyriace, sancti Helye de Plantanisco et sancti Johannis Crisostomi monasteria sita in insula Nigripontensis, ne non et rusticos casalis de Platano quod est in terra dilecti filii nobilis viri Guidonis de Rocha cum ad venerabilem fratrem nostrum ..., patriarcham Constantinopolitum, pertinere dicatur eximi volumus, ita quod contribuere in hoc cum aliis nullate-

nus teneantur. Quod si non omnes etc. Dat. Neapoli, IIII nonas januarii, anno primo. »

35

Naples, 11 janvier 1255.

Abbatii et conventui monasterii Case mari, Vernlanac diocesis, concedit, ut instrumenta publica pro monasterio ipso a tabellionibus et judicibus pro favore quondam Frederici imperatoris excommunicatis coacto inconcessam obtineant firmitatem. (Reg. 24, c. 30, f. 5v.)

« ... abbatii et conventui monasterii Case mari, Cisterciensis ordinis. Verulanæ diocesis. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli tabelliones et judices tunc pro favore quondam Fr. olim Romanorum imperatoris ante et post depositionem ejus prestito excommunicationis vinculo innodati, pro monasterio vestro et membris ipsius super donationibus, emptiōnibus, legatis aliquis diversis contractibus instrumenta publica confecerunt. Unde ne propter excommunicationem predictam eadem instrumenta vacillent, provideri eisdem monasterio et membris per nostram sollicitudinem postulastis. Vestris itaque supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut excommunicatione hujusmodi non obstante instrumenta ipsa dummodo alias sint concepta legitime inconcessam obtineant firmitatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III idus januarii, anno primo. »

36

Naples, 23 décembre 1254.

Sinnibaldo, capellano suo, indulget ut, cum praepositura ecclesiae Chambleyarum, archidiaconatum Lingonensem ne non Senonensem, Lingonensem et s. Martini Turonensis prebendas ac alia beneficia quotunque retinere valeat. (Reg. 24, c. 31, f. 5v.)

« Synibaldo, capellano nostro, preposito ecclesie Chambleyarum, Lingonensis diocesis. Volentes tibi facere gratiam, per quam non solum tuis acrescat profectibus, verum etiam quieti tue adversus impetum quilibet consulatur, ad instar felicis recordationis J. pape predecessoris nostri, auctoritate tituli presentium indulsimus, ut, cum praepositura ecclesie Chambleyarum, archidiaconatum Lingonensem cui cura est animarum annexa, ne non Senonensem. Lingonensem et sancti Martini Turonensis prebendas quas obtines retinere ac alia adhuc beneficia seu paratus vel dignitates quotunque, etsi similem curam habeant, recipere licite, si tibi

canonice offerantur, ac ima cum predictis prepositura, archidiaconatu et prebendis retinere libere valeas, nec non tam in receptis quam in recipiendis hujusmodi paratibus, dignitatibus et beneficiis per vicarios cum volueris deservire ac percipere de ipsis in absentia tua ubicumque fuerint cum integritate proventus, nec ad superiores ordines quos hujusmodi paratus vel dignitates seu beneficia exigunt ascendere, a quoquam cogi possis invitus, nec etiam ex conditione seu modo vel onere hiis annexo vel imposito seu imponendo aliquatenus tenearis. Non obstantibus contrariis statutis —. Dat. Neapoli. X kalendas januarii, anno primo. »

37

Naples, 12 janvier 1255.

Parmensis et Januensis ecclesiarum praepositis mandat, ut Sinnibaldum praedictum super concessionibus Innocentii papae IV non permittant molestari, litteras Innocentii datas Asisii, V kalendas junii, anno XI^e pontificatus, inserendo. (Reg. 24, c. 31², f. 6.)

« .., Parmensis et .., Januensis ecclesiarum prepositis. Litteras felicis recordationis I. pape predecessoris nostri ejus bulla bullatas quas direxit vobis vidimus sub hac forma :

Assise, 27 mai 1254.

« Innocentius episcopus etc. dilectis filiis .., Par-
» mensis et ... Januensis ecclesiarum prepositis etc.
» Volentes dilecto filio Synibaldo nepoti et capellano
» nostro etc. usque attemptari, verbis competenter
» mutatis : preter, quam ad instar felicis recorda-
» tionis I. pape predecessoris nostri. Quocirca discre-
» tioni vestre per apostolica scripta mandamus, quati-
» nus prefatum prepositum non permittatis super hiis
» contra concessionis et constitutionis nostre tenorem
» ab aliquibus aliquatenus molestari. Molestatores
» ejus et contradictores si qui fuerint vel rebelles per
» vos vel per alium aut alios cum juris cognitione si
» oportuna fuerit de plano tamen et sine strepitu judi-
» ci per censuram ecclesiasticam appellatione postpo-
» sita compescendo. Non obstante si aliquibus —. Quod
» si non ambo etc. Dat. Asisii, V kalendas junii, pon-
» tificatus nostri anno undecimo. »

Cum autem nos ad instar predecessoris ipsius premissa eidem preposito auctoritate apostolica duxerimus indulgenda, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus juxta premissam formam ad defensionem et conservationem ipsius prepositi per vos vel per alium aut alios procedatis. Dat. Neapoli, II idus januarii, anno primo. »

38

Naples, 8 janvier 1255.

Castrum Laurini, Capudaquensis dioecesis, sub sua protectione suscepit, statuens ut idem castrum semper de domanio Ecclesiae existat. (Reg. 24, c. 32, f. 6.)

« Universitati hominum castri Laurini, Capudaquensis dioecesis. Devotionis augmentum circa —. Sane, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos et castrum vestrum temporibus clare memorie omnium regum Sicilie semper de predictorum regum demanio extitistis. Cum autem nobis et Ecclesie Romane debite lidelitatis prestiteritis juramentum, nos vestris supplcationibus inclinati, personas vestras in devotione Sedis apostolice persistentes et dictum castrum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus auctoritate presentium, nichilominus statuentes ut idem castrum in perpetuum de nostro et Ecclesie prefate demanio semper existat et quod nullus preter Romanum pontificem dominum ibidem sibi valeat vendicare. Nulli etc. nostre protectionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli. VI idus januarii, anno primo. »

39

Naples, 11 janvier 1255.

Episcopo Treventino indulget, ut nullus delegatus Sedis apostolice vel subdelegatus etc. excommunicationis, suspensionis et interdicti, aut etiam metropolitanus in personam ipsius excommunicationis sententias valeat promulgare absque speciali apostolice Sedis mandato faciente expressam de hac indulgentia mentionem. (Reg. 24, c. 33, f. 6.)

« .., episcopo Treventino. Fraternitatis tue precibus —. Dat. Neapoli, III idus januarii, anno primo. »

40

Naples, 8 janvier 1255.

Abbati monasterii Fiscanensis ejusque successoribus concedit facultatem signandi per loca monasterio in spiritualibus et temporalibus pleno jure subjecta dandique benedictionem sollemnam tam in divinis officiis quam in meusa. (Reg. 24, c. 34, f. 6.)

« .., abbati et conventui monasterii Fiscanensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Exigentibus vestre devotionis —. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, tibi, fili abbas, et successoribus tuis in perpetuum usus insigniorum pontificalium a Sede apostolica sit concessus, nos volentes vobis facere gratiam specialem, tibi, fili abbas, et eisdem successoribus signandi per loca mo-

nasterio vestro in spiritualibus et temporalibus pleno jure subjecta dandique benedictionem sollempnem tam in divinis officiis quam in mensa plenam concedimus auctoritate presentium potestatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI idus januarii, anno primo. »

41

Naples, 12 janvier 1255.

Praeposito ecclesiae s. Petri de Berthesgaden ejusque successoribus utendi mitra, annulo ac sandaliis liberam concedit facultatem. (REG. 24, c. 35, f. 6; POTTHAST 15633.)

« .., preposito eccliesie sancti Petri de Berthersgaden, ordinis sancti Augustini, Salzburgensis diocesis. Cum in prelatorum —. Dat. Neapoli. II idus januarii, anno primo. »

42

Naples, 8 janvier 1255.

Ansaldo Malono, civi Januensi, ad generalem admiratum regni Siciliae ab Innocentio papa assumpto, praefatum officium dicit concedendum. (REG. 24, c. 35², f. 6.)

« Ansaldo Malono, civi Januensi. Dignum est ut —. Cum igitur, sicut ex tenore tue petitionis accepimus, nuper felicis recordationis I. papa predecessor noster te in generalem admiratum regni Sicilie vocari manda- verit et assumi, tuque de civitate Januensi ad ejus presentiam accesseris assumptus ad officium supradictum, ac idem tibi tanquam admirato necessarios sumptus ad officium hujusmodi fecerit in civitate Neapoli exhiberi, nos personam tuam ob sincere devotionis affectum quem erga nos et sedem candem habere dinosceris specialis prerogativa favoris et gratie prosequentes, prefatum officium cum omnibus juribus ac honoribus ad ipsum spectantibus usque ad beneplacitum nostrum auctoritate presentium tibi duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI idus januarii, anno primo. »

43

Naples, 13 janvier 1255.

Abbatii monasterii s. Bertini, Morinensis diocesis, mandat, quatinus dispenset ut Guido de Castellione comes S. Pauli et Mathildis comitissa Atrebatenensis in matrimonio contracto remaneant, non obstante quod Guido de Castellione et quondam

Robertus, comes Atrebatenensis, maritus ejusdem Matbilda, quarto consanguinitatis gradu se attingerent. (REG. 24, c. 36, f. 6v.)

« .., abbatii monasterii sancti Bertini, ordinis sancti Benedicti. Morinensis diocesis. Ex parte dilecti filii nobilis viri Guidonis de Castellione, comitis Sancti Pauli, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Matildis, comitis Atrebatenensis, uxoris ejusdem, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum quondam Robertus, comes Atrebatenensis, maritus ipsius M., prefato G. de Castellione quarto fuerit consanguinitatis gradu conjunctus, providere in hac parte ipsis de benignitate solita curaremus. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati, mandamus, quatinus cum eis quod, impedimento hujusmodi non obstante, in contracto ad invicem matrimonio liceat remanere valeant, auctoritate nostra dispenses. Dat. Neapoli, idibus januarii, anno primo. »

44

Naples, 18 janvier 1255.

Magistro Rolando, Marchiae Anconitanae rectori, mandatum « ut supra in X capitulo (n. 12); sed loco Patrimonii et Sabini ponatur Marchia Anconitana. » (REG. 24, c. 36², f. 6v.)

« Magistro Rolando, capellano nostro, Marchie Anchonitane rectori. Ad diversas mundi —. Dat. Ne(ne)apoli, XV kalendas februarii, anno primo. »

45

Naples, 11 janvier 1255.

Archiepiscopo Eboracensi mandat, ut cessionem prioris de Giseburne propter infirmitatem corporis recipiat, congruam provisionem de proventibus prioratus ei assignando. (REG. 24, c. 37, f. 6v.)

« .., archiepiscopo Eboracensi. Ex parte dilectorum filiorum .., prioris prioratus de Giseburne, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipse propter infirmitatem sui corporis insanabilem cedere cupiat regimen prioratus ejusdem tibi immediate subjecti, nos ipsius precibus inclinati, mandamus, quatinus hujusmodi cessionem recipias vice nostra et de proventibus ejusdem ecclesie juxta facultates ipsius sibi congruam provisionem assignes, de qua dum vixerit commode valeat sustentari. Contradictores. Non obstante si aliqui —. Dat. Neapoli, III idus januarii, anno primo. »

46

Naples, 13 janvier 1255.

Thomasio, priori prioratus de Hustica, Panormitanae dioecesis, indulget, ut a suo prioratu, sine speciali mandato papae faciente de indulto hujusmodi mentionem, amoveri a quoquam non possit. (REG. 24, c. 38, f. 6^v.)

« *Thomasio, priori prioratus de Hustica, ordinis sancti Benedicti, Panormitane dioecesis. Volenies persone tue —. Dat. Neapoli, idibus januarii, anno primo.* »

47

Naples, 12 janvier 1255.

Episcopo Lincolniensi indulget, ut ultra unam dietam extra suam diocesim, quae in longitudine per quinque dietas durare dicitur, nequeat per litteras apostolicas convenire. (REG. 24, c. 39, f. 6^v.)

« ... *episcopo Lincolniensi. Exigentibus tue devotionis —. Tuis itaque precibus inclinati, tibi ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri auctoritate presentium indulgemus, ut ultra unam dietam extra tuam diocesim que in longitudine per quinque dietas durare dicitur nequeas per litteras apostolicas conveniri. nisi littere ipse plenam de hac indulgentia fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Neapoli, II idus januarii, anno primo.* »

48

Naples, 15 janvier 1255.

Nobili viro Anselmo domino de Keu et Mariae uxori ejus, se in quarto et quinto consanguinitatis gradu attinere credentibus, in tertio autem et quarto gradu adinvicem attinentibus, indulget ut in matrimonio contracto remaneant. (REG. 24, c. 40, f. 6^v.)

« *Nobili viro Anselmo domino de Keu et Marie uxori ejus. Devotionis sinceritas quam —. Sane sicut ex tenore petitionis vestre accepimus, vos in quarto et quinto consanguinitatis gradu attinere credentes matrimonium ex dispensatione Sedis apostolice contraxistis. Verum cum post matrimonium hujusmodi consumatum et carnalem inter vos copulam subsecutam sit reppertum in tercio et quarto consanguinitatis gradu vos adinvicem attinere, nobis humiliiter supplieastis, ut saluti vestre in hac parte consulere misericorditer dignaremur. Nos itaque obtentu venerabilis fratris nostri ..., episcopi Prenestini, super hoc apostolicam gratiam cum instantia implorantis specialem vos favore gracie prosequentes ut impedimento consanguinitatis hujusmodi non ob-*

stante in sic contraetio matrimonio valeatis adinvicem licite remanere auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapol. XVIII kalendas februarii, anno primo. »

49

Naples, 11 janvier 1255.

B., electo Squillacensi, indulget, ut praebendas et beneficia ecclesiastica quae in regno Siciliae ante promotionem habebat retinere libere valeat quousque Squillacensis ecclesiae quietam possessionem habuerit. (REG. 24, c. 41, f. 6^v; POTTHAST 15631.)

« *B., electo Squillacensi. Volentes indemnitati tue paterna sollicitudine providere, devotioni tue ut praebendas ei beneficia ecclesiastica que in regno Sicilie ante promotionem tuam habebas retinere libere valeas, quousque Squillacensis ecclesie quietam possessionem habueris, qua le asseris spoliatum, nee de illis interim pretextu litterarum super quorumcumque provisionibus in regno predicto a Sede apostolica obtentarum seu oblinendarum in posterum, nisi de presenti indulgentia plenam et expressam fecerint mentionem. provideri possit alicui, neque hii ad quos beneficiorum illorum collatio perinet illa conferre valeant auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapol, III idus januarii, anno primo. »*

50

Naples, 9 janvier 1255.

Abbati et conventui monasterii de Rure Regis [Rye Klostter], Cisterciensis ordinis, Sleswicensis diocesis, quibus tunc existentibus in monasterio Aurea Insula vulgariter appellato decimas quasdam in parochiis Nybel, Tholge, Kalleby, ecclesia s. Michaelis, Haldenesbrathorp, Grumetolt, Broaker beatae memoriae Waldemarus Sleswicensis episcopus contulerat, beatae memoriae autem Nicolaus Sleswicensis episcopus et Johannes Sleswicensis episcopus post translationem ad locum, in quo nunc sunt, in concambium dictarum decimarum alias conferre curaverat, hanc commutationem confirmat, litteras praefati Nicolai inserendo. (REG. 24, c. 42, f. 6^v; POTTHAST 15627.)

« ... *abbbati et conventui monasterii de Rure Regis, Cisterciensis ordinis, Sleswicensis diocesis. Cum a nobis —. Dat. Neapol, V idus januarii, anno primo. »*

51

Naples, 11 janvier 1255.

Gregorio, abbbati monasterii s. Severini Neapolitani, dispensationem super defectu quem in manu dextra patitur confirmat, litteras dispensationis a Riccardo s. Angeli cardinale in

Castro Molariae anno MCCLMI die XXVI mensis junii datas et mandatum Innocentii papae IV datum Perusii kalendas junii anno IX pontificatus inserendo. (REG. 24, c. 43, f. 7.)

« Gregorio, abbatii monasterii sancti Severini Neapolitani. Porrecta nobis tua petitio continebat quod dilectus filius noster R., sancti Angeli diaconus cardinalis, auctoritate litterarum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, tecum ut, non obstante defectu quem in manu dextera pateris, abbatiam monasterii sancti Severini Neapolitani retinere valeas dispensavit, prout in litteris cardinalis ipsius plenius continetur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem cardinalem super hoc factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Litterarum predicti cardinalis tenorem presentibus inseri facientes qui talis est :

« Castro Molarie », 26 juin 1252.

« Universis presentes litteras inspecturis, Riccardus, » miseratione divina sancti Angeli diaconus cardinalis, » salutem in Domino. Universitati vestre volumus esse » notum quod mandatum apostolicum recepimus in » hac forma :

Pérouse, 1^{er} juin 1252.

« Innocentius episcopus etc., dilecto filio R., sancti Angeli diacono cardinali, salutem etc. Ex parte dilecti filii G., abbatis monasterii sancti Severini Neapolitani, fratris dilecti filii ... Theatini. Tuit nobis humiliiter supplicatum ut cum ipso quod abbatiam ipsius monasterii retinere valeat. non obstante defectu quem in manu dextra patitur, curaremus misericorditer dispensare. De tua igitur prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatinus consideratis omnibus circumstantiis que circa eum fuerint attendende, cum eodem abate super hoc auctoritate nostra dispenses, prout secundum dum Deum anime sue saluti et predicti monasterii videris expedire. Dat. Perusii, kalendis junii, pontificatus nostri anno nono. »

« Ilujus igitur auctoritate mandati consideratis predictis circumstantiis cum predicto abbatte dispensamus, quod, non obstante defectu ilujusmodi per quem non potest ad presbyteratus ordinem promoveri, possit abbatiam predicti monasterii licite retinere. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus nostri sigilli munimine roborari. Dat. in Castro Molarie, anno Domini M^oCC^oLII^o, indicione X^a, mense junii die XXVI. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli. III idus januarii, anno primo. »

52

Naples, 12 janvier 1255.

Abbatissae et conventui pauperum inclusarum S. Mariae de Misericordia Imolensibus, quarum monasterium et monasteria s. Stephani aess. Mariae in Zagonia extra portam Aloni, ordinis s. Benedicti, episcopus Imolensis in unum corpus sub regula s. Damiani coniuvit, hanc unionem confirmat. (REG. 24, c. 44, f. 7; POTTHAST 15634.)

« ... abbatisse, et conventui pauperum inclusarum monasterii sancte Marie de Misericordia Imolensis, ordinis sancti Damiani. Ea que auctoritate —. Dat. Neapoli. II idus januarii, anno primo. »

53

Naples, 11 janvier 1255.

Philippo de Gaudio, Jacobo et Johanni fratribus de Caleno confirmat silvas, paludes et montes districtus Caleni et Roccae Montis Draconis et comestabuliam Caleni et Roccae, quos progenitores eorum iam tenuerunt tempore Guillelmi regis Siciliae et Frederici imperatoris. (REG. 24, c. 45, f. 7.)

« Nobili viro Phylippo de Gaudio, Jacobo et Johanni fratribus de Caleno. Ex tenore vestre petitionis accepimus quod, cum progenitores vestri diu et etiam tempore clare memorie Guillelmi regis Sicilie omnes silvas, paludes et montes districtus Caline et Rocce Montis Draconis. Calinensis diocesis, ac etiam comestabuliam militarem in Caleno et Rocca predictis tenuissent et pacifice possedissent, tandem quondam Fr. imperator obtenu bone memorie P. de Capua sancti Georgii ad Vulum aureum diaconi cardinalis. Johanni Capice patri vestro, fratri suo, cuius filii et heredes existitis, premissa dextera liberali concessit et nichilominus confirmavit, prout in privilegio ipsius Fr. confecto exinde ac suo sigillo signato plenius dicitur contineri. Quia vero vos propter supervenientem postmodum malitiam temporis jure vestro super premissis nedum nisi libere potuistis, verum etiam extra natale solum suistis exulare coacti, propter quod petiistis vobis super hiis paterna benivolentia subveniri, nos vestris supplicationibus inclinati, silvas, paludes, montes et comestabuliam eosdem, sicut eos prefati progenitores rationabiliter et pacifice posse derunt et in privilegio dicti Fr. etiam continentur ac sicut ad vos premissa de jure pertinere noscuntur, vobis et heredibus vestris in devotione Sedis apostolice persistentibus auctoritate apostolica concedimus et etiam

confirmamus ac presentis scripti pagina communimus.
Nulli etc. nostre concessionis et confirmationis etc. Dat.
Neapoli. III idus januarii, anno primo. »

54

Naples, 18 janvier 1255.

Abbatì secularis ecclesiae s. Mariæ Alatrinae mandat, ut
impedit ne Anagnina ecclesia procedere teneatur ad provisio-
nem aut receptionem quorumcumque. (REG. 24, c. 46, f. 7.)

« .., abbatì secularis ecclesie sancte Marie Alatrice. Cum,
sicut veridica relatione accepimus. Anagnina ecclesia
de mandato Sedis apostolice in receptione plurium sit
gravata et nonnulli ad diversos executiones super re-
ceptione et provisione sua in ipsa ecclesia dicantur lit-
teras apostolicas impetrasse. nos felicis recordationis
I. pape predecessoris nostri vestigiis inherentes et
ejusdem ecclesie in hac parte dispendiis ac personarum
ipsius gravaminibus obviare volentes. mandamus qua-
tinus singulis ad quos hujusmodi littore sunt obtente
auctoritate nostra per te vel per alium districtius injun-
gas, ut per easdem litteras eujuscumque tenoris existant
super receptione vel provisione quorumcumque dece-
tero aliquatenus contra candem ecclesiam vel personas
ipsius procedere non presumant et nichilominus decer-
nas irritum et inane, si secus duxerit presumendum.
Contradictores. Dat. Neapoli, XV kalendas februarii,
anno primo. »

55

Naples, 13 janvier 1255.

Episcopo S. Andreæ et abbatì de Geddewrth, Glasguensis
diocesis, mandat, ut universos proventus et redditus monaste-
rii de Driburg, Praemonstratensis ordinis, S. Andreæ dio-
cessis, colligentes et congrua de illis abbatì et aliquibus de ipso
conventu sustentatione servata, reliquis canoniciis ejusdem
conventus in aliis locis praefati ordinis interim collocatis, to-
tum residuum proventuum in solutionem debitorum dicti mo-
nasterii integre convertant. (REG. 24, c. 47, f. 7v; POTTHAST
15637.)

« .., episcopo Sancti Andree, et .., abbatì de Geddewrth,
Glasguensis diocesis. Lecta coram nobis —. Dat. Neapoli,
idibus januarii, anno primo. »

56

Naples, 17 janvier 1255.

Magistro Wilhelmo, rectori ecclesie de Bastelesden, Sa-
resbiriensis diocesis, cui jam Innocentius papa indulget, ut

praeter ecclesiam praefatam XX marcas sterlingorum annis
singulis valentem unicum adhuc beneficium recipere valeret,
idem indulget, quia litterae ipsius Innocentii jam scriptae
morte ejusdem praeveniente bullari minime potuerunt. (REG. 24,
c. 48, f. 7v.)

« Magistro Willelmo, rectori ecclesie de Bastelesden, Sa-
resbiriensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat.
Neapoli, XVI kalendas februarii, anno primo. »

57

Naples, 18 janvier 1255.

Dispensat ut Bartholomaeus abbatiam monasterii s. Stephani
Bononiensis retineat, non obstante scrupulosa ejus conscientia
quia pater ejus prius conversus fuerat monasterii memorati.
(REG. 24, c. 49, f. 7v.)

« Bartholomeo, abbatì monasterii sancti Stefani Bononiensis,
ordinis sancti Benedicti. Cum. sicut ex parte tua
fuit propositum coram nobis, monasterio sancti Ste-
phani Bononiensis abbatis regimine destituto. conven-
tus ejusdem te tunc ipsius monachum in abbatem
eorum duxerit eligendum, tu habens ex eo con-
scientiam scrupulosam, quod licet quondam pater et mater
tui tanquam vir et uxor insimul tempore quo te genuer-
unt in seculari habitu fuerint commorati. nunc tamen
a quibusdam dicitur quod idem pater tuus prius con-
versus fuerat monasterii memorati, petisti tibi super
hoc a nobis tue conscientie provideri. Nos igitur lau-
dabile testimonium quod tibi de vite munditia, honestis
moribus perhibetur sollicite attendantes, presentium
tibi auctoritate concedimus dispensando, ut hoc non
obstante abbatiam dicti monasterii ad quam concorditer
et alias canonice te proponis electum libere valeas
retinere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dal.
Neapoli, XV kalendas februarii, anno primo. »

58

Naples, 12 janvier 1255.

Decano Londoniensi mandat, ut, juxta litteras Innocentii
papæ, proventus ecclesiae de Lodnes Norwicensis diocesis
Vernatio archiepiscopo Regino faciat ministrari. (REG. 24,
c. 50, f. 7v.)

« ... , decano Londonensi. Exposuit nobis venerabilis
frater noster Vernatius, archiepiscopus Reginus, quod
felicis memorie I. papa predecessor noster ipsum ec-
clesie Regine preficiens in archiepiscopum et pastorem,
eidem tunc adipisci possessionem ipsius ecclesie prop-
ter temporis malitiam non valenti, ut ecclesiam de

Lodnes, Norwicensis diocesis, quam ante promotionem suam habuerat posset retinere licite ac ipsius provenitus cum integritate percipere per suas duxit litteras concedendum, inhibens nichilominus ne euiquam licet de ipsa ecclesia in ipsius archiepiscopi prejudicium interim aliquid immutare, ac decernens irritum et inane si quid de illa contra concessionis et inhibitionis sue tenorem a quoquam contigerit attemptari te sibi super hoc conservatore concesso. Et licet postmodum idem predecessor eidem archiepiscopo quanquam adhuc archiepiscopatus sui possessionem pacificam habere nequiverit, munus consecrationis impendens ac nolens ut ipse factam sibi ab eo gratia occasione hujusmodi fraudaretur, tibi sub certa forma suis dederit litteris in mandatis, ut ei proventus ipsius ecclesie de Lodnes quounque pacificam possessionem ejusdem archiepiscopatus obtineat faceres per te vel alimn juxta concessionis sue tenorem integre ministrari. Contradictores. Quia tamen dictus predecessor adhuc re integra rebus est humanis exemptus, idem archiepiscopus nobis humiliter supplicavit, ut continuare sibi hujusmodi gratiam curaremus. Quocirca mandamus quatinus in mandati ejusdem predecessoris super hoc executione procedas, secundum directarum ad te ab eo continentiam litterarum. Dat. Neapoli, II idus januarii, anno primo. »

59

Naples, 8 janvier 1255.

Potestati et populo Januensibus, quibus I. papa indulxit ut in regno Siciliae pertinente ad jus et proprietatem Sedis apostolicae ac ducatu Spoleti, marchia Anconitana, patrimonio b. Petri in Tuscia et in omnibus terris Ecclesiae Romanae a ditiis, exactionibus et collectis seu pedagiis et cuiuslibet onere servitutis in perpetuum liberi essent penitus et immunes, hoc confirmat. (REG. 24, c. 51¹, f. 8; POTTHAST 15622.)

« ... potestati, consilio et universis Januensibus in civitate ac districtu Janue constitutis. Ecclesia Dei olim —. Dat. Neapoli, VI idus januarii, anno primo. »

60

Naples, 8 janvier 1255.

Omnibus praelatis regni Siciliae mandat, ut praefatis Januensibus indulgentiam hujusmodi inconcussam conservent et non sustineant ab aliquo ipsos supra ita temere perturbari. (REG. 24, c. 51², f. 8; POTTHAST 15625.)

« Archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis

ecclesiarum prelatis per regnum Sycilie constitutis. ad quos littere iste pervenerint. Ecclesia etc. ut supra usque immunes —. Dat. ut supra. »

In e. m. nobilibus viris ducibus, principibus, comitibus, baronibus, militibus ac rectoribus civitatum, castrorum seu locorum regni Sicilie presentes litteras inspecturis, usque Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente mandantes quatinus circa sepedictum etc. usque si qui fuerint potestate vobis tradita compescendo. Ita quod vobis exinde ad speciales gratias teneamur. Non obstante constitutione de duabus dictis edicta in concilio generali. Dat. ut supra.

61

Naples, 18 janvier 1255.

Henrico de Nigro, nato quondam Ansaldi de Nigro, civi Januensi, enjus, ad sedandas inimicitias quae inter ipsum occasione guerrae quondam Fr. olim imperatoris et Obertum de Cruce concivem extiterant, C. filia Giliotum natum ejusdem Oberti sponsavit, indulget ut C. et Giliotus in matrimonio contracto remaneant, non obstante quod quarto consanguinitatis gradu adinvicem attineant. (REG. 24, c. 52, f. 8.)

« Henrico de Nigro, nato quondam Ansaldi de Nigro, civi Januensi. Ex parte tua —. Dat. Neapoli. XV kalendas februarii, anno primo. »

62

Naples, 16 janvier 1255.

B[ertholdo] marchioni de Hohemburch, magno regni Siciliae senescalco, confirmat comitatum Montiscaueosi, castra Policorii, Montispilosi, Caurati et Cilli de Gnaldo a Conrado concessa et ab Innocentio papa confirmata. (REG. 24, c. 53, f. 8.)

« Nobili viro B. marchioni de Hohemburch, comiti Montiscaueosi, magno regni Sicilie senescalco, fidelei nostro. Clara tue fidelitatis obsequia quibus te reddis in nostris et fratrū nostrorum oculis gratiosum nostro instanter suggestum animo, ut non solum tua tibi jura integra et illesa servemus, immo potius augeamus. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, felicis recordationis I. papa predecessor noster concessiones de comitatu Montiscaueosi et de castri et honoris ejus baronia et de Policorii, Montispilosi, Caurati et Cilli de Gnaldo castris factas olim tibi a quondam C. nato quondam Fr. olim Romanorum imperatoris, tibi tuisque heredibus, non obstante quod idem Conradus erat tunc ipsis vinculo excommunicationis astrietus, quod alias potestatem conferendi vel concedendi taliter non habebat et qualibet in te privationis dignitatis, hono-

rum aliorumque iurium sententia per eundem predecessorum lata de fratrum suorum confirmaverit consilio et assensu, supplex defectum si quis alias in ipsis concessionibus extitit de apostolice plenitudine potestatis ac insuper comitatum, baroniam et alia predicta cum civitatibus, castris, villis, casalibus, hominibus, honoribus, juribus, jurisdictionibus, jure patronatus conventionalium ecclesiarum, pascuis, nemoribus, venationibus, pratis, possessionibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, justitiis et cum omnibus rationibus et pertinentiis suis et cum hiis que ad merum et mixtum imperium pertinent, ea videlicet que sunt de demanio in demanium et que sunt de servitio in servitium, tibi dictisque heredibus in perpetuum de fratrum eorumdem consilio et assensu de novo sub certis serviis concesserit et donaverit ex certa scientia et gratia speciali, prout in apostolico privilegio super hoc obtenu plenius continetur; nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id de nostrorum fratrum consilio et assensu auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

63

Naples, 16 janvier 1255.

[Bertholdo], marchioni de Hohemburch, officium magnae senescaliae regni Siciliae, prout illud tempore quondam Conradi filii quondam Frederici olim Romanorum imperatoris habuit, confirmat. (REG. 24, c. 54, f. 8v; POTTHAST 15639.)

« *Eidem*. Clara etc. usque augeamus. Cum itaque sieut in nostra proposuisti presentia constitutus, felicis recordationis I. papa predecessor noster officium magne senescalie regni Siciliae, prout illud tempore quondam Conradi nati quondam Fr. olim Romanorum imperatoris habuisti et exercuisti, tibi confirmaverit de fratrum suorum consilio et assensu ac insuper de novo concesserit de gratia speciali, ita quod illud cum proventibus unius uncie auri ad pondus Curie cotidie tibi ab apostolica Sede pro expensis ubicunque in regno ipso fueris persolvende, et cum consuetis ferculis ac panibus et vini mensuris diebus tibi singulis cum personaliter apud eandem Sedem fueris tribuendis, neconon et cum solitis jurisdictionibus quantum ad cognitionem appellationum et alia et cum omnibus honoribus, dignitatibus eunctisque juribus ad idem officium pertinentibus, de quo te per virgam rubeam in eorumdem fratrum presentia investivit, plene habeas et exerceas vita tua,

ALEXANDRE IV, t. I.

prout in apostolico privilegio super hoc obtento plenius continetur; nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id de nostrorum fratrum consilio et assensu auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

64

Naples, 23 janvier 1255.

Ulrico, clero B[ertholdi] marchionis de Hohemburch, eodem Bertholdo supplicante, indulget, ut, non obstante quod genitus fuerit ex soluta, promoveri valeat ad omnes ordines et ecclesiasticum beneficium etiam si curam animarum annexam habeat obtinere: ita quod si ad episcopatus honorem ipsum vocari contigerit, illum honorem nequaquam recipiat sine licentia Sedis apostolicae speciali. (REG. 24, c. 55, f. 8v.)

« *Ulrico, clero dilecti filii nobilis viri B. marchionis de Hohemburc, magni regni Sicilie senescalei. Illegitime genitos quos —. Dat. Neapol. X kalendas februarii, anno primo. »*

65

Naples, 24 janvier 1255.

Archiepiscopo Spalatensi mandat, ut S[tepanum] archipresbyterum a capitulo ecclesiae Sibinicensis in Sclavonia concorditer electum eidem ecclesiae praeficiat in episcopum, non obstante quod predicta ecclesia per XX annos vacaverit. (REG. 24, c. 56, f. 8v; POTTHAST 15645.)

« *..., archiepiscopo Spalatensi. Sua nobis capitulum —. Dat. Neapol. XII kalendas februarii, anno primo. »*

66

Naples, 18 janvier 1255.

Waltero, episcopo Dunelmensi, concedit facultatem dispensandi cum tribus clericis suis quod eorum quilibet duo beneficia ecclesiastica curam animarum annexam possit libere recipere. (REG. 24, c. 57, f. 8v.)

« *Waltero, episcopo Dunelmensi. Tuain volentes honore —. Dat. Neapol. XV kalendas februarii, anno primo. »*

67

Naples, 18 janvier 1255.

Eidem indulget « ut nullus apostolicae Sedis legatus qui non

sit de latere nostro missus delegatus vel nuncius aut etiam quivis executor, per litteras impetratas ex quibus non sit plenum jus alieni acquisitum vel impetrandas quantumcumque efficaces super provisionibus aliquorum anctoritate Sedis apostolice, valeant de personatibus, dignitatibus vel prebendis aut aliis ecclesiasticis beneficiis ad collationem tuam spectantibus providere seu te ad providendum de hiis quibuscumque personis censura ecclesiastica coartare absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente .. de hac indulgentia .. ac Dunelmensi ecclesia mentionem. » (REG. 24, c. 58, f. 8v.)

« *Eidem. Devotioni tue quam —. Dat. ut supra. »*

68

Naples, 23 janvier 1255.

Clero Fuligoati notificat confirmationem Bernardi archidiaconi Fuliginatis ut administratoris ejusdem ecclesiae. (REG. 24, c. 59, f. 8v.)

« *Clero Fuliginati. Olim bone memorie R., sancte Marie in Cosmidini diaconus cardinalis, tunc in vestris partibus apostolice Sedis legatus, dilecto filio Bernardo archidiacono Fuliginati, procuratori Fuliginatis ecclesie, administrationem ipsius in temporalibus, et postmodum dilectus filius noster P., sancti Georgii ad Vulum aureum diaconus cardinalis, tunc ibidem legationis fungens officio, administrationem ejusdem ecclesie ipsi archidiacono in spiritualibus provide commiserunt. Cum autem nos ipsius A. supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri commissiones hujusmodi auctoritate apostolica duximus confirmandas, ac nichilominus devotioni sue per litteras commiserimus in spiritualibus et temporalibus administrationem ecclesie memorate, dantes sibi tamquam administratori et procuratori legitimo ejusdem ecclesie in utriusque disponendi, precipiendi, ordinandi per se vel alium aut alios et contradicentes si qui fuerint vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, prout utilitati predicte ecclesie melius et utilius expedire viderit plenariam potestatem. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem archidiaconum honore congruo prosequentes, sibi humiliter et efficaciter in spiritualibus et temporalibus ad prefatam ecclesiam pertinentibus intendatis. Alioquin sententias etc. usque observari. Dat. Neapoli, X kalendas februarii, anno primo. »*

In e. m., consilio et populo Fuliginatibus usque intendatis. Dat. ut supra.

69

Naples, 15 janvier 1255

Eumdem Bernardum procuratorem ecclesiae Fuliginatis confirmat. (REG. 24, c. 60, f. 9.)

« *Bernardo, archidiacono Fuliginati, procuratori ecclesie Fuliginatis. Petition tua nobis —. Dat. Neapoli, XVIII kalendas februarii, anno primo. »*

70

Naples, 28 janvier 1255.

Petro, suppriori monasterii s. Remigii Remensis, qui occasione negotii electionis abbatis Lobiensis in monasterio s. Remigii celebratae ad Sedem apostolicam destinatus fuit, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam sexcentarum marcarum sterlingorum. (REG. 24, c. 60², f. 9.)

« *Petro, suppriori monasterii sancti Remigii Remensis. Sicut in nostra proposisti presentia constitutus, occasione negotii electionis de dilecto filio .., abbatte Lobiensi, celebrate in monasterio sancti Remigii Remensis, pro quo tu et quondam Gilo monachus ipsius monasterii fuitis ad Sedem apostolicam destinati, multa te oportuit subire onera expensarum. Nos itaque contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam sexcentarum marcarum sterlingorum et obligandi creditoribus ... abbatem. priorem et conventum et bona mobilia et immobilia ejusdem monasterii usque ad summam hujusmodi et renunciandi constitutioni de duabus dietis edicta in concilio generali ac beneficio restitutionis in integrum neenon conventioni judicum, si nomine creditorum ipsorum apostolicas litteras cuiuscumque tenoris super hoc contigerit impetrari ac omnibus litteris et indulgentiis ab eadem Sede super hoc impetrandis, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Ita quod iidem abbas, prior et conventus ac dictum monasterium teneantur creditoribus ipsis ad predictam pecuniam persolvendam et ad penam super hoc apponendam ac dampna, expensas et interesse si in termino a te statuendo eidem creditoribus pecuniam non solverint memoratam, sublata dictis creditoribus qualibet necessitate probandi quod prefata pecunia in utilitatem dicti monasterii sit conversa, pretextu alicuius constitutionis canonice vel civilis, privilegi quoque vel indulgentie seu litterarum impetratarum vel etiam impetrandarum a dicta Sede, de quibus in presentibus plenam et expressam aut de verbo ad verbum oporteat mentionem fieri et per quas abbas, prior et conventus predicti vel successores*

eorum super hoc valeant se tueri. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

71

Naples, 23 janvier 1255.

Dispensatio matrimonii inter Huguetum natum Henrici de Principe et Ysabellam natam Guidonis de Ybellino. (REG. 24, c. 61, f. 9.)

« .., priori sancte Crucis in Cypro, Nimociensis diocesis. Ex parte dilecti filii nobilis viri Hugueti nati nobilis viri Henriei de Principe ac dileete in Christo filie nobilis mulieris Ysabelle nate nobilis viri Guidonis de Ybellino fuit nobis humiliter supplicatum, ut, consanguinitatis linea adinvicem se contingentibus altero tertio ex uno latere et reliquo quarto gradu ex alio a stiptite differente. providere ipsis, quod hoc non obstante possint matrimonialiter copulari, de benignitate solita curaremus. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati, mandamus quatinus cum eis, quod non obstante impedimento hujusmodi matrimonialiter copulari valeant, auctoritate nostra dispenses. Dat. Neapoli, X kalendas februarii, anno primo. »

72

Naples, 17 janvier 1255.

Priori et fratribus ordinis Camaldulensis indulget, ut non teneantur per litteras quae de ordine ipso non fecerint mentionem. (REG. 24, c. 62, f. 9.)

« .., priori et prelatis aliis ordinis Camaldulensis. Cum, sicut asseritis, grave nimis existeret quod vos pro qualibet et ordinis vestri domo specialem procuratorem apud Sedium apostolicam haberetis, et unus si constitueretur pro universitate ordinis omnibus precavere non posset, cum nonnunquam contra fratres vestri ordinis apostolice littere nulla de ordine ipso mentione habita impetrarentur, nos vestris precibus inclinati, obviare vestris molestiis et quieti providere volentes, ad instar felicis recordationis Honorii pape predecessoris nostri auctoritate vobis presentim indulgemus, ut per illas non teneamini vos et alii predicti ordinis fratres litteras respondere que de ordine ipso expressam non fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XVI kalendas februarii, anno primo. »

73

Naples, 9 janvier 1255.

Conventui monasterii Marmossolii, Velletrensis diocesis, confirmat donationem casalium de Menzelchal et Calminia

Panormitanæ diocesis ab Innocentio papa regno Siciliae vacante factam. (REG. 24, c. 63, f. 9.)

« .., abbatii et conventui monasterii Marmossolii, Cisterciensis ordinis, Velletrensis diocesis. Cupientes ut monasterium vestrum in quo per Dei gratiam fervet caritas, viget religio, virtutum florent plantaria et bonorum operum redundat ubertas, optatis jugiter proficiat incrementis, libenter vobis ad ea que ipsius et vestrum profectum respiciant apostolici favoris gratiam imperitum vestris precibus in hiis que digne depositis favorabiliter annuendo. Cum itaque felicis recordationis I. papa predecessor noster, vobis insinuantibus dictum monasterium loca pascuis animalium accomoda non habere, ipsumque in hiis que habet a plerisque circumpositis graviter molestari, paterna volens in hac parte consulere pietate vobis et per vos eidem monasterio in Panormitanæ dioecesi regni Sicilie rege vacantis. duo easalia, videlicet Menzelchal et Calminiam, pro animalium pascuis et aliis vestris et successorum vestrorum neenon et ejusdem monasterii utilitatibus, cum omnibus juribus et pertinentiis eorundem de speciali gratia concesserit et donaverit libertate plenaria perpetuo possidenda, dummodo de jure non pertinenter ad alium vel alios tunc in devotione Sedis apostolice persistentes, ac data vobis insuper nichilominus libera facultate per vos vel nuncios vestros intrandi possessionem ipsorum cum libuerit nemine requisito, decreverit ex tunc irritum et inane quicquid contra concessionem et donationem hujusmodi a quoquam in vestrum prejudicium contigerit attemptari, prout in ejusdem predecessoris nostri litteris plenius perspeximus contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, concessionem et donationem predictas gratas habentes et ratas, ipsas vobis et eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli. V idus januarii, anno primo. »

74

Naples, 23 janvier 1255.

Magistro Egidio, decano Wellensi, dispensat, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipiat. (REG. 24, c. 64, f. 9v.)

« Magistro Egidio, decano Wellensi. Attendentes laudabile testimonium —. Dat. Neapoli, X kalendas februarii, anno primo. »

75

Naples, 18 janvier 1255.

Abbatissæ et conventui monasterii s. Francisci pauperum

inclusarum in Argentina, ordinis s. Damiani, quibus II[ugo] tituli s. Sabinoae presbyter cardinalis de speciali mandato concessit (24 déc. 1254) ut illam dumtaxat vitae formam in suo cœnobio perpetuis temporibus observent quam [Innocentius] papa ipsis tradidit observandam, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 65, f. 9v; POTTHAST 15640; BERNOULLI, *Acta Pontificum helvetica*. Erster Band (1198-1268). Basel, 1892, in-4°, n° 639.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii sancti Francisci pauperum inclusarum in Argentina. ordinis sancti Damiani. Solet annuere Sedes —. Dat. Neapoli. XV kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. pro .., abbatissa, et conventu pauperum inclusarum monasterii de Paradiso juxta Constantiam, ordinis sancti Damiani, usque statuens ut privilegiis et indulgentiis concessis etc. usque in finem, mutatis mutandis.

76

Naples, 26 janvier 1255.

Guatterum electum Ameliensem confirmat, prima electione alterius jam ab Innocentio papa cassata. (REG. 24, c. 66, f. 9v.)

« Gualtero, electo Ameliensi. Vacante dudum Ameliensi ecclesia, cum dilecti filii capitulum ipsius, contemptis et irrequisitis duobus canonice corum, venerabilem fratrem nostrum .., episcopum Balneoreensem, in suum episcopum postulassent, felicis recordationis I. papa predecessor noster presentatam sibi postulationem hujusmodi propter contemptum et irrequisitionem illorum aliquatenus non admittens, provisionem ipsius ecclesie dilecto filio nostro I., tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, commisit. Cumque idem cardinalis auctoritate commissionis hujusmodi electionem faciendam inibi de pastore predicto capitulo remisisset, ac ipsi convenientes in unum compromisissent in duos de canonice ecclesie memorare, ut illum in suum episcopum reciperent, quem iidem duo concorditer ducerent eligendum, ipsis juxta compromissi formam te in pastorem ipsorum canonice eligentibus fuit hujusmodi electio ab eodem capitulo unanimiter acceptata: qua postmodum presentata nobis, quia de forma compromissi nulle littere apparebant eam cassandam ad provisionem ipsius ecclesie faciendam de persona idonea cardinali commisimus memorato. Quia vero ipse auctoritate nostra de te, tunc scriptore nostro et capellano suo, in pastorem ecclesie prefate providit, nos id de fratribus nostrorum consilio duximus auctoritate apostolica confirmandum, securam fiduciam obtinentes,

quod, cum sis conversationis landabilis et industrie condecentis, dieta ecclesia per tue diligentie studium gratum in spiritualibus et temporalibus consequi debitum incrementum. Volumus itaque ac tibi per apostolica scripta mandamus, quatinus ad eandem ecclesiam de apostolice Sedis et nostro favore confisus cum divine gratia benedictionis accedas, te in cura ipsius, cuius in spiritualibus et temporalibus plenam tibi administrationem committimus, talem mente vigili redditurus, ut grex tue circumspectioni creditus in te salutis ministrum repperisse gaudeat et tandem pastoris eterni benignitas unicuique responsura pro meritis tibi superne retribuat gratiam claritatis. Dat. Neapoli, VII kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. capitulo Ameliensi usque incrementum, verbis competenter mutatis. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur attente mandantes qualius eundem electum, cum ad vos pervenerit, devote hac humiliter admittentes, sibi tamquam patri et pastori animarum vestrarum impendatis obedientiam et reverentiam debitam, ac ejus salubribus mandatis et monitis efficaciter intendatis, ita quod mutue caritatis studio vobis ac sibi prosperitas temporalis adveniat et tandem pacis eterne solatum largiente Domino cumuletur. Alioquin sententiam etc. usque observari. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et diocesis Ameliensium.

In e. m. populo civitatis et diocesis Ameliensium usque impendatis honoriscentiam debitam etc. usque cumuletur. Dat. ut supra.

77

Naples, 28 janvier 1255.

Consilio et communitatii Lucanis, quibus Henricus VI, Romanorum imperator, et Constantia, uxor ejus, jus concesserunt quod Pisani in tholoneo per omnes portus regni Siciliae obtinebant, hoc privilegium datum Messanae die 27^a septembris 1197, de verbo ad verbum integre insertum confirmat. (REG. 24, c. 67, f. 9v.)

« Consilio et communitatii Lucanis. Et ratio postulat et equitas persuadet, ut eos apostolice benignitatis favoribus prosequamur, quos fideles Ecclesie invenimus et devotos. Cum igitur clare memorie Henricus Romanorum imperator et Sicilie rex et Constantia uxor ejus idem ius quod Pisani in tholoneo per omnes portus regni Sicilie obtinent, id vobis in tholoneo per omnes portus eosdem imperiali libertate duxerit concedendum, prout in privilegio imperatoris ipsius ejus sigilli munimine roborato dinoscitur contineri, nos vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, collationem hujusmodi provide factam, ratam et grata

habentes, illam auctoritate apostolica confirmamus etc.
usque communimus.

Tenor autem ipsius privilegii talis est :

Messine, 27 septembre 1197.

« C. In nomine sancte et individue Trinitatis, Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, imperialis libertatis indeficiens gratia fidelibus suis benemeritis consuevit impertiri condigna meritorum stipendia, eis tamen habituris quia fidelitatis tramite non quam oberrasse noscuntur, sed frequenter jacturis rerum periculis corporum expositi circa obsequia nostra semper extiterunt devoti. Hac itaque ex causa est quod nos attendentes et pre oculis habentes multimoda obsequia que fideles nostri Lucani et universi homines totius Tuscie majestati nostre studiose et frequenter exhibuerunt et specialiter plures ex eis in regno Sicilie, ex consueta benignitatis nostre gratia, una cum clarissima consorte nostra Constantia illustri Romanorum imperatrice angusta et regina Sicilie, concedimus ipsis hominibus Luce et aliis hominibus Tuscie nostris fidelibus idem jus in tholoneo per omnes portus nostri regni in introitu et exitu quod habent Pisani. Staluimus igitur et districte precipimus, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictos fideles nostros in hac nostra concessione gravare audeat, vel aliquatenus perturbare. Quod qui fecerit XL libris auri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis injuriam. Ad cuius rei memoriam presentem paginam inde conseribi jussimus et nostre majestatis sigillo communiri. Hujus rei testes sunt : Mathenus Capuanus archiepiscopus, Guillelmus Reginus archiepiscopus, Bernardus Messanensis archiepiscopus, Johannes Cephaludensis episcopus. Guillelmus Montiferri marchio, Conradus dux Spoleti, Marquardus senescalcus, marchio Ancone et dux Ravenne, comes Albertus de Spanheim et alii quamplures. Ego Conradus Hildesheim episcopus, imperialis Aule cancellarius, una cum domino Waltero Trojano episcopo et regni Sicilie cancellario, recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis M^oCC^o (sic) XC^oVII^o, Indictione prima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore glorioissimo et rege Sicilie potentissimo, anno regni ejus XX^oVIII^o, imperii vero VII^o et regni Sicilie III^o. Dalum Messane per manus Alberti imperialis Aule protonotarii vicesimo VII^o die, mense septimo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

78

Naples, 27 janvier 1255.

Bernardo electo Aniciensi indulget, ut ecclesiastica beneficia quae antea promotionem suam habebat retinere valeat (REG. 24, c. 68, f. 10.)

« *Bernardo, electo Aniciensi.* Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, Aniciensis ecclesia adeo multorum debitorum sarcina pregravetur, quod de ipsis proventibus non potes commode sustentari, nos volentes tibi in hac parte apostolica sollicitudine providere, devotioni tue ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, ut paratus seu dignitates, prebendas et alia ecclesiastica beneficia que antea promotionem tuam habebas usque ad voluntatis nostre beneplacitum licite cum eadem ecclesia retinere valeas, auctoritate presentis indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI kal. februarii, anno primo. »

79

Naples, 17 janvier 1255.

Henrico, episcopo Lincolniensi, concedit facultatem dispensandi cum III^o clericis in regno Anglie, videlicet, ut unus eorum preter obtenta beneficia curam animarum babentia possit unum personatum vet dignitatem etiam si similem curam habeat et ei canonice offeratur licite recipere ac cum obtentis retinere, quilibet vero aliorum trium preter unicum obtentum aliud vel si nullum habeat duo beneficia ecclesiastica cum simili cura recipere possit. » (REG. 24, c. 69, f. 10.)

« *Henrico, episcopo Lincolniensi.* Tuam volentes honore —. Dat. Neapoli, XVI kalendas februarii, anno primo. »

80

Naples, 22 janvier 1255.

Radulfo, canonico ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis, procuratori ejusdem ecclesiae in Curia apostolica existenti, concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad summam XL marcarum sterlingorum pro expediendis negotiis prioris et conventus praedictae ecclesiae (REG. 24, c. 70, f. 10.)

« *Radulfo, canonico ecclesie sancte Trinitatis Londoniensis, ordinis sancti Augustini.* Cum sicut in —. Dat. Neapoli, XI kalendas februarii, anno primo. »

81

Naples, 23 janvier 1255.

Indulget ut vassalli monasterii de Rofrano nullum pedagium in civitate Policastrensi solvere teneantur. (REG. 24, c. 71, f. 10.)

« .., priori et conventui monasterii de Rofrano, ordinis sancti Basilii, Policastrensis diocesis. Attendentes pure devotionis — : vestris supplicationibus inclinati, ut vassalli vestri monasterii Ville de Rofrano. Policastrensis diocesis, qui sicut asseritis usque ad hec tempora in civitate Policastrensi hactenus pedagium aliquod non solverunt, nulli decetere in eadem civitate pro quacunque rempta vel vendita vel ex quacunque alia causa pedagium solvere teneantur, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas februarii, anno primo. »

82

Naples, 13 janvier 1255.

Archiepiscopo Eboracensi mandat, ut recipiat cessionem prioratus de Bridelingtone a Johanne priore propter insanabilem corporis aegritudinem factam. (REG. 24, c. 72, f. 10.)

« .., archiepiscopo Eboracensi. Ex parte tua et dilecti filii Johannis prioris de Bridelingtone, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipse propter insanabilem sui corporis aegritudinem hujusmodi prioratui tibi ut dicitur immediate subjecto cedere cupiat, cessionem ipsius recipi de benignitate Sedis apostolice mandaremus. Nos itaque ipsius precibus inclinati, mandamus quatinus hujusmodi cessionem recipias et eidem priori de preventibus prioratus ejusdem juxta facultates ipsius congruam provisionem assignes, de qua dum vixerit comode valeat sustentari. Contradictores. Non obstante si aliqui —. Dat. Neapoli, idibus januarii, anno primo. »

83

Naples, 12 janvier 1255.

Henrico, episcopo Lincolniensi, indulget, ut decem clerici ipsius qui ipsius obsequiis insistunt « ad beneficia ecclesiastica a veris patronis ipsorum canonice presentati in assecutionibus eorumdem beneficiorum per aliquos executores seu provisores super provisionibus quorumlibet a Sede apostolica deputatos contra justitiam impediri non valeant. » (REG. 24, c. 73, f. 10v.)

« Henrico, episcopo Lincolniensi. Tue tranquillitati ac —. Dat. Neapoli, II idus januarii, anno primo. »

84

Naples, 28 janvier 1255.

Theodino subdiacono, abbatи monasterii s. Mariae de Bombinaco, Valvensis diocesis, quem honesta conversatio et morum probitas reddunt dignum, dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur de conjugato genitus et soluta, in susceptis ministrare ordinibus et ad superiores etiam promoveri ac abbatiam ipsam retinere licite valeat. (REG. 24, c. 74, f. 10v.)

« Theodino subdiacono, abbatи monasterii sancte Marie de Bombinaco, ordinis sancti Benedicti, Valvensis diocesis. De consueta apostolice —. Dat. Neapoli. V kalendas februarii, anno primo. »

85

Naples, 18 janvier 1255.

Episcopo Dunelmensi mandat, ut nonnullos rectores et canonicos diocesis ad residentiam personalem et ad sacrorum ordinum receptionem compellat. (REG. 24, c. 75, f. 10v.)

« ... episcopo Dunelmensi. Tua nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli rectores et canonici ecclesiarum tue civitatis et diocesis ad sacros ascendere ordines et in suis ecclesiis residentiam facere personalem, prout ipsarum cura requirit pro sue voluntatis arbitrio pretermittunt: propter quod eadem ecclesie debitibus obsequiis defraudantur. Super quo provideri a nobis humiliter supplicasti. Quocirea mandamus quatinus rectores et canonicos hujusmodi ut sacros ordines suscipiant, cum a te fuerint requisiti, et in suis ecclesiis personaliter resideant ut tenentur monitione presentium per subtractionem proventuum ecclesiarum ipsarum et prebendarum dictorum canoniconrum, appellatione remota, premissa monitione, compellas. Non obstante si eis vel eorum aliquibus a Sede apostolica sit concessum, quod ad suscipiendum ordines vel residendum in suis ecclesiis nequeant a suo diocesano compelli. Dat. Neapoli, XV kalendas februarii, anno primo. »

86

Naples, 9 janvier 1255.

Indulget ne apostolicae Sedis legati procurations procuratoris a monasteriis Cisterciensis ordinis exigant, sed ad domos ipsius ordinis accedentes cibis regularibus sint contenti. (REG. 24, c. 76, f. 10v.)

« Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis. Cum propter pauperem victum vestrum omnia bona vestra hospitalitati et aliis piis operibus officiosissime sint exposita, satis inhumane aliis auferri vi-

detur egenis quicquid a vobis violentia vel ingenio extorquetur. Nec quia Dominus manuum vestrarum operibus benedicens viaticum peregrinationis vestre, quantomagis illud fraterna caritate in usus pauperum distribuitis, tanto magis celesti alluvione multiplicat, estis deterioris conditionis habendi sed potius melioris, cum non nisi vasis paratis celestis gratie oleum infundatur, quod pauperis mulieris deficientibus vasis stetit. Licet igitur largiente Domino monasteria vestra plus solito temporalium floreant ubertate, quia tamen exinde pauperibus uberibus subvenitur, nos ad instar felicis recordationis H. pape predecessoris nostri volentes eo vos de speciali gratia favorabilius confovere quo exinde illi propensius complacere, nos credimus qui quod uni ex minimis suis fit sibi reputat esse factum. devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ne apostolice Sedis legati procurations procuratorias a monasteriis vestris exigere vel extorquere presumant, sed cum ad domos vestras accesserint sine carnium esu cibis regularibus sint contenti. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus januarii, anno primo. »

87

Naples, 20 janvier 1255.

[Philippae], abbatissac et sororibus monasterii s. Mariae de Virginibus de Faventia, domum et ecclesiam s. Martini de Padio, Faventinae diocesis, quas eis G., ejusdem diocesis episcopus, Faventiae idibus junii anno 1254 concessit, auctoritate apostolica confirmat, tenorem litterarum donationis inserens. (REG. 24, c. 77, f. 10v; POTTHAST 15641.)

« ... abbatisse, et sororibus monasterii sancte Marie de Virginibus de Faventia, ordinis sancti Damiani. Cum a nobis —. Dat. Neapoli, XIII kalendas februarii, anno primo. »

88

Naples, 30 janvier 1255.

B., electo Anitiensi, concedit licentiam usque ad triennium munus consecrationis non suscipiendi. (REG. 24, c. 78, f. 11.)

« B., electo Anitiensi. Devotionis tue merita nos inducunt, ut petitionibus tuis quantum cum Deo possumus annuamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut usque ad triennium munus consecrationis suscipere minime tenearis neque ad id interim a quoquam compelli possis invitus. auctoritate tili presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III kalendas februarii, anno primo. »

89

Naples, 21 janvier 1255.

Archipresbytero Casalis Johannis, Beneventanae diocesis, committit curam compellendi ad obedientiam Petri abbatis monasterii s. Sophiae Beneventanae clericos et vassallos monasterii. (REG. 24, c. 79, f. 11.)

« ... archipresbitero Casalis Johannis, Beneventane diocesis. Inspectis laudabilibus meritis dilecti filii Petri, abbatis monasterii sanete Sophie Beneventane, ordinis sancti Benedicti, ad nos nullo medio pertinentis, eum tunc ipsius monasterii monachum felicis recordationis I. papa predecessor noster ibi fecit in abbatem prefici et sibi munus benedictionis impendi, firma de ipso accepta fiducia, quod cum sit honestus et providus ac in spiritualibus et temporalibus circumspectus, monasterium ipsum quod faciente malitia temporis est destrutum, in statum salutis dirigi et in prosperis Deo propitio valeat ampliari. Nos itaque, ad exemplar predecessoris ejusdem, dilectos filios universos clericos, milites, homines et vassallos ecclesiarum, castrorum, casalium, villarum et quorumlibet locorum spectantium ad ipsum monasterium per regnum Sicilie constitutos rogandos duximus et hortandos, nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut dicto abbati pro se et dicto monasterio tamquam eorum domino temporali sicut predecessoribus suis prestant fidelitatis debite juramenta ac sibi prout tenentur intendere ac obedire procurent, de juribus sibi debitibus integre responsuri; ita quod idem abbas optate sinceritatis affectu in eis invenire gaudeat et nos devotionem eorum dignis exinde laudibus commendemus. Quocirca mandamus quatinus, si dieti clerici, milites, honiines et vassalli mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu eos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, presentium ratione compellas. Dat. Neapoli, XII kalendas februarii, anno primo. »

90

Naples, 28 janvier 1255.

Infrascriptis mandat, ut Hermanno abbati electo monasterii in Helinwordeshusen, Padeburnensis diocesis, munus benedictionis impendant, post inquisitionem solitam de electione et persona. (REG. 24, c. 80, f. 11.)

« ... archiepiscopo et ..., priori fratrum Predicatorum Colonicensibus. Dilecti filii conventus monasterii in Helinwordeshusen, ordinis sancti Benedicti, Padeburnensis diocesis, sua nobis petitione monuerunt quod, monasterio ipso quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet abbatis regimine destituto, ipsi conve-

nientes in nnum et invocata Spiritus Sancti gratia ut est mortis, dilectum filium Hermannum, tuę ipsius monasterii monachum, virum providum ut asserunt et honestum atque in spiritualibus et temporalibus circumscriptum, in abbatem suum canonice ac concorditer elegerunt, nobis humiliter supplicantes, ut cum rectis dispositionibus nichil debeat difficultatis affterri, confirmari electionem hujusmodi et benedici abbatem predictum in illis partibus mandaremus. Quocirca mandamus quatinus, inquisita de modo electionis, studiis diligentium et electi meritis diligentius veritate, si electionem ipsam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, illam auctoritate nostra confirmantes, faciatis eidem abbatii a subditis suis debitam obedientiam et reverentiam exhiberi ac munus benedictionis impendi; recepturi ab eo postmodum nostro et Ecclesie Romane nomine fidelitatis solite juramentum juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam. Fornam autem juramenti etc. usque transmittatis. Alioquin eadem electione rite cassata etc. usque provideri. Contradictores. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

91

Naples, 28 janvier 1255.

Priori fratrum Praedicatorum Barchinonensium mandat, ut cum archidiacono Dertusensi ordinis s. Augustini, qui in Dertusensi ecclesia episcopus erat electus, super irregularitate dispensem. (Reg. 24, c. 81, f. 41; POTTHAST 15656.)

« .., priori fratrum Predicotorum Barchinonensium. Ex parte dilecti —. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

92

Naples, 29 janvier 1255.

Conventui monasterii Rothonensis, Venetensis diocesis, cuius citatores et monitores comitem et barones aut milites Britaniae non possunt exterriti attingere, indulget, ut citationes apud cathedrales ecclesias aut in aliis publicis locis Britanniae factae sint. (Reg. 24, c. 82, f. 41v.)

« .., abbatii et conventui monasterii Rothonensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Venetensis diocesis. Ex parte vestra nobis extit intitum, quod, cum inter vos ex parte una et nobiles viros .., comitem, barones et alios milites Britanie vel eorum aliquem ex altera cause hactenus super diversis articulis emersissent, iidem ne citationes et monitiones super causis ipsis pervenirent ad eos malitiose

sepius procurarunt; propter quod multotiens accidit quod citatores et monitores cum ad ipsos per diversas partes sollicite perquisitos attingere nequivissent nec in eorumdem domiciliis hujusmodi citationes potuissent facere timentes pericula personarum tandem, citationibus et monitionibus ipsis non factis gravati expensis et fatigati laboribus redierunt. Quare nobis cum instantia supplicasti ut contra hujusmodi eorum astutiam congruam in posterum adhibere remedium apostolica providentia curaremus. Nolentes itaque negotiorum sive causarum processus et decisiones per hujusmodi fraudulenta impediri diffugia vel differri aut monasteriis sive prioratibus vestris dispendia taliter irrogari, sic super hoc auctoritate apostolica duximus providendum, ut in causis et negociis inter vos et prefatos nobiles emergentibus, si citatoris vel monitoris litteris aut nuntiis a judicibus de causis et negotiis ipsis cognoscientibus ad dictos nobiles destinatis iidem facile vel comode inveniri non poterunt. citationis vel monitionis edicta per ipsos judices vel alios quibus hec commiserint apud cathedrales ecclesias vel in aliis publicis locis Britanice e quibus citatio vel monitio possint ad illos citius pervenire publice proponantur, ut sic hujusmodi edictis propositis possit postmodum in causis et negociis ipsis tanquam eisdem nobilibus legitime monitis vel citatis rite procedi. Nulli etc. nostre provisionis etc. Dat. Neapoli, IIII kalendas februarii, anno primo. »

93

Naples, 7 janvier 1255.

Riccardo archidiacono, Raymundo de Angularia, Arnaldo de Marra, Guillelmo Bernardi de Fluviano et Arnaldo de Querol, canonicis Urgellensibus, petentibus, sententiam a [Stephano] episcopo Praenestino in Pontium Urgettensem episcopum simoniae, incestus aliorumque criminum reum latam confirmat. (Reg. 24, c. 83, f. 41v; POTTHAST 15621.)

« Riccardo archidiacono, Raymundo de Angularia, Arnaldo de Marra, Guillelmo Bernardi de Fluviano et Arnaldo de Querol, canonicis Urgellensibus. Dudum vobis clamosa —. Dat. Neapoli, VII idus januarii, anno primo. »

94

Naples, 29 janvier 1255.

Universis hominibus civitatis Calensis significat se restituisse Riccardo comiti Casertano possessionem civitatis eorum a Conrado ablatam. (Reg. 24, c. 84, f. 41v.)

« Universis hominibus civitatis Calensis. Cum nos dilecto filio nobili viro Riccardo comiti Casertano fidei

nostro possessionem civitatis Calensis, qua quondam Conradus natus quondam Frederici olim Romanorum imperatoris ipsum pro suo libito destituisse dicitur, de fratribus nostrorum consilio et assensu plenarie restituerimus, ac insuper civitatem eamdem sicut eam ipse suique progenitores habuisse noscuntur ei et heredibus ejus de novo concesserimus de gratia speciali, prout in apostolico privilegio super hoc obtento plenius continetur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem comiti juramenta fidelitatis prestare, fidelitate Romane Ecclesie semper salva, ac de omnibus juribus, redditibus et proventibus que inibi Curia consuevit habere, integre respondere curetis. Alioquin dilecto filio Stephano Surdo canonico Ariensi litteris nostris injungimus, ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Dat. Neapoli, III kalendas februarii, anno primo. »

95

Naples, 28 janvier 1255.

Tiubaldo de Dragone, qui castrum civitatis Alifanae propter mutuum mille unciarum Gerardo nato Frederici imperatoris factum receperat, hoc confirmat. (REG. 24, c. 85, f. 11v.)

« Nobili viro Tiubaldo de Dragone, fidei nostro. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, quondam Gerardo nato quondam Frederici olim Romanorum imperatoris mille uncias auri ad pondus regni Sicilie mutuaveris, ac propter hoc castrum, demania, redditus et proventus que Curia habet in civitate Alifana tenere noscaris : volumus quod castrum et predicta alia pro satisfactione hujusmodi pecunie teneas sicut hactenus ea dinoseeris tenuisse, donec tibi fuerit de predicta pecunia integre satisfactum. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

96

Naples, 27 janvier 1255.

Rolando Donadei notario Narniensi concedit quatuor rubla terrae ad semen de pecia domanii sui in tenimento castri Utricoli. (REG. 24, c. 86, f. 11v.)

« Rolando Donadei, notario Narniensi, familiari bone memorie S. tituli sancte Marie Transtiberim presbiteri cardinalis. Eis libenter nos proprios exhibemus, quos Ecclesie Romane devotos novimus et fideles. Cum itaque devotionis obsequio te dignum reddideris apostolice Sedis gratia et favore, nos tuis devotis precibus inclinati, quatuor rubla terre ad semen de petia terre

ALEXANDRE IV, t. I.

que est de demanio nostro in tenimento castri Utriculi, in loco qui dicitur Trochus de Rutiliano, Narniensis diocesis, prope flumen Tyberim et juxta possessionem ecclesie sancti Victoris et paludem et lacum positum prope ipsam, tibi et tuis heredibus in perpetuum de gratia concedimus speciali. Ita tamen quod pro predictis quatuor rublis terre medium libram cere census nomine camere nostre annuatim solvere tenearis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI kalendas februarii, anno primo. »

97

Naples, 28 janvier 1255.

Monasterium s. Apollinaris in Classe, Ravennatis diocesis, propter guerrarum discrimina gravatum, eximit a praestatione pensionum quibuscumque, S. nato regis Ungariae dumtaxat excepto, solitarum. (REG. 24, c. 87, f. 12.)

« .., abbatii, et conventui monasterii sancti Apolinarii in Classe, Camaldulensis ordinis. Ravennatis diocesis. Ex injuncta nobis sollicitudine officii pastoralis exigitur, ut religiosa loca relevemus gravata et ea quantum cum Deo possumus a futuris gravaminibus preservemus. Sane accepto quod vestrum monasterium, propter guerrarum discrimina et dierum malitiam que in illis partibus hactenus habundavit, in temporalibus diminutum, super pluribus pensionibus quas per litteras apostolice Sedis et legatorum ipsius in blado et pecunia quibusdam personis clericis et laicis exhibetis nimium est gravatum, nos volentes super hoc remedium adhibere, vos et ideum monasterium a prestatione omnium pensionum a vobis per predictas litteras quibuscumque clericis etiam quavis predictis dignitate vel laicis debitarum, illa dumtaxat excepta quam dilecto filio nobili viro S. nato clare memorie .., regis Ungarie, annis singulis exhibetis, penitus absolventes, ac decernentes irritas sententias si quas ab hoc in vos vel vestrum aliquem contigerit promulgari, quod ad ipsarum pensionum solutionem compelli ab aliquo non possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

98

Naples, 28 janvier 1255.

Philippo, Ispalensi electo, indulget, ut thesaurarium s. Martini Turonensis et alia beneficia jam obtenta retineat. (REG. 24, c. 88, f. 12.)

« Phylippo, Ispalensi electo. Sincere devotionis affectus

—. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut thesauriam ecclesie sancti Martini Turonensis et alia beneficia ecclesiastica que cum animarum cura et sine cura oltines, possis usque ad nostre beneplacitum voluntatis cum archiepiscopatu Ispalensi licite retinere, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Non obstante constitutione concilii generalis aut aliqua ipsius ecclesie vel aliarum in quibus eadem oltines beneficia, consuetudine vel statuto, juramento, confirmatione sedis ejusdem sive quacumque firmitate vallatis. Proviso quod in thesauraria et beneficiis hujusmodi facias per idoneos vicarios deserviri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

99

Naples, 28 janvier 1255.

Eidem concedit, ut decimas de oleo in dioecesi Ispalensi percipiat. (Reg. 24, c. 89, f. 12.)

« *Eidem*. Cum civitas et diocesis Ispalenses de Saracenorum spurtitiis de novo redierint ad cultum nominis Christiani, adhuc in eis sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis decime de oleo ecclesiis non solvuntur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, sic tibi provide volentes ut ecclesiarum jura nequeant deperire, presentium tibi auctoritate concedimus ut hujusmodi decimas possis in vita tua percipere ac licite retinere. Ita tamen quod postmodum decime ipse ad ecclesias ad quas de jure pertinent libere transeat et eis integre persolvantur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

100

Naples, 2 février 1255.

Monasterium s. Mariae de Virginibus Venetiarum ab exactione vel procuratione aliqua eximit. (Reg. 24, c. 90, f. 12.)

“ ... priori et conventui monasterii sancte Marie de Virginibus Venetiarum, ordinis sancti Marci. Castellane diocesis. Cum monasterium vestrum ad Ecclesiam Romanam nullo medio spectare noseatur, digne illud speciali honore prosequimur et ab hiis que sibi vel vobis possint alferre dispendium preservamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, quod exactionem vel collectam seu procurationem aliquam solvere non teneamini per litteras apostolice Sedis vel legatorum ipsius que de dicto monasterio ac exemptione ipsius plenam et ex-

pressam non fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III nonas februarii, anno primo. »

101Naples, 1^{er} février 1255.

Commonitatibus Patrimonii et regni Siciliae mandat, ut nichil ratione passagii vel pedagii exigant a iudeis romanis sequentibus cum mercibus Curiam. (Reo. 24, c. 91, f. 12.)

« *Potestatibus, baronibus et communitatibus in Patrimonio Sedis apostolice et regno Sycilie constitutis*. Nolentes ut Angelus. Sabatinus. Museus. Salamon et Angelus iudei ac eorum socii mercatores cives Romani cum suis mercibus Curiam nostram sequentes in terra Ecclesie exactionibus aggraventur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ab eisdem mercatoribus, cum ad Curiam nostram cum mereibus suis veniam vel recedunt ab ipsa, nichil penitus ratione passagii vel pedagii exigatis. Dat. Neapoli, kalendis februarii, anno primo. »

In e. m. eisdem pro Consilio judeo et sociis ejus mercatoribus civibus Romanis.

102

Naples, 30 janvier 1255.

Abbat Uterinae vallis, Spirensis diocesis, qui, juxta litteras Innocentii papae electum Spirensem de aliquo episcopatu vacante in regno Alamanniae providentes, mandavit canonicis Herbipolensibus electum Spirensem ad episcopatum eorum promoveri, qui autem non fuit exauditus, mandat ut revocet quicquid attemptavit contra eosdem canonicos et Iringum Herbipolensem electum et in episcopum confirmatum. (Reo. 24, c. 92, f. 12.)

“ ... abbat Uterine Vallis, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis. Impressus felicis recordationis I. papa predecessor noster procacis importunitatis instantia quam sibi ecclesie universalis necessitas et pertinax dierum malitia ingerere videbantur nonnullis clericis tam religiosis quam secularibus de archiepiscopatu vel episcopatu mandavit per generales et interdum per speciales litteras provideri, ex quo aliquando preter mandatoris intentionem ecclesiis et earum personis difficultates et scandala emerserunt. Accepimus sane quod cum dum dilectus filius .., Spirensis electus, super provisione sua de aliquo archiepiscopatu vel episcopatu, quem duceret in regno Alamannie acceptandum, ad te

sub certa forma ipsius predecessoris litteras impetrasset, tu, vivente bone memorie Herbipolensi episcopo, dilectis filiis .., preposito .., decano, et capitulo Herbipolensis ecclesie hujusmodi litterarum auctoritate mandati, ne si ecclesiam ipsam pastore vacare contineret ad electionem alicujus procederent, cum ad eandem ecclesiam prefatum electum juxta mandatum apostolicum tibi directum intenderes promovere. Cumque interim a predicto predecessorre hujusmodi litteris et processibus per eas habitis generaliter revocatis, et capitulis et aliis collegiis ecclesiarum preficiendi sibi prelatos per electionem canonicanam redditia libera facultate, idem electus tibi ab eodem predecessorre per alias obtinuerit litteras demandari, ut revocatione hujusmodi non obstante in provisione ipsius procederes. Juxta priorum continentiam litterarum, prepositus, decanus et capitulo supradicti postmodum ab eodem predecessorre per apostolicam indulgentiam sibi obtinuere concedi, ut quando eorum ecclesia destitueretur pastore, libere possent ad electionem procedere. Non obstantibus aliquibus litteris a Sede apostolica impretratis, seu etiam imprestandis, et factis eis inhibitionibus vel reservationibus per easdem, necnon sententias, siue late essent, vel processu habiti contra eos in irritum revocari. Demum vero eadem ecclesia pastore vacante, iidem prepositus, decanus, et capitulo venerabilem fratrem nostrum Iringum, Herbipolensem episcopum, tunc eorum concanonicum, in summ episcopum et pastorem canonice ac concorditer elegerunt, ac loci metropolitanus presentatam sibi electionem hujusmodi, de ea legitime cognito ac inspecta prefata indulgentia, confirmavit et electo munus consecrationis impendit. Sed nihilominus prefatus electus memoratos episcopum, prepositum et capitulo super episcopatu Herbipolensi pretextu predictarum litterarum pro sue voluntatis libito inquietat in gravem ipsius ecclesie lesionem. Nos igitur attendentes, quod reservationes et inhibitiones hujusmodi dum facultatem adipiscendi preventi notabilem videretur, maxime in archiepiscopatibus et episcopatibus assequendis ambitum continuere, mandamus quatinus, si est ita, in executione mandati predicti, quo ad predictum episcopatum penitus supersedens revokes quicquid hac occasione contra sepedictos episcopum, prepositum, decanum, et capitulo attemptasti. Alioquin dilecto filio ... abbati de Eberach, Cisterciensis ordinis, Herbipolensis diocesis, nostris damus litteris in mandatis, ut ipse super hoc mandatum apostolicum exequatur. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus —. Dat. Neapoli, III kalendas februarii, anno primo. »

103

Naples, 31 janvier 1255.

Gileberto, abbatи monasterii s. Bertini, Morinensis diocesis, successoribusque ejus indulget, ut mitra et annulo uti decetero more pontificum libere valeant. (REG. 24, c. 93, f. 12v.)

« Gileberto, abbatи, et conventui monasterii sancti Bertini, ordinis sancti Benedicti, Morinensis diocesis. Fragranzia sancte religionis quam monasterium vestrum a sue fundationis initio inter alia cenobia regni Francie specialiter redolere dinoscitur favorabiliter apud Sedem apostolicam interpellat, ut ipsum insignis honoris dono et prerogativa specialis privilegii effерamus indignum quidem existeret, si tam venerabilis locus claris non insigniretur honorificentie titulis, in quo celesti munere predicta religio tanquam sydus in firmamento disnoscitur relucere. Ad quod etiam ex eo potissime digneque inducimur, quod tue fili abbas administrationis laudabilibus studiis temporalia bona ejusdem monasterii florere dicuntur et grata semper suscipere incrementa. Hinc est quod nos volentes ut erga illud gratia ejusdem Sedis exuberet ejusque decor ad divini nominis gloriam augatur, vestris supplicationibus inclinati, tibi fili abbas et successoribus tuis, ut mitra et anulo uti decetero more pontificum libere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, II kalendas februarii, anno primo. »

104

Naples, 30 janvier 1255.

Abbatis monasterii s. Petri de Monte in Nigra Silva mandat, ut, juxta litteras Innocentii papae IV, ad provisionem Johannis clerici, nati Agnetis quondam castellani Sorelle, in Argentinensi diocesi procedat: non obstante quod quadam clausula litterarum Innocentii per errorem dicit « episcopo Constantiensi », cum dici debeat « Argentinensi episcopo ». (REG. 24, c. 94, f. 12v; BERNOLLI, n° 640.)

« ... abbati monasterii sancti Petri de Monte in Nigra Silva, Constantiensis diocesis. Super provisione dilecti —. Dat. Neapoli, III kalendas februarii, anno primo. »

105

Naples, 30 janvier 1255.

Abbatis et conventui monasterii Villa Lupensis, Turonensis diocesis, indulget ut, durante causa eorum contra comitem Suessionensem et Carnotensem, dominum Ambaziae et M. uxori ejus, ad providendum nullum nisi per litteras apostolicas cogi possint. (REG. 24, c. 95, f. 12v.)

« ... abbati, et conventui monasterii Ville Lupensis, or-

dinis sancti Benedicti, Turonensis diocesis. Cum, sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, contra nobilem virum ... comitem Suessionensem et Carnotensem, dominum Ambazie ac nobilem mulierem M. uxorem ejus habeatis causam super libertate ac aliis juribus vestri monasterii defendendis, propter quod subire vos oportet non modica onera expensarum ad que supportanda vix ejusdem monasterii suppetunt facultates, nos vobis super hoc paterno compatiens affectu auctoritate vobis presentium indulgemus, ut hujusmodi causa durante ad provisionem alieujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis compelli non possitis neque per alium de ipsis alieni provideri valeat per litteras impetratas a Sede apostolica seu legatis ejusdem aut etiam impetrandas, que de indulgentia hujusmodi et causa predicta plenam et expressam seu de verbo ad verbum non fecerint mentionem, etiam si contineatur in ipsius Sedis litteris quod earum impreatoribus aliqua dicte Sedis indulgentia non obsistat seu quod de aliqua persona vel alicujus nomine fieri debeat mentio in eisdem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli ut supra. »

106

Naples, 27 janvier 1255.

Praeposito et conventui ecclesiae de Ror, Ratisponensis diocesis, indulget, ut festum dedicationis ecclesiae suae constructae in honore beatae Virginis Mariae, quod in festo beati Urbani consuevit hactenus celebrari, in crastinum Nativitatis ejusdem Virginis possint annuatim futuris temporibus celebrare. (REG. 24, c. 96, f. 12v; POTTHAST 15652.)

« ... preposito et conventui ecclesie de Ror, ordinis sancti Augustini, Ratisponensis diocesis. Religionis vestre memetur —. Dat. Neapoli, VI kalendas februarii, anno primo. »

107

Naples, 31 janvier 1255.

Magistro et universis fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut cum in aliquo ordinis capitulo vel conventu de provinciali aut conventuali priore occurrerit electio facienda, electores prioris hujusmodi cis qui pro confirmatione mittuntur ipsius, si ex aliqua causa electio hujusmodi non procedat, libere possint committere ut alium eligant in priorem. (REG. 24, c. 97, f. 12v; POTTHAST 15661.)

« ... magistro et universis fratribus ordinis Predicorum. Ut ea que —. Dat. Neapoli, II kalendas februarii, anno primo. »

108

Naples, 30 janvier 1255.

Petrum, tunc monachum monasterii s. Euphemiae Neuctrensis diocesis, in episcopum Strongyliensem ab electo S. Severinae praefectum confirmat. (REG. 24, c. 98, f. 12v.)

« Petro, electo Strongyliensi. In nostra constitutus presentia nobis exponere curavisti quod dilectus filius ... Sancte Severine electus, cupiens Strongyliensi ecclesie tunc pastore vacanti ne per vacationem diutinam detrimentum in spiritualibus vel temporalibus incurreret preceavere, te tunc monachum monasterii sancte Euphemiae Neuctrensis diocesis, eidem ecclesie cuius idem metropolitanus existit et ad eum tunc erat ordinatio legitime devoluta, prefecit canonice in episcopum et pastorem, prout in litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis precibus inclinati, quod ab eodem electo super hoc provide factum est ratum habentes et gratum, illud anctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. Dat. Neapoli, III kalendas februarii, anno primo. »

109

Naples, 8 février 1255.

Magistro Johanni de Burtone, rectori ecclesiae de Hakeburna, Saresbiriensis diocesis, quae X libras sterlingorum annuatim valet, dispensat ut unicum adhuc beneficium etiam si curam habeat animarum annexam recipere valeat. (REG. 24, c. 99, f. 13.)

« Magistro Johanni de Burtone, rectori ecclesie de Hakeburna, Saresbiriensis diocesis. Attendentes tue merita —. Dat. Neapoli. VI idus februarii, anno primo. »

110

Naples, 13 janvier 1255.

Electo Augstensi mandat quatinus nobiles viros Volkmarium de Kenenate et Suekerum dominum de Mindelberch moeat et inducat ut Rodegerio de Ehenheim olim Conrado adhaerenti bona detenta restituant. (REG. 24, c. 99², f. 13.)

« .., electo Augstensi. Cum dilectum filium Rodegerium de Ehenheim, sue devotionis exigentibus meritis, speciali benivolentia prosequamur, mandamus quatinus nobiles viros Volkmarium de Kenenate et Suekerum dominum de Mindelberch qui bona predicti R. occupata detinent moneas efficaciter et inducas ut bona predicta sibi restituere, sublata qualibet difficultate, procurent, ipsos ad id veritate cognita sicut justum fuerit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita ratione presentium compellendo. Non obstante quod

idem R. olim Conrado, nato quondam Fr. olim imperatoris, adheserit. cum nos super hoc speciale sibi gratiam facientes offensam hujusmodi ei duxerimus remittendam. Dat. Neapoli, idibus januarii, anno primo. »

111

Naples, 13 janvier 1255.

Omnibus Christi fidelibus mandat, ut de securo conductu Rodegerii de Ehenheim et familiae ejus in Alamanniam de regno Siciliae revertentium provideant et illos non offendant sub excommunicationis poena. (REG. 24, c. 100, f. 13.)

« Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis tam exemptis quam non exemptis, et nobilibus viris marchionibus, comitibus, baronibus, militibus necnon et potestatibus, rectoribus, consulibus et consiliis tam civitatum quam castrorum et aliorum locorum, ceterisque Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectus filius nobilis vir Rodegerius de Ehenheim in Alamanniam cum nostra et apostolice Sedis gratia de regno Sycilie revertatur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente mandantes quatinus tam ipsum quam omnes de familia sua quos secum duxerit ob reverentiam ipsius Sedis et nostram habentes propensius commendatos, eos illuc ire libere permittatis nec aliquam eis in personis vel rebus inferatis molestiam, nec inferri ab aliis permittatis, immo cum per vos transitum fecerint et vos requisierint de securo conductu liberaliter provideatis eidem, ita quod devotionem vestram dignis in Domino exinde possimus laudibus commendare. Si qui vero nobilem vel alios predictos in personis aut rebus offendere seu detinere forte presumpserint, vos, fratres archiepiscopi et episcopi, ac abbates et priores, decani, archidiaconi et prelati, in presumptores hujusmodi auctoritate nostra excommunicationis sententiam profarentes, tamdiu eos singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab aliis per omnia loca in quibus expedire videritis nunciari, donec eos libertati et ipsis ablata restituant universa et de dampnis et injuriis satisfaciant competenter. Non obstante si —. Dat. ut supra. »

112

Naples, 27 janvier 1255.

Abbatii monasterii Rothensis indulget, ut monachi ipsius in domibus seu prioratibus monasterii possint propter pauper-

tatem esse soli, durante ipsius et monachorum exilio et quaestione eorum cum Britanniae comite. (REG. 24, c. 101, f. 13.)

« ... abbatii monasterii Rothensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Venetensis diocesis. Devotionis tue precibus inclinati, ut monasterii tui monachi in domibus seu prioratibus ipsius monasterii, durante tuo et monachorum tuorum exilio sive donec mota inter te et conventum tuum ex parte una et nobilem virum .., comitem Brittanie, ex altera super diversis articulis questio judicio vel concordia sit sopita, valeant, prout tibi expedire videbitur, esse soli, cum propter paupertatem simul esse non possint. contraria constitutione vel consuetudine non obstante, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI kalendas februarii, anno primo. »

113

Naples, 31 janvier 1255.

Nicolao, Petrucio, Jacobo et Frorino, pupillis filiis et heredibus quondam Johannis Morenae de Siracusio qui per manum Nicolai Tinversae de Siracusio plenariam rationem de officiis patris eorum Manfredo principi Tarantino reddiderunt, absolutionem ab omni onere pro predictis officiis confirmat. (REG. 24, c. 102, f. 13.)

« Nicolao, Petrucio, Jacobo et Frorino, pupillis filiis et heredibus quondam Johannis Morenae de Siracusio, fidelibus nostris. Cum sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, Nicolaus Tinversa de Siracusio plenariam et debitam reddiderit rationem pro parte vestra nobili viro Manfredo principi Tarantino tunc pro regni Sycilie halio se gerente de officiis que quondam Johannes Morena pater vester exercuit tempore quondam Fr. olim Romanorum imperatoris et ad plenum Curie satisfecerit, idemque princeps vos in perpetuum ab omni onere hujusmodi rationi pro predictis officiis duxerit absolvens, prout in ipsis litteris exinde confectis plenius dicunt contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem principe provide factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communius. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II kalendas februarii, anno primo. »

114

Naples, 21 janvier 1255.

Aegidio dicto de Carbio, civi Narniensi, et natis quondam Angeli fratris ejus, germano et nepotibus [Nicolai] episcopi

Assassinatis, quibus Innocentius IV papa intuitu dicti episcopi terram quae Scappa vocatur et alias possessiones demaniorum ecclesiae Romanae in territorio Utriculi, Narniensis diocesis, in feudum perpetuum ducentas libras denariorum senatus valens concessit, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 103, f. 13; POTTHAST 15644.)

« *Egidio dicto de Carbio, civi Narniensi, et natis quondam Angeli fratris ejus. Felicis recordationis I. — Dat. Neapoli, XII kalendas februarii, anno primo. »*

115

Naples, 28 janvier 1255.

Episcopo Virdunensi indulget, ut indulgentiis et litteris apostolicis ab I. papa concessis uti valeat, non obstante quod in eis nominatur electus. (REG. 24, c. 104, f. 135.)

« ... *episcopo Virdunensi. Cunn, sicut ex tenore tue petitionis accepimus, felicis recordationis I. papa predecessor noster quasdam indulgentias et litteras apostolicas tibi duxerit concedendas, nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut eisdem indulgentiis et litteris, non obstante quod in eis nominaris electus, cum tempore impetrationis earum consecrationis munus ut asseris adeptus fueris seu quod eodem predecessore viam universe carnis ingresso eis usus hactenus non fuisti, ut libere valeas auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »*

116

Naples, 31 janvier 1255.

Arturo, canonico Ysermensi, mandat, ut Sophiam monasterii s. Mariae Ysermensis abbatissam electam et a Conrado, nato quondam Frederici imperatoris, in episcopi Ysermensis praecjudicium confirmatam amoveat et de alia abbatissa faciat provideri. (REG. 24, c. 105, f. 13v.)

« *Arturo, canonico Ysermensi. Significavit nobis venerabilis frater .. episcopus Ysermensis, quod monasterio sancte Marie Ysermensis ordinis sancti Benedicti sibi lege diocesis subjecto olim abbatis regimine destituto, Sophia monialis ipsius, tempore quo regnum Sicilie suppositum erat ecclesiastico interdiulo, se a monialibus dicti monasterii munus canonice in abbatissam ejusdem eligi procuravit, et, nullius superioris ad quem confirmatio electionis hujusmodi de jure pertinet confirmatione obtenta, electionem eaudem per quondam Conradum natum quondam Fr. imperatoris*

temere confirmari faciens, in spiritualibus et temporalibus administrare presumit ibidem in anime sue periculum, plurimorum scandalum, ipsius episcopi prejudicium et ejusdem monasterii non modicum detrimentum. Quare humiliter pro parte ipsius episcopi petebatur a nobis ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatinus, si premissis veritas suffragatur, prefatam Sophiam a regimine dicti monasterii justitia mediante amoveas et ejusdem monasterii facias per electionem canonicam in abbatissam de persona idonea provideri. Contradictores. Dat. Neapoli, II kalendas februarii, anno primo. »

117

Naples, 17 janvier 1255.

Omnibus vassallis majoris monasterii s. Salvatoris Reatini, mandat, ut Gentileno, monacho ejusdem monasterii in abbatem electo, cui Innocentius IV papa electionem confirmavit et postmodum propriis manibus munus benedictionis impedit, debitae fidelitatis et homagii tanquam domino corum spirituali et temporali juramenta praestent. (REG. 24, c. 106, f. 13v.)

« *Nobilibus viris baronibus et militibus ac aliis vassallis majoris monasterii sancti Salvatoris Reatini ordinis sancti Benedicti ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ad quos littere iste pervenerint. Dudum monasterio majori —. Dat. Neapoli, XVI kalendas februarii, anno primo. »*

In e. m. conventui majoris monasterii sancti Salvatoris Reatini, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Dudum monasterio vestro abbatis regimine destituto, vos sicut accepimus etc. usque honorifice pertractantes, exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitam et de votam, ejus salubria mandata et monita suscipiendo reverenter ac inviolabiliter observando. Alioquin sententiam etc. usque observari. Dat. ut supra.

118

Naples, 19 janvier 1255.

Abbatibus et priori infrascriptis committit licentiam tribuendi abbati et conventui s. Michaelis de Coronio, Elnensis diocesis, ut possint coniunctare certas possessiones in alias viciniores. (REG. 24, c. 107, f. 13v.)

« .., *Fontis frigidi Cisterciensis .., sancti Martini Canionensis sancti Benedicti abbatibus et .., priori de Corneliano sancti Augustini ordinis, Narbonensis et Elnensis diocesum. Ex parte dilectorum filiorum .., abbatis et conventus monasterii sancti Michaelis de Coronio, or-*

dinis sancti Benedicti, Elnensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis, fuit nobis humiliter supplieatum ut, cum iidem in villa de Barbastre et in parrochia de Palatio, Oseensis et Barchinonensis diocesum, ac in civitate Barchinonensi necnon et in quibusdam villis et aliis diversis locis et diocesibus habeant quasdam villas, terras, possessiones, redditus et homines in eisdem possessionibus habitantes ab eorum monasterio sic remota quod eorum aliquibus per quatnor, quibusdam vero per duas dietas a monasterio ipso distantibus, ita quod ipsi quedam ipsorum sine personarum et rerum periculo adire nequeunt et nullum vel modicum utilitatis fructum assecuntur ex illis, commutandi ea in alias possessiones magis vicinas et utiliores monasterio memorato vel etiam vendendi eadem ac emendi alias de precio earundem licentiam sibi concedere curaremus. Ideoque mandamus quatinus hujusmodi negotii circumstantiis sollicite indagatis, si sepedito monasterio videritis expedire et conventus ejusdem loci, vel major et sanior pars ipsius in hoc unanimiter concordabit, tributatis eis auctoritate nostra licentiam postulatam, ita dumtaxat ut non prius presumant possessiones et alias predicta vendere quam invenerint alia in que illorum pretium per manus vestras integre convertatur. Vos itaque provideatis attente ne quod pro ipsius monasterii utilitate concedimus in ejus possit vergere detrimentum idque a vobis a Domino requiratur. Quod si non omnes etc. Dat. Neapoli, XIV kalendas februarii, anno primo. »

119

Naples, 8 février 1255.

Thomae, capellano suo, abbati monasterii s. Petri de Orbaco, Suessionensis diocesis, et successoribus ejus in perpetuum concedit facultatem benedicendi pallas altaris, corporalia quoque ac omnia indumenta sacerdotalia, dandique benedictionem primae tonsurae vel coronae. (REG. 24, c. 108, f. 13v.)

« Thome abbati, capellano nostro, et conventui monasterii sancti Petri de Orbaco, ordinis sancti Benedicti, Suessionensis diocesis. Volentes monasterium vestrum —. Dat. Neapoli, VI ibus februarii, anno primo. »

120Naples, 1^{er} février 1255.

Eidem et successoribus ejus in perpetuum concedit facultatem utendi tunica, dalmatica, anulo, mitra, cyrothecis et san-

daliis ubique dandique populo benedictionem in missis in monasteriis. (REG. 24, c. 109, f. 13v.)

« Thome, capellano nostro, abbati et conventui monasterii sancti Petri de Orbaco, ordinis sancti Benedicti, Suessionensis diocesis. Ut pulera et —. Dat. Neapoli, kalendis februario, anno primo. »

121Naples, 1^{er} février 1255.

Samueli, episcopo Newcastlensi, concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad septuaginta marcas argenti pro ejus necessitatibus, bona ecclesiae ejus obligando. (REG. 24, c. 100, f. 13v; POTTHAST t5666.)

« Samueli, episcopo Newcastlensi. Ne te oporteat —. Dat. Neapoli, kalendis februarii, anno primo. »

122Naples, 1^{er} février 1255.

Conventui monasterii monialium in Insula Virdunensis, sub communia vita sororum penitentium ordinis s. Augustini de genti, confirmat statutum H., tituli s. Sabinae presbyteri cardinalis, ut ibidem dictus ordo perpetuis temporibus observeatur. (REG. 24, c. 111, f. 14.)

« ... abbatissae et conventui monasterii monialium in Insula Virdunensis, ordinis sancti Augustini. Quotiens a nobis —. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum eoram nobis, dilectus filius noster H., tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, tunc in partibus Alamannie apostolice Sedis legatus, in monasterium vestrum in quo dudum sub communia vita sororum penitentium degebatis ordinis beati Augustini, diocesani loci accedente consensu, induens statuerit, ut ibide dictus ordo perpetuis temporibus observetur, nos vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, quod ab eodem cardinale factum est in haec parte ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

123

Naples, 23 janvier 1255.

Abbatissae Feramonasterii, Meldensis diocesis, committit, ut libere officium suum exequatur contra Emelinam priorissam, Haindim thesaurariam et alias moniales prioratus de Giaco, Senonensis diocesis, quae praetextu quarundam litterarum

Sedis apostolicae asserunt se amoveri non posse ab officiis sine ipsius Sedis licentia. (REG. 24, c. 112, f. 14.)

« ... abbatisse Feramonasterii, ordinis sancti Benedicti, Meldensis diocesis. Ad aures nostras pervenit quod Eme- lina, priorissa prioratus de Giaco, Senonensis diocesis, ad monasterium tuum immedie spectantis, Haindis thesauraria et quedam alie tui monasterii moniales prioratus et alias administrationes habentes, occasione quarumdam litterarum et indulgentiarum quas a Sede apostolica se habere asserunt ut a suis administratio- nibus, prioratibus seu officiis amoveri nequeant sine ipsius Sedis licentia speciali, contra te spiritu rebellio- nis assumpto et obedientie jugo relicto multa commit- tunt enormia que limam correctionis exposeunt, bona temporalia que ad hujusmodi administrationes priora- tus et officia pertinent pro sue voluntatis arbitrio dissipa- ntes in animarum suarum periculum plurimorum scandalum et ipsius monasterii detrimentum. Cum ita- que privilegium mereatur amittere qui premissa sibi abutitur poleslate, presentium tibi auctoritate commit- timus, ut contra dictas priorissam, thesaurariam et alias moniales, non obstantibus hujusmodi litteris et indulgentiis quas tenore presentium penitus revocamus vel aliis cuiuscunq; tenoris existant, etiam si de hiis oportet in presentibus de verbo ad verbum expressam fieri mentionem libere officii tui debitum exequaris. Dat. Neapoli, X kalendas februarii, anno primo. »

124

Naples, 8 février 1255.

Episcopo Tervisino in episcopum Castellanum a capitulo eccliae Castellanae electo mandat, ut, absolutus a vinculo quo tenebatur eccliae Tervisinae, ad ipsam eccliam Castella- nam accedat. (REG. 24, c. 113, f. 14.)

« ... episcopo Castellano. Liceat continuata supervenientium —. Dat. Neapoli, VI idus februarii, anno primo. »

In e. m. capitulo eccliae Castellane usque deputati. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod ecclia vestra etc. usque incrementa, verbis competenter mutatis. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus prefatum episcopum recipientes benignae ac honeste tractantes, ei tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliiter intendatis et exhibeat obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et man- data suscipiendo devote ac inviolabiliter observando. Alioquin sententiam etc. usque observari.

In e. m. clero civitatis et diocesis Castellanarum.

In e. m. nobili viro .., duci, consilio et populo civitatis et diocesis Castellanarum usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem epis- copum recipientes hilariter et honeste tractantes, ipsi tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliiter intendatis et exhibeat obedientiam debitam et devotam etc. usque observando. Dat. ut supra.

125

Naples, 21 janvier 1255.

Capitulo Acconensi, qui Florentium episcopum Acconen- sem, tunc canonicum Laudunensem, in suum episcopum ele- git et ab Innocentio IV papa confirmationem petiit et obtinuit, mandat ut dicto episcopo obedientiam et reverentiam debitam impendat. (REG. 24, c. 114, f. 14.)

« Capitulo Acconensi. Debitum officii nostri —. Dat. Neapoli, XII kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Acconensium.

In e. m. populo civitatis et diocesis Acconensium usque in- tendendo. Dat. ut supra.

126

Naples, 7 février 1255.

Balduno de Commes, militi Tornacensis diocesis, dispensat, ut cum Ada, nata quandam Hugonis de Suminghem, militis Morinensis diocesis, in contracto matrimonio remanere valeat, non obstante quod fuerat quarto consanguinitatis gradu con- junctus quandam Johanni de Verlinghem viro ipsius Ade. (REG. 24, c. 115, f. 14v.)

« Balduino de Commes, militi Tornacensis diocesis. Etsi conjunctio copule conjugalis etc. usque circa quosdam. Cum itaque. sicut te acceperimus intimante, dilectam in Christo filiam Adam mulierem natam quandam Hugonis de Suminghem, militis Morinensis diocesis, duxeris in uxorem ac intellexeritis postmodum tam tu quam eadem mulier quod quandam Johannes de Verlinghem, vir ipsius Ade, tibi fuerat quarto consanguinitatis gradu conjunctus, nobis humiliiter supplicasti ut dispensare tecum super hoc misericorditer curaremus. Tuis igitur supplicationibus inclinati, maxime cum ex separatione hujusmodi matrimonii posset ut dicitur scandalum non modicum exoriri, tecum ut cum predicta muliere in sic contracto matrimonio licite remanere valeas. gradu non obstante predicto, auctoritate apostolica dispensamus. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, VII idus februarii, anno primo. »

127

Naples, 10 février 1255.

Episcopo Prenestino committit curam concedendi abbati et conventui monasterii s. Pauli de Urbe ut possessiones eorum minus utiles ad valorem 1500 librarum proveniens senatus possint alienare ad emendum alias utiliores. (REG. 24, c. 116, f. 14v.)

« .., episcopo Prenestino. Oblata nobis dilectorum filiorum .., abbatis et conventus monasterii sancti Pauli de Urbe petitio continebat, quod ipsi quasdam possessiones et terras habent, quas iidem vendendo seu alienando, de pecunia quam ex ipsis reciperent emendo possessiones alias, possent ejusdem monasterii conditionem satisfacere meliorem. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut vendendi aut alias alienandi de possessionibus ipsis minus utilibus ad valorem mille quingentiarum librarum proveniens senatus ad emendum alias possessiones magis utiles ad opus ipsius monasterii concedere curaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatinus eisdem postulata concedas, si videris expedire, proviso quod de pecunia quam iidem abbas et conventus de possessionibus quas vident, recipient alias magis utiles tuo mediante consilio ad opus emanant monasterii memorati et ne quod pro ejusdem monasterii utilitate queritur in ipsis possit vergere detrimentum. Dat. Neapoli, IIII idus februarii, anno primo. »

128

Naples, 4 février 1255.

Commune civitatis Insulanae et Insulam Ventu Terrae ad suum et Ecclesiae Romanae demanium recipit et retinet, nominationem capitanei vel rectoris sibi reservat, capitulo jus episcopalis electionis conservans confirmansque libertates civitatis. (REG. 24, c. 117, f. 14v.)

« Communi civitatis Insulane. Ut erga Romanam —. Vestris itaque supplicationibus inclinati, vos et civitatem vestram ad nostrum et apostolicę Sedis recipientes demanium, vos et ipsam sub nostro et ejusdem Sedis dominio et jurisdictione, ita quod nulli unquam persone vel loco subici valeatis, specialiter in perpetuum retinemus; et si qua forte per felicis recordationis I. pape predecessoris nostri litteras vel privilegium cuiquam civitatis ejusdem aut vestri etiam facta(m) concessio vel data jurisdictione apparebit seu quacunque persona in ea vel in vobis dominii jns vel quasi quonodolibet habere compertum fuerit aut vos vel ipsam de jure ad aliquem vel aliquos pertinere, curabinus propter hoc dare concubium, ita quod vos et civitas ipsa

in nostro et ejusdem Sedis demanio jure perpetuo maneat. Preterea ut vos et eadem civitas salubri semper regimine gubernari auctore Domino valeatis, vobis ad vestrum regimen capitaneum vel rectorem, non de terra Laboris de qua ad predicta vel alia officia civitatis ejusdem nunquam promoveri aliquem volumus vel assumi; sed aliunde, prout nobis expedire videbitur pro tempore, concedemus. Porro ne caputum vestre cathedralis ecclesie honore solito fraudetur in posterum, eidem capitulo jus quod in electione episcopi ex antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine obtinet integrum conservamus, volentes ut episcopos qui pro tempore fuerit in ecclesia Insulana beneficia ecclesiastica ejusdem civitatis et diocesis cum ea vacare contigerit, secundum Deum personis idoneis canonice conferat, sicut ad eum pertinet de consuetudine vel de jure. Ad hec Insulam Ventu Terre ad nostrum et Ecclesie Romane demanium specialiter retinemus, sicut eam reges Sycilie tenuisse hactenus dinoscuntur. Ceterum libertates in civitatibus regni a regibus Sycilie vobis concessas sicut eas habuistis et habetis legitime ac ipsis hactenus libere usi estis vobis et per vos civitati predicte in posterum confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre receptionis, retentionis, conservationis et confirmationis etc. Dat. Neapoli, II nonas februarii, anno primo. »

129

Naples, 30 janvier 1255.

Monasterio Beatae Mariae de Valle Josaphat omnes libertates et immunitates a praedecessoribus suis Innocentio, Eugenio, Anastasio, Adriano concessas, necnon quacumque bona, quascumque libertates aut exemptiones secularium exactionum ex dono Godefridi ducis, Balduini regis Jerosolimitani vel aliorum Dei fidelium, enumerando confirmat. (REG. 24, c. 118, f. 14v; H.-F. DELABORDE, *Chartes de Terre-Sainte*, p. 100-105).

« ... abbati monasterii Beate Marie de Valle Josaphat ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus etc. usque infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterio Beate Marie de Valle Josaphat Jerosolimitano in quo divino estis obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis Innocentii, Eugenii, Anastasii et Adriani predecessorum nostrorum Romanorum pontificum tanquam proprium et speciale sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripsi privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus,

qui secundum Deum et beati Benedicti regnani in eodem monasterio institutus esse dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Preterea quascumque poffeffiones, quecumque bona, ſive ex dono bone memorie Godefridi dueis, ſive Balduini regis Jerosolimitani vel aliorum Dei fidelium idem monasterium imprefentiarum juſte ac legitime poffidet aut in futurum confeſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis i[n]ſtis modis preſtante Domino poterit adipisci firma vobis veſtrisque ſuccelforibus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet de donis patriarcharum in territorio Jerosolimitano partes duas decime de casali Bethsan, decimas ortorum molendinorumque Syloe, terrarum quoque et vinearum eidem ecclesie pertinentium que ſunt in eodem territorio.

Preterea decimas duarum carrucarum, quarum una fuit Guidonis de Miliaco, altera Baleani.

In territorio Neapolitano, decimas trium casalium Ascar, Bytiri et Saphet.

In territorio Aeon, decimam casalis quod dicitur Cassera et quatuor carrucarum terre olivarumque ad casas pertinentium apud casale Uberti de Pazeo: medietatem quoque decime Baleani de Bytiri et terre Be-roaldi que ſita eſt in monte et totam decimam trium casalium Balduini Ramatensis quorum nomina hec ſunt: Gemail, Serra, Bezezin, neenon et decimam duorum casalium Cavee et Tarphim que fuerunt Gunfridi de Turri.

In Joppe, unam eccleſiam et decimam terre que fuit Fraymerici neenon et decimam duarum carrucarum terre quam primus rex Balduinus ecclesie Josaphat confeſſit.

In territorio Ebron, decimam casalis cui nomen Jamarvara.

De confeſſione prioris et canoniconum Dominici ſepulchri, furnum unum in Jerusalem, decimam terre Plate Petre et decimam casalis quod vocatur Dar-chiboam.

De bonis quoque epifcoporum in territorio Cesariensi, decimam casalis quod vocatur Bethalla et decimam que de proprio labore monachorum vel eis ſubditorum procedet. in territorio Cayphe, casalis cui nomen Galgala.

In Galilea, eccleſiam Ligionis cum parrochia et omnem decimationem ipsius et decimationem alterius casalis quod dicitur Thanis, eccleſiam Sancti Georgii que ſuper Tyberiadem ſita eſt et decimam casalis cui nomen Casrielme.

In territorio Ramatensi, casale unum nomine Ca-phyría et in diam partem decimationis ipsius, et infra caſtrum Sancti Georgii, domum unam et infra muros machomerie aliam et quatuor carrucatas terre ante ipsum caſtrum, neenon et decimam duarum carrucarum terre quam Balduinus de Ramis ecclesie Josaphat attribuit.

In Ptolomaidā, unam eccleſiam.

In Cayphia, aliam.

In Tyro, aliam et decimam duorum casalium Beth-fella et Sardanas, et juxta Sydonem aliam et decimam viridarii terrarumque ſibi pertinentium et decimam casalis cui nomen Sapharabra neenon et decimam octo carrucarum terre in montanis Sarepte.

In territorio Baruch decimam viridarii et duarum carrucarum terre.

In caſtro Tymini, aliam eccleſiam cum parrochia et cimiterio.

In casali Bethalla, unam cappellam.

In Saphyria, aliam.

De donis Godefredi et regum Jerusalem ejusdemque terre baronum, infra muros Jerusalem furnum unum et molendina. domos et ortos; extra vero, in ejus territorio, terras, vineas, fontem Syloe et molendina, fos-sam et ortos et duas partes de casali Bethsan et casale quod dicitur Darchiboam.

In territorio Neapolis, casale unum quod dicitur Ascar et aliud quod dicitur Bytiri et aliud quod dicitur Saphet.

In territorio Joppe, duas carrucatas terre et terram que fuit Fraymerici.

In territorio Cayphe, casale unum quod dicitur Tymini; in eodem caſtro nomine Cayphas, domos, furnum et terras intus et extra.

In territorio Ebron, casale unum nomine Jamarvara.

Juxta Sydonem, casale unum nomine Capharaba et viridarium et terras.

In montanis Sarepte, octo carrucatas terre.

In Baruchi, domos, furnum, molendinum, viridarium; et extra, duas carrucatas terre.

In Ptolomaidā, domos duas et in montanis casale unum nomine Casra.

In territorio Cesariensi, casale unum nomine Bethalla, et infra civitatem domum unam, et juxta viam que dicit ad flumen casale unum quod dicitur Mes-chium, et trans flumen Jordanis casale unum quod dicitur Betsura.

In terra Ligionis, quatuor carrucatas terre et domos in casali.

In territorio Toroni, casale unum nomine Corath.

In territorio Tyberiadis, casale unum quod dicitur Casrielme.

In terra Sneti, casale unum quod dicitur Zebezel et aliud quod dicitur Sanctus Georgius de Chaman et aliud quod dicitur Sanctus Job cum omnibus pertinentiis eorum et casale quod dicitur Suesme.

In territorio Gor, casale nomine Jarraz.

In casale Huberti de Paceo, quatror carrucatas terre et olivetum, et infra casale, domum unam, et extra, ortum.

In diocesi Sancti Georgii, casale unum quod dicitur Sephorie.

In territorio Tyri, casale unum nomine Bethfalla et aliud nomine Sardanas, et infra civitatem, domos, viridarium et ortum.

In territorio Ascalonis, casale unum nomine Machoz cum omnibus pertinentiis suis et majorem machomeriam in eadem civitate et unum de melioribus viridariis.

Et iterum trans flumen Jordanis, duo casalia La et Bethsura cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiiis et paseuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus.

In omni portu Jerusalem sine navali exactione libere intrare et exire cum navibus et omnibus rebus vestris et intrare in civitatem Ptolomaidam et exire cum omnibus rebus vestris sine aliqua tributali consuetudine.

Sane novalium vestrarum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absoltos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit, sine abbatis sui licentia, de eodem loco nisi artioris religionis obtenu discedere; discedentem vero absque communis litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto.

Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo,

siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane Sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat.

Prohibemus insuper ut, infra fines parrochie vestre, nullus, sine assensu diocesani episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis pontificum Romanorum.

Interdicimus etiam ne per alienus sollempnitatis occasionem in cenobio vestro cena vel prandium a Jerosolimitane ecclesie episcopo vel clericis exigatur ne servorum Dei quies hujusmodi occasionibus perturbetur.

Ut autem in majori quiete possitis de cetero Domino propensiis desservire, adientes presenti decreto, penitus prohibemus ut in eadem ecclesia Dei Genitricis episcopo Jerosolimitano ecclesie cathedra nullatenus exigatur.

Nulli etiam nec Jerosolimitano episcopo liceat ecclesiam vestram interdicto subicere vel divina ibi officia celebrari ullatenus prohibere.

Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publici usurarii, nullus obsistat, salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Redditus vero qui de rusticorum infidelium censu vestro monasterio constituti sunt vel in futurum prestante Domino conferentur, vobis integros manere censemus.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbatte vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in pos-

terum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausulas locorum seu gran-
giarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere,
ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere
capere vel interficere seu violentiam audeat exercere.

Preterea omnes libertates — communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat —.
Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum
gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus
omnimodis profutura, salva Sedis apostolice auctoritate
et in predictis decimis moderatione concilii generalis.
Ad indicium autem hujus percepte a Sede apostolica
libertatis nobis nostrisque successoribus unam unciam
auri amnis singulis persolvetis. Si qua igitur —. Cunctis
autem —. Amen, amen, amen. Dat. Neapoli, per
mammam Guillelmi magistriscolarum Parmensis sancte
Romane Ecclesie vicecancellarii, III kalendas februarii,
indictione XIII, incarnationis Dominice anno MCCLIII,
pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno
primo. »

130

Naples, 5 février 1255.

Johanni de Sulaco indulget, ut, praeter decanatum s. Austregisili et prioratum secularem de Vastino, Bituricensis diocesis, unicum beneficium ecclesiasticum in regno Franciae recipere valeat. (REG. 24, c. 119, f. 15v.)

« Johanni de Sulaco, capellano nostro, decano ecclesie sancti Austregisili Bituricensis. Nobilitas generis et honestas tue conversationis ac vite te apud benignitatem apostolice Sedis dignum dicuntur efficere quod speciem a nobis gratuleris gratiam perceperis. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut preter decanatum sancti Austregisili et prioratum secularem de Vastino, Bituricensis diocesis, quos ex dispensatione Sedis apostolice te asseris obtinere, unicum beneficium ecclesiasticum, etiam si dignitas vel personatus existat et curam habeat animarum, dummodo tibi canonice offeratur in regno Francie, licite possis recipere et cum decanatu ac prioratu predictis libere retinere non obstante constitutione concilii generalis, tecum auctoritate apostolica dispensamus. Proviso quod ipsi decanus et prioratus ac hujusmodi beneficium, dignitas vel personatus debitibus obsequiis etc. usque negligatur. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, nonis februarii, anno primo. »

131

Naples, 29 janvier 1255.

Fernando Petri confirmat decanatum ecclesiae Ispalensis,

post expulsionem Saracenorū a Philippo, Ispalensi electo,
creatū Fernandoque collatum. (REG. 24, c. 120, f. 15v.)

« Fernando Petri, decano ecclesie Ispalensis. Cum a nobis petitur etc. usque effectum. Sane tua petitio nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Phylippus, Ispalensis electus, cum civitas Ispalensis de Saracenorum spurcieis de novo venerit ad cultum nominis Christiani, decanatum creans in ecclesia Ispalensi, decanatum ipsum auctoritate ordinaria tibi duxit canonice conferendum, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo ipsius electi plenus dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem electo provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, IIII kalendas februarii, anno primo. »

132

Naples, 7 février 1255.

A [zoni], marchioni Estensi, et Mabiliae, uxori ejus, quibuscum se quarto aut quinto affinitatis gradu contingentibus frater Rufinus de Placentia ordinis fratrum Minorum de speciali mandato Innocentii IV papae dispensaverat, ut in contracto matrimonio remanere possent hanc dispensationem confirmat. (REG. 24, c. 121, f. 15v; POTTHAST 15674.)

« Nobili viro A. marchioni Estensi et Mabilie uxori ejus. Cum sicut ex —. Dat. Neapoli, VII idus februarii, anno primo. »

133

Naples, 4 février 1255.

Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Paradiso juxta Constantiam, ordinis s. Damiani, indulget ut frigoris causa pellibus uti libere vanteant. (REG. 24, c. 122, f. 15v; POTTHAST 15671; BERNOULLI, *Acta pontif. helvet.*, n° 643.)

« .., abbatisse, et conventui monialium inclusarum monasterii de Paradiso juxta Constantiam, ordinis sancti Damiani. Divine affluentiam bonitatis —. Dat. Neapoli, II nonas februarii, anno primo. »

In e. m. .., abbatisse, et conventui monialium inclusarum monasterii sancti Francisci Argentinensis, ordinis sancti Damiani.

134Naples, 1^{er} février 1255.

Eisdem indulget ne extra civitatem Constantiensem, super bonis infra illam detentis, in causam trahi per apostolicae Se-

dis vet legatorum ipsius litteras valeant. (REG. 24, c. 123, f. 15v; POTTHAST 15667; BERNOULLI, *Acta pontif. helvet.*, n° 641.)

« *Eisdem. Vestre pacis querentes —. Dat. Neapoli . kalendis februarii, anno primo. »*

135

Naples, 9 janvier 1255.

Nobili viro Helyae confirnat baroniam Gisvaldi etc. (REG. 24, c. 124, f. 16)

« *Nobili viro Helye domino Gisvaldi. Personam tuam quam sincera in Domino caritate diligimus prosequi favorabiliter intendentes, terras tuas videlicet Gisvaldum, Aquamputidam, Civitatem Frequentinam, Paternum Sanctum magnum, Villam magnam, Torellam, Girofaleum, Bonitum et Sanetum Barbatum cum omnibus honoribus et pertinentiis suis, tam demanium tuum quam baroniam ipsius Gisvaldi contingentibus, ab antiquo in quibuscumque personis et rebus consistant, prout ea omnia juste possides et quiete, tibi et successoribus tuis in devotione Sedis apostolice persistentibus auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Non obstantibus resignatione ac venditione quas de dicta Civitate Frequenti et prefata terra Boniti quondam Conrado nato quondam Fr. olim imperatoris ob timorem ipsius C. qui cadere poterat inconstantem fecisse diceris, aut litteris confectis exinde seu etiam publicis instrumentis. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, V idus januarii, anno primo. »*

136

Naples, 28 janvier 1255.

Abbati et sacristae s. Pauli Narbonensis committit curam interrogandi testes, in quaestione inter Elnensem episcopum et Pontium Pauei archidiaconum Vallis Spirii orta, super articulis quae auditor causae Magister Rostandus capellanus papae transmittit. (REG. 24, c. 124², f. 16.)

« *.., abbati et .., sacriste sancti Pauli Narbonensis. Orta dudum inter venerabilem fratrem nostrum .., Elnensem episcopum, et dilectum filium Pontium Pauci, archidiaconum Vallis Spirii, tam super eo quod idem episcopus eundem archidiaconum sententialiter archidiaconatu suo privarat quam super quibusdam aliis articulis questione, ea que per appellationem ipsius archidiaconi ad Sedem apostolicam devoluta felicis recordationis I. papa predecessor noster causam super hiis dilecto filio magistro Rostando capellano nostro*

audiendum commisit. Cum autem coram ipso capellano a dicto archidiacono procuratori prefati episcopi oblato libello et lite super eo legitime contestata ac de veritate dicenda prestito a partibus juramento factisque hinc inde positionibus et responsionibus ad easdem ultraque pars intendat producere quosdam testes, mandamus quatinus super articulis quos idem capellanus cum interrogatoriis partium vobis sub suo sigillo transmittit, interrogato prius sub juris jurandi religione dicto episcopo. diligenter testes quos utralibet partium ad suam intentionem fundandam ac etiam ad reprobandum dieta testium eorumdem duxerit producendos prudenter recipere ac juxta interrogatoria ipsa infra spatium duorum mensium et dimidium post receptionem presentium eis a capellano predicto pro termino peremptorio assignatum examinare curetis, et eorum dicta fideliter redigentes in scriptis, ea sub vestris inclusa sigillis ad Sedem apostolicam remittatis, prefigentes eisdem partibus terminum peremptorium competentem. quo cum ipsis per se vel per procuratores idoneos compareant coram nobis justam auctore Dominu sententiam recepture. Testes etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

137

Naples, 1^{er} février 1255.

Statutum episcopi Parisiensis approbat, scilicet ut quaelibet praebenda ecclesiae s. Oportuna Parisiensis in duas dividatur, cedentibus vel decedentibus canonicis qui nunc sunt. (REG. 24, c. 125, f. 16.)

« *.., episcopo Parisiensi. Desiderantes plurimum ut —. Cum itaque, sicut accepimus, tu provide pensans quod ecclesie sancte Oportune Parisiensis adeo excreverant facultates quod proventus cuiuslibet prebende ipsius ecclesie duobus canonicis possent sufficiere competenter, quodque dicta ecclesia propter ministrantium paucitatem defectum non modicum in divinis obsequiis pateretur et ut eadem eo magis ad divini cultus augmentum proficeret quo in ipsa ministrorum numerus augeretur, de communi assensu canonicorum ejusdem ecclesie ac decani et capituli sancti Germani Parisiensis, ad quos collatio prebendarum dicte ecclesie de antiqua et approbata ac haec tenus pacifice observata consuetudine pertinet, duxeris statuendum ut de cedentibus vel decedentibus ecclesie prefate canonicis qui nunc sunt quilibet prebenda ipsius ecclesie dividatur in duas et duobus canonicis assignetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc a te provide factum est gratum habentes et ratum, illud auctoritate apostolica con-*

firmanus etc. communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, kalendis februarii, anno primo. »

138

Naples, 9 février 1255.

Episcopo Famagustano et abbatii Episcopiae mandat, ut archiepiscopo Nicosensi concedant licentiam commutandi quasdam possessiones mensae ejus in alias, si ecclesiae Nicosensi viderint expedire. (Reg. 24, c. 126, f. 16.)

« .., episcopo Famagustano, et .., abbatii Episcopie, Nicosiensis diocesis. Supplicavit nobis venerabilis frater noster .., archiepiscopus Nicossiensis. ut cum quedam possessiones ad mensam pertinentes ipsius inutiles habeantur, commutandi eas in alias ecclesie sue utiles sive locandi perpetuo vel etiam vendendi ac emendi alias de pretio earumdem licentiam sibi paterna sollicitudine largiremur. De vestra itaque circumspetione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatinus ipsius negotii circumstantiis sollicite indagatis, si eidem ecclesie videritis expedire prefato archiepiscopo auctoritate nostra postulatam licentiam concedatis. Ita tamen quod non prius presumat possessiones vendere memoratas quam invenerit alias in quas illarum pretium per manus vestras integre convertatur, juramento quod non de alienandis ipsius ecclesie possessionibus prestitis dicitur non obstante; provisurine quod pro ejusdem ecclesie utilitate concedimus in ipsius possit vergere detrimentum idque a vobis a Domino requiratur. Quod si non ambo etc. Dat. Neapoli, V idus februarii, anno primo. »

139

Naples, 4 février 1255.

Suevos rogat et hortatur ut [Alphonso], regi Castellae ac Legionis, ad acquirendum ducatum Sueviae et quaedam alia jura ei in illis partibus ex materna successione competentia potenter et patenter assistant. (Reg. 24, c. 127, f. 16; POTTHAST 15670.)

« Episcopis, abbatibus et principibus per ducatum Suevie constitutis. Ea carissimus in Christo filius noster ... rex Castelle et Legionis illustris, ac progenitores sui sinceritate devotionis et fidei erga Romanam Ecclesiam inter alios catholicos principes preteritis clarius temporibus dinoscuntur, ut cundem suis et suorum exigentibus meritis specialis devotionis brachiis amplectentes, plenis desideriis exoptemus ipsum continuus honoris et gratie proficere incrementis eique in hiis que ipsius profectum respiciunt nostri favoris exhibeamus plenitudinem liberaliter et libenter. Cum igitur, sicut intel-

leximus, idem rex ad acquirendum ducatum Suevie et quedam alia jura sibi in illis partibus ex materna successione competentia, ea qua convenit circumspetione et potentia desideranter intendat, nos vestrum in hoc procurari honorem et ejusdem ducatus statum prosperrum attendentes, devotionem vestram rogamus et hortamur attente, vobis per apostolica scripta mandantes quatinus dicto regi et ejus nunciis ob reverentiam apostolice Sedis et nostram in eisdem ducatu et juribus obtainendis potenter et patenter pro viribus assistentes, eis in tam utili vobis et ipsi ducatu prosecutione negotii fidele consilium et efficax auxilium impendatis. Ita quod idem rex vestre potentie ope fultus obtinere valeat quod intendit et vos eos qui ecclesiam diligunt per effectum operis diligere comprobantes nostram uberior exinde mereamini gratiam et favorem. Dat. Neapoli, II nonas februarii, anno primo. »

In e. m. nobilibus viris comitibus, baronibus, militibus et ministerialibus per ducatum Suevie constitutis.

In e. m. rectoribus et castellanis ac communitatibus civitatum et castrorum per ducatum Suevie constitutis.

140

Naples, 3 février 1255.

Heremitis concedit facultatem necessaria vitae depositandi ac recipiendi in excommunicatorum terris etiamque ab eis excommunicatis. (Reg. 24, c. 128, f. 16v.)

« .., priori generali, et fratribus ordinis Heremitarum. Vobis extremam patientibus pro Christi nomine paupertatem digne conceditur ab apostolice Sedis gratia per quod et necessitatibus vestre consulitur et benefactoribus vestris salutis meritum procuratur. Hinc est quod nos quorum depositum officium justis annuere desideriis devotorum veste precibus lunulatis induci, ut vos, qui exhortationis pie studio bonos ad potiora dirigitis et errantes in rectitudinis semitam laudabiliter revocatis, in excommunicatorum terris libere et ab eis tunc ac etiam quando vos per ipsos transire contigerit necessaria vite depositare ac recipere valeatis, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III nonas februarii, anno primo. »

141

Naples, 10 février 1255.

Statutum episcopi Cesaraugustani, ecclesiam ejus in ordine beati Augustini reformans, confirmat. (Reg. 24, c. 129, f. 16v.)

« .., episcopo Cesaraugustano. Cum a nobis petitur

etc. usque effectum. Sane transmissa nobis tua petitio continebat, quod tu, Cesaraugstanam ecclesiam auctoritate apostolica in ordine beati Augustini reformans, statuisti quod omnes canonici ipsius ecclesie tam presentes quam futuri regulares observantias in choro, ecclesia, claustro, refectorio, dormitorio et aliis locis intus et extra tam in divinis officiis, correctionibus, licentiis, habitu et vestibus quam in omnibus aliis studeant observare omnino, et quod canonici qui extunc recipientur in eadem ecclesia recipientur in canonicos regulares et post annum probationis promittant explique ac expresse secundum beati Augustini regulam se viciuros, prout in litteris tuis inde confectis sigillatis sigillo tuo plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc a te provide factum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapol., IIII idus februarii, anno primo. »

142

Naples, 27 janvier 1255.

Possessiones mensae ejusdem episcopi nominatim confirmat. (REG. 24, c. 129^a, f. 16v.)

« *Eidem*. Cum a nobis etc. usque effectum. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, de Zuera, de Deuslivol, de Albalato, de Almochol, de Andorra, de Archos sancte Marie de Turolio, sancti Martini de Rivo de Anempto, de Contada, de Xoroas, de Linares, de Portu, de Avingalbon et de Val de Rolres ecclesias Cesaraugstane diocesis ad mensam episcopalem Cesaraugstanam prout asseris pertinentes, sicut eas juste possides et quiete. tibi et per te dicte mense auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. Dat. Neapol., VI kalendas februarii, [anno primo]. »

143

Naples, 27 janvier 1255.

Eidem concedit facultatem annexendi archipresbyteratibus de Caesaraugsta, Belchito, Darocha et Turolio quorum preventus sunt tenues, ecclesias non habentes curam animarum ad collationem episcopi Caesaraugstani spectantes. (REG. 24, c. 129^a, f. 16v.)

« *Eidem*. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod de Cesaraugsta, de Belchito, de Darocha et de Turolio archipresbyteratum redditus Cesaraugstane diocesis, quibus magna cura imminet animarum, sunt

adeo tenues et exiles quod persone idonee que velint eos recipere non possunt commode inveniri. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, annexendi singulis archipresbyteratibus ipsis singulis ecclesias non habentes animarum curam ad collationem tuam spectantes ejusdem diocesis. ita quod ecclesiarum ipsarum rectoribus cedentibus vel decadentibus earum preventibus in archipresbyteratum predictorum usus proprios deputentur et contra etc. usque compescendi, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem, proviso quod ecclesie predice debitis obsequiis non fraudentur. Dat. ut supra. »

144

Naples, 12 février 1255.

Turicensibus, qui tunc Frederico imperatori adhaerentes et oppidum Lucernense obsidentes monasterio loci ejusdem damna intulerunt, qui autem consilio Basiliensis episcopi et Warneri conversi Cisterciensis ordinis ad obsequium Ecclesiae redierunt, remissionem et absolutionem confirmat, quam episcopus Basiliensis, de mandato Innocentii papae IV, eis tradidit. (REG. 24, c. 130, f. 16v.)

« .., *advocato, consulibus et universitati Turicensibus, Constantiensis diocesis*. Ex parte vestra —. Dat. Neapol., II idus februarii, anno primo. »

145

Naples, 8 février 1255.

Gileberto, monasterii S. Bertini Morinensis diocesis abbat, usum tunicae, dalmaticae, anuli, mitrae, cyrothecarum et sandaliorum ubique facultatemque dandi populo benedictionem in missis in monasteriis concedit. (REG. 24, c. 131, f. 16v.)

« *Gileberto, capellano nostro, et conventui monasterii sancti Bertini, ordinis sancti Benedicti, Morinensis diocesis*. Fragrantia sancte religionis etc. usque dinoscitur relucere; ad quod etiam ex eo potissime digneque inducimur, quod tue fili abbas administrationis laudabilibus studiis temporalia bona ejusdem monasterii florere dicuntur et grata semper suscipere incrementa. Hinc est quod nos, volentes ut erga illud gratia ejusdem Sedis exuberet ejusque decor ad divini nominis gloriae augetur, vestris supplicationibus inclinati, tibi fili abbas et successoribus tuis in perpetuum utendi tunica, dalmatica, anulo, mitra, cyrothecis et sandaliis ubique dandique populo benedictionem in missis in monasteriis, plenam concedimus auctoritate presentium facul-

tatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI idus februarii, anno primo. »

146

Naples, 6 février 1255.

Eidem facultatem benedicendi pallas altaris, corporalia quoque ac alia indumenta sacerdotalia dandique benedictionem primae tonsurae vel coronae (REG. 24, c. 131¹, f. 17; POTTHAST 15673.)

« *Giliberto, abbat, et conventui monasterii sancti Bertini ordinis saneti Benedicti, Morinensis diocesis. Volentes monasterium vestrum —. Dat. Neapoli, VIII idus februarii, anno primo. »*

147

Naples, 8 février 1255.

Ad instar I. predecessoris papae, qui statuit ut nec archiepiscopus nec episcopus aliquis summam IIII marcarum transcederet in unius prourationis sumptibus exigendis, inhibit abbatibus ordinis s. Benedicti Remensis provinciae ne a singulis ecclesiis et locis eorum ultra istam summam requirant. (REG. 24, c. 132, f. 17.)

« *Universis abbatibus ordinis sancti Benedicti Remensis provincie. Ne in exhibendis immoderatis prourationibus onerentur ecclesie ac in ipsis extorquendis prelati easdem visitantes ecclesias querendo in honestate que sua sunt non que Dei animalium dispendium patientur, felicis recordationis I. papa predecessor noster statuti sui decreto ex injuncti sibi officii sollicitudine curavit salubriter providere deliberatione provida inter alia statuens : quod, salva in recipiendis prourationibus moderatione concilii generalis, nec archiepiscopus, nec episcopus aliquis summam IIII marcarum transcendat in unius prourationis sumptibus exigendis. Nos igitur ejusdem predecessoris vestigiis inherendo, ne vos prioratus aut domos vestras contra hujusmodi constitutionis ipsius tenorem aut mentem gravari contingat, paterna volentes sollicitudine providere, sententias si quas venerabiles fratres nostri .., Remensis archiepiscopus, seu episcopi in quorum civitatibus vel diocesibus prioratus, dominus aut ecclesie vestre consistunt ultra summam predictam aliquid contra statuti predicti tenorem prourationis nomine exigendo per se vel alium in vos seu vestrum aliquem id solvere recusantes duxerint promulgandas, presentium auctoritate decernimus non tenere et nullius existere firmitatis. Districtus insuper inhibemus ne a singulis pauperibus ecclesiis et locis vestris pretextu statuti predicti, ex*

quo volumus non gravaminis insoliti sed utilis levaminis provenire materiam preter solitum summa re quiratur hujusmodi, sed contribuant ecclesie ac loca eadem cum aliis in hujusmodi prourationibus exhibendis, sicut eorundem suadet tenuitas et hactenus est servatum. Nulli etc. nostre constitutionis et inhibitio nis etc. Dat. Neapoli, VI idus februarii, anno primo. »

148

Naples, 13 février 1255.

Capitulo Marturanensi mandat, ut obedientiam et reverentiam debitam impendat Raynaldo de Aquino, tunc R. s. Angeli diaconi cardinalis capellano, in episcopum Marturanensem praefecto de plenitudine potestatis papae. (REG. 24, c. 133, f. 17; POTTHAST 15688.)

« *Capitulo Marturanensi. Debitum officii nostri —. Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »*

In e. m. populo civitatis et diocesis Marturanensium usque suscipientes ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Dat. ut supra.

149Naples, 1^{er} février 1255.

Archiepiscopo Viennensi mandat, ut Aymonem cantorem ecclesiae Gebennensis et quondam comitis Gebennensis filium praeferiat in episcopum ecclesiae Vivariensi quae dicitur vacare. (REG. 24, c. 134, f. 17; BERNOULLI, *Acta pontif. helv.*, n° 642.)

« *.., archiepiscopo Viennensi. Sedis apostolice ampla benignitas etc. usque studeat decorare. Pensantes igitur nobilitatem morum et generis quibus pollere dinoscitur dilectus filius Aymo, cantor Gebennensis, neenon et devotionis studia quibus tam ipse quam quondam comes Gebennensis, pater, ejusdem Sedis prouineruisse noscuntur gratiam et favorem, ac per hoc cupientes eundem cantorem prosequi prerogativa gratie specialis, mandamus quatinus ecclesie Vivariensi que dicitur vacare ad presens et cuius metropolitanus diceris, si nondum est ei canonice provisum de alio. dictum cantorem, per cuius industria speratur posse ipsa ecclesia grata in temporalibus et spiritualibus incrementa suscipere, preficias in episcopum et pastorem ac ei facias ab ejusdem ecclesie capitulo et clero civitatis et diocesis Vivariensium ac aliis ejus subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores. Non obstante quod idem cantor non est in saecis ordinibus constitutus, vel si aliquibus —. Nos enim decer-*

nimus exnunc irritum —. Dat. Neapoli, kalendis februarii, anno primo. »

150

Naples, 20 février 1255.

Magistro Martino priori secularis ecclesiae Wimaranensis, indulget, ut, si ad episcopatem cathedram ipsum promoveri contigerit, prioratum per decem annos postea retinere possit. (REG. 24, c. 135, f. 17.)

« *Magistro Martino, priori secularis ecclesie Wimaranensis, Bracharensis diocesis, capellano nostro.* Liceat Wimaranensis ecclesia inter alias regni Portugalie non cathedralis ut feriur ab antiquo sit nobilitatis titulo insignita, adeo tamen in suis edificiis consistit exilis et modica, quod respectu suarum domum usibus ascriptarum humanis videtur quasi despectibilis et abjecta; quod tu pie ac devote considerans eandem structura desideras erigere digniori, ut majori honorificentia veneretur. Nos vero desiderium tuum in Domino commendantes, ut facilius possis auxiliante Domino quod intendis perducere ad desiderate confirmationis effectum, tibi quem inter alios caros nostros propter tue probitatis merita intendimus in hiis et aliis speciali prosequi gratia et favore, auctoritate presentium indulgemus, ut, si ad archiepiscopalem vel episcopalem cathedram te promoveri contigerit, prioratum ejusdem ecclesie per decem annos post promotionem tuam tibi retinere liceat. Non obstante constitutione Lateranensis concilii vel qualibet et alia contraria seu quavis indulgentia per quam hujusmodi gratia valeat impediri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas martii, anno primo. »

151

Naples, 12 février 1255.

Magistro Laurentio praeposito ecclesiac s. Yrenaci Syrmensis Colocensi et Nicolao Baciensi canonicis, nunciis et procuratoribus capitulorum ecclesiarum Colocensis et Bachiensis, concedit facultatem contrahendi mutuum pro expediendo negotio electionis magistri Thomae electi, tunc praepositi Albensis et [Bela] regis Hungariae vicecancellarii, in Colocensi ecclesia cetebratae usque ad summam CL marcarum. (REG. 24, c. 136, f. 17v; POTTHAST 15682)

« *Magistro Laurentio, preposito ecclesie s. Yrenaci (sic) Syrmensis Colocensi, et Nicolao Baciensi canonicis, nunciis et procuratoribus capitulorum ecclesiarum Colocensis et Bachiensis.* Cun sicut in —. Dat. Neapoli, II idus februarii, anno primo. »

ALEXANDRE IV, t. I.

152

Naples, 29 janvier 1255.

Gualtero, episcopo Faventino, indulget, ut vacantem ecclesiam de Corteto ad mensam ejus retineat. (REG. 24, c. 137, f. 17v.)

« *Gualtero, episcopo Faventino.* Cum, sicut in nostra re-tulisti presentia constitutus, propter guerrarum discrimina episcopatus tui redditus et proventus sint adeo diminuti quod sustentari commode ac alias necessarias expensas facere nequeas de eisdem, nos tuis supplicationibus annuentes, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut vacantem ecclesiam de Corleto tue diocesis ad tuam prout asseris collationem spectantem ad usus mense tue quoadvixeris tantum valeas retinere. Ita tamen quod eidem ecclesie per idoneum vicarium facias deserviri, cui sufficientem de ipsius ecclesie redditibus portionem assignes, de qua possit commode sustentari et alia ejusdem ecclesie onera sustinere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, IIII kalendas februarii, anno primo. »

153

Naples, 12 février 1255.

O., s. Mariae in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato, mandat ut Romano, monacho monasterii s. Angeli de Raparo, ordinis s. Basillii, Anglonensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, in abbatem ejusdem monasterii electo, electionis vero confirmationem ad papam propter viarum discrimina impetrare nequeunti, obedientiam et reverentiam debitam faciat exhiberi ac munus benedictionis im-pendi. (REG. 24, c. 138, f. 17v.)

« *O., sancte Marie in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato.* Ex parte dilecti —. Dat. Neapoli, II idus februarii, anno primo. »

154

Naples, 18 février 1255.

Mantuanis mandat, ut officiales eorum in terra Pigugnagiae ad Romanam Ecclesiam pertinente positos amoveant. (REG. 24, c. 139, f. 17v.)

« ... potestati, consilio et communi Mantuanis. Cun, sitis Ecclesie Romane filii et devoti cogitare ac efficere vos decet que inatri placeant et declinare sollicite que offendant, ut dum sic illi studueritis voluntate et actione placere ipsa quoque vos semper debeat benigno favore fovere et suo loco et tempore favere favorabili-ter votis vestris. Sane ad audientiam nostram perve-nit, quod cum terra Pigugnagie ad Romanam Ecclesiam

spiritualiter et temporaliter non sit dubium pertinere, vos in ea jurisdictionem indebitam usurpantes quedam edidistis statuta per que potestates et officiales alios in terra ipsa pro vestre voluntatis arbitrio ponitis et imponitis loci hominibus tallias et collectas, alias eos multipliciter aggravantes. Quia vero jura nostra et Ecclesie memorare negligere non debemus, qui ex injuncto nobis servitutis officio deputati sumus ad defensionem justitie aliorum nec equanimiter tolerare que in apostolice Sedis prejudicium attemptantur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, mandantes quatinus statuta hujusmodi quamvis juramento firmata sublato dilationis et difficultatis obstaculo revocantes ac de terra predicta potestatem et officiales alios per vos ibi positos amoventes omnino ac predictorum hominum super hujusmodi talliis et collectis ac aliis quibuscumque gravaminibus inquietatione cesseris, nec de ordinatione terre predilecte vos de cetero intromittere presumatis, aut prefatos homines super premissis aliquatenus molestare. Alioquin cum non expedit salutis vestre profectibus vel honoris occupare aliena vel detinere temere occupata, dilecto filio Guidoni de Baesio, capellano dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, per litteras nostras injungimus ut vos ab hujusmodi presumptione monitione presentium per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Dat. Neapoli, XII kalendas martii, anno primo. »

155

Naples, 20 février 1255.

Reginis mandat, ut eamdem terram Pigugnagiae non molestent. (Reg. 24, c. 139^a, f. 17v.)

« ... potestati, consilio et communi Reginis. Ad audienciam nostram dilectorum filiorum hominum de Pigugnagia, Regine diocesis, querela pervenit, quod, cum terram ipsam ad Romanam Ecclesiam non sit dubium spiritualiter et temporaliter pertinere, vos ad Ecclesiam ipsam debitum non habentes respectum hominibus ipsis tallias pro vestre voluntatis arbitrio imponitis et collectas eosque super hiis et aliis multipliciter molestatis. Rogamus itaque universitatem vestram, monemus et hortamur attente, mandantes quatinus ob reverentiam apostolice Sedis et nostram a predictorum hominum inquietatione cessantes, eos super hiis vel aliis de cetero nullatenus molestetis : alioquin dilecto filio Guidoni de Baysio, capellano dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, cuius sollicitudini terre ipsius commisimus rectoriam per

litteras nostras injungimus ut vos ab eorumdem molestatione super premissis monitione presentium, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescat. Dat. Neapoli, X kalendas martii, anno primo. »

156

Naples, 22 février 1255.

Hominibus de Pigugnagia, mandat ut, praestantes Ecclesiae Romanae in Guidonis de Baesio manibus fidelitatis debitae juramentum, eidem Guidoni tanquam rectori eorum intendant humiliter et de redditibus ac aliis Ecclesiae juribus omnibus plene current et fideliter respondere. (Reg. 24, c. 139^a, f. 18.)

« Militibus et universis hominibus de Pigugnagia, Regine diocesis, ecclesie Romane fidelibus. Cum terra Pigugnagie —. Dat. Neapoli, VIII kalendas martii, anno primo. »

157

Naples, 22 février 1255.

Guidoni de Baesio terram Pigugnagiae committit ad suae voluntatis beneplacitum retinendam, eique mandat ut, ab hominibus ipsius loci Ecclesiae nomine fidelitatis exigens et recipiens juramentum, de redditibus et aliis juribus omnibus ad Ecclesiam spectantibus sibi faciat plenarie responderi; revocaturus ad jus et proprietatem Ecclesiae quaecumque de possessionibus et aliis bonis ejusdem per invasionem seu occupationem, venditionem vel impignorationem aut permutationem sive alias quocumque modo vel causa praeter auctoritatem Sedis apostolicae alienata invenerit vel distracta. (Reg. 24, c. 139^a, f. 18.)

« Guidoni de Baesio, capellano dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis. Cum terra Pigugnagie —. Dat. ut supra. »

158

Naples, 13 février 1255.

Episcopo Novariensi mandat, ut, si viderit expedire, tribuat electo Astensi licentiam vendendi possessiones mensae a comitibus, nobilibus et communibus oppressas et alias vicinas civitati Astensi emendi. (Reg. 24, c. 140, f. 18.)

« ..., episcopo Novariensi. Petitio dilecti filii .., electi Astensis, nobis exhibita continebat, quod temporalis jurisdictio contile dominium, vassallagium et alia jura que Astensis ecclesia in castris, villis ac hominibus Astensis episcopatus habere dinoscitur a comi(ta)bibus quarumdam civitatum et castrorum aliisque nobilibus circumstantibus et quod nephandius est a communi ci-

vitatis Astensis, qui ecclesiam ipsam velut matrem honnore ac ab aliorum oppressionibus defensare deberent, adeo per injuriam et violentiam occupatam noscuntur ut multum dispendii et laboris et parum vel nichil utilitatis percipiat ex eisdem. Quare dictus electus nobis humiliter supplicavit ut, cum eadem ecclesia ad recuperationem preditorum contra tales insufficiens penitus dinoscatur, cum jam propter hoc multarum perdiderit impendia expensarum, vendendi premissa eisdem Astensiis maxime cum ipsi velint ut asserunt sibi et eidem ecclesie de Govono, de Vicia et de Rocha castra ipsius episcopatus libera dimittere ac quieta, necnon et amplas possessiones vicinas civitati predice propriis sumptibus emere; ita quod tam ex possessionibus castrorum dicatorum eis pacifice remanentibus quam etiam ex emendis eadem ecclesia percipere valeat pares vel pinguiores redditus hiis quos antea dum haberet in pace omnia percipere consuevit, licentiam sibi concedere curaremus. Gerentes itaque de circumspectione vestra fiducia in Domino pleniorum, mandamus quatinus hujusmodi negocii circumstantiis sollicite indagatis, si eidem ecclesie videris expedire et capitulum ejusdem ecclesie vel major et sanior pars ipsius in hoc unanimiter concordabit, tribus eidem electo auctoritate nostra licentiam postulatam; proviso prudenter ne quod pro ipsius ecclesie utilitate conceditur in ipsius possit vergere detrimentum idque de manibus tuis a Domino requiratur. Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »

159

Naples, 25 février 1255.

Tbomae, capellano suo, abbatii monasterii s. Petri de Orbaco, Suessionensis diocesis, « et successoribus tuis ordine sacerdotali fungentibus in perpetuum, dandi duos minores ordines, ostiariatum videlicet et lectoratum, si dumtaxat ab episcopo secundum morem preficendorum abbatum vobis benedictio facta fuerit, » plenam concedit facultatem. (REG. 24, c. 141, f. 18.)

« Thome abbatii, capellano nostro, et conventui monasterii sancti Petri de Orbaco, ordinis sancti Benedicti, Suessionensis diocesis. Valentes monasterium vestrum —. Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

160

Naples, 4 février 1255.

Visitantibus ecclesiam Beatae Mariae Legionensem in festi-

vitatibus Virginis unum annum et quadraginta dies de poenitentia relaxat. (REG. 24, c. 142, f. 18.)

« ... decano et capitulo Legionensibus. Liect is de cuius munere venit etc. usque gratie aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia vestra in honore beate Marie Virginis dedicata congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam in festivitatibus ipsius gloriose Virginis et octo diebus proximo secururis venerabiliter visitaverint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, unum annum et XL dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Dat. Neapoli, II nonas februarii, anno primo. »

161

Naples, 12 février 1255.

Statuit ut Templariis Hispaniae per priorem eorum indulgentia intendatur. (REG. 24, c. 143, f. 18.)

« .., Magistro et fratribus domus militie Templi in tribus regnis Ispanie. Canonica constitutione cavetur quod monachi et canonici regulares quocumque modo se percesserint non sint ad apostolicam Sedem mittendi, sed secundum discretionem et providentiam sui abbatis discipline subdantur. Quod si abbatis discretio ad eorum discretionem non sufficit, providentia est dioecissani episcopi adhibenda nisi excessus difficilis fuerit et enormis propter quem merito sit ad Romanam Ecclesiam recursus habendus. Nos ergo ad vos statutum hujusmodi duximus extendendum, auctoritate apostolica statuentes ut in tali casu, nisi majoris sit providentia requirenda, per priorem vestrum qui sicut adivimus presbyter esse dinoscitur fratribus vestris absolutionis beneficium intendatur. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Neapoli, II idus februarii, anno primo. »

162

Naples, 17 février 1255.

[Gualtero], archiepiscopo Januensi, mandat, nt, si capitulum Albinganensis ecclesiae, quod in diversa divisum duos, vide licet fratrem Lanfrancum de Nigro de ordine Minorum et Niclosum de Bulgaris canonicum Janueosem, in discordia elegit, infra XV dies ecclesiae Albinganensi non providerit de persona idonea canonice in episcopum, praeliciat eidem personam canonice in pontificem quae tanto congruat oneri. (REG. 24, c. 144, f. 18v; POTTHAST 15694.)

« .., archiepiscopo Januensi. Albinganensi ecclesia

pastoris —. Dat. Neapoli, XIII kalendas martii, anno primo. »

163

Naples, 17 février 1255.

Capitulo Albinganensi mandatum supradictum notificat. (Reg. 24, c. 144^o, f. 18^v.)

« *Capitulo Albinganensi.* Ecclesia vestra pastoris etc. usque gubernari, verbis competenter mutatis. Universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, dicto non obstante processu quem nullum merito reputamus, infra XV dies post receptionem presentium de consilio et assensu ipsius archiepiscopi provideatis eidem ecclesie de persona idonea canonice in episcopum et pastorem. Alioquin eidem archiepiscopo litteris nostris injungimus ut ipse auctoritate nostra etc. usque in finem, mutatis mutandis. »

164

Naples, 12 février 1255.

Omnibus de Turego Ecclesiae Romanae devotis, Constantiensis dioecesis, quibus post sequelam quondam Frederici imperatoris impunitates Innocentius papa et H. tituli s. Sabinae presbyter cardinalis tune in illis partibus apostolicae Sedis tegatus duxerunt concedendas, reconciliationem et impunitates confirmat. (Reg. 24, c. 145, f. 18^v; BERNOULLI, *Acta pontif. helvet.*, n° 645.)

« *Nobilibus viris J. Molendinario, U. Sculteto, B. de Hottingen, H. Brunoni, C. Wellensi, C. Wicensi militibus certe risque de Turego Ecclesie Romane devotis, Constantiensis dioecesis.* Cum sicut ex —. Dat. Neapoli, II idus februarii, anno primo. »

165

Naples, 6 février 1255.

Mutuum XCVI marcarum sterlingorum quod Nicolaus camerarius suus contraxit erga certos mercatores Senenses ratum habet. (Reg. 24, c. 146, f. 18^v.)

« *Bonaventure Berardini, Bartholomeo Guidi, Hugolino Belmontis, Capitino Buctin eorumque sociis, mercatoribus Senensibus.* Cum dilectus filius Nicolaus camerarius noster pro necessitatibus Romane Ecclesie a vobis nonaginta sex marcas sterlingorum novorum de mandato nostro nomine mutui receperit certis loco et termino vobis persolvendas, sicut in instrumento per Noclerium scriniarium inde confecto plenius continetur, nos quod

ab ipso camerario factum est, ratum habemus et volumus firmiter observari. Dat. Neapoli, VIII idus februarii, anno primo. »

166

Naples, 25 février 1255.

Episcopo Lemovicensi mandat, ut Johanni de Borto pauperi clericu de aliquo beneficio provideat. (Reg. 24, c. 147, f. 18^v.)

« .., *episcopo Lemovicensi.* Dilectus filius Johannes de Borto. pauper clericus tue diocesis, in nostra presentia constitutus nobis humiliter supplicavit, nt. cum nullum adhuc ecclesiasticum sit beneficium assecutus et promoveri ad ordines sacros affectet, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Pia igitur eum benivolentia prosequentes. fraternitatem tuam rogamus et hortannur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, si est ita, secundum sue probitatis meritum de aliquo beneficio competenti, etiam si curam habeat animarum annexam, nulli alii de jure debito si vacat in sua civitate vel dioecesi ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, dummodo sit idoneus et velit in illo personaliter residere neconon ad ordines hujusmodi suis temporibus se facere promoveri. auctoritate nostra provides vel per alium facias provideri. Contradictores. Non obstante si aliquibus —. Preces autem et mandatum nostrum super hoc taliter implere procures quod amplecti negocium pauperis videaris. Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

167

Naples, 28 février 1255.

Magistro Jacobo de S. Germano ecclesiam s. Petri de Caybano Aversanae dioecesis confirmat. (Reg. 24, c. 148, f. 18^v.)

« *Magistro Jacobo de Sancto Germano, canonico Aversano.* Volentes tibi, obtentu dilecti filii magistri Pauli de Sancto Helya, canonici Baiocensis. cuius consanguineus diceris, gratiam facere specialem, ecclesiam sancti Petri de Caybano, Aversane dioecesis, et alia beneficia tibi jamdudum collata, etiam si curam animarum habeant. defectum si quis in eorum collatione seu receptione extitit supplentes de plenitudine potestatis, tibi ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Non obstantibus constitutione concilii generalis et aliquibus litteris super eisdem beneficiis ab apostolica Sede obtentis et processibus habitis per easdem. Decernimus insuper irritum et inane quicquid

de ipsis beneficiis que tibi de novo de gratia speciali conferimus in prejudicium tuum attemptatum est hactenus vel contigerit attemptari. Nulli etc. nostre supplicationis, confirmationis, constitutionis et collationis etc. Dat. Neapoli, II kalendas martii, anno primo. »

168

Naples, 18 février 1255.

Licentia commutandi quasdam possessiones Anconitanae ecclesiae in alias. (Reg. 24, c. 149, f. 18v.)

« ... Sancti Johannis Anconitani et ... sancte Marie Portus novi Anconitane diocesis abbatibus. Ex parte venerabilis fratris nostri ..., episcopi Anconitani, fuit propositum coram nobis quod Anconitana ecclesia quasdam possessiones, domos et alia bona in diversis locis civitatis et diocesis Anconitane obtinet, que pluribus personis sunt sub certo censu vel annua pensione concessa. Sed quia de hiis eidem ecclesie nulla vel modica potest utilitas provenire, idem episcopus humiliter petebat a nobis ut permutandi ea pro utilioribus aut ipsa vendendi, ita quod illorum precium in utilitatem ipsius ecclesie convertatur, sibi licentiam concedere dignaremur. Nos itaque de vestra circumspectione confisi, presentium vobis auctoritate committimus, ut, si utilitati ejusdem ecclesie id manifeste videritis expedire, dicto episcopo absque prejudicio conductorum auctoritate nostra postulatam licentiam concedatis; proviso quod precium hujusmodi in utilitatem ipsius ecclesie convertatur. Dat. Neapoli, XII kalendas marcii. anno primo. »

169

Naples, 18 février 1255.

Abbatii Rothonensi Venetensis diocesis usum mitrae etc. concedit. (Reg. 24, c. 150, f. 19.)

« Petro, abbatii, et conventui monasterii Rothonensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Venetensis diocesis. Ut pulera et decora etc. usque decus proprium et decorum. Eapropter dilecti in Domino filii vestris precibus inclinati, usum mitre, anuli, cyrothiecarum, sandalium et dalmatice ac potestatam benedicendi sacerdotales vestes, altaris pallas et corporalia in monasterio Rothoneusi et ecclesiis eidem pleno jure subjectis neconon faciendi sollempnem benedictionem, dummodo presens aliquis episcopus vel legatus Sedis apostolice non existat, tibi fili abbas et suc-

cessoribus tuis in perpetuum duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XII kalendas martii, anno primo. »

170

Naples, 20 février 1255.

Indulget ut magister Martinus, prior secularis ecclesiae Wimaranensis, in invasores jurum ejusdem ecclesiac excommunicationis sententiam promulgare valeat. (Reg. 24, c. 151, f. 19.)

« Magistro Martino, capellano nostro, priori secularis ecclesie Wimaranensis, Bracharensis diocesis. Nostris auribus extitit intimatum, quod Wimaranensis ecclesia per audacem insolentiam iniquorum frequenter patitur in suis rebus et juribus detrimentum. Volentes igitur tuam honorare personam quam zelus tue devotionis et fidei apud nos et Romanam Ecclesiam exhibit laudabilem et acceptam et ipsius ecclesie indemnitatis precavere, tibi et successoribus tuis qui pro tempore fuerint, ut in usurpatores, occupatores et invasores jurum et bonorum ipsius ecclesie et in eos qui jura quelibet redditus seu proventus que ipsi debentur ecclesie denegaverint exhibere, si moniti canonice non satisficerint de eisdem, excommunicationis promulgare sententiam valeatis, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas martii, anno primo. »

171

Naples, 4 février 1255.

Capitulis ecclesiarum Cypri indulget, ut ad provisionem ipsarum ecclesiarum de pastoribus libere procedant. (Reg. 24, c. 152, f. 19.)

« Universis capitulis ecclesiarum cathedralium regni Cypri. Ne in electionibus pontificum cum eis ecclesie vestre vacaverint celebrandis vos impedire contingat, ut non obstantibus aliquibus acceptationibus vel reservationibus de archiepiscopatibus vel episcopatibus non vacantibus regni Cypri seu inhibitionibus apostolice Sedis vel legatorum ipsius auctoritate pro quovis quocumque pretextu quomodolibet vobis factis quas penitus irritamus, ad provisionem ipsarum ecclesiarum de pastoribus cum eas vacare contigerit per electionem vel postulationem canonicam libere procedere valeatis, si aliud canonicum non obsistat, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, II nonas februarii, anno primo. »

172

Naples, 24 février 1255.

P[etro], s. Georgii ad Vellum aureum diacono cardinali, cui ad supplicationem W[j]illelmij regis Romanorum jam I[nnoco-tius] papa praedecessor dederat in mandatis, ut Arnoldo et Henrico canonicis Leodiensibus filiis comitis de Los, ejusdem regis consanguinei, de beneficiis ecclesiasticis in regno Alamaniae provideret, mandat ut ad provisionem eorumdem canonorum procedat. (REG. 24, c. 153, f. 19; POTTHAST 15700.)

« P., sancti Georgii ad Vellum aureum diacono cardinali, apostolice Sedis legato. Significavit nobis carissimus —. Dat. Neapoli, VI kalendas martii, anno primo. »

173

Naples, 20 février 1255.

Gualtero, episcopo Faventino, indulget, ut nullus delegatus etc., auctoritate litterarum apostolicae Sedis vel legatorum ejus, in ipsum excommunicationis possit ferre sententiam sine speciali mandato Sedis ejusdem. (REG. 24, c. 154, f. 19.)

« Gualtero, episcopo Faventino. Speciali prosequi tuam —. Dat. Neapoli, X kalendas martii, anno primo. »

174

Naples, 20 février 1255.

Eundem et ecclesias diocesis Faventinae ab onere pensionum et provisionum de mandato Sedis apostolicae impositarum duxit absolvendos. (REG. 24, c. 154^a, f. 19.)

« Eadem. Significasti nobis quod cathedralis et alie ecclesie tue civitatis et diocesis propter guerrarum discrimina et malitiam temporis sunt desolate adeo et ad nichil jam redacte, quod tu et earum clericorum pensiones ac provisiones pecuniarias sibi de mandato apostolice Sedis et legatorum ejus impositas non potestis ex[s]olvere aliqua ratione. Quare humiliter petebas a nobis ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quia vero Sedes apostolica circa provisionum gratias in quibus multorum votis annuit illam sibi assidue reservat providentiam ut sic uni dignum proveniat commodum quod indebitum alteri non immineat detrimentum, nos tuis supplicationibus inclinati, te et predictas ecclesias ab onere pensionum et provisionum hujusmodi auctoritate presentium duximus absolvendos. Nulli etc. nostre absolutionis. Dat. ut supra. »

175

Naples, 13 février 1255.

W., episcopo Saresbiriensi, qui clericis sibi obsequentibus providere non possit nisi de praebendis ecclesiae suae cathedralis, concedit facultatem ut duobus vel tribus clericis suis cuiilibet eorum de unico dumtaxat beneficio ecclesiastico, etiam curam animarum habente, ad cujuscumque collationem pertineat, providere valeat: ita quod ipsi, si ab obsequiis episcopi recesserint, in beneficiis residentiam faciant personalem. (REG. 24, c. 155, f. 19.)

« W., episcopo Saresbiriensi. Tuam prosequimur honore —. Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »

176

Naples, 17 février 1255.

Abbati et conventui monasterii Callensis, Misnensis diocesis, quibus [Henricus] marchio Misnensis jus patronatus ecclesiae de Suzeliz concessit, indulget, ut in eadem ecclesia monachorum ordinent conventum. (REG. 24, c. 156, f. 19; POTTHAST 15695.)

« ... abbati et conventui monasterii Callensis, Cisterciensis ordinis, Misnensis diocesis. Sicut ex parte vestra vobis extitit intimatum, dilectus filius nobilis vir ..., marchio Misnensis, jus patronatus quod habebat in ecclesia de Suzeliz, Misnensis diocesis, venerabilis fratris nostri ... Misnensis episcopi, accedente consensu, monasterio vestro pia liberalitate concessit ut ibidem conventus monachorum vestri ordinis ordinetis, prout in litteris ipsius marchionis super hoc confectis plenius dicitur contineri. Quia vero sicut asseritis eadem ecclesia adeo pingues habet redditus, quod ad sustentationem sufficient plurimum monachorum, nos vestris supplicationibus inclinati, ut cedente vel decedente rectore ipsius eandem ecclesiam de consensu prefati episcopi monasterium possitis statuere et ibidem monachorum ordinare conventum, auctoritate vobis presentium indulgemus, prefati Misnensis episcopi in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. XIII kalendas martii, anno primo. »

177

Naples, 15 février 1255.

Reginae Scotiae concedit facultatem faciendi officia divina celebrari in tocis interdictione suppositis. (REG. 24, c. 157, f. 19^a.)

« Carissime in Christo filie ... regine Scotie illustri. Pium arbitramur et congruum ut in hiis prompti simus ad gratiam que profectum respiciunt animarum. Preser-

tim circa nobiles que pura fide conspicue Deo et ecclesie sunt devote. Hinc est quod nos devotionis tue precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ad quemcumque locum in regno Scotie deveneris ecclesiastico suppositum interdicto, interdictis et excommunicatis exclusis. non pulsatis campanis, clausis januis et voce suppressa, per unum de capellanis tuis tibi et tue familie divina facias officia celebrari, dummodo tu et familia eadem causam non dederitis interdicto nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. XV kalendas martii, anno primo. »

178

Naples, 15 février 1255.

Alberto, nato marchionis Misnensis, ad instar Innocentii IV papae, « non obstante quod in ipsius litteris in propriis nominibus sit erratum, » dispensat, ut Agatham filiam Johannis marchionis de Brandenburg, non obstante quod quarto gradu consanguinitatis sibi ad invicem attinent, pro pace inter parentes suos reformanda sibi matrimonialiter copulare possit. (REG. 24, c. 158, f. 19v; POTTHAST 15690)

« Alberto, nato nobilis viri marchionis Misnensis. Etsi conjunctio —. Dat. Neapoli XIII kalendas martii, anno primo. »

179Naples, 1^{er} mars 1255.

Diobuldo de Dragone castra Dragonis et Mortonis confirmat. (REG. 24, c. 159, f. 19v.)

« Nobili viro Diobuldo de Dragone, fidi nostro, salutem etc. Clara tue devotionis obsequia quibus te reddis in nostris et fratrum nostrorum oculis gratiosum. nostrum instanter sollicitant animum, ut non solum tua tibi jura integra et illesa servemus, immo potius augeamus. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, felicis recordationis I. papa predecessor noster castrum Dragoni cum baronia sua neconon et donationem de castro Mortonis a quondam Fr. olim Romanorum imperatore tibi et quondam Diamute uxori tue factum tibi tuisque hereditus, anathematis et depositionis sententiis in prefatum Fr. per predictum predecessorum nostrum latis nequaquam obstantibus, confirmarit, ac etiam baroniam et castra predicta cum castris, villis, pascuis et silvis, terris cultis et incultis, baronibus et aliis hominibus infundatis et non infundatis cum juribus et pertinentiis ad baroniam et castra prefata spectantibus, tibi et eisdem heredibus in

feudum sub debitis et consuetis servitiis de novo concesserit de gratia speciali, prout in apostolicis litteris super hoc obtentis plenius continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id, non obstantibus aliquo privilegio seu litteris alicui super predictis vel ipsorum aliquo in tuum prejudicium concessis a nobis vel in posterum concedendis, de fratrum nostrorum consilio et assensu auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli per manum Guillelmi magistriscolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, kalendis martii, inductione XIII^a, incarnationis dominice anno M^oCC^oLIII^o, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno primo. »

180

Naples, 24 février 1255.

Praebendis ecclesiae s. Germani Antisodorensis Parisiensis annexionem capellae s. Leufredi confirmat. (REG. 24, c. 160, f. 19v.)

« .., decano et capitulo ecclesie sancti Germani dicti Antisodorensis Parisiensis. Cum a nobis petitur etc. usque effectum. Cum itaque, sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, venerabilis frater noster .., Parisiensis episcopus, prudenter considerans quod prebendarum ecclesie vestre proventus adeo erant tenues et exiles quod ex eis non poteratis commode sustentari, ut ad divina obsequia in ipsa ecclesia exequenda redderemini promptiores, capellam sancti Leufredi Parisiensis, cui cura non imminet animarum et in qua jus obtainere dicimini patronatus, eidem ecclesie ad vestrarum prebendarum augmentum deliberatione provida duxerit adnectendam, prout in ejusdem episcopi litteris exinde confectis plenius dicitur contineri, nos ejusdem episcopi et vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc a predicto episcopo provide factum est gratum habentes et ratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, VI kalendas martii, anno primo. »

181

Naples, 13 février 1255.

W., episcopo Saresbiriensi, indulget, ut ad receptionem seu provisionem alicujus in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis invitatus compelli non possit per litteras apostolicas, nisi litterae ipsae de nomine ejus et ecclesiae Saresbiriensis ac indul-

gentiae hujusmodi plenam fecerint mentionem. (REG. 24, c. 161, f. 19^v.)

« *W., episcopo Saresbiriensi. Tue meritis devotionis —.*
Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »

182

Naples, 25 février 1255.

P., patriarchae Constantinopolitano, legationis officium in Imperio Constantinopolitano confirmat. (REG. 24, c. 162, f. 19^v.)

« *P., patriarche Constantinopolitano, apostolice Sedis legato.* Inducti sinceritatis tue meritis ut personam tuam specialis honoris et gratia prosequamur, tibi ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri plenum legationis officium in Imperio Constantinopolitano et in exercitu Christiano pro subsidio ejusdem imperii ubicumque in eodem imperio fueris duximus committendum. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur in Domino Jhesu Christo per apostolica scripta mandantes. quatinus ipsum juxta illam quam de tua gerimus circumspectione fiduciam et secundum Deum laudabiliter studeas exercere. Ita tamen quod, si ad partes illas legatum de latere nostro destinari contigerit, executionem ipsius officii quamdiu legatus ipse ibi fuerit pro Sedis apostolice reverentia omnino dimittas, cam in omnibus cautelam et diligentiam ad Redemptoris gloriam habiturus ut, sicut dignitatis officio crevisse dinosceris, sic mentis pie vite et clare fame titulis proficere comproberis. Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

183

Naples, 25 février 1255.

Universo clero Constantinopolitani Imperii notificat praefatam confirmationem. (REG. 24, c. 163, f. 20.)

« *Archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, prepositis, decanis et aliis ecclesiasticis prelatis neconon capitulis quibuslibet et personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus exemptis et non exemptis per Constantinopolitanum imperium constitutis.* Quia commissum nobis officium exequi ubique presentialiter non valeimus, ad absentes ne ipsos negligentie relinquamus instructi, ejus exemplo qui discipulos quos elegit in universum orbem evangelium predicare transmisit, personas dirigimus vice nostra que illos lingua oris et operis instruentes fructum acceptabilem Deo reddant. De salute itaque vestra sollicite

cogitantes, venerabili fratri nostro P., patriarche Constantinopolitano, viro moribus et scientia predito, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri plenum legationis officium in Imperio Constantinopolitano et in exercitu Christiano pro subsidio ipsius Imperii ubicumque in dicto Imperio fuerit duximus committendum. Ita tamen quod, si ad partes illas legatum de latere nostro destinari contigerit, executionem ipsius officii quamdiu legatus idem ibi fuerit pro Sedis apostolice reverentia omnino dimittat. Quocirea universitatem vestram monemus et hortamur attente, mandantes quatinus dictum patriarcham devote recipientes et honorifice pertractantes, eidem tanquam apostolice Sedis legato humiliter intendatis, ejus salubria monita et mandata efficaciter adimplendo. Alioquin sententiam quam ipse propter hoc rite etc. usque observari. Dat. ut supra. »

184

Naples, 9 février 1255.

Magistro Gerardo de Parma, longa conversatione in Curia Romana bene merenti, indulget, ut proventus omoium beneficiorum suorum, quibus cura non est animarum annexa, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, ubicumque in absentia integre percipere valeat ac si resideret personaliter in eisdem. (REG. 24, c. 163², f. 20.)

« *Magistro Gerardo de Parma. subdiacono et capellano nostro.* Merita longe tue —. Dat. Neapoli. V idus februarii, anno primo. »

185

Naples, 13 février 1255.

Decano et Capitulo Leodiensibus notificat praefatam indulgentiam. (REG. 24, c. 163³, f. 20.)

« ... *decano, ... preposito et capitulo Leodiensi.* Longe conversationis in Romana Curia dilecti filii magistri Gerardi de Parma, subdiaconi et capellani nostri, merita promerentur ut idem in suis postulationibus gratiam sibi nostri apostolatus adesse sentiat et favorem. Hinc est quod nos ipsius supplicationibus inclinati, sibi auctoritate litterarum nostrarum usque ad septennium duximus indulgendum, ut proventus omnium beneficiorum suorum quibus cura non est animarum annexa, cotidianis etc. ut in alia usque vallatis. Quocircum universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiende mandantes, quatinus eidem capellano ubicum-

que fuerit in absentia pro nostra et apostolice Sedis reverentia proventus prebende sue quam in ecclesia vestra obtinet juxta indultum hujusmodi sine difficultate aliqua exhibere curetis. Ita quod per hoc devotionem vestram merito commendemus. Alioquin dilectis filiis .., priori sancti Dionisii et Grimerio de Cornazano, canonico Remensi, litteris nostris injungimus, ut vos ad id monitione presentium per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant. Non obstante si vobis vel alicui vestrum a Sede sit indultum eadem quod excommunicari, suspendi vel interdici non possitis sine speciali ejusdem Sedis mandato faciente plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et constitutione de duabus dietis etc. dummodo ultra terciam vel quartam. Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »

In e. m. .., decano et capitulo Atrebatisibus.

In e. m. .., decano et capitulo Laudencibus.

In e. m. .., decano et capitulo Belvacensibus.

186

Naples, 23 février 1255.

Pro exoneratione debitorum ecclesiae Virdunensis XX^m librarum turonensium gravatae, ad instar I. papae praedecessoris, episcopo Virdunensi concedit facultatem retinendi per unum annum proventus ecclesiarum diocesis. (REG. 24, c. 164, f. 20)

« ... episcopo Virdunensi. Felicis recordationis I. papa predecessor noster ecclesie Virdunensis, que, sicut te intimante acceperat, a quondam predecessoribus tuis usque ad summam XX milium librarum turonensium et amplius gravata est eris onere alieni, paterno affectu compatiens ac per hoc volens alicujus subventionis solatio te gaudere, retinendi ad manus tuas per unum annum pro exoneratione debitorum hujusmodi proventus beneficiorum ecclesiasticorum etiam curam animarum habentium, que a tempore concessionis hujusmodi usque ad triennium in civitate ac diocesi Virdunensis vacare contingeret et percipiendi hujusmodi cum integritate proventus necnon et compensandi contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, concessit tibi per suas litteras facultatem : ita quod interim in ipsis beneficiis per idoneos vicarios faceres deserviri. Non obstante si aliquibus —. Nos igitur concessionem hujusmodi volentes in suo robore permanere, ratum et firmum habemus quod ab eodem predecessor super hoc noscitur esse factum. Dat. Neapoli, VII kalendas martii, anno primo. »

ALEXANDRE IV, t. I.

187

Naples, 24 février 1255.

Remundo de Bonisvita, consanguineo ut asseritur regis Angliae, indulget, ut, praeter ecclesiam de Westone Lincolnensis diocesis et alia ecclesiastica beneficia, possit adhuc unicum aliud beneficium ecclesiasticum retinere, etiam si curam similem animarum babeat. (REG. 24, c. 165, f. 20.)

« Remundo de Bonisvita, capellano nostro, rectori ecclesie de Westone, Lincolnensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, VI kalendas martii, anno primo. »

In e. m. magistro Johanni dicto Clareffe, rectori ecclesie de Emingforde Lincolnensis diocesis, usque ecclesiasticum beneficium, etiam si curam similem babeat et tibi canonice offeratur, tunc recipere ac una cum obtentis libere retinere, constitutione generalis concilii super hoc edicta non obstante. Proviso quod beneficia hujusmodi debitibus etc. usque negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra.

188

Naples, 1^{er} mars 1255.

Capitulo Parmensi indulget, ut excommunicationis sententiam promulgare valeant in usurpatores ecclesiae eorum. (REG. 24, c. 166, f. 20^v.)

« Capitulo Parmensi. Ex relatione dilecti filii Guillelmi, magistriscolarum Parmensis, vicecancellarii nostri, nostris est auribus intimatum quod Parmensis ecclesia per audacem insolentiam iniquorum frequenter patitur in suis rebus, juribus ac jurisdictionibus detrimentum. Volentes igitur ipsius ecclesie quam intendimus precipue obtentu ejusdem viceca[n]cellarii prosequi favore benigno, ut in usurpatores, occupatores et invasores jurium et bonorum ipsius ecclesie et in eos qui jurisdictiones vel jura quilibet redditus seu proventus que ipsi debentur ecclesie denegaverint exhibere, si in genere vel in specie canonica monitione presentium excommunicationis promulgare sententiam valeatis. auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, kalendis martii, anno primo. »

189

Naples, 28 février 1255.

Electo Capuano concedit facultatem statuendi quotidianas distributiones canonicis ecclesiae Capuanae. (REG. 24, c. 167, f. 20^v.)

« .., electo Capuano. Ut canonici Capuani eo liben-

tius officiis divinis intersint quo spiritualibus inten-
dentes presto sibi aliqua cognoverint temporalia
proventura, tibi statuendi cotidianas distributiones in
ecclesia Capuana usque ad summam ducentarum uni-
ciarum auri ac dividendi propter hoc beneficia ipsius
ecclesie cum vacabunt et earum medietatem in usus
hujusmodi quousque ad summam ipsam ventum fuerit
convertendi medietatem aliam prout ad te pertinet
conferendo, ita quod distributiones ipse dumtaxat ipsius
ecclesie sacerdotibus, diaconibus et subdiaconibus (*sic*) et subdiaconorum locum tenentibus solum dum
canonicis horis intererunt prebeantur, necnon et con-
tradictores etc., non obstantibus quibuscumque litteris
apostolice Sedis vel legatorum ejus super aliquorum
receptione vel provisione in ipsa ecclesia obtentis seu
etiam obtainendis, et quamvis ejusdem Sedis indulgen-
tia eujusvis tenoris existat, eliam si de ipsa de verbo
ad verbum oporteat in presentibus plenam fieri men-
tionem, plenam auctoritate presentium concedimus fa-
cilitatem. Dat. Neapoli, II kalendas martii. anno
primo. »

190

Naples, 25 février 1255.

Episcopo Castellano concedit facultatem annexendi ecclesiae
Castellanae unam plebem diocesis. (Reg. 24, c. 168, f. 20v.)

« ... , episcopo Castellano. Ex parte dilecti filii capituli
Castellani fuit nobis hnmiliter supplicatum, ut, cum
ipsorum redditus sint adeo tenues et exiles quod ipsi de
illis nequeant aliquatenus sustentari, propter quod ec-
clesia Castellana dum ipsi non possunt residere in ea
patitur in divinis officiis non modicum detrimentum,
providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos
igitur ipsis in loco paterno compatientes affectu ac
etiam gratificari volentes, annexendi hujusmodi red-
ditibus unam plebem Castellane diocesis, cedente vel
decedente plebano ipsius, et compescendi contradicto-
res per censuram ecclesiasticam appellatione remota,
fraternitati tue auctoritate presentium concedimus fa-
cilitatem; proviso quod eadem plebes et parochiani
ejus nullum patiantur in divinis officiis et sacramentis
ecclesiasticis detrimentum. Non obstante si aliquibus —.
Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

191

Naples, 4 mars 1255.

Abbati monasterii de Calchor, S. Andree diocesis, respon-
det, ut sacerdotes ecclesiarum parochialium monasterii dio-

cesano episcopo praestare obedientiam teneantur. (Reg. 24,
c. 169, f. 20v.)

« ... , abbatii monasterii de Calchor, ad Romanam Eccle-
siam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti.
Sancti Andree diocesis. Apostolice Sedis oraenlo tua pe-
titio devotio edoceri, si monasterii abbas exempti, parro-
chialium ecclesiarum obtentu ad idem monasterium
pertinentium que ab episcopali jurisdictione minime
sunt exempte, diocesano episcopo canonicam prestare
obedientiam teneatur; ad quod tibi duximus respon-
endum, quod, cum juxta canonicas sanctiones in reli-
giosorum ecclesiis que ad eos non pertinent pleno jure
institui debeant sacerdotes qui episcopis de plebis
cura ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhi-
beant competentem, non utique ab abbatte sed ab hu-
jusmodi sacerdotibus episcopis convenit pro talibus
obedientiam exhiberi. Dat. Neapoli, IIII nonas martii,
anno primo. »

192

Naples, 28 février 1255.

Privilegium confirmans nominatum possessiones et jura ec-
clesiae s. Mariae de Sempingham (Reg. 24, c. 170, f. 20v.)

« ... , magistro ecclesie sancte Marie de Sempingham,
ejusque successoribus canonice substituendis, et reliquis
fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam
professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod
religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos
decet libenter concedere et potentium desideriis con-
gruum suffragium imperfiri. Eapropter, dilecti in Do-
mino filii, vestris justis postulationibus clementer
annuimus, et ecclesiam sancte Marie de Sempingham
in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar
predecessorum nostrorum felicis recordationis Inno-
centii, Eugenii, Adriani, Alexandri, Lucii, Clementis,
Celestini, Innocentii III et Innocentii Romanorum
pontificum, sub beati Petri et nostra protectione susci-
pimus et presentis scripti patrocinio communimus.
Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque
bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice
possidet, aut in futurum concessionem pontificum, lar-
gitione regum vel principum, oblatione fidelium seu
aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci,
firma vobis vestrisque successoribus et illibata perma-
neant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda voca-
bulis: Ecclesias vestras conventuales de Sempingham,
de Havetholm, de Catteleya, de Bolingtone, de Sixla,

de Ormelbi, de Alingham, de Wattona, de Maltona, de Chikesand, de Lincolln, de Mareseya cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesias sancte Marie de Subdame et sancti Andree de Eboraco in Fiskergate cum suis pertinentiis.

Hospitalem domum de Linkolln cum suis pertinentiis.

Ecclesias parochiales de Aslakesby, de Belingburgo, de Kirkebi, de Havingtone, de Buxtune, de Brimetorp, de Lottone, de Tirington, de Broktonstowe, de Paxtime et de Wandesleia cum pertinentiis suis.

Beneficia que habetis in ecclesiis de Trowelle et de Kirkebi juxta Aslakebi cum suis pertinentiis.

Ecclesiam de Sempingham, de Stowa cum capella de Kirktop et aliis pertinentiis suis.

Ecclesias de Torstantime, de Horblinge, de Hekintime, de Hale, de Walecote, de Trangtime cum suis pertinentiis.

Ecclesias Sancte Margarete, Omnium sanctorum, de Suldam, de Stoke et de Torp cum pertinentiis suis.

Quicquid habetis in Sempingham, in Torp, in Birketorp, in Lettone, in Biligburge, in Walecote, in Corintime, in Aslakeby, in Folkingham, in Hal, in Horbelingen, in Gunwarbi, in Graham, in Belebi, in Langetime, in Karkeby, in Hawetorp, in Kisebi, in Puttöne, in Billefelde, in Battone, in Leirtorp, in Wishebi, in Silkebi, in Fuleboc et in Cramewelle cum suis pertinentiis, et in dominico manerio de Sulham cum suis pertinentiis, de Stoke, de Caveham, de Tocehill, de Torp, de Wrgehale, de Welles et de Lea cum terris et redditibus quos Hugo Murdac et Willemus filius Petri vobis pie in elemosinam concesserunt.

Pasturam cum mansura Johannis quandam Heremite in Marisco de Hoylande cum pertinentiis suis.

Insulam de Ruogholim et terras et redditus quos habetis in usum et in Kadeneia cum suis pertinentiis.

Ecclesias de Querintune, de Estlafford et de Hamewic cum oinibus suis pertinentiis.

Ecclesias sancti Jacobi de Bulingtune et sancti Albinii de Spridelingtune.

Ecclesias de Ingham, de Langetune, de Burgo, de Winetorp, de Hameringham, de Oxecumbe, de Tefford, de Prestwaud, de Bileburge et de Westorp.

Jus quod habetis in ecclesiis de Biringtime, de Suthfereby, de Haketorn et de Freskenia cum capellis et omnibus predictarum ecclesiarum pertinentiis.

Ecclesiam quoque conventualem sancte Trinitatis in proprio fundo incliti regis Anglie Henrici secundi in

insula que dicitur Ruegholin fundatam, auctoritate vobis apostolica nichilominus confirmamus.

Statuentes ut non licet cuiquam religionem vestram vel jura, vel rationabiles institutiones a primo patre vestro beato Gileberto scripto commendatas et predictorum antecessorum nostrorum Romanorum pontificum et nostri auctoritate scriptoque confirmatas sine majoris et sanioris partis capituli vestri consilio et sensu corrumperem vel mutare, vel aliquid superaddere quod predicte religioni vestre vel salubribus videatur institutionibus obviare.

Inter hec autem ista nominatim duximus exprimentia, ut unum cellarium, una coquina sub sanctimonialium et sororum cura sit omnibus tam sanctimonialibus et sororibus quam canonicis et fratribus, et pecunia in auro et in argento et pannis sub eorundem custodia existere debeat, atque omnis monachorum, canonicorum, clericorum et laicorum illicitus ingressus et accessus ad eas penitus inhibeatur, quemadmodum in earum scripto salubri et rationabili providentia distinctum esse dinoscitur et statutum.

Obeunte vero te nunc supradicte religionis magistro vel tuorum quolibet successorum, nullus eisdem congregationibus qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, sed summus prior eligatur consilio priorum ordinis et circatorum et assensu prepositorum, sicut in vestris institutionibus continetur, cui soli omnis conventus domorum profiteri et obedire secundum formam ordinis vestri censemus.

Adicimus preterea, ut ei qui a vobis in magistrum ordinis vestri electus fuerit fratres et sorores obedientiam continuam promittant; qui diocesano episcopo postmodum presentetur, ab ipso sine aliqua difficultate vel quocumque discussionis examine officii plenitudinem et benedictionis gratiam quam magistri consueverunt recipere percepturus. Quod si forsitan idem episcopus cum devotione humiliter requisitus super hoc se difficile exhibuerit, idem magister nichilominus presentis privilegii et gratic nostre fretus presidio, officio et loco magistri in omnibus et per omnia plene fungatur; et curam ordinis vestri gerens, non obstante contradictione ejusquam, in temporalibus et spiritualibus sine confirmatione alia libere administret a quocumque superiori maluerit predictam gratiam sine examinatione aliqua cum sibi commodum fuerit recepturus.

Omnis autem potestas abbatibus vel prioribus super hiis que ad divinum cultum pertinet concessa in sibi subditos et divino cultui mancipatos, tam in coronis faciendis quam in confessione admissam dicenda et benedictione ante evangelium danda et ceteris om-

nibus superiori priori vestro, qui preest universis congregationibus ordinis de Sempingham inconcussa permaneat.

Inhibemus itaque ne terras vel ecclesias vel aliquod aliud beneficiorum predictis congregationibus collatum liceat alieui personaliter dari, nisi communi et generali assensu omnium sine majoris et senioris partis prefate professionis canonicorum et sanctimonialium.

Sane laborum vestrorum de possessionibus vestris, ac etiam novalium que propriis manibus aut sumptibus eolitis, de quibus novalibus aliquis haetenus non percepit, sive de nutrimentis animalium vestrorum a vobis sive ab aliis pro eo quod illa in custodia vel pastura sua habent, ubicumque sint, nullus omnino decimas exigere vel extorquere presumat.

Libertates vero et immunitates quas illustris memoriæ rex Anglorum Henricus secundus et Riccardus rex, filius ejus, ecclesie vestre cartis suis confirmaverunt, ratas perpetuo decernimus permanere.

Prohibemus autem, ut nulli vestrorum post factam in eodem loco professionem, liceat ex eodem claustro discedere. Discedentem vero absque prelati sui licentia nullus audeat retinere, sed nec alieui Cisterciensis ordinis liceat aliquem fugitivorum vestrorum retinere, vel vobis illorum fugitivos recipere contra autenticum scriptum inter vos rationabiliter factum.

Preterea auxilia et universas indebitas et inconsuetas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisve quibuslibet ecclesiasticis personis in vestris ecclesiis omnino fieri prohibemus, et maxime pro aliquo ecclesiastico sacramento percipiendo, nisi synodalia tantum et episcopalia, que de canonum jure debentur: quibus tamen conventuales ecclesias vestras contra id quod de ducentibus communem vitam in sacris canonibus est statutum nullius volumus improbitate gravari.

Paci quoque et tranquillitati vestre paterna diligentia providentes, inhibemus ne archiepiscopus vel episcopus, seu archidiaconus aut alia quelibet ecclesiastica persona hospitia vel procurations seu tallias ab ecclesiis vestris contra antiquam et rationabilem consuetudinem exigere audeat; sed nec priorem vestrum vel canonicos seu moniales aut aliquem de professis vestris suspendere, interdicere vel excommunicare presumat.

Inhibemus etiam, ut nulli ecclesiastice secularisve persone infra parochias ecclesiarum vestrarum monasterii monachorum, canonicorum, sanctimonialium, heremitarum seu inclusorum capellas, altaria et cimi-

teria liceat quomodolibet sine vestro et dioecesi episcopi assensu construere. Salvis tamen privilegiis apostolice Sedis, nec quisquam clericos seu capellanos qui vobis vel ecclesiis vestris parochialibus deserviant sub interdicto ponere nisi ordine judicario presumant.

Preterea paci et quieti vestre attentius providere volentes, auctoritate apostolica inhibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum vel elemosinarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam seu furtum facere, hominem capere, aut interficere, seu igneum apponere audeat, et si quis temerario ausu presumpserit, censura ecclesiastica percellatur.

Adicimus insuper, ut unicuique domui vestri ordinis sanctimonialium ad earum et fratrum laicorum integritatem et disciplinam servandam secundum ipsius ordinis instituta, canonici vita et moribus maturi, sicut necessarium visum fuerit, preponantur; quibus et animarum cura pro dispositione prioris immineat et totius domus cura in exterioribus commitatur, ut bona spiritualia possint per eos ad subsidium monialium fideliter custodiri, et ne aliquis possessiones vel alia ona ineconsulto et contradicente priore usurpet, debeat attentius provideri.

Laici vero conversi in omnibus priori et canoniciis subditi et obedientes existant, nec aliquam potestatem domus vel pecunie sibi usurpare presumant, nisi que a priore ordinate et rationaliter ad tempus fuerit eis injuncta.

Habitacula quoque canonicorum et conversorum ita sint a domibus monialium extra illorum septa remota pariter et disjuncta ne ad invicem se videre valeant, aut hinc inde audiri nisi ad divinum tantum officium complendum, cum manifesta necessitas et certa ratio id fieri postulaverit, sed neque hoc fiat nisi sub presentia plurimorum.

Altare vero in quo divinum monialibus celebretur officium lapideo pariete intercludatur aut ligneo, ita quod neuter sexus visione alterius perfruatur.

Canonici autem in divinis officiis ubique sine ulla exceptione cum missas etiam monialibus celebrant servitium habeant clericorum.

Moniales quoque in omnibus illum modum officii sui in ecclesia observent, quia supradicto sancto Gileberto primo priore ordinis de Sempingham institutus et a beato Bernardo quondam Clarevallensi abbate neenon et aliis plerisque religiosis personis primo fuerat approbatus, scilicet non musicie cantando sed honeste, moderate ad distinetu psallendo atque legendo.

Liceat quoque vobis quandcumque in aliquo vos pregravari senseritis ad remedium appellationis confu-

gere, etiam si in causa que contra vos agitur inhibita sit appellatio. Post factam vero appellationem, nemini liceat in vos sententiam dare vel aliquid innovare, seu vos vel possessiones vestras temerario ausu turbare.

Ad hoc, si aliquod inter vos scandalum, quod Dominus avertat, vel dissensiones emerserint, eas et alia que corrigenda fuerint judicio capituli vestri secundum vestri ordinis instituta corrigi volumus et canonicę terminari.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fuentes liberos et absolutos ad conversionem recipere et absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut qui ordini vestro tenentur astricti fidejubere pro aliquo nequaquam attemptent et si fecerint aliqua domus vestra de fidejussione illorum nullatenus obligetur.

Ad respondendum quoque et satisfaciendum nullatenus tencamini, si forte aliquis professus vester canonicus sive conversus magistro et capitulo non mandante pro sua temeritate aliquod debitum fecerit aut promissiones litterarum sue prestiterit cautionem, de qua gravamen possit domui pervenire, cum cautum sit ex canonibus ut delictum persone in dampnum ecclesie non redundet.

Ad hec, auctoritate apostolica prohibemus ut nullus ordinis vestri professus, clericus sive laicus, ab aliquo sine assensu prioris vel capituli domus sue seu vicem prioris agentis depositum suscipere audeat vel quomodolibet retinere.

Adicimus insuper ut testimonio bonorum fratrum vestrorum in negotiis vestris in quibus testium probations fuerint admittende ut libere valeatis.

Preterea cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clavis januis, non pulsatis tintinabulis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare.

Sepulturam quoque etc. usque assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum ordinem temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed integra et illibata omnia conserventur, corum pro iurorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro futura. Salva in omnibus apostolice Sedis auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia, in aliis et non expressis capitulis vobis indulitis.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica etc. usque ultiōni. Cunctis etc. usque inveniant. Amen, amen, amen.

Dat. Neapoli. per manum Guillelmi magistri scola-

rum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancelarii, III kalendas martii, indictione XIII, Incarnationis dominice anno M^oCC^oLIII^o, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno primo. »

193

Naples, 28 février 1255.

Priori fratrum Praedicatorum Cremonensium mandat, ut Guillelmum de Advocatis canonicum Cremonensem excommunicatum, quia quondam Frederico tunc Romanorum imperatore et Henrico nato eius necnon aliis excommunicatis praesentibus per metum officiis immiscuerat se divinis, absolvat. (REG. 24, c. 170^o, f. 21^v; POTTHAST 15708).

« .., priori fratrum Predicatorum Cremonensium. Ex parte Guillelmi —. Dat. Neapoli. II kalendas martii, anno primo. »

194

Naples, 26 février 1255.

Infrascripto mandat, ut abbatii et conventui monasterii de Spungia sarcina debitorum pressis licentiam concedat, si videtur expedire, vendendi alias de possessionibus monasterii. (REG. 24, c. 171, f. 21^v.)

« .., abbatii monasterii sancti Salvatoris de Septimo, Cisterciensis ordinis, Florentine diocesis. Dilecti filii .., abbas et conventus monasterii sancti Salvatoris de Spungia, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Vulterane diocesis, nobis exponere curaverunt quod monasterium ipsum tanta premitur sarcina debitorum contractarum (*sic*) a predecessoribus abbatis ejusdem quod nisi per celere remedium Sedis apostolice ipsi monasterio succurratur, usurarum vorago ejus substantiam absorbebit. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicaverunt, ut providere ipsis et eidem monasterio super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque de circumspectione tua gentes in Domino fiduciam pleniorē, mandamus quatinus personaliter accedens ad locum, inquisita super hiis diligentius veritate, si rem inveneris ita esse, vendendi alias de possessionibus minus utilibus ejusdem monasterii concedas licentiam auctoritate nostra abbatii et conventui supradictis, ita quod precium convertatur in solutionem hujusmodi debitorum : proviso ut quod pro utilitate monasterii predicti concedatur in detrimentum ipsius non valeat redundare, idque a Domino de tuis manibus requiratur. Dat. Neapoli, IIII kalendas martii, anno primo. »

195

Naples, 18 février 1255.

Populum Barchinonensem hortatur, ut solemnem beati Antonii sanctorum confessorum catalogo ascripti festivitatis diem annuatim solemniter celebrent. (REG. 24, c. 172, f. 22; POTTHAST 15697.)

« *Populo civitatis et dioecesis Barchinonensium. Cum beatus Antonius —. Dat. Neapoli, XII kalendas marcii, anno primo. »*

196

Naples, 5 mars 1255.

Januensibus indulget, ut extra civitatem vet districtum Januensem trahi nequeant in causam per litteras apostolicas quae de hoc induito non fecerint mentionem. (REG. 24, c. 173, f. 22; POTTHAST 15718.)

« *.., potestati, consilio et communi Januensibus. Tantam devotionis et —. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »*

197

Naples, 11 janvier 1255.

Jobanni, olim professo ordinem regularem s. Augustini in monasterio s. Petri ad Aream Neapotis, confirmat indulgentiam Hugonis cardinalis s. Sabinae ut abbas monasterii s. Sebastiani Neapolitani remanere valeat : et indulgentiam Hugonis datam Neapoli V idus januarii pontificatus sui anno Iº inserit. (REG. 24, c. 174, f. 22.)

« *Johanni, abbati monasterii sancti Sebastiani Neapolitani, ordinis sancti Benedicti. Lecta nobis tua petitio continebat quod, cum olim in monasterio sancti Petri ad Aream de Neapoli, ordinis sancti Augustini, professionem feceris et in eo per octo annos et amplius landaliliter fueris conversatus, tandem ad mandatum bone memorie P., archiepiscopi Neapolitani, in monasterium sancti Petri ad Castellum, ordinis sancti Benedicti, Neapolitane dioecesis, monachalem habitum assumpsisti ; et mane sequenti proximo post assumptum hujusmodi habitum nulla professione in eodem ordine sancti Benedicti, monasterio sancti Sebastiani de Neapoli, ejusdem sancti Benedicti ordinis, abbatis regimine destituto, idem archiepiscopus prout spectabat ad eum, alias tamen canonice in abbatem predicti sancti Sebastiani monasterii te prefecit. Super quo petisti saluti tue apostolice Sedis providentia subveniri. Cum igitur dilectus filius noster H., tituli sancte Sabine presbyter*

cardinalis, de mandato nostro viva voce sibi facto tibi conesserit, ut impedimento hujusmodi non obstante in sic suscepso prefati monasterii sancti Sebastiani regimine possis libere remanere. supplens nichilominus ex mandato nostro defectum si quis extitit in institutione regiminis memorati, prout in ipsius cardinalis litteris super hoc confessis plenius continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale super hoc factum est ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Tenorem litterarum cardinalis ejusdem presentibus inserentes, qui talis est :

Naples, 9 janvier 1255.

« *Frater Hugo, miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, dilecto in Christo fratri Johanni abbatii monasterii sancti Sebastiani de Neapoli, ordinis sancti Benedicti, salutem in Domino. Porrecta nobis tna petitio continebat, quod tu in monasterio sancti Petri ad Aram de Neapoli ordinis sancti Augustini professus, quondam ordinem regularem ac in eodem per octo annos et amplius landaliliter conversatus, tandem de mandato bone memorie P. tune archiepiscopi Neapolitani in monasterium sancti Petri ad Castellum, ordinis sancti Benedicti, Neapolitane dioecesis, ab .., abbate loci ejusdem, monachalem habitum assumpsisti. Sane mane proximo sequenti post assumptum habitum hujusmodi, vacante monasterio predicto sancti Sebastiani, dictus archiepiscopus nulla facta professione in eodem ordine alias tamen canonice te prefecit, prout spectabat ad ipsum, in abbatem ejusdem monasterii et pastorem, super quo petisti saluti tue apostolice Sedis providentia subveniri. Nos igitur attendentes quod in dicto ordine sic te inter alios non solum habitum, verum etiam in hiis que monachalis censentur observantie, tanto tempore postmodum habuisti quod ad profesiones tacite sufficiat argumentum ac alias tibi ad assumpti curam regiminis utilitas suffragetur, de speciali domini Alexandri pape mandato nobis viva voce facto quod in sic suscepso dicti monasterii sancti Sebastiani regimine, impedimento non obstante predicto, possis libere remanere, tibi tenore presentium indulgemus, suppletis ex eodem mandato nichilominus defectum si quis extitit in susceptione regiminis antedicti. Dat. Neapoli, V idus januarii, pontificatus domini Alexandri III pape anno primo. »*

Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III idus februarii, anno primo. »

198

Naples, 23 février 1255.

Episcopo Virdunensi indulget, ut ad suscipiendum sacros ordines et ad residendum personaliter compellat rectores ecclesiarum diocesis ejus. (REG. 24, c. 175, f. 22.)

« ... , episcopo Virdunensi. Tua nobis fraternitas intimavit quod ex eo quod quidam decani, archidiaconi et alii prelati ac rectores ecclesiarum tue civitatis et diocesis asserunt indulgentias a Sede apostolica se habere quod ad suscipiendum sacros ordines ac residendum personaliter in eorum ecclesiis compelli nequeant. eadem ecclesie non modicum in spiritualibus sustinent detrimentum. Quia vero dignum est ut, sicut iisdem ipsarum ecclesiarum stipendiis sustentantur, ita eis impendant obsequia militie clericalis, mandamus quatinus, si est ita, dictos decanos, archidiaconos, prelatos et rectores ut, indulgentiis ipsis et etiam si eorum aliqui a predecessoribus nostris sunt in subdiaconis promoti non obstantibus, suscipiant sacros ordines prout eorumdem ecclesiarum cura requirit et in eis personalem faciant residentiam, ut tenentur, monitione presentium per subtractionem proventuum ecclesiarum ipsarum, appellatione remota, compellas. Dat. Neapoli. VII kalendas martii, anno primo. »

199Naples, 1^{er} mars 1255.

Resignationem episcopatus Litoviae a Vitone factam recipit. (REG. 24, c. 176, f. 22.)

« Vito, quondam episcopo Litovie. Olim nobis cum instantia supplicasti ut cessionem tuam, volens non dignitati resignare sed loco, recipi faceremus. Nos igitur, licet inviti, tuum in hac parte desiderium de fratrum nostrorum consilio adimplentes, per venerabilem fratrem nostrum ... , episcopum Tusculanum, a te vice nostra pontificalis oneris non honoris recipi fecimus cessionem. In cuius rei testimonium presentes litteras tibi duximus concedendas. Dat. Neapoli, kalendis martii, anno primo. »

200

Naples, 11 mars 1255.

Mauricium de S. Bonito, canonicum et forisdecanum Aniciensem, dispensat a residentia personali in ecclesia de Roureto, Aniciensis diocesis. (REG. 24, c. 177, f. 22v.)

« Mauricio de Sancto Bonito, forisdecano et canonico Aniciensi. Ex tenore tue petitionis accepimus quod in ecclesia de Roureto, Aniciensis diocesis, cuius rector

existis, consuevit ab antiquo per vicarium deserviri. Quia vero ratione forisdecanatus et canonie quos in Aniciensi ecclesia obtines te oportet ibidem personaliter residere, nos tuis devotis supplicationibus annuentes, ut residens personaliter in eadem ecclesia Aniciensi possis in prefata ecclesia de Roureto per idoneum vicarium deservire, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

201

Naples, 5 mars 1255.

Officialibus universisque hominibus Siciliae mandat, ut a civibus et mercatoribus Romanis nullum pedagium vel teloneum exigant. (REG. 24, c. 178, f. 22v.)

« Nobilibus viris magistris justitiariis, capitaneis, magistris camerariis aliisque officialibus necnon comitibus, baronibus ac communitatibus civitatum et castrorum eorumque potestatibus seu rectoribus universis per regnum Sicilie constitutis. Honorem Urbis et incrementum populi Romanorum ferventi desiderio affectantes, sic eos tanquam filios predilectos intendimus dignis elferre favoribus et precipuis emunitatibus presignire, ut ipsi recognita matris Ecclesie benivolentia gratiosa de die in diem ad ejus devotionem fortius accendantur. Cum itaque regnum Sicilie sit ad jus et proprietatem Romane Ecclesie devolutum, nos volentes ut cives et mercatores Romani in eo tanquam speciales Ecclesie filii specialiter honorentur, universitatem vestram rogamus attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes quatinus eos cum bonis suis per districtus vestros tantum terre quam maris transire libere et sine molestia qualibet permittentes, nichil ab ipsis occasione pedagiorum vel tolenei aliquatenus exigatis nec alias eos aliquibus exactionibus aggravetis. Preces et mandatum nostrum taliter impleturi quod dicti cives et mercatores nullam apud vos super premissis inveniant molestiam vel gravamen, nec justam de vobis habeant materiam conquerendi nosque devotionem vestram possimus exinde merito commendare. Dat. Neapoli, IIII nonas martii, anno primo. »

202

Naples, 5 mars 1255.

Omnibus comitibus et hominibus Patrimonii Ecclesiae mandat idem. (REG. 24, c. 179, f. 22v.)

« Nobilibus viris comitibus, baronibus, castellanis necnon

communitatibus civitatum et castrorum et eorum potestatis seu rectoribus universis in Patrimonio Ecclesie constitutis. Honorem Urbis etc. ut in alia usque accendantur. — mandamus quatinus etc. usque in finem. »

203

Naples, 13 février 1255.

Laurentio, praeposito ecclesiae s. Yrenaei Sirmiensis, vilam sitam in Zlacho et vulgariter Drasch nuncupatam quam ei episcopus Sirmensis concessit quoad vixerit possidendam confirmat. (REG. 24, c. 180, f. 22v; POTTHAST 15687.)

« Laurentio . preposito ecclesie sancti Yrenei Syrmiensis. Justis pelentium etc. usque complere —. Dat. Neapoli, idibus februarii, anno primo. »

204

Naples, 6 mars 1255.

Abbati et conventui monasterii Cavensis indulget, ut nullus auctoritate litterarum Sedis apostolicae de prioratibus aut ecclesiis vel aliis locis ad monasterium eorum spectantibus possit alieni providere, absque speciali mandato Sedis ejusdem. (REG. 24, c. 181, f. 22v.)

« ... abbati et conventui monasterii Cavensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Paci et tranquillitati —. Dat. Neapoli, II nonas martii, anno primo. »

205

Naples, 7 mars 1255.

Eisdem indulget ut per generalem clausulam « quidam alii », quae frequenter in litteris apostolicis consuevit apponi, non possint aliquatenus conveniri. (REG. 24, c. 181¹, f. 22v.)

« Eisdem. Et vestra supplex —. Dat. Neapoli, nonis martii, anno primo. »

206

Naples, 25 février 1255.

Episcopo Parisiensi indulget, ut cogi non possit ad receptionem vel provisionem cuiusquam in ecclesiis quarum collatio ad se spectat. (REG. 24, c. 182, f. 22v.)

« ... episcopo Parisiensi. Sincere devotionis affectus —. Hinc est quod tuis supplicationibus inclinati, quod ad receptionem vel provisionem cuiusquam in ecclesiis in quibus prebendarum seu beneficiorum collatio ad te spectat, tu vel ecclesiarum ipsarum capitula, seu etiam de pensionibus aut quibuscumque redditibus per litteras

apostolice Sedis vel legatos ipsius impetratas per quas non sit jus alieni acquisitum vel etiam impetrandas cujuscumque tenoris existant, etiam si contineatur in ipsis quod quelibet apostolice Sedis indulgentia earum impetratoribus non obsistat, nisi ejusdem Sedis littere impetrande plenam et expressam de hac indulgentia et toto tenore ipsius de verbo ad verbum et tuo proprio nomine mentionem fecerint minime teneamini nec aliquatenus cogi possitis, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

207

Naples, 6 mars 1255.

Abbati et conventui monasterii Virginis Mariae de Valle Josaphat, cuius privilegia nonnulla fuerunt desperita occupationibus Saracenorum, indulget, ut privilegia innovata per papam plenam vim habeant. (REG. 24, c. 183, f. 23; H.-F. DELABORDE, *Charles de Terre Sainte*, 104.)

« ... abbati et conventui monasterii Virginis Marie de Valle Josaphat ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. ordinis sancti Benedicti, Jerosolimitane diocesis. Pacis vestre querentes —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod, monasterio vestro olim a Saracenis illarum parlum pluries occupato, nonnulla privilegia quibus idem monasterium munitum erat, ornamenta etiam ecclesiastica et alia bona quamplurima fuerunt ibidem miserabili easu desperita, per quorum privilegiorum amissionem idem monasterium enormiter dinoscitur esse lesum. Cum igitur eadem privilegia per nos innovari oblinueritis et nostra bulla muniri supplicasti, ut, ne per amissionem predictorum privilegiorum originalium idem monasterium possit incurrire detrimentum, providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ut eadem privilegia sic innovata cum originalibus eandem vim obtineant tam in judiciis quam extra, si vos eis uti contigerit, plena fides sicut ipsis adhibeat originalibus, statuentes ne vobis incumbat necessitas in eisdem judiciis alia originalia privilegia ostendendi, lege qualibet contraria vel constitutione canonica non obstante, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et concessionis etc. Si quis autem etc. Dat. Neapoli, II nonas martii, anno primo. »

208

Naples, 5 janvier 1255.

Donatio in episcopum Civitatensem a Guillemino s. Eusta-

chii cardinale de mandato Innocentii papae IV praefectum confirmat, litteras Innocentii, datas Anagniae II kal. octobris pontificatus ejus anno XII, et Guillelmi, datas Troiae V novembbris ejusdem anni insereodo. (REG. 24, c. 184, f. 23.)

« *Donadeo. electo Civitatensi.* Petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster olim obtenuit dilecti filii ... electi Capuani, cuius capellanus tunc temporis existebas, dilecto filio nostro G. sancti Eustachii diacono cardinali tunc apostolice Sedis legato suis dederit litteris in mandatis ut de te quem sibi plurimorum testimonia commendabant Civitatensi ecclesie provideret, idem cardinalis juxta mandatum apostolicum te tunc canonicum Beneventanum prefecit eidem ecclesie in episcopum et pastorem, tibi administrationem spiritualium et temporalium ipsius ecclesie concedendo, prout in ejusdem cardinalis litteris confectis exinde plenius continetur. Tuis itaque precibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Troia, 5 novembre 1254.

« Guillelmus, miseratione divina sancti Eustachii diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, viro discreto dilecto in Christo presbytero Donadeo, capellano viri venerabilis ..., Capuani electi, salutem in Domino. Noverit discretio vestra nos a summo patre Domino I., Dei gratia summo pontifice, recepisse litteras in hac forma :

Anagni, 30 septembre 1254.

« Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio G. sancti Eustachii diacono cardinali, apostolice Sedis legato, salutem etc. Precibus dilecti filii ..., electi Capuani, benignum impertinentes assensum, mandamus quatinus dilectum filium Donadeum capellatum ejus, canonicum Beneventanum, de cuius scientia, vita et moribus laudabile nolis testimonium perhibetur. ecclesie Civitatensis, Beneventane proximie. preficias auctoritate nostra in episcopum et pastorem, faciens ei ab ejus subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores. Non obstante si aliquibus —. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, pontificatus nostri anno duodecimo. »

« Volentes igitur ut tenemur apostolicis obedire mandatis, auctoritate nobis super hoc tradita, vos in epis copum prefate Civitatensis ecclesie preficimus et

ALEXANDRE IV, t. I.

» pastorem, administrationem ipsius ecclesie vobis tam in spiritualibus quam temporalibus concedendo. » Unde ad futuram memoriam et vestri etiam evidenter cautelam presentes litteras nostras vobis fieri fecimus sigilli nostri munimine roboratas. Dat. » Troie, V novembbris, XIII indictione, pontificatus domini I. pape III anno duodecimo. » Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, nonis januarii. anno primo. »

209

Naples, 5 janvier 1255.

Capitulum Civitatense hortatur attente mandans ut Donadeo tanquam pastori animarum obedientiam impendat. (REG. 24, c. 184¹, f. 23.)

« *Capitulo Civitatensi.* Petitio dilecti filii —. Dat. ut supra. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Civitatensem.

In e. m. populo civitatis et diocesis Civitatensem usque : devote ipsius monitis et mandatis salubribus inviolabiliter observes. Dat. ut supra.

In e. m. vassallis Civitatensis ecclesie usque : quatinus eidem electo prestitis ipsius ecclesie nomine fidelitatis solite iuramentum et sibi de suis juribus integre respondere curetis, ita quod in vobis repperisse devotionis filios sibi vertatur in gaudium et vos in eo patrem habeatis assidue gratiosum. Dat. ut supra.

210

Naples, 25 février 1255.

Magistro Rostando, subdiacono et capellano suo, indulget ut duo ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura licite recipere ac insimul praeter obtenta quibus cura animarum non imminet retinere valeat. (REG. 24, c. 185, f. 23.)

« *Magistro Rostando, subdiacono et capellano nostro.* Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Neapoli, V kalendas martii, anno primo. »

211

Naples, 3 mars 1255.

Magistro Roberto de Tettonia, regis Angliae clero, indulget, ut, praeter ecclesiam de Weddene, Saresbiriensis diocesis, curam animarum habentem cuius proventus X marcarum valentiam annis singulis vix excedunt, possit adhuc unicum ecclesiasticum beneficium etiam si dignitas vel personatus existat recipere. (REG. 24, c. 186, f. 23.)

« *Magistro Roberto de Tettonia, rectori ecclesie de Wed-*

dene. Saresbiriensis diocesis. Etsi propter ambitionem —.
Dat. Neapoli, V nonas martii, anno primo. »

212

Naples, 15 février 1255.

Abbati monasterii Trenorchiensis, Cabilonensis diocesis, cognitionem causarum hominum monasterii reservat. (REG. 24, c. 187, f. 23v.)

« .., abbatii et conventui monasterii Trenorchiensis, ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Vestre meritis devotionis inducimur ut vos favore benivolo prosequamur, sed in hiis precipue que vestrum possint monasterium a dispendio preservare. Hinc est quod nos vestris supplicationibus annuentes, ut homines et vassalli monasterii et membrorum ejus super possessionibus et aliis bonis que a monasterio et membris ipsis tenent in feudum non possint eoram alio conveniri, vobis auctoritate presenlium indulgemus, dummodo iidem homines et vassalli coram te fili abbas et successoribus tuis ac prioribus dietorum membrorum a quibus hujusmodi feuda tenent parati sint de se conquerentibus justitie plenitudinem exhibere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XV kalendas martii, anno primo. »

213

Naples, 9 mars 1255.

[Laurentio], episcopo Scarensi, concedit, ut Johanni Scarensi presbytero defectum natalium indulget eique ecclesiam de Ballabu, ejusdem diocesis, in qua quondam pater ejusdem Johannis plebanus proximo ministravit, assignet. (REG. 24, c. 188, f. 23v; POTTHAST 15727.)

« .., episcopo Scarensi. Johannes Scarensis presbyter —. Dat. Neapoli, VII idus marci, anno primo. »

214Naples, 1^{er} mars 1255.

Accurimbo rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia novo firmat diplomate, quae praedecessores sui H., Gregorius et Innocentius de statione apud eos quotannis celebranda et effigiei Salvatoris delatione per canonicos basilicac Principis Apostolorum habenda decreverant. (REG. 24, c. 189, f. 23v; POTTHAST 15711.)

« Accurimbo rectori et fratribus hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Urbe. Ad conmemorandas nuptias —. Dat. Neapoli, kalendis martii, anno primo. »

215

Naples, 3 mars 1255.

[Gregorio], electo Aqoileensi, mandat, ut cum ecclesia Aquileensis canonicorum multitudine onerata sit et praebendae eorum tam tenues sint ut praeter quotidianas distributiones vix tres marcas argenti quisque annuatim percipiat, praebendas decadentium in communes usus convertat. (REG. 24, c. 190, f. 23v; POTTHAST 15715.)

« .., electo Aquileensi. Sicut te ac —. Dat. Neapoli, V nonas martii, anno primo. »

216

Naples, 5 février 1255.

Florentino, episcopo Aeconensi, indulget, ut cogi non possit ad recipiendum quemquam ad beneficia sibi spectantia. (REG. 24, c. 191, f. 24.)

« Florentino, episcopo Aeconensi. Devotionis tue apud —. Hinc est quod nos tuis supplicationibus favorabiliiter annuentes, auctoritate tibi presentium indulgemus, ne de capellaniis sive parrochiis seu aliis beneficiis ad tuam presentationem vel collationem spectantibus aliqui provideri valeat te invito nec tu ad recipiendum quemquam ad illa vel illorum aliquod cogi possis per litteras apostolice Sedis vel legatorum ipsius impetratas, per quas super eisdem capellaniis vel parrochiis aut beneficiis nondum sit jus alicui acquisitum vel impetrandas, in quibus nomen tuum expressum et presentis indulgentie insertus non fuerit totus tenor. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, nonis februarii, anno primo. »

217

Naples, 20 février 1255.

H[ugoni], electo Midensi, tribuit facultatem construendi ecclesiam cathedralem in episcopatu suo sine praejudicio alicujus metropolitani loci necon et sui capituli vel cleri, si non habeat capitulum. (REG. 24, c. 192, f. 24; POTTHAST 15698.)

« H., electo Midensi. Cum sicut nobis —. Dat. Neapoli, X kalendas martii, anno primo. »

218

Naples, 26 janvier 1255.

Archiepiscopo Salernitano mandat, ut Conso, olim monacho monasterii s. Benedicti de Salerno ordinis s. Benedicti, in abbatem monasterii s. Salvatoris de Monte Termino ordinis ejusdem electo et ab archiepiscopo praefato confirmato, munus benedictionis impendat, non obstante quod electio tempore

facta fuit quo regnum Siciliae generaliter erat suppositum ecclesiastico interdicto. (REG. 24, c. 193, f. 24.)

« ... archiepisco Salernitano. Sua nobis dilectus —.
Dat. Neapoli, VII kalendas februarii, anno primo. »

219

Naples, 6 février 1255.

Bartholomeo Nicolai Judicis Berardi de S. Germano, terrae monasterii Casinensis senescaleo suo, confirmat feudum Trajecti, Gaietanae diocesis, de quo investitus fuit a P. episcopo Aquinate, mandante Innocentio papa : et litteras Innocentii, datas Perusii kal. decembris pontificatus ejus anno nono, et P., datas in Palatio s. Petri de Perusio die V decembris ejusdem anni, inserit. (REG. 24, c. 194, f. 24.)

« Bartholomeo Nicolai Judicis Berardi de Sancto Germano, terre monasterii Casinensis senescaleo nostro. Devotionis tue merita exigunt et servitia que nobis jam longo tempore impendisse dinosceris nos indueunt ut votis tuis favorabiliter annuentes, faciamus tibi gratiam specialem. Cum igitur venerabilis frater noster .., episcopus Aquinas, de speciali mandato et auctoritate felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, feudum quod Bruchardus Theotonicus, tunc castellanus Roche Sorelle, per donationem quondam Fr. dudum imperatoris post latam in eum excommunicationis sententiam in Trajecto Gaietane diocesis tenebat, tibi cum tenimentis, juribus et aliis pertinentiis suis concederit teque investierit de eodem, prout in instrumento publico inde confecto ipsius sigillo signato ejus tenorem de verbo ad verbum presentibus inserimus plenius continetur idque postmodum idem predecessor noster duxerit confirmandum, nos tuis supplicationibus inclinati, concessionem eandem ratam et firmam habentes defectumque si quis ex quacumque causa vel omissione in ea extitit supplentes de plenitude potestatis, feendum ipsum quod quondam Adelicia de Cayvano, mater Andreotti de Castello ad mare, tenuisse dicitur, cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi et tuis hereditibus in perpetuum de novo concedimus ex certa scientia de gratia speciali. Donationes seu concessiones si que de ipso feudo vel ejus pertinentiis nostra seu predecessoris ipsius vel quavis auctoritate facte sint aliis decernentes irritas et inanes. Tenor autem instrumenti talis est :

—

Palais Saint-Pierre de Pérouse, 5 décembre 1251.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen. Anno nativitatis ejusdem M^{CC[°]}LI[°], pontificatus domini I.

» pape IIII anno nono. indictione X^a, mense decembris
» die V^o intrante. Ecce quod nos P., Dei gratia episcopus
» Aquinas, pro te Bartholomeo de Saneto Germano a
» summo pontifice litteras recepimus in hac forma :

Pérouse, 1^{er} décembre 1251.

» I. episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri
» ... episcopo Aquinatis, salutem etc. Obsequiose devo-
» tionis instantia quam dilectus filius Bartholomeus de
» Saneto Germano, senescaleus venerabilis fratris nos-
» tri .., Ostiensis episcopi, gratus nobis efficitur ejus-
» dem servitiis laudabiliter insistendo pro eo apud nos
» favorabiliter interpellat ut ipsius obtentu episcopi ac
» sue probate fidei exigentibus meritis dono ipsum B.
» prosequamur libenter apostolice beneficentie ac fa-
» voris. Ipsius igitur senescalci devotis precibus incli-
» nati, mandamus quatinus feendum quod Bruchardus
» Theotonicus, castellanus Roche Sorrelle, per dona-
» tionem quondam Fr., Romanorum imperatoris, post
» latam sententiam excommunicationis in ipsum in
» Trajecto Gaietane diocesis tenere dinoscitur cum te-
» nimentis, juribus aliisque pertinentiis suis auctori-
» tate nostra dicto senescaleo cui super hoc gratiam
» facere intendimus specialem, amoto exinde dicto
» Bruchardo concedere ipsumque de ipso feudo inves-
» tire proeures. Contradictores. Non obstante consti-
» tutione de duabus dietis edicta in concilio generali.
» Dat. Perusii, kalendis decembris, pontificatus nostri
» anno nono. »

» Unde nos mandatum apostolicum humiliter et de-
» vote volentes exequi cum effectu, a predicto feudo et
» ejus pertinentiis dictum Bruchardum seu quemcum-
» que alium detentorem sententialiter a(m)movemus et
» tibi B. senescaleo prefati Domini Ostiensis episcopi
» presentialiter ejusdem auctoritate mandati, ipsum
» feendum cum omnibus juribus, rationibus, districtu
» et honoribus coram Noclerio scrinario et subscriptis
» testibus concedimus, conferimus et assignamus et de
» eodem personaliter te per anulum nostrum investi-
» mus et quatenus possumus ymagine per eundem
» anulum tibi possessionem tradimus de eodem ac in
» contradictores et rebelles si qui extiterint ex nunc
» excommunicationis sententiam promulgamus : in-
» ductionem in veram corporalem possessionem ac om-
» nino super predictis omnibus defensionem et pro-
» tectionem nobis nichilominus reservantes. Quod
» instrumentum scribere jussimus per eundem Nocle-
» rium scriniarium. Actum in palatio sancti Petri de
» Perusio coram hiis testibus, scilicet : Nicolao de In-
» terampno, camerario domini Stephani cardinalis,

» teste. Benevenuto de Perusio, notario, teste. Jacobo Compagni, cive Senensi, teste. Meliore Geraldi et Dino Perini, civibus Florentinis, testibus. Ego Notarius, auctoritate imperiali scrinarius, predictis omnibus interfui et hoc instrumentum de mandato dicti domini episcopi scripsi et complevi rogatus. quod ad caulelam, ne possit in posterum dubitari, prefatus dominus episcopus fecit sui sigilli munimine rorari. »

Nulli etc. nostre confirmationis, suppletionis, concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, VIII idus februarii, anno primo. »

220

Naples, 5 mars 1255.

Johanni Guerrerii, canonico ecclesiae ss. Cosmae et Damiani de Urbe, mandat, ut priorem et capitulum ecclesiae s. Quirici de Urbe sententiis excommunicationum aliisque molestiis per Claudium canonicum basilicae Principis Apostolorum et archipresbyterum s. Mariae in Aquiro de Urbe ac tres alias clericos vexatum absolvat, Claudio tamen et clericis super praemissis perpetuum silentium imponat. (REG. 24, c. 195, f. 24^v; PORTHAST 15716.)

« Johanni Guerrerii, canonico ecclesie sanctorum Cosme et Damiani de Urbe. Significarunt nobis dilecti —. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »

221

Naples, 12 mars 1255.

D., abbatem monasterii Graecorum s. Petri de Gitala, Messanensis diocesis, eo tempore praefectum quo regnum Siciliae erat suppositum interdicto, de novo autem ab O. s. Mariae in Via Lata cardinale praefectum, confirmat. (REG. 24, c. 196, f. 24^v.)

« D., abbati monasterii Grecorum sancti Petri de Gicala, ordinis sancti Basillii, Messanensis diocesis. Exigentibus tue devotionis —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat, quod eo tempore quo regnum Sycilie erat auctoritate apostolica ecclesiastico suppositum interdicto, conventus monasterii de Gitala tunc abbatis regimine destituti te tunc abbatem monasterii Grecorum sancte Marie de Gala, ordinis sancti Basillii, Messanensis diocesis, in eorum abbatem unanimiter et concorditer postularunt, et postmodum dilectus filius P. in archimandritam monasterii sancti Salvatoris de Lingua Messani, cui prefatum monasterium de Gitala pleno jure subesse dinoscitur, hujusmodi postulationem admisit, prout in ipsius archimandrite litteris

pleniū dicitur contineri. Cumq[ue] postmodum tu ad tollendum de tua conscientia scrupulum in hac parte jus si quod tibi ex postulatione et admissione hujusmodi competebat in manibus dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, libere resignaris, idemque legatus tue pueritatis affectum ac laudabilis in te merita probitatis diligenter attendens necon et volens tibi ex hoc gratiam facere specialem, recepta prius a te ipsius monasterii de Gitala resignatione libera, te dicto monasterio de novo prefecit in abbatem, administrationem ipsius tam in spiritualibus quam in temporalibus tibi pleniū concedendo, nos tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem legatum super hoc factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

222

Naples, 5 mars 1255.

Episcopo Argentinensi concedit ut, beneficiorum magistri Burchardi canonici ecclesiae Haselacensis et Hugonis rectoris parochialis ecclesiae de Dancratesheim libera resignatione recepta, illa personis idoneis quae resideant in eisdem libere conferat. (REG. 24, c. 197, f. 24^v)

« .., episcopo Argentinensi. Cum dilecti filii —. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »

223

Naples, 16 janvier 1255.

B[ertoldo] marchioni de Hohemburc, comiti Montis Caveosi, officium magnae senescalce regni Siciliae, prout illud tempore quondam Conradi, filii quondam Frederici Romanorum imperatoris habuit. (REG. 24, c. 198¹, f. 25; PORTHAST 15639.)

« Nobili (1) viro B., marchioni de Hohemburc, comiti Montis Caveosi, magno regni Sicilie senescalco, fidieli nostro. Clara tue fidelitatis obsequia quibus te reddis in nostris et fratrum nosrorum oculis gratiosum nostro instanter suggestum animo, ut non solum ita tibi jura integra et illesa servemus, immo potius augeamus. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, felicis recordationis I. papa predecessor noster officium magne senescalce regni Sicilie, prout illud tempore quondam Conradi, nati quondam Fr. olim Romanorum

(1) Au commencement du feuillet, au-dessus de « nobili viro », est écrit : « vacat quia est alibi in eodem Registro. »

imperatoris, habuisti et exercuisti, tibi confirmarit de fratum suorum consilio et assensu ac insuper de novo concesserit de gratia speciali, ita quod illud cum preventibus unius uncie auri ad pondus Curie cotidie tibi ab apostolica Sede pro expensis ubicumque in regno ipso fueris persolvende et cum consuetis fereulis ac panibus et vini mensuris diebus tibi singulis cum personaliter apud eandem Sedem fueris tribuendis, neconon ei cum solitis jurisdictionibus quantum ad cognitionem appellationum et alia et cum omnibus honoribus, dignitatibus cunctisque juribus ad idem officium pertinentibus, de quo te per virginem ruleam in eorumdem fratrum presentia investivit plene habeas et exerceas vita tua, prout in apostolico privilegio super hoc obtento plenus continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id de nostrorum fratrum consilio et assensu, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, XVII kalendas februarii, anno primo. »

224

Naples, 18 janvier 1255.

Eidem confirmat concessionem ab Innocentio IV factam mille et quingentarum unciarum auri, de preventibus doanarum Baroli, Trani et Bari aut, si non sufficiunt illi, de preventibus siclae Brundusii percipiendarum. (REG. 24, c. 198¹, f. 25.)

« *Eidem. Clara tue fidelitatis etc. usque : predecessor noster mille et quingentas uncias auri de preventibus doanarum Baroli. Trani et Bari percipiendas a te quoadvixeris annuatim per doanarios seu eorumdem preventuum collectores inibi constitutos persone tue de fratum suorum consilio et assensu concesserit ex gratia liberali, ita quod tercia pars unciarum ipsarum in kalendis decembris et alia tercia in kalendis aprilis et reliqua in kalendis augusti tibi annis singulis a doanariis et collectoribus ipsis integrè persolvantur; et si forte doanarum eorumdem preventus ad plenam unciarum ipsarum solutionem non sufficere, defectus hujusmodi de preventibus sicle Brundusii suppleatur, prout in apostolico privilegio super hoc obtento plenus continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem etc. ut in alia usque : Dat. Neapoli. XV kalendas februarii, anno primo. »*

225

Naples, 18 janvier 1255.

Eidem confirmat venditionem de baronia Flumari a Riccardo

de Flumari ipsi factam et ab Innocentio IV confirmatam (REG. 24, c. 198¹, f. 25.)

« *Eidem. Clara etc. usque : predecessor noster venditionem de baronia Flumari a nobili viro Riccardo de Flumari tibi factam tibi tuisque heredibus, non obstante qualibet in te privationis, dignitatis, honorum aliorumque jurum sententia per ipsum predecessorem lata, confirmarit de fratum suorum consilio et assensu, supplens defectum si quis alias in ipsa venditione extitit de apostolice plenitudine potestatis ac insuper baroniā ipsam cum castris, villis, casalibus, hominibus, juribus, jurisdictionibus, jure patronatus conventionalium et non conventionalium ecclesiarum, paucis, nemoribus, venationibus, pratis, possessionibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, justitiis et cum omnibus rationibus et pertinentiis suis et cum hiis que ad merum et mixtum imperium pertinent, ea videlicet que sunt de demanio in demanium et que sunt de servitio in servitium, tibi dictisque heredibus in perpetuum de fratum eorumdem consilio et assensu sub certis serviis concesserit et donarit ex certa scientia et gratia speciali, prout in apostolico privilegio super hoc obtento plenus continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id de nostrorum fratrum consilio et assensu auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »*

226

Naples, 9 février 1255.

Bertholdo et Odoni ac Ludovico, fratibus, marchionibus de Hohemburch, ducatum Amalfiae cum civitatibus, castris, villis, casalibus, videlicet Amalfia, Plaiano, Vatica maiore, Vatica minore, Ruffore, Casanova, Laureto, Toboli, Scala, Ravello, Tramonte, Agerula, Pogerula, Pino, Pigmonte, Atrani, Majori, Minoris, Insula Crapitana et Positano neconon cum hominibus eorumdem, bonoribus, juribus, etc., in perpetuum in feudum concedit et donat, statuens ut pro ducatu praedicto XX milites equis et armis decenter munitos ad serviendum per XL dies Ecclesiae Romanae infra regni Siciliae confinia exhibeant. (REG. 24, c. 198¹, f. 25; POTTHAST 15677.)

« *Nobilibus viris Bertholdo et Odoni ac Lodowico, fratibus, marchionibus de Hohemburch, fidelibus nostris, salutem, etc. Clemens semper et —. Dat. Neapoli per manum Guillelmi magistri scolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, Vidus februarii, indicatione XIII^a, incarnationis dominice anno M^oCC^eLIII^o,*

pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno primo. »

227

Naples, 15 février 1255.

Eidem Bertholdo promittit quod, si per Mansfredum principem Tarantinum vel per quemcumque alium adversarium Ecclesiae de comitatu Montis Caveosi, Flumari, Policorio, Montis Piloso, Caurato et Cilio de Gualda aliquis castris suis destitutus sit, de convenienti concambio in eodem regno Siciliae per apostolicam Sedem providebitur. (Reg. 24, c. t98^s, f. 25^v.)

« Nobili viro B. marchioni de Hohemburch, fidei nostro. Quia nostris et Ecclesie Romane brachiis te totaliter commisisti, eam matrem tuam recognoscens et dominam tua firmata salubriter ad ipsius mandata et beneplacita voluntate. et quia non solum terras et alia bona tua sed etiam personam tuam propriam ad ejus exposuisti obsequia, nos volentes indein patiti tue apostolica sollicitudine providere, devotioni tue presentium tenore de fratribus nostrorum consilio et assensu promittimus quod si per nobilem virum Mansfredum principem Tarantinum, qui postquam a Tiano propter mortem quondam Burelli de Anglone ab Ecclesia illicientiatus recessit et rebellionis spiritum assumpsit, vel per quemcumque alium adversarium Ecclesie, te in devotione, fidelitate ac servitio dictae Ecclesie persistente, de comitatu Montis Caveosi, baroniis castri et honoris ejus, neconon Flumari ac de Policorio, Monte Piloso, Caurato et Cilio de Gualda, castris et aliis terris quas in regno Sicilie ex concessione et confirmatione Sedis apostolice obtinere dinosceris es destitutus vel, quod absit, te conti(n)gerit destitui in futurum, nos tibi de convenienti concambio in eodem regno Sicilie providebimus et ad hoc nos et dictam Ecclesiam de predictorum fratrum nostrorum consilio et assensu obligamus. Nulli etc. nostre promissionis et obligationis etc. Dat. Neapoli, XV kalendas martii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLIII^o, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno primo. »

228

Naples, 15 février 1255.

Bertholdo, Odoni et Ludovico, marchionibus de Hohemburch, promittit se per Mansfredum principem Tarantinum sic eis satisfieri curaturum esse de daninis ab illo illatis vel adhuc inferendis, ut merito possint esse contenti. (Reg. 24, c. t98^s, f. 25^v; PORTHAST 15692.)

« Nobilibus viris Bertholdo et Oddoni ac Lodoico, fratri-

bus, marchionibus de Hohemburch, fidelibus nostris. Quia Mansfredus princeps —. Dat. ut in proxima superiori. »

229

Naples, 15 février 1255.

Eisdem promittit privilegia Ecclesiae eis concessa semper permanere integra. (Reg. 24, c. t98^s, f. 25^v.)

« Eisdem. Quia nostris et —, fidelitati vestre de fratribus nostrorum consilio et assensu, presentium tenore promittimus quod, si contigerit predictam Ecclesiam aliquam concessionem, ordinationem, divisionem, donationem, locationem vel quemlibet alium contractum vel quasi contractum alicui vel aliquibus facere de regno Sicilie in parte vel in toto, faciemus et facere curabimus quod omnia bona per eandem Ecclesiam vobis concessa, de quibus privilegia ab eadem habetis, firma vobis vestrisque heredibus integra permanebunt et vos defendenmus in eis et statum vestrum et communum de bono in melius curabimus adaugere. et ad hec nos de ipsorum fratribus consilio et assensu dictam Ecclesiam obligamus. Nulli etc. nostre promissionis et obligationis etc. Dat. ut supra. »

230

Naples, 15 février 1255.

Idem promittit si Ecclesia Conradum puerum filium quondam Conradi ad gratiam admiserit. (Reg. 24, c. t98^s, f. 26.)

« Eisdem. Devotioni vestre, de fratribus nostrorum consilio et assensu, presentium tenore promittimus quod, si Ecclesia Conradum puerum natum quondam Conradi filii quondam Fr. olim Romanorum imperatoris ad gratiam sue benignitatis et liberalitatis admiserit, vos cum eo in plena concordia et pace ponemus et faciemus quod idem puer pro eo quod adhesistis Ecclesie vel pro eo quod tu fili B. balium regni Sicilie nobili viro Manfredo principi Tarentino cessisti, nequam vobis in personis et rebus vestris molestiam inferet seu gravamen, sed faciemus quod omnia que ab apostolica Sede vobis concessa sunt, de quibus privilegia ab eadem Ecclesia habetis, firma et illesa vobis vestrisque heredibus remanebunt, nos ad hoc et dictam Ecclesiam obligantes. Nulli etc. nostre promissionis et obligationis etc. Dat. ut supra. »

231

Naples, 15 février 1255.

Eosdem et bona eorum in regno Siciliae, Alamannia et Ita-

lia sub protectione S. Sedis admittit. (REG. 24, c. 198⁹, f. 26.)

« *Eisdem. Matris Ecclesie multa —. Attendentes itaque quod ad devotionem ipsius Ecclesie de vestra salute sollicite rediistis, nos ejus dulci ac suavi dominio humiliter submittendo, nos volentes ob hoc in ejusdem matris sinu vos delectabiliter confoveri, vestras et hominum vestrorum personas sub protectione, defensione apostolice Sedis et nostra, de fratrum nostrorum consilio et assensu unanimi duximus admittendas, promittentes vos utpote speciales et carissimos filios aduersus quorumlibet insultus volentium vestram in personis, bonis et juribus vestris tam in regno Sicilie, Alamannia quam Ytalia justo titulo habitis et habendis quietem impetrere aut quomodolibet perturbare defensionis et protectionis clipeo manutenerem cunctis temporibus ac etiam confovere. Nulli etc. nostre protectionis et permissionis etc. Dat. ut supra. »*

232

Naples, 3 février 1255.

Eisdem concedit ut civitatem Avellini et castrum Summae retinere possint. (REG. 24, c. 198¹⁰, f. 26.)

« *Eisdem. Nobilitati vestre de fratrum nostrorum consilio, presentium auctoritate concedimus ut civitatem Avellini et castrum Summe tamdiu licite ac libere retinere possitis, donec in terris quarum proventus ducentas uncias auri valeant annuatim vobis in regno Sicilie per Sedem apostolicam sit provisum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III nonas februarii, anno primo. »*

233

Naples, 18 janvier 1255.

Ludovico, germano saepe dicti Bertholdi, confirmat comitatum Cotronensem cum civitatibus, castris, etc., ab Innocentio IV concessum in concambium pro baronia Argentiae et Montisfortis quam ex concessione quondam Conradi, nati quondam Frederici olim Romanorum imperatoris obtinebat. (REG. 24, c. 198¹¹, f. 26.)

« *Nobilis viro Lodoico, comiti Cotronensi, germano dilecti filii nobilis viri B. marchionis de Hohemburch, comitis Montis Caveosi, magni regni Sicilie senescalci, fidei nostro. Clara tue fidelitatis —. Dat. Neapoli, XV kalendas februarii, anno primo. »*

234

Naples, 18 janvier 1255.

Odoni, germano Ludovici et Bertholdi saepe dictorum,

confirmat concessionem de comitatu Theatino a quondam Conrado, quondam Frederici nato, factam et ab Innocentio IV confirmatam, non obstante quod idem Conradus erat tunc vinculo excommunicationis astrictus nullamque potestatem conferendi taliter habebat. (REG. 24, c. 198¹², f. 26.)

« *Nobili viro Odoni, comiti Theatino, germano etc. ut in alia. Clara etc. usque predecessor noster —, etc. usque in finem. »*

235

Naples, 10 février 1255.

Eisdem Bertholdo, Odoni ac Ludovico, quibus Innocentius IV nonnullos comitatus et quasdam baronias et civitates ac quamplura castra, casalia et bona alia in regno Siciliae confirmaverat, concesserat et donaverat, has confirmationes, concessiones et donationes confirmat. (REG. 24, c. 198¹³, f. 26; POTTHAST 15678.)

« *Nobilibus viris Bertholdo, Odoni et Lodoico fratribus marchionibus de Hohemburch, fidelibus nostris. Decet et expedit —. Dat. Neapoli, III idus februarii, indicatione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLIII^o, pontificatus vero domini Alexандri pape III anno primo. »*

236

Naples, 10 (POTTH., 15) février 1255.

Eisdem concedit ut, si aliquis vel aliqui eorum sine legitimis decesserint liberis, reliquus vel reliqui in bonis quae eis in regno Siciliae confirmata sunt, exceptis officio Senescalci ipsius regni ac mille quingentis onciis auri annuis Bertholdo quoadvixerit concessis, succedant. (REG. 24, c. 198¹⁴, f. 26v; POTTHAST 15693.)

« *Eisdem. Eximia devotionis et —. Dat ut supra. »*

237

Naples, 8 mars 1255.

[Reginaldo], episcopo Parisiensi, priori provinciali Praedicatorum et ministro Minorum fratrum in Francia mandat, ut electionem Willelmi de Grandiputeo archidiaconi in episcopum Nivernensem inquirat et personam ejusdem electi tam super litteratura quam visus defectu diligenter examinent. (REG. 24, c. 199, f. 26v; POTTHAST 15724.)

« *.., episcopo Parisiensi, et dilectis filiis .., priori provinciali Predicotorum, et .., ministro Minorum fratrum ordinum in Francia. Delato ad Sedem apostolicam negotio electionis que in ecclesia Nivernensi vacante de*

dilecto filio Willelmo de Grandiputeo, Nivernensi archidiacono, dicitur celebrata, procurator illorum qui dictum archidiaconum elegerunt instanter petebat a nobis electionem hujusmodi confirmari. Cumque dilectus filius Arnulfus dictus Rex et Renaudus de Conctis, canonici Nivernenses, se illi super hoc ducerent opponendos. tandem ipsi pro se et quibusdam canonicis suis quorum procuratores existunt electionem ipsam non debere confirmari dixerunt obicientes quedam in electionis formam et aliqua in electi personam. In formam, scilicet quod fuit omissa collatio et communis electio non extitit subsecuta. In personam vero, quod dictus G. tantum patitur in visu et litteratura defectum quod exinde inhabilis redditur ad tante apicem dignitatis; idem etiam A. et R. pro se dumtaxat ei pluralitatem personatum obicem objecerunt, videlicet quod archidiaconatum Nivernensem et thesaurarium Senonensem absque dispensatione Sedis apostolice obtineret, et licet de partibus ipsis constiterit, tamen pars electi asseruit esse cum eo super hoc sufficienter auctoritate apostolica dispensatum. Verum quia super aliis premissis non potuit apud Sedem apostolice fieri plena fides, nos de vestra circumspectione confisi, cognitionem tam super hiis que obiciuntur in formam quam electi personam et examinationem ipsius super litterature ac visus defectu vobis auctoritate presentium duximus committendas. discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatinus, receptis legitimis probationibus super premissis que dicuntur in formam, dispensationem super eisdem partibus nobis faciat ostendi, et examinantes personam ipsius G. super defectibus supradictis ad confirmationem vel infirmationem ejusdem electionis infra tres menses a prima die quam partibus ad procedendum in negotio duxeritis assignandam ne prefata ecclesia ex dilatione negotii detrimentum incurrat, Deum solum habentes pre oculis, procedatis juxta canonicas sanctiones, et si eam legitime infirmari contingat super facultate eligendi vice pastorem in dicta ecclesia, quod canonicum fuerit appellatione postposita decernatis, facientes etc. usque observari. Si vero propter subterfugia partium vel quocumque alio modo negotium ipsum infra dictos menses nequeat terminari, vos illud ex tunc instructum vel non instructum ad nostrum remittatis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo ipse cum rationibus et munimentis suis ac probationibus et omnibus aliis dictum negotium contingentibus sic instruete ad audiendam sententiam per se vel procuratores idoneos compareant coram nobis, ut illud ulterius ad partes illas remitti nequaquam oporteat sed apud dic-

tam Sedem possit finaliter expediri. Proviso quod, si negotium ipsum ad nos remitti contingat, personam ejusdem electi tam super litteratura quam visus defectu diligenter examinare curetis et utram juxta vestrum arbitrium sufficientis vel competentis litterature ad episcopatum existat aut non et si ex defectu visus reddatur inhabilis ad episcopale officium exercendum vel si ad hoc habilis habeatur, nobis per vestras litteras distincte et fideliter exponatis. Ceterum si forte idem electus examinationem vestram super premissis subire noluerit et negotium deberet alias ad nostram presentiam destinari, auctoritate nostra mandetis eidem ut examinandus apud dictam Sedem personaliter seu nostro conspectui representet. Non obstante indulgentia quam fratribus vestrorum ordinum, filii prior et minister, prout dicitur a Sede apostolica esse concessum, quod se de causis non teneantur intromittere per litteras Sedis ejusdem que de indulto hujusmodi non fecerint mentionem. Quod si non omnes etc. Dat. Neapoli, idibus martii, anno primo. »

238

Naples, 2 mars 1255.

Roberto de Berken, rectori ecclesiae de Roselli, Menevensis diocesis, indulget, ut, praeter ecclesiam praedictam, unicum ecclesiasticum beneficium, etiam dignitatem vel personatum, summam centum marcarum attingens, in Anglia recipere valeat. (REG. 24, c. 200, f. 26v.)

« Roberto de Berken, rectori ecclesie de Roselli, Menevensis diocesis. Ad faciendam tibi —. Dat. Neapoli. VI novenas marcii, anno primo. »

239

Naples, 15 mars 1255.

Eadem indulgentia Albrico, rectori ecclesiae de Peykirke, Lincolniensis diocesis, regis Angliae clero, clausula centum marcis summa limitante non expressa. (REG. 24, c. 200¹, f. 27.)

« Albrico, rectori ecclesie de Peykirke, Lincolniensis diocesis. Etsi propter —. Dat. Neapoli, idibus marcii, anno primo. »

240

Naples, 2 mars 1255.

Eadem indulgentia Henrico de Monte forti, rectori ecclesiae de Stranetone, Bathoniensis et Wellensis dioecesum nonnulla beneficia detinenti, limitatione centum marcarum expressa. (REG. 24, c. 200¹, f. 27.)

« Henrico de Monte forti, rectori ecclesie de Stranetone,

*Bathonensis et Wellensis diocesum. Ad faciendam tibi —.
Dat. Neapoli, VI nonas marcii, anno primo. »*

241

Naples, 10 mars 1255.

Abbati et conventui Majoris monasterii Turonensis, ut decimas LX annorum perceptione pacifica praescriptas libere percipere valeant, indulget. (Reg. 24, c. 201, f. 27.)

« ... abbati et conventui Majoris monasterii Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Habentes et ad vos et vestrum monasterium specialis caritatis affectum, non solum jura vestra illesa servare intendimus, sed quantum cum Deo possumus adaugere. Hinc est quod vestris precibus inclinati, ut decimas in vestris et alienis parrochiis cuiusvis diocesis, in quibus eas per LX annos vos et membra vestra percipiendo pacifice ac quiete legitime prescripsistis sieut hactenus sic deinceps sine contradictione cujuspam licite ac libere percipere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VI idus martii, anno primo. »

242

Naples, 11 mars 1255.

G. s. Eustachii et O. s. Adriani diaconis cardinalibus, mandat ut personatum vel dignitatem in ecclesia Aniciensi donationi apostolicac reservatum, quamcito vacaverit, assignent, magistro Johanni de Camezana, capellano papae. (Reg. 24, c. 202, f. 27.)

« G., sancti Eustachii et O., sancti Adriani diaconis cardinalibus. Nuper personatum vel dignitatem, si in ecclesia Aniciensi tunc vacabat vel quamprimum vacare contingeret, donationi apostolice Sedis duximus reservandum, per vos vel alium aut alios quibus id commiserimus persone idonee conferendum; dantes nichilominus dilecto filio .., electo, .., decano, et capitulo ecclesie supradicte nostris litteris in mandatis ut personatu vel dignitate hujusmodi aliquid disponere vel ordinare aut eum conferre alicui non attemptet, ac decernentes irritum et inane si quid de personatu vel dignitate predictis contra reservationem hujusmodi per ipsos vel alium quemcumque contigerit attemptari. Non obstante si aliqui super provisione sibi facienda in dicta ecclesia ab apostolica Sede litteras impetrarunt quibusque ad assecutionem aliorum personatum vel dignitatum nullum per hoc volumus prejudicium generari. Volentes igitur dilecto filio, magistro Johanni de

Camezana, capellano nostro ac nostrarum contradictarum auditori, de dignitate ac personatu hujusmodi provideri, mandamus quatinus ei dignitatem vel personatum ipsum, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum, ad id se facta obedientia. per vos vel alium seu alios eidem auditori seu alii ejus nomine conferre et assignare curetis, inducentes eum in illius corporalem possessionem ac defendantes inductum. Contradictores. Non obstante quod idem auditor non est in sacris ordinibus constitutus aut quod alia beneficia obtinet, etiam curam habentia animarum, seu si predictis electo, decano et capitulo vel eorum aliquibus a Sede apostolica sit indultum quod de dignitatibus vel personatibus ipsius ecclesie per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum mentionem non fecerint nulli valeat provideri, seu quod ipsi excommunicari, interdicti nequeant vel suspendi, aut constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali. Quod si non ambo etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

243

Naples, 7 mars 1255.

Capitulo Aniciensi mandat, se personatum vel dignitatem quamcito in ecclesia ejus vacaverit donationi apostolice reservare. (Reg. 24, c. 202^a, f. 27.)

« ... electo, .., decano, et capitulo Aniciensi. Cum nostre intentionis existat providere tam ecclesiis quam personis, non debetis ferre moleste si de beneficiis ecclesie vestre duxerimus providendum personis idoneis que vobis et eidem ecclesie possint existere fructuose. Hanc itaque considerationem habentes, personatum vel dignitatem, si in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quamprimum vacare contigerit, donationi apostolice reservamus per nos vel alium seu alios quibus commiserimus persone idonee conferendum; universitati vestre per apostolica scripta mandantes quatinus de personatu vel dignitate hujusmodi aliquid disponere vel ordinare aut eum conferre alicui minime attemptetis. Nos enim decernimus irritum — attemptari. Non obstante si super provisione sibi facienda — generari, vel si vobis communiter vel divisim ab eadem Sede indultum existat quod de dignitatibus — provideri. Dat. Neapoli, nonis martii, anno primo. »

244

Naples, 2 février 1255.

Confirmat donationes et statuta ab abbatibus secularis ecclesiae de Caveis Rubeis, Burgensis diocesis, scilicet a Guillelmo

et Philippo filio regis Castellae facta et Innocentio papae IV significata; litteras Guillelmi factas mense aprilis era MCCLXXXVI et Philippi ultimo die anno Domini MCCXLVIII refert. (Reg. 24, c. 203, f. 27.)

« *Phylippo, Ispalensi electo, ... abbatii, et capitulo secularis ecclesie de Caveis Rubeis, Burgensis dioecesis.* Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Sane petitio vestra nobis exposita continebat quod quondam ... abbas secularis ecclesie de Caveis Rubeis, predecessor tuus, filii electe, et vos, filii capitulum, pro augmentatione divini cultus octo beneficia, que *portiones* vulgariter appellantur, in ecclesia ipsa de novo creantes, totidem portionarios instituistis in eis de bonis dictae ecclesie, loci dioecesani accedente consensu, certis redditibus assignatis eisdem, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes. Qui talis est :

« Sanctissimo patri ac domino Innocentio divina providentia sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, Phylippus, illustris regis Castelle et Legionis filius, abbas de Caveis Rubeis, pedum oscula beatorum. Noverit vestra paternitas quod bone memorie Gundisalvus abbas, predecessor meus, et ego quasdam fecimus donationes de bonis ecclesie nostre quecedunt ad utilitatem ecclesie ejusdem et honorem et ut eidem in divinis officiis melius et diligentius servari viatur. Quarum tenor talis est :

Avril 1248.

« Notum sit omnibus hanc cartam videntibus, quod ego G., abbas de Caveis Rubeis, do capitulo ejusdem ecclesie illam hereditatem de Benubire, quam emi de dono Roderico clero pro ducentis et LXIII^{or} marabutinis, cum omnibus suis pertinentiis, secundum quod sui juris dinoscitur extisset. Huic addo etiam illam communem hereditatem quam emi in Rave sub illa jurisdictione quam priores hereditarii possidebant: hereditatis vero illius quam emi in eadem villa de Fordinando (*sic*) Petri relinquere eidem jus quod ad me pertinet exequendum. Addo super illos molendinos de Sancto Petro de La Villa reparandos quos emi de Gilcausado cum una voce quam habebat in eis Petrus Gundisalvi de Maran non : hanc enim ipse dedit pro sua anima sigillo proprio roborata. Addo etiam eis quicquid emi de

» Mioro Subrima de Fernanda Guillar; et vineam quam emi de Johanne Dominici genero de Mana sobrino et de donna Urraca uxore sua, et vineam quam emi de abbatie et conventu sancti Petri de Arlanza, et do eis quantum emi in illis molendini de Local. De eo quod emi de Mioro excipio XIII aranzadie in illo petatio quod est in valle Fontanella, quas meis alumnis deserco, prout testatus sum, alibi fortieras. De fructibus autem eorum que supra retuli, rogo supradictum capitulo quod provideant equa sorte octo portionariis numero constitutis perpetue, secundum quod viderint expedire. Eo tamen quod cum consensu canonicorum distribuunt non relieto. Ne tamen aliquis forte dubitet supradictum capitulo in hoc fuerit metum pariter concordasse sigilli mei eorumque impressio manifestat. Hujus rei testes sunt, scilicet : dominus Johannes de Fondebrart prior, dominus Rodericus Dominici sacrista, dominus Johannes de Rotarca, dominus Martinus nepos abbatis, dominus Egidius. De portionariis vero : Dominicus Dominici, magister Johannes, dominus Vicentius, dominus Facundus, dominus Martini, Gundisalvus Petri, dominus Adreas Petrus. De laicis : dominus Petrus, Petrus Fernandi, dominus Johannes scriba, Johannes Petri Ferdinandi Dominici, Martinus Elucti, Petrus Martini, Martinus Perez de Rodedam. Facta carta mense Aprilis. Era millesima ducentesima octagesima VI. » .

Caveis Rubeis, 30 septembre 1248.

« Item, alia :

« Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod ego Infans Phylippus, illustris regis Castelle et Legionis filius, abbas de Caveis Rubeis, volens cultum divini nominis non diminui sed potius augmentari, videns etiam quod propter canonicorum absentiam Cave Rubense debito servitio in divinis officiis fraudabatur, factum Gundisalvi abbatis predecessoris mei cum consensu capitulo sui legitimate celebratum, approbavi et meum prestiti assensum, quod tale est : Statuit idem abbas octo portionarios in predicta ecclesia, quod eidem in divinis officiis deservirent, et ad cotidianum usum victus et vestitus fructus ejusdem canonie et quasdam possessiones quas idem emerat eisdem cum consensu capitulo in perpetuum assignavit. Videns autem ego Phylippus quod ex predictis redditibus supradicti portionarii non poterant sustentari, cum consensu, auctoritate mei capitulo, Enfurtiones de Caveis Rubeis et de Mezeres et servitium quod tollatii ejusdem Ville ra-

» tione serne facere tenentur, et omnes redditus pre-
 » diorum ejusdem ville de Mezeres ad sustentationem
 » dictorum portionariorum in perpetuum assignavi,
 » tali modo ut omnia supradicta in potestate et ordina-
 » tione canonieorum consistant, ut videlicet ut reddi-
 » tus inde provenientes dividant equaliter inter por-
 » tionarios supradictos, ita ut nullus eorum possit
 » scrupulozo corde merito commoveri, et ut presens
 » donatio robur obtineat firmitatis et non possit in pos-
 » terum in dubium revocari, sigillo nostro et capituli
 » ipsam duximus roborandam. Dat. Caveis Rubeis,
 » ultimo die septembbris, anno Domini M^{CC}XLVIII^o.
 » Quapropter sanctitatem vestram affectuosius inter-
 » pello, quatinus de solita benignitate easdem de verbo
 » ad verbum dignamini confirmare. Et ut super hiis
 » sanctitati vestre fieret plena fides, sigillis nostro et
 » capituli fecimus communiri. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli,
 quarto nonas februarii, anno primo. »

245

Naples, 7 mars 1255.

Episcopo Brixensi mandat, ut confirmet Bonapacem, pres-
 byterum canonicum plebis de Tenesis, diocesis Veronensis, in
 archipresbyterum ejusdem electum, qui ad capitulum Ver-
 onense pro confirmationis munere accedere propter metum
 Ezelini non potest. (REG. 24, c. 204, f. 27v.)

« ... *episcopo Brixensi*. Exposuit nobis dilectus filius
 Bonapax. presbyter canonicus plebis de Tenesis, dio-
 cesis Veronensis, quod, eadem plebe archipresbytero
 vacante, capitulum ipsius prout ad eos pertinet dictum
 presbyterum in suum archipresbyterum canonice et
 concorditer elegerunt. Quia vero idem presbyter ad
 capitulum Veronense ad quos ecclesia Veronensi va-
 cante, confirmatio electionis hujusmodi de antiqua et
 approbata et hactenus pacifice observata consuetudine
 pertinere dinoscitur, propter metum Ezelini, securè
 non potest accedere pro confirmationis munere obti-
 nendo, humiliiter a nobis petiti super hoc de circum-
 spectione Sedis apostolice provideri. Quocirea manda-
 mus quatinus, si est ita, inquisita de modo electionis,
 studiis diligentium et electi meritis diligentius veritate,
 si electionem ipsam inveneris de persona idonea cano-
 nice celebratam, illam auctoritate nostra nullum tamen
 propter hoc Veronensi ecclesia in posterum passura
 prejudicium delicas confirmare. Contradictores. Dat.
 Neapoli, nonis martii, anno primo. »

246

Naples, 10 mars 1255.

Electo Legionensi concedit facultatem convertendi in usum
 et utilitatem fabricae Legionensis tertiam partem decimaru-
 m quarundam ecclesiarum ruralium diocesis ejus, non obstanti-
 bus concessionibus Innocentii IV regi Castellae et Philippo
 electo Ispalensi in eisdem tertuis factis. (REG. 24, c. 205, f. 27v)

« ... *electo Legionensi*. Ex parte dilectorum filio-
 rum .., decani, et capituli Legionensis fuit propositum
 coram nobis, quod felicis recordationis I. papa, prede-
 cessor noster, tertiam partem decimaru m quarundam
 ecclesiarum ruralium, Legionensis diocesis, que ad
 utilitatem ecclesiarum ipsarum fuerat a longis retroac-
 tis temporibus deputata ad opus fabrice Legionensis
 ecclesie deputavit. Verum cum idem predecessor caris-
 simo in Christo filio nostro ... Legionensi et regi Cas-
 telle illustri, omnes tercias decimaru m hujusmodi in
 ejusdem regis et postmodum dilecto filio Phylippo,
 electo Ispalensi, in eisdem terciis quamdam pecunie
 summam usque ad certum tempus duxerit conceden-
 das. quam concessionem usque ad nostrum beneplaci-
 tum dicimur innovasse, ad consumptionem ipsius fa-
 brice propter concessiones hujusmodi sicut inceptum
 fuerat procedere nequiverant. Cum igitur indignum sit
 ut ejusdem ecclesie fabrica occasione hujusmodi ma-
 neat imperfecta, convertendi in usum et utilitatem
 ejusdem fabrice predictam tertiam partem decimaru m
 antedictarum ecclesiarum ruralium tue diocesis, non
 obstantibus concessionibus et innovatione predictis us-
 que ad consumptionem ipsius, liberam tibi auctoritate
 presentium concedimus facultatem. Contradictores. Non
 obstante si aliquibus —. Dat. Neapoli, VI idus martii,
 anno primo. »

247

Naples, 11 mars 1255

Mandat, ut R., comiti Gebennensi, negotium provisionis
 episcopatus Vivariensis pro Aymone fratre ejus prosequenti,
 expensae resarciantur. (REG. 24, c. 206, f. 28.)

« ... *episcopo Maurianensi*. Cum, sicut dilectus filius
 noster nobilis vir R. comes Gebennensis nobis expo-
 suit, dilecto filio Aymoni, cantori Gebennensi, fratri
 suo, auctoritate felicis recordationis I. pape predecesso-
 ris nostri, sit per venerabilem fratrem nostrum ... ar-
 chiepiscopum Viennensem, de vacante Vivariensi epis-
 copatu provisum, idemque comes prosequendo negotium
 provisionis hujusmodi magna subierit onera expensa-
 rum, mandamus quatinus si dictum A. eundem episco-

patum contigerit obtinere, expensas factas et faciendas ab ipso comite propter hoc necessarias sibi de bonis ejusdem episcopatus Vivariensis facias resarciri. Contradictores. Non obstante si aliquibus —. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

248

Naples, 17 mars 1255.

Collectoribus in Tuscia deputatis ad Vicesimam ecclesiastorum proventuum pro Terrae Sanctae subsidio persolvendam mandat, ut a magistro et fratribus hospitalis de Altopassu, hospitalitatis officio fungentibus, praedictam Vicesimam nullatenus exigant. (Reg. 24, c. 207, f. 28; RODENBERG, *Epistolae sacculi XIII e reg. pontif. roman. selectae*. Berolini, 1894, in-4°, t. III, n° 387.)

Collectoribus vicesime in Tuscia deputatis. Licet felicis recordationis —. Dat. Neapoli, XVI kalendas aprilis, anno primo. »

249

Naples, 12 mars 1255.

Priori et fratribus s. Fridiani Lucanis facultatem distrahendi possessiones vel thesanos ecclesiae absque consilio majoris et sanioris partis capituli, ad instar Urbani predecessoris sui, interdicit; et insuper indulget, ut in procurationibus et aliis obsequiis Romanae Ecclesiae generalis conclusio illos non coartet. (Reg. 24, c. 208, f. 28.)

« ... priori et fratribus sancti Fridiani Lucanis. Licet de statu ecclesiarum omnium conservando officii nos pastoralis cura sollicitet, ne tamen ecclesia vestra quam sue religionis et devotionis intuitu propensiiori diligimus caritate ex inutili distractione rerum quas possidet gravem sustineat lesionem, nolis imminent studiosius providendum. Eapropter possessiones vel thesanos ipsius ecclesie nisi pro manifesta necessitate et consideratione majoris commodi, ad instar felicis recordationis Urbani pape, predecessoris nostri, distrahendi absque consilio majoris et sanioris partis capituli, vobis et prioribus vestris qui pro tempore fuerint omnem interdicimus auctoritate apostolica facultatem. Ad hec, cum eadem ecclesia vestra ad nos et Romanam Ecclesiam nullo mediante pertineat, indignum esset pariter et absurdum si specialitatis illius gratia fraudaretur que specialibus consuevit ecclesiis Sedis apostolice indulgeri. Eapropter sinceritatem vestre devotionis et fidei attendentes, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in procurationibus et aliis obsequiis Romane Ecclesie et legatorum vel nunciorum ejus cleri terre vestre generalis vos conclusio non coartet, sed a vobis nullo

medio singulariter a Romana Ecclesia requiratur quod a vobis ei fuerit in predictis obsequiis pro necessitate temporis impendendum. Nulli etc. nostre prohibitionis et concessionis etc. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

250

Naples, 11 mars 1255.

Raonem, nuper priorem monasterii Insulae parvae Ventu terrae, in abbatem monasterii s. Leonardi praefectum et successorem Benedicti, abbatis a Conrado nominati, a Salernitano autem archiepiscopo de mandato Innocentii IV amoti, confirmat. (Reg. 24, c. 209, f. 28.)

« Raoni, abbatii monasterii sancti Leonardi, ordinis sancti Benedicti. Ex tenore tue petitionis acceperimus quod, cum felicis recordationis I. papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro ..., archiepiscopo Salernitano, direxisset semel et iterum scripta sua ut Benedicto monacho monasterii sancti Leonardi, ordinis sancti Benedicti, Salernitane diocesis, qui se de mandato quondam Conradi nati quondam Fr. imperatoris ibidem intrudi temere et ab archiepiscopo ipso per metum qui cadere inconstantem poterat confirmari postmodum procuravit, exinde prorsus amoto, te tunc priorem monasterii Insule parve Ventu terre ejusdem ordinis preficeret eidem monasterio in abbatem: nos tandem prefato archiepiscopo direximus nostras litteras continentem, ut super premissis juxta tenorem litterarum prefati predecessoris procedere procuraret. Cum autem idem archiepiscopus, nostrarum et ipsius predecessoris litterarum forma servata et legitime cognito de premissis, supradictum B. ab eodem monasterio sancti Leonardi amovens, te ibidem prefecerit in abbatem, prout in instrumento publico exinde confecto ac sigillo archiepiscopi prefati signato plenius dicitur contineri, nos tuis supplicationibus inclinati, quod super premissis ab archiepiscopo ipso provide factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus etc. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

251

Naples, 11 mars 1255.

Moro, canonico Salernitano, petitionem Raonis abbatis s. Leonardi notificans, mandat, ut eundem abbatem in corporalem possessionem praedicti monasterii ac pertinentiarum ejus inducat et tueatur inductum, ac ipsi restituat faciat privilegia et

alia bona monasterii quae memoratus Benedictus detinere dicitur contra justitiam occupata. (REG. 24, c. 209¹, f. 28.)

« *Moro, canonico Salernitano. Petitionem dilecti filii —. Dat. Neapoli, V idus martii. anno primo.* »

252

Naples, 10 mars 1255.

Magistro Nico'ao de Campellis indulget, ut perpetuam vicariam ecclesiae de Barentonio et ecclesiam s. Medardi de Drageio, Abrineensis diocesis, retinere valeat. (REG. 24, c. 210, f. 28^v.)

« *Magistro Nicolao de Campellis, perpetuo vicario ecclesie de Barentonio, Abrincensis diocesis. Meritis tue probitatis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster dilecto filio magistro Guillelmo Rolandi canonico Genomanensi ejusque collegis suis dederit litteris in mandatis, ut tibi, non obstante quod perpetuam vicariam ecclesie de Barentonio, Abrincensis diocesis, curam animarum habentem, obtines in civitate vel diocesi Abrincensibus in competenti ecclesiastico beneficio cum cura, vel sine cura, quod acceptandum duceres, si tunc vacaret ibidem, vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, per se vel alios providerent. Contradictores etc. Idem canonici et college mandatum apostolicum volentes exequi diligenter, ecclesiam sancti Medardi de Drageio, ejusdem diocesis, hujusmodi curam habentem, que tunc vacabat, tibi canonice contulerunt auctoritate hujusmodi litterarum. Verum rectore ipsius ecclesie de Barentonio, ad quem presentatio vicaria ad vicariam ipsam pertinere dinoscitur, quemdam clericum ac si ex receptione ecclesie predilecte de Drageio vacasset venerabili fratri nostro ... Abrincensi episcopo, presentante, idem episcopus in dubium revocans an ex causa premissa vicaria ipsa vacaret ac per hoc prefatum clericum ad eam admittere denegans, se velle asseruit Sedem apostolicam te id acceptante consulere in hac parte. Nos igitur tuis devotis supplicationibus inclinati, collationem hujusmodi, sicut provide facta est, ratam habentes et gratiam, ipsamque auctoritate apostolica confirmantes, ut vicariam et ecclesiam predictas retinere licite valeas, constitutione generalis concilii super hoc edicta et presentatione hujusmodi nequaquam obstante, auctoritate tibi presentium indulgemus; proviso quod in eadem vicaria personaliter deservias et in ecclesia ipsa facias per ydoneum vicarium deserviri. Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli. VI idus martii, anno primo.* »

253

Naples, 15 mars 1255.

P., episcopo Tricaricensi, qui propter guerrarum discrimina archiepiscopi Acherontini metropolitani sui non potest adire praesentiam ut ei praestet fidelitatis debitae juramentum, concedit ut ipsi ad culpam id processu temporis non valeat impunari. (REG. 24, c. 211, f. 28^v.)

« *P., episcopo Tricaricensi. Ex tenore tue —. Dat. Neapoli, idibus martii, anno primo.* »

254

Naples, 10 mars 1255.

Constructionem hospitalis Norwicensis ab episcopo factam ad opus sacerdotum debilitate vel senectute confractorum, pauperum scolarum in civitate studentium ac tredecim pauperum, donationemque quarumdam possessionum cum jure patronatus s. Mariae de Walsam, de Senges, de Hardele et Cryngelthop ecclesiarum fratribus hospitalis factam confirmat. (REG. 24, c. 212, f. 28^v.)

« *... episcopo Norwicensi. Ad instar auri bonis operibus ita fulgere diceris ut pro quodam Dei candelabro in Anglie partibus habearis, sub illa firmitate fiducie quod virtus Altissimi que tibi spiritum pietatis in presenti vita contulit te pro tue caritatis operibus gloria et honore perpetuo coronabit, nobis ex hac delectabili tui nominis claritate illum concipientibus benignitatis affectum quod tua justa desideria delectamur prosequi benivolentia grata. Sane petitionis tue seriem audiimus continentem quod tu, illorum premiorum intuitu que a Regis Eterni clementia pro misericordie studio compensantur, in proprio fundo tuo in civitate Norwicensi de bonis per tuam industriam acquisitis, quodam hospitale in honorem beate Marie Virginis ac sancti Egidii ad opus sacerdotum qui debilitate vel senectute confracti divina celebrare non possunt seu non habeant unde valeant sustentari, et etiam ad opus certi numeri pauperum scolarum in civitate predicta studentium ac tredecim pauperum refectorum ibidem cotidie neenon infirmorum illuc declinare volentium construxisti, magistro, fratribus et ministris in eodem hospitali ad executionem premissorum necessariis nichilominus institutis. Et ne in posterum pro necessiorum defectu, tua in hac parte pia dispositio valeat impediri, quasdam possessiones cum jure patronatus sancte Marie de Walsam, de Senges, de Hardele et Cryngelthop ecclesiarum Norwicensis diocesis a quibusdam laicis justo emptionis titulo acquisitas in perpetuum hospitali predicto pia et provida deliberatione donasti, de capitulo tui consensu concedens ut, rectori-*

bus ecclesiarum ipsarum cedentibus vel decedentibus, possint eas prefati magister et fratres in tam usus laudabiles retinere, prout in patentibus litteris tuis exinde confectis et signatis tuo et ejusdem capituli sigillis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus benignum impertientes assensum, quod a te super premissis pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Volumnus tamen quod capellani perpetuo servituri in ecclesiis memoratis de ipsarum preventibus portio competens ex qua ipsi congrue sustentari et episcopalia ac alia eorum onera supportare valeant assignetur : successorum tuorum in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II nonas martii, anno primo. »

255

Naples, 15 mars 1255.

Confirmat omnes libertates et immunitates praescriptas hospitalis de Alto passu. (REG. 24, c. 213, f. 28v.)

« ... , magistro et fratribus hospitalis de Altopassu, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Attendentes devotionis ardorem quem ad nos et Romanam Ecclesiam habere noscimini ac volentes ut ex hoc Seden apostolicani vobis sentiatis favorabilem et benignam, vestris supplicationibus inclinati, rationabiles consuetudines approbatas et observatas dudum in hospitali vestro. libertates quoque et immunitates quibus a XL annis citra usque ad hec tempora usi estis sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, idibus martii, anno primo. »

256

Naples, 4 mars 1255.

Laudi dispensat, ut retinere valeat cantorium Engolismensem et archipresbyteratum de Calesio, Xanthonensis diocesis. (REG. 24, c. 214, f. 28v.)

« Laudi, cantori Engolismensi. Per studia laudabilis conversationis et vite te dignum reddidisse diceris, quod a benignitate Sedis apostolice adesse benemeritis delectante specialem gratiam consequaris. Hinc est quod nos tue devotionis precibus annuentes, ut cantoriam Engolismensem et archipresbyteratum de Calesio, Xanthonensis diocesis, quem prius te proponis adeptum, curam animarum habentes quos obtines, licite retinere

et habere valeas non obstante constitutione concilii generalis, tecum auctoritate apostolica dispensamus. Ita quod personaliter in eadem cantoria deservias et in archipresbyteratu ipso facias per ydoneum vicarium deserviri. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, II nonas martii, anno primo. »

257

Naples, 10 mars 1255.

Einaro, archiepiscopo Nidrosiensis, significat se statutum suffraganeorum Nidrosiensis ecclesiae confirmare, quo statuerunt ut quisque ipsorum solvat Nidrosiensi archiepiscopo ad Sedem apostolicam pro consecrationis obtainendo munere proficisci in subsidium sumptuum certam pecuniae quantitatem. (REG. 24, c. 215, f. 29; POTTHAST 15732.)

« Enaro, archiepiscopo Nidrosiensis. Sicut fraternitas tua —. Dat. Neapoli, VI idus martii, anno primo. »

258

Naples, 12 mars 1255.

Capitulo ecclesiae Nidrosiensis mandat ut, cum Einarum canonicum in archiepiscopum unanimiter elegerint, ei tamquam patri et pastori animarum intendant et exhibeant obedientiam et reverentiam debitam. (REG. 24, c. 216, f. 29; POTTHAST 15736.)

« ... archiepiscopo et capitulo ecclesie Nidrosiensis. Ecclesia vestra pastoris —. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Nidrosiensium. Ecclesia Nidrosiensis pastoris etc. ut in alia, verbis competenter mutandis usque in finem.

In e. m. populo civitatis et diocesis Nidrosiensium usque : exhibeat honorificentiam debitam et devotam ejus salubria monita etc. usque : observando. Dat. ut supra.

In e. m. suffraganeis ecclesie Nidrosiensis usque : transmittentes, fraternitatem vestram rogamus et hortamur attente mandantes quatinus prefatum archiepiscopum recipientes benignae ac honeste tractantes, ei tanquam metropolitanu vestro plene etc. ut in prima usque in finem.

In e. m. ..., illustri regi Norwegie, usque : transmittentes, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus prefatum archiepiscopum sereno vultu respiciens, ipsum et commissam sibi ecclesiam habeas pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatas ac favore regio prosequaris, ita quod exude propitiationem divinam consequaris uberioris et nos celsitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendemus. Dat. Neapoli, v idus martii, anno primo.

259

Naples, 11 mars 1255.

Andream, abbatem monasterii s. Michaelis de Monte Caveoso, Acherontinae diocesis, confirmat. (REG. 24, c. 217, f. 29.)

« *Andree, abbatii monasterii sancti Michaelis de Monte Caveoso, ordinis sancti Benedicti, Acherontine diocesis.* Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum itaque, sicut nobis exponere curavisti. venerabilis frater noster ... Brundusinus archiepiscopus. auctoritate litterarum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri sibi super hoc specialiter directarum. te tunc monachum monasterii sancti Andree de Insula Brundusini, ordinis sancti Benedicti, monasterio sancti Michaelis de Monte Caveoso, ejusdem ordinis, luce de jure vacanti in abbalem, prefecit in pastorem tibique munus benedictionis duxerit impendendum, prout in ejusdem archiepiscopi litteris super hoc confectis plenius dicuntur conlineri. nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem archiepiscopo provide factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

260

Naples, 11 mars 1255.

Conventui monasterii s. Michaelis de Monte Caveoso dictam translationem notificans, mandat ut Andreae tamquam patri et pastori animarum obedientiam et reverentiam debitam impendant. (REG. 24, c. 217¹, f. 29.)

« *Conventui monasterii sancti Michaelis etc. ut supra.* Cum sicut intelleximus —. Dat. ut supra. »

261

Naples, 7 mars 1255.

Capitulo Marsicano notificat Innocentium papam IV, Cesario episcopo Marsicano apud Sedem apostolicam viam universae carnis ingresso, volentem occurrere gravibus dispendiis que possent ecclesie Marsicane si vacaret diutius imminere, quibusdam canoniceis ejusdem ecclesie, tunc apud Sedem constitutis eandem de gratia special concessisse, ut non obstante aliorum concanonicorum suorum absentia ipsi ecclesie per electionem vel postulationem canonicam de pastore idoneo providerent, deinde Nicolaum praepositum s. Johannis Celenensis sic in pastorem et episcopum unanimiter electum praefecisse : eidem capitulo mandat ut Nicolao tamquam patri et pastori animarum impendant obedientiam et reverentiam debitam. (REG. 24, c. 218, f. 29; POTTHAST 15723.)

« *Capitulo Marsicano.* Bone memorie Cesario —. Dat. Neapoli, nonis martii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Marsicanarum.

In e. m. populo civitatis et diocesis Marsicanarum usque ; impendatis honorificentiam debitam et devotam ac ipsius salubribus etc. usque : cumuletur. Dat. ut supra.

262

Naples, 15 mars 1255.

Nunciis capituli Lugdunensis, qui, ad subventionem petendam propter fabricam ecclesie, ad loca interdicto supposita pervenerint, concedit ut semel in anno in ecclesiis locorum hujusmodi divina officia celebrent. (REG. 24, c. 219, f. 29^v.)

« ... , decano et capitulo Lugdunensibus. Devotionis sinceritas quam ad Romanam Ecclesiam habere noscimini, ac impensa felicis recordationis I. pape predecessoris nostri et ejus Curie cum apud vos esset grata et devota obsequia nos inducunt ut, quantum cum Deo possumus, vobis gratiam faciamus. Cum igitur ut asserilis idem predecessor omnibus vere penitentibus et confessis qui ad fabricam ecclesie vestre quam reparare sumptuoso opere incepistis manum vobis porrexerint adjutricem, unum annum et XI. dies per suas litteras relaxarit, ut per locorum interdictum subventionem impediri hujusmodi non contingat, nos vestris precibus inclinati, vobis auctoritate presentium concedimus, ut cum procuratores sive nuncios deputatos ad subventionem petendam eamdem propter hoc cum predictis litteris ad loca ecclesiastico interdicto supposita contigerit pervenire, liceat eis semel in anno in ecclesiis locorum hujusmodi apertis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, divina officia celebrare vel facere celebrari, interdicto hujusmodi non obstante. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, idibus martii, anno primo. »

263

Naples, 6 mars 1255.

[Mindowi], regi Lectoviae, de paganicae cecitatis errore ad viam vitae quae Christus est baptismatis renato unda, gratulator de sua fidei catholicae professione eique indulget ut filium suum per latinum episcopum quem malluerit in regem Lectoviae coronari faciat. (REG. 24, c. 220, f. 29^v; POTTHAST 15720.)

« ... illustri regi Lectovie. Catholice fidei cultum —. Dat. Neapoli, II nonas martii, anno primo. »

264

Naples, 6 mars 1255.

Eidem terras regni Russiae, quas suae ditioni subjugavit, confirmat, « quod te eas habente vicinae paganorum et infide-

lium regiones de facili poterunt tuo dominio subici et acquiri cultui christiano. » (REG. 24, c. 220^a, f. 29^v; POTTHAST 15721.)

« *Eidem. Catholice etc. usque : procurando —. Dat. ut supra. »*

265

Naples, 14 mars 1255.

Hominibus Castri Eboli, Salernitanae diocesis, confirmat privilegia Frederici II, data apud Fraknfort mense septembbris MCCXIX et Salerni mense februarii MCCXXI, et ab Octaviano S. Mariae in Via lata cardinate et in regno Siciliae apostolice Sedis legato confirmata Neapoli VI martii anno pontificatus sui primo, privilegia et confirmationem inserendo. (REG. 24, c. 221, f. 29^v; POTTHAST 15739.)

« *Universis hominibus Castri Eboli, Salernitane diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius noster O., sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, in regno Sicilie apostolice Sedis legatus, devotis et gratis obsequiis a vobis Ecclesie Romane impensis ac devotionis et fidei promptitudinem, quam ad ipsam habetis Ecclesiam et hactenus habuistis, necnon et dampnis gravibus que ex hujusmodi tide ac devotione servandis, diversimodo substtinuisse noscimini, provida deliberatione pensatis, omnia que quondam Fredericus Romanorum imperator et Sicilie rex quibusdam privilegiis vobis indulxit cum omnibus usibus et consuetudinibus approbatis, quibus hactenus usi estis, per suas litteras confirmavit; ac insuper vos et terram vestram cum omnibus bonis vestris sub apostolica protectione recepit et voluit in Ecclesie Romane demanio perpetuo permanere, prout in ipsius cardinalis litteris confectis exinde plenius continetur. Nos itaque vestris precibus inclinati, quod ab eodem cardinale super hoc factum est ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes. Qui talis est :*

Naples, 6 mars 1255.

« Octavianus, miseratione divina sancte Marie in Vialata diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, ad rei memoriam sempiternam. Matris Ecclesie pia benignitas tunc dignis honorum extollitur laudibus, tunc preeoniorum eximiis titulis exaltatur cum filiorum clementer honestis precibus annuit et advertit favore benivolo merita devotorum. Sic enim semper ab ea gratia provide liberalitatis infunditur, ut bene-

» meritorum notis premiorum respondeat promptitudo.
 » Hinc est quod pro parte universorum hominum de castro Eboli Ecclesie Romane fidelium nobis fuit attentius supplicatum, ut indulta eis et terre ipsorum a quondam domino Frederico Romanorum imperatore privilegia, confirmare ipsis de benignitate Sedis apostolice dignaremur. Quorum privilegiorum tenor per omnia talis est :

Francfort, septembre 1249.

« Fredericus secundus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Regie munificentie convenit in subditos et devotos manum liberalitatis extendere et sui nominis excedit ad gloriam fidelium respicere merita singulorum et prout unius cujusque fides et servitia exigunt, ipsos condignis retributionibus compensare. Inde est igitur quod nos, attendens fidem puram, devotionem laudabilem, necnon grata et accepta servitia que vos, universi homines Eboli fideles nostri, majestati nostre fideliter prestitistis et que poteritis in antea de bono in melius exhibere; considerantes etiam dampna plurima et labores necnon et personarum pericula, que pro nostra fidelitate servanda multiplicitate passi estis, volentes vobis tanquam benemeritis providere de consueta munificentie nostre gratia, vos tam universos quam singulos et heredes vestros et terram ipsam Eboli cum omnibus justis tenimentis et pertinentiis suis in demanium nostrum recepimus et sub speciali protectione majestatis nostre vos et heredes vestros et terram ipsam volumus perpetuo remanere. De habundantiori quoque munificentia nostra confirmamus vobis et heredibus vestris in perpetuum omnes bonos usus et bonas consuetudines, quibus olim sub felicibus regibus predecessoribus nostris necnon et sub divis augustis patentibus nostris memorie recolende usi estis, quibus etiam in nostro demanio commorantes volumus vos et heredes vestros omni tempore congaudere. Mandamus igitur et presentis privilegii auctoritate sancimus, ut quecumque persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra hanc constitutionem et confirmationem nostram ausu temerario presumpserint contraire, in sue temeritatis vindictam centum libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera vero passim injuriam persolvatur. Ad hujusmodi autem rei memoriam et robur in perpetuum valitulum presens privilegium per manus Johannis de Trajecto, notarii et fidelis nostri, scribi et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri. Hujusmodi rei testes

» sunt : E., Coloniensis archiepiscopus, Th., Treverensis archiepiscopus, H., Warmaciensis electus, L., dux Bawarie, comes palatinus Reni, L., Langravius Turingie et comes palatinus Saxonie. Dux Brandebantie, E., comes de Helfinsten, Wernerus de Rollandi imperialis aule senescaleus, Phylippus frater ejus, A., Marescaleus de Instingen, Riccardus camearius et alii quamplures. Signum domini Frederici secundi illustrissimi Romanorum regis augusti et regis Sicilie. Ego Conradus Dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi sancte Magantine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^oCC^oXIX^o, mense septembbris, Indictionis septime, regnante domino nostro Frederico, Dei gratia illustrissimo Romano rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni ejus in Germania VII^o et in Sicilia XX^o feliciter Amen. Dat. apud Frakinfort anno, mense et indictione prescriptis. »

Salerne, février 1221.

« Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus et rex Sicilie, per presens scriptum notum facimus universis, quod cum homines Eboli fideles nostri juxtra generale edictum nostrum, in curia nostra Capue sollempniter celebrata, nobis pri vilegium presentassent per quod terram ipsam et ipsis in nostros receperamus demanio, confirmantes ipsis bonos usus et consuetudines approbatas quibus temporibus regis Guillelmi secundi felicis memorie uti consueverunt, majestati nostre devote satis et humiliter supplicarunt ut privilegium ipsum dignare inur eis restituere et de nostra gratia confirmare. Nos autem supplicationes ipsorum benignitate solita admittentes, attendentes quoque grata plurimum et accepta servitia que dicti fideles nostri, ecclitudini nostre devote, satis et laudabiliter prestiterunt, dicatum privilegium eis restituimus et in perpetuum confirmamus. Confirmamus quidem ipsis bonos usus et consuetudines approbatas, quibus tempore predicti regis Guillelmi secundi recordationis inclite uti consueverunt. Statuentes, ut nullus extraneus in ipsa terra Eboli teneat homines vel in casalibus ejus, nisi secundum quod fuit tempore regis Guillelmi. Volumus etiam, ut omnes habitantes tam intra civitatem quam extra sint communites in omnem communitate terre ipsius et in nostris servitiis cum expedierit faciendis. Ad hujus igitur confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, pre-

» sens scriptum per manus Jacobi de Catania notarii et fidelis nostri scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis. Dat. Salerni post euriam Capue celebratam, anno Dominice Incarnationis M^oCC^oXXI, mense februarii, Indictione IX^a, regnante domino nostro Frederico Dei gratia illustrissimo Romano imperatore semper augusto et rege Sicilie, imperii ejus anno primo et regni Sicilie vicesimo tertio feliciter Amen. »

« Nos itaque grata et accepta servitia que homines dicti castri Eboli Ecclesie Romane devote pro tempore prestiterunt anni provida deliberatione pensantes, sinceram etiam devotionem et fidem, quam ad eandem Ecclesiam habuerunt hactenus et habent promptis affectibus incessanter necnon et dampna gravia que pro ipsis fidelitate diversimodo incurrisse noscuntur diligentius advertentes corum benigne supplicationibus inclinati, omnia que indulta sunt eis per privilegia suprascripta cum omnibus usibus et bonis consuetudinibus approbatis quibus usi sunt olim sub tempore felicium regum commissa nobis auctoritate, que fungimur, confirmamus, etc. usque communimus. De abundantiori vero gratia terram ipsam Eboli ac universos et singulos homines ipsius cum omnibus bonis eorum sub apostolice Sedis protectione recipimus et volumus in Ecclesie Romane demanio perpetuo permanere. Nulli etc. nostre confirmationis et protectionis etc. Si quis autem, etc. Dat. Neapoli, VI martii, XIII Indictione, pontificatus domini Alexandri pape III anno primo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II idus martii, anno primo. »

266

Naples, 13 mars 1255.

Abbati et conventui monasterii Glastoniae, Bathoniensis diocesis, in receptione hospitum et in obsequiis multorum pauperum magna subeuntibus onera expensarum, concessit in usus proprios ecclesiam manerii eorum de Domerham, Sorebiriensis diocesis. (Reg. 24, c. 222, f. 30.)

« .., abbati et conventui monasterii Glastonie, ordinis sancti Benedicti, Bathoniensis diocesis. Sincere devotionis affectus —. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

267

Naples, 13 mars 1255.

Statutum capituli ecclesiae Civitatensis duodenarium man-

sionariorum numerum in ecclesia faciens, jam ab Aquilegensi archiepiscopo confirmatum, confirmat. (REG. 24, c. 233, f. 30v.)

« ... decano et capitulo ecclesie Civitatensis, Aquilegensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis accepiimus quod vos dudum provide attendentes, ecclesiam vestram propter canonicorum snorum absentiam in divinis defectum non modicum sustinere ac volentes providere salubriter in hae parte, duodenarium mansionariorum numerum quorum quatuor presbyteri, totidem diaconi et reliqui subdiaconi existentes, continuam et personalem residentiam in ipsa ecclesia faciant et singulariter in suis ordinibus ministrent ibidem, sex prebendarium redditibus primo vacaturis in ea quarum collatio ad vos dieitur pertinere deputatis dictis mansionariis deliberatione provida statuistis, prout in patentibus litteris confessis exinde plenius dicitur contineri. Quia vero bone memorie Bertoldus, patriarcha Aquilegensis, statutum hujusmodi auctoritate ordinaria sicut asseritis confirmavit, nos vestris supplicationibus inclinati, statutum ipsum sicut provide factum est ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus; mandato Sedis apostolice semper salvo. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

268

Naples, 15 mars 1255.

Hugoni, electo Midensi, concedit facultatem ut in proprio fundo suo episcopatus Midensis, de consilio et assensu archiepiscopi Armachani metropolitani loci et cleri qui toco capitulo haberi dicuntur, cathedralem ecclesiam de novo erigere valeat. (REG. 24, c. 224, f. 30v; POTTHAST 15742.)

« Hugoni, electo Midensi. Devotionis augmentum circa —. Dat. Neapoli, idibus marci, anno primo. »

269

Naples, 14 mars 1255.

Gentili, episcopo Forosimphroniensi, concedit pro mensa ejus ecclesiam s. Johannis in Sorbitolo et medietatem bonorum ecclesiae s. Mariae in Portuno, Senogaliensis diocesis. (REG. 24, c. 225, f. 30v.)

Gentili, episcopo Forosimphroniensi. Cum, sicut petatio tua nobis exhibita continebat, tam tu quam predecessores tui qui fuerunt pro tempore ecclesiam sancti Johannis in Sorbitolo, Senogaliensis diocesis, a tempore eujus non est ad memoriam, et medietatem bonorum ecclesie sancte Marie in Portuno, ejusdem diocesis,

que olim monasterium fuerat, a triginta annis extra pacifice possederitis et quiete, nos devotionis tue precibus benignum impertientes assensum, ecclesiam et bona predicta mense tui episcopatus pro sustentatione tua dum vixeris presentium auctoritate concedimus de gratia speciali; nichilominus statuentes ut de ipsa ecclesia vel bonis predictis nulli possit auctoritate Sedis apostolice vel legatorum ipsius quantumcumque pro aliquo precise scribatur aliquatenus provideri. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, II idus martii, anno primo. »

270

Naples, 18 mars 1255.

Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Messanensibus confirmat litteras, quibus Octavianus, s. Mariae in Via lata diaconus cardinalis, apostolicae Sedis legatus, eis locum in civitate Messanensi ad dominium Curiae pertinentem et dictum Castellum maris, cum capella, domibus, plateis et spatiis quae sunt ibi, pro construendo monasterio sui ordinis concesserat. (REG. 24, c. 226, f. 30v; POTTHAST 15748.)

« ... priori et fratribus ordinis Predicorum Messanensibus. Religionis vestre meretur —. Dat. Neapoli, II idus martii, anno primo. »

271

Naples, 17 mars 1255.

Roberti Waleraund, regis Angliae [nuntii], precibus inclinatus, indulget nobili viro Phylippo militi, quondam Alanis nato, Londoniensis diocesis et nobili mulieri Ele de Warwret, uxori ejusdem, ut in matrimonio inter se contracto remanere licite valeant, non obstante quod quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint. (REG. 24, c. 227, f. 30.)

« Nobili viro Phylippo militi, quondam Alanis nato, Londoniensis diocesis, et nobili mulieri Ele de Warwret, uxori ejusdem. Romani pontificis precellens —. Dat. Neapoli, XVI kalendas aprilis, anno primo. »

272

Naples, 18 mars 1255.

P., abbatii monasterii Lesatensis, ab abbatie monasterii Moysiacensis contra justitiam destituto, cuius negotium Innocentius papa IV ad s. Sedem revocavit, concedit facultatem contrahendi mutuum XLV marcarum argenti et monasterium Lesatense creditoribus obligandi. (REG. 24, c. 228, f. 31.)

« P., abbatii monasterii Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Tolosane diocesis, capellano nostro. Sicut in nostra pro-

posuisti presentia constitutus, ..., abbas monasterii Moysiacensis, ejusdem ordinis, diocesis Caturensis, asserens monasterium Lesatense monasterio suo immediate subesse, te a regimine ipsius monasterii Lesatensis post appellationem ad Sedem apostolicam legitime interjectam presumpsit contra justitiam amovere, Geraldum priorem sancti Petri de Coquinis Tolosani monachum suum ejusdem monasterii Lesatensis de facto preficiens in abbatem. Cum itaque felicis recordationis I. papa predecessor noster negocium hujusmodi ad examinationem Sedis apostolice revocarit, ne pro expensarum defectu juris tui dispendium patiaris, nos tuis precibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam XLV marcarum argenti et ipsum monasterium Lesatense ac ejus bona creditoribus obligandi ac renunciandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitucionis in integrum et conventioni judicem —, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Ita tamen quod creditoribus ipsis hujusmodi pecuniam solvere, neconon et dampna, expensas et interesse, si in termino statuto pecuniam non solveris memoratam restituere tenearis et prefatis creditoribus pretextu aliquius constitutionis canonice vel civilis, aut cuiuscumque privilegii vel indulgentie de quibus in nostris litteris speciale et plenam fieri oporteat mentionem et per que te (*sic*) ac successores tui possitis in aliquo vos tueri, dictam pecuniam in ejusdem monasterii utilitatem fuisse conversam probandi necessitas non in cumbat. Dat. Neapoli, XV kalendas aprilis, anno primo. »

273

Naples, 16 mars 1255.

Suggero Petri concedit, ut cum archidiaconatibus de Arcubus in Ispalensi et de Calatrava in Toletana ecclesiis canoniam ecclesiae Totetanae retinere valeat. (REG. 24, c. 229, f. 31.)

« Suggero Petri, de Arcubus in Ispalensi et de Calatrava in Toletana ecclesiis archidiacono. Devotionis tue meritis deberi perspicimus ut in hiis que sunt honoris et gratie nos tibi proprios gaudeas invenisse. Hinc est quod nos tue devotionis precibus inclinati, ut cum de Arcubus et de Calatrava archidiaconatibus quos in Toletana et Ispalensi ecclesiis ex dispensatione apostolica te obtinere proponis canoniam et prebendam quas antedictorum archidiaconatum adiectionem in eadem Toletana ecclesia obtinebas, liceat et sine diminutione qualibet valeas retinere, constitutione quam bone memorie I. Sabinensis episcopus tunc in partibus illis

apostolice Sedis legatus contra obtinentes plura ecclesiastica beneficia edidit seu quod de consuetudine vel statuto ecclesie Toletane dieatur observari ut si canonicus ipsius ecclesie mansionarius in alia ecclesia reperit dignitatem, deinde extravagans habeatur aut quibuscumque aliis constitutionibus, consuetudinibus vel statutis ejusdem ecclesie Toletane contrariis, jamento, confirmatione Sedis ejusdem seu quavis alia confirmatione vallatis nequaquam obstantibus, tibi auctoritate presentium de gratia concedimus liberali. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, XVII kalendas aprilis, anno primo. »

274

Naples, 18 mars 1255.

Universis Christi fidelibus per Africam constitutis notum facit, se [Lupo], Marochitano episcopo, plenae legationis officium in Africa commisso, cosque hortatur mandans ut ipsum cum debita reverentia suscipiant, ipsius monitis intendant. (REG. 24, c. 230, f. 31; POTTHAST 15752.)

« Universis Christi fidelibus per Africam constitutis. Quia corporali presentia —. Dat. Neapoli, XV kalendas aprilis, anno primo. »

275

Naples, 18 mars 1255.

[Lupo], episcopo Marochitano, idem notum facit, mandans ut circa praemissa prout onus ipsi requirit impositum sollicitam curam gerat. (REG. 24, c. 230², f. 31.)

« ... episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato. Quia corporali etc. usque : sane —. Dat. ut supra. »

276

Naples, 2 mars 1255.

Berengario de Pulcro vicino, rectori ecclesiae S. Felicis de Rahona, Barchinonensis diocesis, indulget ut cum ecclesia praedicta aliud ecclesiasticum beneficium, etiam si similem curam habeat, in Tarragonensi provincia recipere valeat, non obstantibus constitutionibus concitii generatis et I. Sabineus episcopi, in partibus Hispaniae legati. (REG. 24, c. 231, f. 31.)

« Berengario de Pulcro vicino, rectori ecclesie sancti Felicis de Rahona, Barchinonensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, VI nonas martii. anno primo. »

277

Naples, 21 mars 1255.

Abbatis s. Felicis Gerundensis mandat, ut in executionem

mandati Innocentii IV procedat, ipsi praecipientis ut Berengarium, rectorem S. Felicis de Rationa, in ecclesia Barchinensis in canonicum et in fratrem recipi faceret. (REG. 24, c. 232, f. 31.)

« .., abbatii sancti Felicis Gerundensis. Olim tibi felieis —. Dat. Neapoli, XII kalendas aprilis, anno primo. »

278

Naples, 14 mars 1255.

Fratres hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe eximit de jurisdictione rectorum et judicum Urbis, quanidu conquerentibus respondebunt coram archipresbytero ss. Cyri et Johannis. (REG. 24, c. 233, f. 31v.)

« *Magistro et fratribus hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Urbe.* Quin, sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, nonnulli clerici et laici non ut suam justitiam prosequantur, sed ut vos fatigent laboribus et expensis tam apostolica quam ordinaria auctoritate coram rectoribus Urbis et aliis diversis judicibus super diversis negotiis vos trahant in causam, nos vestre in hac parte quieti consulere paterno affectu volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut coram eisdem rectoribus aut aliis judicibus ordinariis vel delegatis respondere aliquibus nisi super illis in quibus est coram eis lis legitime contestata cogi non possitis inviti, quandiu coram dilecto filio .., archipresbytero sanctorum Cyri et Johannis de Urbe parati eritis de vobis conquerentibus exhibere justitie complementum. Presentibus post quinquennium. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, II idus martii, anno primo. »

279

Naples, 18 mars 1255.

Abbatis et conventui monasterii Frigidi montis, Belvacensis ordinis, indulget, ut, si de suis animalibus societatem cum aliis contrahentes ex ipsis ad certam partem custodienda tradant vel etiam nutrienda, de contingente praedictorum animalium portione non teneantur cuiquam decimas solvere. (REG. 24, c. 234, f. 31v; POTTHAST 15747.)

« .., abbatii et conventui monasterii Frigidi montis, Cisterciensis ordinis, Belvacensis diocesis. Presignis ordinis vestri —. Dat. Neapoli, XV kalendas aprilis, anno primo. »

280

Naples, 21 mars 1255.

Archiepiscopo Cantuariensi, qui Aymerico, procuratori suo,

subdiacono papae, rectori ecclesiae s. Saturnini Lemovicensis diocesis non valentis ex firma ultra X libras turonensem annuatim, denique apud Sedem apostolicam pro negotiis ecclesiae Cantuariensis utiliter promovendis insistenti, contulit ecclesiam s. Laurentii Cantuariensis diocesis X marcas argenti ex firma valente in annuatim, committit curam dispensandi cum Aymerico super receptione secundae ecclesiae. (REG. 24, c. 235, f. 31v.)

« ... archiepiscopo Cantuariensi. Sicut dilectus filius —. Dat. Neapoli, XII kalendas aprilis, anno primo. »

281

Naples, 3 mars 1255.

Monasterio de Bona Requie, Corisopitensis diocesis, confirmat donationem ecclesiae Omnium Sanctorum de Fulburne, Elyensis diocesis. (REG. 24, c. 236, f. 31v.)

« .., abbatii et conventui monasterii de Bona Requie, Cisterciensis ordinis, Corisopitensis diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum itaque, sicut nobis exponere curavistis, venerabilis frater noster .., Elyensis episcopus, sui capituli ad id accedente consensu, ecclesiam Omnium Sanctorum de Fulburne, sue diocesis, ad collationem suam spectantem in qua jus patronatus habetis cum omnibus juribus et pertinentiis suis vobis in proprios usus pia liberalitate concederit et donarit, prout in litteris super hoc confectis ipsius episcopi sigillo signatis plenius dicitur contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, volentes vobis in hoc ob favorem Cisterciensis ordinis gratiam facere specialem, quod ab eodem episcopo pie ac provide factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »

282

Naples, 13 mars 1255.

Abbatibus de Evesham et de Teuckesbury, Wigorniensis diocesis, notum facit ut conventui monasterii Glastoniae, Bathoniensis diocesis, ecclesiam manerii ejus de Domerham, Saresbiriensis diocesis, in proprios usus concederit, et ipsis mandat ut praedictum conventum in possessionem ecclesiae inducant et defendant inductum. (REG. 24, c. 237, f. 31v; POTTHAST 15738.)

« .., de Evesham et .., de Teuckesbiri Wigorniensis diocesis abbatibus. Sincere devotionis affectus —. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

283

Naples, 22 mars 1255.

Archiepiscopo Salernitano concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad CCL uncias auri pro redemptione Castri Olibani. (REG. 24, c. 238, f. 31v; ROOENBERG, t. III, n° 388.)

« ... archiepiscopo Salernitano. Constitutus in nostra presentia, nobis humiliter supplicasti ut, cum pro redēptione Castri Olibani, quod specialiter ad ecclesiam tuam pertinens a quodam Theotonico detinetur, sit tibi ducentarum et quinquaginta unciarum auri quantitas oportuna, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, contrahendi propter hoc mutuum usque ad quantitatē predictam et omnia bona ejusdem ecclesie creditoribus obligandi, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Volentes ut ad solvendas easdem uncias dicta ecclesia teneatur et illi qui eas tibi mutuaverint, quod in utilitatem ipsius ecclesie sint converse, pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis, probandi necessitas non incumbat. Dat. Neapoli, XI kalendas aprilis. anno primo. »

284

Naples, 20 mars 1255.

Heremitis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alijcujus in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis aut ad solutionem collectarum seu exactionum quarumlibet vel vicesimae cogi a nemine valeant. (REG. 24, c. 239, f. 32.)

« ... priori generali, et universis prioribus et fratribus Heremitarum ordinis sancti Augustini. Quanto studiosius divine —. Dat. Neapoli, XIII kalendas aprilis, anno primo. »

285

Naples, 23 mars 1255.

Suggero Petri, regis Castellae notario, archidiaconatus de Arcubus et de Calatrava confirmat. (REG. 24, c. 240, f. 32.)

« Suggero Petri, de Arcubus et de Calatrava archidiacono, carissimi in Christo filii nostri .., regis Castelle ac Legionis. notario. Et pro eo quod in obsequiis carissimi in Christo filii nostri .., regis Castelle ac Legionis illustris, te laudabiliter diceris exercere ac etiam quia scientia, vita et moribus multipliciter commanderis, libenter tibi favoris apostolici gratiam impertimur. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, de Arcubus et de Calatrava archidiaconatus quos in Tolentana et Ispalensi ecclesiis ex dispensatione Sedis apos-

tolice obtines, tibi auctoritate apostolice confirmamus etc. usque communimus. Supplentes de nostre plene potestatis defectum si quis forsitan in assecutione predicti archidiaconatus de Calatrava habitus est, ex eo quod de mansionario canonico Toletano per receptionem dicti archidiaconatus Ispalensis juxta consuetudinem et statutum ecclesie Toletane factus extravagans dictum archidiaconatum de Calatrava qui de ipsis ecclesie Toletane consuetudine ac statuto mansionario debet canonico assignari, te asseris canonice assecutum. Nulli etc. Dat. Neapoli, X kalendas aprilis, anno primo. »

286

Naples, 7 mars 1255.

Conventui ecclesiae de Newham, Lincolniensis diocesis, confirmat taxationem nonnullarum ecclesiarum ejus pro vicariis, sicut facta fuit ab Hugone, Lincolniensi episcopo. (REG. 24, c. 241, f. 32.)

« ... priori et conventui ecclesie de Newham, ordinis sancti Augustini. Lincolniensis diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum igitur, sicut lecta coram nobis vestra petitio continebat quod, licet bone memorie Hugo Linniensis (*sic*) episcopus in de Kerdintone, de Stachesdene, de Bereforde et de Ronhale ecclesiis quas in usus proprios obtinetis auctoritate ordinaria dudum perpetuas taxaverit vicarias, perpetuo vicario cuiuslibet et ecclesiarum ipsarum de proventibus earumdem pro sustentatione sua assignata congrua portione, ita tamen quod vos episcopalia, archidiacionalia et alia consueta ipsarum ecclesiarum onera supportetis ac vicarii qui tune in ecclesiis erant eisdem ac successores ipsorum hujusmodi fuerint taxatione contenti, nichilominus bone memorie Robertus, Lineolniensis episcopus, successor ejusdem episcopi, pretextu quarumdam litterarum quas postmodum a Sede predicta super taxandis vicariis de novo et augmentandis jam taxatis in ecclesiis religiosorum civitatis et diocesis Lineolniensium sub certa forma ut dicitur impetravit, vicarias ecclesiarum ipsarum de proventibus ad vos spectantibus augmentavit in vestrum prejudicium et gravamen, quanquam earum perpetui vicarii possent de assignatis sibi proventibus commode sustentari. Quare vobis humiliiter supplicasti ut providere vobis super hoc de benignitate Sedis apostolice curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod per eundem Hugonem episcopum super taxatione et assignatione predictis provide factum est et ratum habentes et firmum, id litteris eisdem et quicquid secundum est

ex eis vel ob ipsas nequaquam obstante auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus; decernentes nichilominus irritum et inane si quid contra hoc a quoquam contigerit attemptari. Nulli etc. nostre confirmationis et constitutionis etc. Dat. Neapoli. nonis martii, anno primo. »

287

Naples, 7 mars 1255.

Eidem confirmat idem pro aliis ecclesiis. (Reg. 24, c. 241^a, f. 32.)

« *Eisdem. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cuni igitur, sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, bone memorie Hugo, Lincolniensis episcopus, in de Ravenesdene, de Wilitone, de Saleforde et de Goldvitone ecclesiis, Lincolnensis diocesis, quas vos (ut in alia usque) — fuerint hujusmodi taxatione contenti, nos vestris supplicationibus inclinati, quod per eundem episcopum super hoc provide factum est ratum habentes et gratum, id non obstantibus litteris quas venerabilis frater noster .., Lincolnensis episcopus, super taxandis vicariis de novo et augmentandis jam taxatis in ecclesiis religiosorum civitatis et diocesis Lincolnensis a Sede apostolica ut diecitur impetravit et quicquid secundum ex eis fuerit vel ob ipsas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Decernentes nichilominus irritum et inane, si quid contra hoc a quoquam contigerit attemptari. Nulli etc. nostre confirmationis et constitutionis etc. Dat. ut supra. »*

288

Naples, 27 mars 1255.

Jacobo Nepuleonis Johannis Gaietani, civi romano, castrum S. Donati in regno Siciliae in feudum confirmat. (Reg. 24, c. 242, f. 32.)

« *Nobili viro Jacobo Nepuleonis Johannis Gaietani, civi romano. Tue devotionis sinceritas —. Sane petitio tua nolis exhibita continebat, quod cum pro te ipso tuisque legitimis successoribus in presentia felicis recordationis I. pape predecessoris nostri humiliter recognoveris, castrum sancti Donati in regno Sicilie positum ab Ecclesia Romana tenere in feudum idemque predecessor te tuosque legitimos successores investierit de castro predicto illud etiam tibi de novo concedens, recepto a te fidelitatis debite juramento. nos tuis supplicationibus inclinati, quod a dicto predecessore super hoc factum est ratum habentes et gratum, ac te tuosque successo-*

res legitimos de castro ipso investientes de novo, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus ac idem castrum ad instar predecessoris ejusdem tibi duximus concedendum. Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli. VI kalendas aprilis, anno primo. »

289

Naples, 23 mars 1255.

O., patriarchae Antiocheni, cui Innocentius papa IV plene in patriarchatu legationis officium duxit concedendum, id confirmat. (Reg. 24, c. 243, f. 32.)

« *O., patriarche Ant(h)iochensi, apostolice Sedis legato. Fraternitatis tue probata —. Dat. Neapoli. X kalendas aprilis, anno primo. »*

290

Naples, 14 mars 1255.

Bartholomaeo, episcopo Nimotiensi, concedit potestatem contrahendi mutuum usque ad summam centum librarum turonensium. (Reg. 24, c. 244, f. 32^v.)

« *Bartholomeo, episcopo Nimotiensi. In nostra presentia constitutus nobis humiliter supplicasti, ut, cum pro expediendis ecclesie tibi commisso negotiis ad apostolicam Sedem accedens ibidem moram non modicam traxeris et per hoc te subire oporteat onera expensarum, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum usque ad summam centum librarum turonensium et obligandi propter hoc eandem ecclesiam et omnia bona ipsius, plenam tibi auctoritate presentium concedimus potestatem, volentes ut prefata ecclesia ad persolvendam hujusmodi pecuniam teneatur et illi qui eam tibi mutuaverint quod in utilitatem ipsius ecclesie sit conversa pretextu aliquujus constitutionis canonice vel civilis probandi necessitas non incumbat. Dat. Neapoli. II idus martii, anno primo. »*

291

Naples, 10 mars 1255.

Priori fratrum Praedicatorum Parisiensem in inquisitionis negotio concedit facultatem compellendi per censuras ecclesiasticas appellatione remota omnes haereticos eorumque fautores, absolvendi a sententia excommunicationis haereticos ad fidem catholicam redeuentes, convocandi clericum et populum ita ut assistant sententis inferendis, dandique omnibus accidentibus ad convocationem hujusmodi XL dierum indulgen-

tiam, procedendi contra illos qui ad partes comitatui Tholosano contiguas se transtulerint ut sic canonicam effugiant ultionem, faciendique observari inviolabiliter omnia statuta edita tam in conciliis legatorum Sedis apostolicae quam in forma pacis olim initae inter Ecclesiam Romanam et regem Franciac ex parte una et quondam R. comitem Tholosanum ex altera. (REG. 24, c. 245, f. 32v; POTTHAST 15731.)

« ... priori fratrum Predicotorum Parisiensium. Cui pientes ut inquisitionis —. Dat. Neapoli. VI idus martii, anno primo. »

292

Naples, 14 mars 1255.

Infrascriptis, qui contra confirmationem electi Legionensis frustra exceptiones proposuerunt, indulget ut ad poenam constitutionis in Lugdunensi concilio editam non teneantur. (REG. 24, c. 246, f. 32v.)

« Lupo Sugerii canonico et Alfonso Gomerii portionario ecclesie Legionensis. Sicut ex tenore vestre petitionis acceptimus, dilecto filio ... electo Legionensi, vos ante ipsius confirmationem non zelo nequitie opposentes coram felicis recordationis I. papam predecessorem nostrum inter alias exceptiones propositas contra ipsum specialiter excipiendo proponere curavistis, quod cum idem electus dnos archidiaconatus curam animarum habentes tempore electionis absque dispensatione Sedis apostolice retineret. prefici eidem ecclesie de jure non poterat nec debebat. Unde cum ex parte electi jamdicti post altercationes diutinas et fere lapsum biennii dispensatio super hoc fuisse ostensa. idem predecessor, exceptionibus aliis quampluribus non admissis. electionem confirmavit eandem. Quare nobis humiliter supplicastis, ut cum ante ostensionem dispensationis hujusmodi et alias probabiles vos litigandi causa induxerit, providere vobis adversus penam constitutionis statuimus misericorditer curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, ut ad penam constitutionis predicte in Lugdunensi concilio super hoc edite minime teneamini, auctoritate vobis presentium indulgemus. Non obstante si preceptioni beneficiorum ecclesiasticorum vos medio tempore ingesistis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. II idus martii. anno primo. »

293

Naples, 18 mars 1255.

Priori monasterii de Caritate, Autisiodorensis diocesis, confirmat indulgentiam G. papae predecessoris, ut ab admi-

nistracione prioratus ab abbe Cluniacensi non possit amoveri. (REG. 24, c. 247, f. 32v.)

« ... priori et conventui monasterii de Caritate, Cluniacensis ordinis, Autisiodorensis diocesis. Religionis vestre meretur —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod felicis recordationis G. papa predecessor noster olim diligenter considerans quod, si a monasteriis Cluniacensis ordinis passim et absque rationabili causa contingenget amoveri priores, magnum poterat monasteriis ipsis parari dispendium, cum novitates interdum pariant detrimentum, duxit salubriter statuendum ut quamdiu priores ipsius ordinis tam in spiritualibus quam in temporalibus bene administrare constiterit, non nisi ex certis causis in eodem statuto expressis possint vel debeat a suis monasteriis amoveri, quod etiam de minoribus voluit prioratibus observari. Cum igitur sicut asseritis prioratus vester de Caritate inter alios predicti ordinis prioratus unus de majoribus et honorabilioribus habeatur, supplicatis nobis ut te, fili prior, vel alios qui tibi successerint ab eodem prioratu contra prefati predecessoris nostri statuta nulli licet amovere. Nos itaque attendentes quod ea que per predecessorum eundem provide statuta esse noscuntur, non sunt temeritate cuiuspiam infringenda, vestris justis supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut tu fili prior et successores tui non nisi ex causis in eisdem statutis contentis, coram diffinitoribus generalis capituli Cluniacensis rite secundum eadem statuta electis propositis et probatis legitimate ab abbe Cluniacensi seu quocumque alio ab administratione prioratus ipsius possitis aliquatenus amoveri et si forsitan vos super hiis contra justitiam gravari contigerit, licitum sit vobis propter hoc Sedem apostolicam appellare. Non obstante si in eisdem statutis est cuiuslibet appellationis remedium interdictum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. XV kalandas aprilis, anno primo. »

294

Naples, 20 mars 1255.

Matrimonium inter Guillelmum Artaldi et Flotam natam quondam Ademari de Chasanatico consanguineos, dispensat. (REG. 24, c. 248, f. 33.)

« ... archiepiscopo Viennensi. Attenta Sedis apostolice circumspectio etc. usque : semper agat. Cum itaque sicut ex parte dilecti filii nobilis viri Guillelmi Artaldi et dilecta in Christo filie nobilis mulieris Fiote nata quondam Ademari de Chasanatico fuit propositum co-

ram nobis pro sedandis capitalibus inimiciis que dum inter progenitores ipsorum exorte fuerint, sponsalia olim inter eos fuerint per verbam de futuro contracta, nos quia cupimus ut inter discordes pax et concordia reformatur, mandamus quatinus si est ita cum eis quod, non obstante quod sint quarto consanguinitatis gradu conjuncti, possint ad invicem matrimonialiter copulari, auctoritate nostra dispenses. Dat. Neapoli, XIII Kalendas aprilis, anno primo. »

295

Naples, 14 mars 1255.

Episcopo Londoniensi concedit facultatem dispensandi cum Philippo et Willielmo clericis, natis nobilis viri Johannis Gallredi, Lincolniensis diocesis, ut non obstante constitutione concilii generalis et defectu aetatis, plura beneficia ecclesiastica juxta suac nobilitatis exigentiam recipere valeant. (Reg. 24, c. 249, f. 33.)

« ... episcopo Londoniensi. Apostolice Sedis benignitas —. Dat Neapoli, II idus martii, anno primo. »

296

Naples, 14 mars 1255.

Bartholomeo, episcopo Nemotiensi, concedit, ut contra subditos etiam extra diocesim positus officium exercere valeat. (Reg. 24, c. 250, f. 33.)

« Bartholomeo, episcopo Nimotensi. Cum fructus divinus sit semper et ubique justiciam exercere, ut propter absentiam tuam in subditis delinquendi impune perniciosa licentia inoleseat, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut contra eosdem subditos possis etiam extra tuam diocesim positus cum delinquerint officii tui debitum exercere et ecclesiastice subicere discipline. Dat. ut supra. »

297

Naples, 23 mars 1255.

Abbatissam monasterii s. Cosmae de Talliacensi, canonice electam neconon ab abbe Casinensi prout ad ipsum pertinet confirmata, confirmat. (Reg. 24, c. 251, f. 33.)

« ... abbatisse monasterii sancti Cosme de Talliacensi, ordinis sancti Benedicti, ad monasterium spectantis Marsicane dioecesis. Cum a nobis —. Dat. Neapoli, X kalendas aprilis, anno primo. »

298

Naples, 3 avril 1255.

Episcopo Marrochitano, apostolicae Sedis legato in Africa,

concedit, ut, non ingrediendo personaliter in Africa, mittat alias personas in ea. (Reg. 24, c. 252, f. 33.)

« ... episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato. Etsi libenter potentibus gratiam impendamus, fratribus tamen coepiscopis nostris qui in partem sollicitudinis evocati nostri officii nobiscum onera solvunt, eo favorabiliores nos convenit in suis petitionibus exhibere quo per eos Dei Ecclesia decentius decoratur. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, negotio legationis tibi commisso per Africam universam, admodum expedire noscatur, quod tu pro ip-sius promotione negotii cum prelatis, regibus, baronibus, nobilibus et aliis Christi fidelibus citra mare colloquium habebas contractum et cum eis propter hoc te moram contrahere oporteat longiorem, nos dicto negotio providere volentes, presentium tibi auctoritate concedimus de gratia liberali, ut, non obstante quod nondum Africe provincias es ingressus, aliquibus personis ydoneis super eodem negotio in iudicis provinciis canonice valeas prout expedire videris ipsi negotio vices tuas. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III nonas aprilis, anno primo. »

299

Naples, 20 mars 1255.

Quaestione inter decanum et thesaurarium ecclesiae Tullen-sis qui se asserebant in episcopum ejusdem ecclesiae electos exposita, decanum in episcopum praeficit. (Reg. 24, c. 253, f. 33.)

« ... electo Tullenensi. Justis petentium etc. usque : complere. Cum igitur sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis inter te, tunc decanum, et .., thesaurarium ecclesie Tullenensis, super eo quod uterque vestrum in episcopum ipsius ecclesie tunc vacantis pastore se canonice asserebat electum, coram dilecto filio nostro H., tituli sancte Sabine presbytero cardinali, tunc in partibus illis apostolice Sedis legato, ad quem causa hujusmodi ab audience venerabilis fratris nostri ..., archiepiscopi Treverensis, metropolitani loci, per appellationem tuam delata fuerat questio verteretur. Idem cardinalis, cognitis cause meritis et juris ordine observato, electione de ipso thesaurario facta rite cassata, illam de te celebratam per diffinitivam sententiam confirmavit. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale factum est in hac parte ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, XIII kalendas aprilis, anno primo. »

300

Naples, 20 mars 1255.

Statutum capitulo ecclesiae Tullensis, « ut proventus canonicorum ipsius ecclesie decedentium per unum annum cedant usibus canonicorum sacerdotum residentium in ecclesia supradicta, » confirmat. (REG. 24, c. 254, f. 33.)

« Capitulo ecclesie Tullensis. Hiis pro divini —. Dat. ut supra. »

301

Naples, 2 avril 1255.

Willelmo, electo Waterfordensi, significat, se ejus postulationem non obstante defectu natalium admittere eique plenam administrationem Waterfordensis ecclesiae committere. (REG. 24, c. 255, f. 33; POTTHAST 15772.)

« Willelmo, electo Waterfordensi. Cathedrali ecclesia sancte —. Dat. Neapoli, IIII nonas aprilis, anno primo. »

In e. m. archiepiscopo Cassellensi —. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatinus, ascitis duobus vel tribus suffraganeis aut aliis vicinis episcopis, prefato electo, cum super hoc ab ipso fueris requisitus, munus consecrationis impendas et personam ejus pro apostolice Sedis legato et nostra reverentia benigno affectu et aortuno favore taliter prosequaris quod ipse in exquenda sollicitudine sibi credita possit prosperari facilis et tibi propter hoc sit specialiter obligatus. Dat. ut supra.

In e. m. capitulo Waterfordensi ut in prima usque : ampliari, mutatis mutandis. Rogamus itaque Universitatem vestram et hortamur attente mandantes quatinus eundem electum, cui plenam ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus, nullum tamen ecclesia Cassellensis loci metropolitani in posterum passura prejudicium, administrationem commisimus, cum ad vos pervenerit admittentes hilariter et devote ac sibi tanquam patri et pastori animarum vestrarum debitam obedientiam et reverentiam impendatis, ejus salubribus monitis et mandatis efficaciter intendentes, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo patrem invenisse benivolum gaudetatis. Alioquin sententiam etc. usque : observari.

In e. m. clero civitatis et diocesis Waterfordensem.

In e. m. populo civitatis et diocesis Waterfordensem usque animarum vestrarum debitam honorificentiam impendatis ejus salubribus etc. usque : gaudetatis. Dat. ut supra.

302

Naples, 24 mars 1255.

Abbatibus infrascriptis mandat, tribuant abbati et conventui S. Eugenii ordinis s. Benedicti, Senensis diocesis, licentiam, ut, cum idem monasterium propter guerram quam hactenus Florentini et Senenses ad invicem habuerint et propter collectas et exactiones quas commune Senense extorserit ab eis gravi prematur sarcina debitorum, alienent de bonis immobi-

ALEXANDRE IV, t. I

libus sui monasterii pro debitibus his personvendis usque ad summam mille librarum Senensium minutorum. (REG. 24, c. 256, f. 33v; POTTHAST 15780 sub die IX idus aprilis; RÖDENBERG, III, n° 389.)

« .., Sancti Galgani, Cisterciensis, et .., sancti Salvatoris de Rardingis, Camaldulensis ordinum abbatibus, Vulterane et Aretine diocesum. Dilecti filii .., abbas —. Dat. Neapoli, IX kalendas aprilis, anno primo. »

303

Naples, 7 avril 1255.

Rectori Sancti Ferreoli indulget, ut festum ecclesie sue, in jejunio Quatuor temporum mensis septembres celebrandum, in sequenti die dominica celebrare valeat, scandalu usus carnium in diebus hujusmodi vitando. (REG. 24, c. 257, f. 33v.)

« .., rectori ecclesie Sancti Ferreoli. Autisiodorensis diocesis. Ut erga Sedem apostolicam eo amplius crescat tue devotionis affectus quo eam benignorem inveneris faciendo tibi gratiam specialem, tue devotionis precibus annuentes, tibi auctoritate presentium indulgemus, ut festum ecclesie Sancti Ferreoli quod in jejunio quartuor temporum mensis septembbris annis singulis celebratur, valeas in sequenti die dominica celebrare : cum, propter ipsius festi sollempnitatem et advenientium concursum, homines ejusdem ville et alii ad festivitatem convenientes candem utantur carnibus in diebus hujusmodi interdictis in animarum periculum et scandalum plurimorum. Nulli etc. noslre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII idus aprilis, anno primo. »

304

Naples, 10 mars 1255.

Electo Aretino mandat, ut Spadam Tebaldi de Montecercone, canonicum plebis S. Johannis in Vescona, Aretinae diocesis, in plebanum ipsius ecclesiae a canonicis electum, faciat a subditis ejus obediri, non obstante si postulationis tempore Spada vicesimum quintum annum minime attingebat. (REG. 24, c. 258, f. 33v.)

« .., electo Aretino. Sua nobis dilectus —. Dat. Neapoli, VI idus martii, anno primo. »

305

Naples, 8 avril 1255.

Gesuionem Ierosolymitanae ecclesie, patriarcha ac priore destitutae, Tyrensi archiepiscopo et Lidensi episcopo confert. (REG. 24, c. 259, f. 33v.)

« .., Tyrensi archiepiscopo et .., Lidensi episcopo. Licet

de salubri statu ecclesiarum omnium quarum regimi-
mini nos preesse voluit in etabilis pietas Domini Ihesu
Christi corde solliciti habeamur, circa Jerosolymita-
nam tamen ecclesiam eo majorem debemus affectum
gerere, quo ipsa ecclesiarum dignissima nostri favoris
auxilio potissimum noscitur indigere. Cum itaque jam dicta
ecclesia ... patriarche ac prioris destituta regimine in
spiritualibus et temporalibus prout accepimus graviter
sit collapsa, paucis in ea manentibus pro quorum in-
dustria possit prospere dirigi vel salubriter gubernari,
nos de circumspectione vestra plenam in Domino fidu-
ciam obtinentes, mandamus quatinus curam ipsius ec-
clesie, quousque patriarcha de quo sibi nuper provi-
dimus illuc perveniat vel mittat aliquem loco sui.
auctoritate nostra Deum solum habendo pre oculis cum
omni diligentia gerere studeatis, thesauros, redditus ac
proventus et alia bona que ad ipsam et eundem patriarcham
spectare noscuntur alienari seu distrahi aut dis-
pergi nullatenus permittentes, sed ea potius conservari
taliter ordinantes quod exinde in conspectu Dei et ho-
minum placeatis ac Sedis apostolice favoris et gratiam
possitis uberiorius promerer. Contradictores. Non obstante
si aliquibus —. Quod si non ambo etc. Dat. Neapoli.
VI idus aprilis, anno primo. »

306

Naples, 27 mars 1255.

Electum Zamorensim rogat, mandans ut Garsiam Petri, elec-
tum magistri Stephani capellani papae, portionarium eccl-
esiae Zamorensis, in canonicum in praedicta eclesia recipi fa-
ciat, non obstante certo canonorum numero. (Reg. 24, c. 260,
f. 34.)

“ ... electo Zamorensi. Dilectus filius Garsias —. Dat.
Neapoli, VI kalendas aprilis, anno primo. »

307

Naples, 6 avril 1255.

Nobili viro Jacobo Nepuleonis Johannis Gaietani, civi ro-
mano, confirmat Taliacozzum Maranumque castra in regno Si-
ciliae sita castrumque S. Donati ab Innocentio IV in feuda
concessa. (Reg. 24, c. 261, f. 34.)

“ Nobili viro Jacobo Nepuleonis Johannis Gaietani, civi
romano, Clara tue devotionis —. Cum itaque, sicut no-
bis exponere curavisti, terras que fuerint quondam
Bartholomei de Taliacozo, videlicet arcem castri Tali-
acozzi que dicitur Civitas et ipsum castrum, castrum
quoque quod dicitur Maranum, in regno Sicilie sitas,
ad dilectum filium Nepuleonem natum tuum uxoris

sue nomine pertinentes, ratione dictorum conjugum,
neconu et pro te ipso tuisque legitimis successoribus
castrum Sancti Donati in eodem regno positum, te a
Romana Ecclesia Jenere in feudum humiliter recogno-
veris in felicis recordationis I. pape predecessoris nos-
tri presentia constitutus, idemque predecessor te de
feudis ipsis recepto a te fidelitatis debite juraemento
euraverit investire in hujusmodi investiture testimoni-
num suas tili litteras concedendo, nos tuis supplica-
tionibus inclinati, quod ab eodem predecessore factum
est in hac parte ratum habentes et gratum, id auctorita-
tate apostolica confirmamus etc. usque : communimus.
Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli. VIII
idus aprilis, anno primo. »

308

Naples, 24 mars 1255.

Magistro Nicolao Andree archidiaconatum Durachii, de quo
per breviarium investitus fuit, confirmat. (Reg. 24, c. 262, f. 34.)

“ Magistro Nicolao Andree, archidiacono Durachii.
Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Significasti
siquidem nobis quod dilectus filius magister Nico-
laus de Sanctis, archidiaconus Capuanus, capellanus
noster, archidiaconatum Durachii quem quondam Ni-
colaus in civitate Durachii obtinuisse dinoscitur, ad
collationem Romani pontificis pertinentem et tunc va-
cantem per mortem ipsius Nicolai, tibi litterarum nos-
strarum auctoritate sibi super hoc specialiter direc-
tarum contulit teque de ipso per breviarium quod tunc
tenebat in manibus investivit, prout in instrumento
publico ipsius capellani sigillo signalo confecto exinde
pleniur dicuntur contineri. Nos igitur tuis supplicationi-
bus inclinati, quod ab eodem capellano provide factum
est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctorita-
tate apostolica confirmamus etc. usque : communimus.
Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, IX
kalendas aprilis, anno primo. »

309

Naples, 24 mars 1255.

Universis clericis latinis civitatis Durachii notificat electio-
nenem Nicolai Andree. (Reg. 24, c. 263, f. 34.)

“ Universis clericis latinis civitatis Durachii. Cum di-
lectus filius magister Nicolaus de Sanctis etc. usque :
ipsius Nicolai dilecto filio magistro Nicolao Andree,
canonico eccliesie sancti Nicolai Barensis, auctoritate
litterarum nostrarum sibi super hoc specialiter direc-

tarum duxerit conferendum, prout in instrumento publico ipsius capellani sigillo signato confecto exinde plenius dicitur contineri, nosque quod ab eodem capellano provide factum est in hac parte ratum habentes et gratum, id per nostras duxerimus litteras confirmandum, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem magistro Nicolao Andree tanquam archidiacono *vestro* in hiis que ad archidiaconatum ipsum pertinent, prout tenemini intendere ac efficaciter respondere curetis. Dat. ut supra. »

310

Naples, 8 avril t255.

Ad custodiam castri comitatus Tripolitani, quod Cracum dicitur, a LX equitibus defensi, fratribus Hospitalis Jerosolimitani decimas possessionum ejusdem castri concedit, censu unius librac auri retento. (REG. 24, c. 264, f. 34; POTTHAST 15781.)

» *Magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani.* Quanto pro defensione Christianitatis majora sustinetis discrimina et pro communi commodo ferventius laboratis pro fratribus vestris animas ponere minime formidantes, tanto benigniori vos debemus oculo intueri et libenter etiam vestris et vestrorum commodis providere. Sane nobis exponere curavistis, quod vos in caritate ferventes ut possetis patriam et vos ipsos a paganorum incursum defendere ac tueri, castrum quoddam situm in comitatu Tripolitano, quod Cracum dicitur, contra Saracenorum impetus, non sine magnis laboribus et periculis innumeris ac maximis expensarum oneribus ante inimicorum facies custoditis.

» Verum quia castrum ipsum positum quasi in medio nationis perverse et Saracenis infestum ad sui munitionem et custodiam magnos sumptus exigit et requirit, vos cupientes illud protectionis clipeo sic munire quod ab impugnantium persecutionibus valeat esse tutum, sexaginta equites ibidem continuos habere proponitis, per quorum industriam et sollicitudinem, auxiliante Domino, diligenter custodiri valeat et viriliter defensari. Quare cum propter hoc magna vos subire oporteat onera expensarum, pro relevandis hujusmodi expensarum oneribus, apostolice Sedis gratiam humiliter implorastis. Vestris itaque suplicationibus inclinati, ut vos de possessionibus omnibus et bonis, que tam in ipso castro quam in locis ei adjacentibus habetis vel habitatores ejusdem castri nomine *vestro* habent seu vos et ipsi obtinebitis in futurum, etiam si possessiones et bona eadem vos vel ipsi habitatores illis commiseritis excolenda, primitias et decimas prediales seu personales diocesanis loci vel alteri cuicunque ecclesie vel

personae, cum nullus ibi preter vos parochiale ecclesiam habeat, solvere minime teneamini; sed tam easdem percipiendas decimas quam jam perceptas et tentas de bonis et possessionibus memoratis, etiam si super eis contra vos lis a quoquam forsan mota subsistat predicti castri custodie libere deputare et ad predicta onera supportanda licite retinere possitis vobis facientibus que offertis et per vos ipsis habitatoribus in perpetuum de gratia concedimus speciali. Ad indicium autem hujusmodi concessionis ab apostolica Sede obtente, unam libram auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Nulli etc. nostre concessio- nis etc. Dat. Neapoli, VI idus aprilis, anno primo. »

311Naples, 1^{er} avril t255.

Eisdem concedit monasterium Montis Thabor, quod Saraceni detinent occupatum. (REG. 24, c. 265, f. 34v; POTTHAST 15771.)

« ... *magistro. et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Favor religionis et —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod monasterium quod in Monte Thabor fuit olim constructum, propter guerrarum discrimina, destructum est ab inimicis nominis Christi; nec speratur quod ab .., abbate, et monachis ejusdem monasterii valeat reparari. Verum, cum sit non modicum dubitandum ne Saraceni locum predictum Montis Thabor, quem detinent occupatum, muniant in obprobrium et discrimen non modicum lidei Christiane, nobis humiliter supplicasti ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod vos pro defensione Christiani nominis incessanter contra inimicos Crucis totis viribus laboratis, locum predictum in quo prefatum monasterium extitit cum terris, possessionibus, domibus, hominibus, juribus, libertatibus, immunitatibus et pertinentiis omnibus ad idem monasterium quoquomodo spectantibus, vobis pleno iure et per vos hospitali *vestro*, ut etiam a decimaruin quarumlibet aliorumque prestatione de speciali nostra et apostolice Sedis gratia pro Terre Sancte subsidio ac pauperum Christi substantatione ad que assumpta religio potissime nos invitat, cum prorsus immunem ac liberum habeatis perpetuo, concedimus de gratia speciali, libera vobis premissorum possessionem vel quasi inconsulto diocesano seu quolibet alio intrandi ac retinendi ea, sub ea si majori non gaudeant libertate, que bona vestra alia libere retinetis auctoritate presentium facultate concessa. Ita tamen quod infra decennium, si pax vel treue fuerint inter Christianos et Saracenos

continue, postquam predictorum plenam possessionem fueritis assecenti, in loco ipso munitionem facere et ibidem XI equites habere teneamini in armis assidue pro defensione nominis christiani, ac albati et monachis ipsius monasterii qui supersunt, juxta venerabilis fratris nostri ... archiepiscopi Tyensis, et dilecti fili ... abbatis sancte Marie de Valle Josaphat, ordinis sancti Benedicti, Accon commorantis, vel eorum alterius arbitrium tamen teneamini, quoad vixerint, nisi in aliis locis religiosis collocati fuerint, exhibere quod ex eis possint congrue sustentari. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, kalendis aprilis, anno primo. »

312

Naples, 30 mars 1255.

Universis prioribus Cartusiensis ordinis indulget, absolvant suspensos, interdictos aut excommunicatos qui collegio Cartusiensi aggregari volunt. (Reg. 24, c. 266, f. 34v.)

« ... *Cartusie et universis prioribus Cartusiensis ordinis. Celestis amor patrie —. Procedit ex hoc quod nos vestris piis petitionibus favorem largiri benivolum delectantes, maxime cum ex apostolici cura teneamur officii circa religionis augmentum attenti et vigiles inveniri, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut volentibus vestro aggregari collegio qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationum sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium juxta formam ecclesie impertiri et ipsos in fratres recipere ac eos qui post assumptum habitum recoluerint se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos, secundum formam ipsam absolvere valeatis, ita tamen quod, si aliqui ex eisdem hujusmodi sententiis propter debitum sunt ligati, satisfaciant ut tenentur. Ceterum tibi fili, prior Cartusie, ceteris prioribus ordinis tui ac uni eorum quem elegeris tibimet super premissis juxta formam eandem hujusmodi absolutionis et dispensationis beneficium impendendi si necesse fuerit, indulgemus auctoritate presentium potestatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III kalendas aprilis, anno primo. »*

313

Naples, 11 avril 1255.

Marino de Ebulo et Adelasiae uxori ejus confirmat donationem castri Ayrolae in Saneta Gathensi diocesi siti, donationem a Sibilia matre Adelasiae mense martis MCCLV^o factam de verbo ad verbum inserendo. (Reg. 24, c. 267, f. 34v; RODENBERG, III, n° 393.)

« *Nobili viro Marino de Ebulo, fideli nostro, et dilecte in*

Christo filie nobili mulieri Adelasia, uxori ejusdem. Grata fidelitatis obsequia, quibus tu, fili Marine, reddis te in nostris et fratrum nostrorum oculis gratiosum, nostrum instanter sollicitant animum ut de vobis tamquam de fidelibus filiis et devotis propensius cogitantes, non solum vestra vobis jura integra et illesa servemus, immo potius, quantum cum Domino possimus, augemus. Ex parte siquidem vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut donationem et concessionem de castro Ayrole sito in Saneta Gathensi diocesi, vobis vestrisque heredibus factam a nobili muliere Sibilia, matre tua, filia Adelasia, prout in instrumento publico confecto exinde plenius continetur, confirmare de benignitate solita curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, donationem et concessionem hujusmodi ratas habentes, illas de fratribus nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmavimus etc. usque : communimus. Et ut vestra devotio erga nos et Romanam Ecclesiam magis creascat, predictum castrum eum omnibus iuribus, honoribus et pertinentiis suis vobis eisdemque heredibus de predictorum fratrum consilio de novo in feudum sub debitiss et consuetis servitiis concedimus de gratia speciali. Tenorem autem predicti instrumenti presentibus inseri fecimus, qui talis est :

Capoue, mars 1255.

« In nomine Domini nostri Ihesu Christi, anno incarnationis ejus M^oCC^oLV^o et primo anno dominii et pontificatus domini nostri Alexandri IIII sacrosanete Romane Ecclesie summi pontificis ac unici et singularis domini regni Sicilie, mense martii, XIII indicationis. Ego Sibilia, filia quondam domini Rogerii comitis Acerarum, uxor vero quondam domini Ewerardi manescalei, attendens grata servitia et benignaque tu. videlicet dominus Marinus de Ebulo, gener meus, filius quondam domini Petri de Ebulo, michi de persona et rebus tuis hactenus contulisti, et quod Adelasia, benedicta filia mea, uxor tua, michi in omnibus beneplacitis et mandatis meis semper devota et obediens extitit, considerans etiam quod michi filius alius vel filia non superest, nec me spero de cetero filium vel filia in habituram, sicut michi aptum et congruum est, bona mea voluntate, franca et more francescorum vivens, materna etiam affectione duxta, per hanc cartam in presentia Johannis Cog., sentarii, hujus Capuane civitatis judicis, et subscripti Johannis notarii, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus : domino Talfuro judice, Jacobo de Archiepiscopo, magistro Petro de Martura, magistro Roberto Gulferaymo, notario Angelo de Januario, no-

» Iario Jacobo Gandelando, domino Oddone, Nicolao
 » Montanario clero ecclesie sancti Johannis ad Cur-
 » lem et Guillelmo de Sancto Archangelo, ex causa do-
 » nationis do et concedo et alieno tibi et predicte Ade-
 » lasie unice filie mee. hoc est : totum et integrum
 » castrum meum Ayrole michi et successione parentum
 » meorum juste et rationabiliter pertinens. una cum
 » hominibus, terris et tenimentis suis, silvis, paludi-
 » bus, pascuis, aquis (et) aquarumque decursibus et
 » omnibus ad ipsum castrum pertinentibus et cum
 » omnibus in ipsis habitantibus subtus et super, et cum
 » viis suis ibidem intrandi et exeundi, atque cum om-
 » nibus aliis suis pertinentiis; neconon etiam cedo tibi
 » omne jus meum, quod michi competit vel competere
 » potest contra quoslibet possessores vel detentores seu
 » contra quemcumque ad petendum, habendum et pos-
 » sidendum illud firmiter amodo et semper et facien-
 » dum exinde quicquid vobis, scilicet domino Marino
 » et Adelasie filie mee, placuerit ad possessionem et
 » proprietatem vestram vestrorumque heredum vel cui
 » hec carta per vos in manu paruerit. Do etiam tibi,
 » prefato domino Marino genero meo, potestatem pe-
 » tendi super hoe confirmationem Sedis apostolice et
 » concessionem de novo; et obligo me tibi, supradicto
 » domino Marino, tuisque heredibus vel cui carta hec
 » per vos in manu paruerit integrum supradictam
 » meam alienationem, donationem, dationem et tradi-
 » tionem atque cessionem defendere et antestare amodo
 » et semper ab omnibus hominibus omnibusque parti-
 » bus per penam quingentiarum unciarum auri ad ge-
 » nerale pondus rato manente, et de hiis omnibus
 » compleundis a me vobis vel eis ut preleguntur, sicut
 » inter nos convenit, bona mea voluntate sic presentia
 » subscriptorum judicis et notarii atque testium gua-
 » diam tibi dedi et mediaticem tibi me ipsam per con-
 » venientiam. Unde, si neccesse fuerit, ad pignoran-
 » dum obligo me per me ipsam mediaticem et meos
 » heredes tibi tuisque heredibus vel cui hec carta per
 » vos in manu paruerit, scilicet de rebus meis licitis
 » et illicitis usque ad legem. Et taliter ego que supra
 » Silibia, franca et more Francorum vivens, qualiter
 » inchi congruum fuit, bona mea voluntate hec omnia
 » suprascripta feci et te Johannem notarium, qui in-
 » terfuisti, scribere rogavi. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli,
 per manum Guillelmi magistri scolarum Parmensis,
 sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, III idus apri-
 lis, inductione XIII^a, Incarnationis dominice anno
 M^oCC^oLV^o, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII,
 anno primo. »

314

Naples, 31 mars 1255.

Magistro Bernardo Ispano, capellano suo, decanatum Ulix-
 bonensem, archidiaconatum Legionensem et quoddam benefi-
 cium in Compostellana ecclesia de dispensatione Innocentii
 papae IV obtinenti, dispensat, ut cum beneficiis praeditis
 praebendas in quotidianis tamen distributionibus consistentes
 et quedam alia beneficia ecclesiastica sine cura recipere va-
 leat : insuper coneedit, ut papae vel regis Castellae et Legionis
 insistens obsequiis, aut in aliqua ecclesiarum suarum resi-
 dens, aut studiorum seu peregrinationis causa absens, proven-
 tus beneficiorum cum integritate percipere valeat. (REG. 24,
 c. 268, f. 35.)

« Magistro Bernardo Ispano, decano Ulixbonensi, capel-
 lano nostro. Illos non immerito —. Dat. Neapoli, II ka-
 lendas aprilis, anno primo. »

315Naples, 1^{er} avril 1255.

Episcopo Salamantino mandat, ut eidem capellano faciat
 proventus beneficiorum ministrari. (REG. 24, c. 268², f. 35.)

« .., episcopo Salamantino. Illos etc. usque : negligatur
 —. Dat. Neapoli, kalendis aprilis, anno primo. »

316Naples, 1^{er} mars 1255.

Infrascriptis mandat, ut Raymundus dominus de Seslemen-
 den, Tripolitanae diocesis, tanquam quondam Thomasio co-
 mestabulo Tripolitano avunculo ejus consanguinitate prox-
 imior, more ac jure illius patriae comedabolam Tripolitanam
 contra E. dominam de Podio non de legitimo matrimonio pro-
 creatam assequatur. (REG. 24, c. 269, f. 35 ; POTTHAST 15713.)

« .., cancellario Tripolitano, .., magistro scolarum An-
 thiocheno et .., ministro fratrum Minorum Tyrensi. Leeta
 nobis dilecti —. Dat. Neapoli, kalendis martii, anno
 primo. »

317

Naples, 9 avril 1255.

Jacobum, episcopum Virdunensem, ad sedem Jerosolymitanum transfert, non admittens electionem O. patriarchae An-
 tiocheni a tribus ecclesiae Jerosolymitanae canonici factam,
 a reliquis autem canonici contestatam. (REG. 24, c. 270, f. 35^v.)

« Jacobo, episcopo Jerosolimitano electo. Ad culmen
 summi —. Sane vacante olim Jerosolimitana ecclesia,
 tres ex ipsis ecclesie canonici, reliquis quorum con-
 silio et consensu dies ad eligendum presagi debuit,

certum terminum valde breveum quo electioni seu postulationi faciende de patriarcha futuro una cum eis interesse deberent motu proprio prefixerunt: propter quod illi sentientes se indebitate in hujusmodi termini brevitate gravari ad venerabilem fratrem nostrum ..., Tusculanum episcopum, tunc in illis partibus legatum Sedis apostolice, appellarunt. Idem vero legatus predictos tres ad illorum citari fecit instantiam, ut in termino in ipsius legati expresso litteris in ejus presentia comparerent in hujusmodi appellationis negocio processuri ac eis ne interim procedere ad electionem seu postulationem patriarche presumerent fecit firmiter inibiberi: sed illi hujusmodi citatione ac appellatione contemptis, venerabilem fratrem nostrum O. patriarcham Antiochensem predicte ecclesie postularunt ac nobis postulationem hujusmodi presentantes, petierunt ut illa admittere curaremus. Nos autem deliberatione super premissis cum fratribus nostris habita diligenter, postulationem ipsam non duximus admittendam. Verum ne dicta ecclesia que inter alias orbis nobilitatis titulo ex eo potissime insignita conspicitur, quod terra in qua sita est patris eterni filius nostre carnis indumento vestitus sua voluit insignire presentia et proprii aspersione sanguinis consecrata absque presule diutius remaneret, volentes eidem de tali pontifice cuius industria et sollicitudo tanto congrueret honori ac oneri providere, te Virdunensem episcopum, cuius sollicitudo Virdunensis ecclesie jam impensa, spem firmam exhibet quod circa Jerosolimitanam ute pote dignorem ad cuius regimen eadem Virdunensem ascensum tibi tue probitatis experimento paravit curam dante Domino vigilem et debitam adhibendis ipsi Jerosolimitane ecclesie de predictorum fratrum consilio et potestatis plenitudine in patriarcham prefecimus et pastorem, absventes te a vinculo quo Virdunensi tenebaris eidem et ad dictam Jerosolimitanam ecclesiam transferentes, tibi ad illam transeundi licentiam tribuendo, firma spe fiduciaque concepta, quod tue diligentie studio per quam prefata Virdunensis ecclesia multiplex suscepisse cernitur incrementum, sepelictam Jerosolimitanam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus auctore Domino laudabiliter augmentabis. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta firmatione presentium mandantes quatim devote suscipiens impositum a Domino tibi onus et summittens fortitudinis tue collum ad hujusmodi sollicitudinis sarcinam mente stabili deferenda ad predictam Jerosolimitanam ecclesiam te personaliter conferas, siveque ipsius curam diligenter geras et salubriter ac utiliter exequaris ut predicta ecclesia sub tua vigilantia

votivis amplificetur comodis et optatis consurgat coope-
rante Domino incrementis. Dat. Neapoli, V idus aprilis,
anno primo. »

In e. m. suffraganeis ecclesie Jerosolimitane usque : augmen-
tabit, verbis competenter mutatis. Ideoque fraternitati vestre
per apostolica scripta mandamus quatuor electum ipsum tan-
quam patrem et pastorem animarum vestrarum devote susci-
pientes, obedientiam sibi et reverentiam debitam impendatis
ejos monitis et mandatis salubribus humiliiter intendendo.
Alioquin sententiam etc. usque : observari. Dat. ut supra.

In e. m. capitulo Jerosolimitano.

In e. m. clero Jerosolimitano.

In e. m. populo civitatis et diocesis Jerosolimitanarum us-
que . suscipientes, ejus monitis et mandatis salubribus inten-
dendo. Dat. ut supra.

318

Naples, 13 mars 1255.

Magistro Stephano Anibaldi, canonico ecclesiae Furnensis, Morinensis diocesis, cui capitulum ecclesiae s. Walburgis Furnensis per litteras augusti MCCXLVII et juli MCCL domum et terras vendidit, guerpavit, festucavit et tradidit, hanc guerpitionem confirmat (REG. 24, c. 271, f. 36

« Magistro Stephano Anibaldi, canonico ecclesie Furnensis, Morinensis diocesis. Adeo devotionis plene meritis favorem apostolicum promereri te novimus. ut in tuis petitionibus nos inveniens liberales a nobis gratiam quam digne postulas assequaris. Hinc est quod cum tu, sicut exhibita nobis tua petitio continet, a dilecto filio ... preposito et capitulo ecclesie Furnensis quasdam terras et domum eorum sitas juxta villam Furnensem pro quadam emeris pecunie quantitate, et idem prepositus et capitulum tibi domum et terras cum juribus et pertinentiis earumdem tradiderunt et guerpiverunt supradictas, prout in litteris inde confectis sigillo dictorum prepositi et capulti signatis plenius continetur; tuis precibus inclinati, emptionem, guerpitionem et traditionem hujusmodi ratas et gratas habentes, ipsas tibi auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : concedimus, ac omnem defectum si quas ibidem est habitus supplentes de nostre plenitudine potestatis. Tenores litterarum ipsarum de verbo ad verbum inseri facientes, qui tales sunt :

[Furnes], 20 août 1247.

» Omibus et singulis presentem paginam inspecturis
» vel audituris : .., prepositus et .., decanus totumque
» capitulum ecclesie sancte Wallburgis Furnensis,
» Morinensis diocesis, in vero salutari salutem. Uni-

» versitati vestre notum facimus et singulis vestrū
 » notum esse volumus, quod nos. congregato et ad hoc
 » specialiter evocato capitulo ecclesie nostre predice.
 » propter evidentes utilitatem et meliorationem ecclesie
 » nostre prefate quas utilitatem et meliorationem con-
 » sulte et cum deliberatione singuli nostrum vidimus
 » et meliora in hac parte perspeximus liquido et aperte,
 » vendidimus, dedimus et tradidimus pro trecentis
 » libris artisinorum domum et decem mensuras terre
 » immunes et liberas ab omni exactione. prestatione,
 » servitute et onere. quas nomine ecclesie nostre pre-
 » dicte possedit magister Eustachius decanus noster
 » Furnensis nuper viam universe carnis ingressus,
 » magistro Stephano Anibaldi concanonico nostro Fur-
 » nensi. Et vendidimus eidem magistro quemadmodum
 » est predictam domum et mensuras predictas. Ita quod
 » de ipsis domo et mensuris dictus magister Stephanus
 » et successores sui in perpetuum facere valeat et
 » valeant omnem voluntatem suam quam facere potest
 » dictus magister de aliis rebus suis vendendo, do-
 » nando, pignori obligando, permutando dotis nomine.
 » dando. aliove quoquomodo alienando et faciendo de
 » ipsis quicquid eidem magistro Stephano vel succes-
 » soribus suis placuerit. Vendidimus autem modo pre-
 » dicto eidem magistro Stephano domum et mensuras
 » predictas paulo plus vel paulo minus cum vivario et
 » omnibus pertinentiis et appenditiis suis, jacentes
 » juxta villam Furnensem quasi ad tractum baliste; et
 » si defecerit aliquod de decem mensuris predictis,
 » promittimus bona fide et obligamus nos et bona nostra
 » hujusmodi defectu supplere. Promittimus etiam eidem
 » magistro Stephanobona fide et obligamus nos et bona
 » nostra defendere ab omni homine eidem magistro et
 » successoribus suis domum et mensuras predictas et
 » liberare ab omni exactione, infestatione, prestatione,
 » servitute et onere et ipsum magistrum Stephanum et
 » successores suos super predictis omnibus et singulis
 » indempnes in perpetuum penitus promittimus et vo-
 » lumus conservare, et super hoc nos et bona nostra
 » obligamus et concedimus, et damus et guerpinus et
 » cedimus eidem magistro et successoribus suis in
 » perpetuum pro pecunia predicta omne jus quod ha-
 » bemus in predictis domo et mensuris terre cum viva-
 » rio et omnibus appenditiis et circumadjacentiis et
 » pertinentiis suis; condiximus autem et promisimus
 » ad invicem nos et dictus magister Stephanus obser-
 » vare dictam venditionem quemadmodum est predic-
 » tum, et ab ea nullatenus resilire sub pena centum
 » marcarum argenti solvendarum a parte resiliente a
 » venditione predicta parti observanti venditionem ip-

» sam. Et ad hanc penam solvendam quemadmodum
 » est predictum, nos et bona nostra obligamus. Ita
 » quod pena predicta soluta venditio memorata nichil
 » lominus rata et valida maneat et robur hanc perpetue
 » firmitatis et omnia predicta et singula recognoscimus
 » coram vobis omnibus et singulis et maxime coram
 » ballivo et scabinis Furnensibus : et approbamus et
 » laudamus et rata et firma in perpetuum esse volumus
 » et promittimus bona fide contra predicta omnia et
 » singula modo aliquo non venire. Ut autem omnia
 » predicta et singula perpetuam habeant firmitatem et
 » robur. presentem paginam sigillorum nostrorum nu-
 » nimine statuimus roborandam. Dat. anno Domini
 » M°CC°XLVII°, mense Augnsti, die Martis post fes-
 » tum Assumptionis Beate Virginis.

Furnes, t5 juillet 1250.

» Omnibus Christi fidelibus presentem paginam ins-
 » pecturis vel audituris..., decanus et capitulum ecclesie
 » sancte Walburgis Furnensis Morinensis diocesis.
 » salutem in Domino sempiternam. Vobis universis et
 » singulis tenore presente esse volumus manifestum
 » quod nos guerpivimus, festucavimus et tradidimus
 » coram Willelmo Mor, Nicolao Scot, Theoderico Da-
 » nihondere, Nicolao Vos et Johanne Mol. scabinis
 » Furnensibus, secundum legein et consuetudinem ville
 » Furnensis, magistro Stephano Anibaldo concanonico
 » nostro Furnensi domum et decem mensuras terre
 » juxta villam Furnensem quasi ad tractum baliste po-
 » sitas, a nobis eidem magistro venditas pro trecentis
 » libris artisinorum. prout in litteris inde confessis
 » nostro sigillo signatis plenius continetur; quas do-
 » mum et terre mensuras bone memorie magister Eus-
 » tachius olim decanus noster Furnensis nomine eccl-
 » sie nostre predice in vita sua habuit et possedit. Et
 » in testimonium et robur omnium predictorum pre-
 » sentem paginam sigilli venerabilis viri prepositi
 » nostri Furnensis munimine duximus roborandam.
 » Dat. Furni, anno Domini M°CC°L, die Veneris
 » ante festum Beate Marie Magdalene.

Nulli etc. nostre confirmationis et supplementi etc.
 Dat. Neapoli, III idus martii anno primo. »

319

Naples, 20 mars 1255.

Eidem facultatem testandi de universis bonis ejus concedit.
 (REG. 24, c. 27t¹, f. 36.)

« Magistro Stephano Anibaldi, canonico Furnensi, nepoti
 » dilecti filii nostri R. sancti Angeli diaconi cardinalis. Per-

sonam tuam sinceram diligentes in Domino caritate, libenter petitionibus tuis benignum accomodamus auditum eis precipue ad exauditionis gratiam admittendo que salutem anime respicere dinoscuntur. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue testandi libere de bonis tuis tam ecclesiasticis quam mundanis plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Neapoli, XIII kalendas aprilis, anno primo. »

320

Naples, 13 avril 1255.

Nobili mulieri Marchisinae, uxori nobilis viri Marci Baduarii de Venetiis, confirmat restitutionem comitatus Andrae, quem Henricus Romanorum imperator spoliavit. (REG. 24, c. 272, f. 36v; RODENBERG, III, n° 395.)

« Nobili mulieri Marchisine, nata bone memorie Paani ducis Venetorum, uxori nobilis viri Marci Baduarii de Venetiis, salutem te. Quia nonnunquam devotiores efficiuntur devoti et alii ad devotionem facilius attrahuntur cum digna retributione respondemus meritis devotorum, digne in illis exuberat in gratiarum donis necessarie munificentie plenitudo qui clara nobilitate generis decoraci erga Ecclesiam Romanam plene devotionis constantia et puritate fidei claruerunt. Ex parte siquidem tua nobis extitit intimatum, quod comitatus Andre ad bone memorie ..., aviam tnam, pertinuit et illo eam clare memorie Henricus Romanorum imperator prout voluit spoliavit: quodque felicis recordationis I. papa predecessor noster olim comitatum ipsum in regno nostro Sicilia existentem cum omnibus juribus et pertinentiis suis quondam Marco Ziano, germano tuo, plenarii res habuit et alias etiam sibi super eo fecit gratiam sponte, prout in litteris predecessoris ejusdem hujusmodi restitutionem et gratiam continentibus plenius conjectur. Cumque idem Marcus nullum filium vel heredem descendenter ab eo reliquise dicatur, qui legitime in predicto sibi comitatu succedat, propter quod prefatus comitatus ad te potius cum tuis ident M. ex utroque parente germanus extiterit spectare hereditario jure videtur, prefatus predecessor quia tua et tuorum apud Sedium apostolicam meretur devotione, ut non solum tibi tua jura serventur sed etiam augenantur, in te ac heredes tuos factam in hac parte ab ipso eidem Marco gratiam transferens comitatum jamdictum cum omnibus juribus et pertinentiis suis, sicut illum ipsi Marco restituerat et concesserat, tibi ac heredibus ipsis plenarie restituit et de novo concessit in feudum de gratia liberali. Non obstantibus si nobilis

mulier Alberia comitissa de Mudiglano, materterta tua, ejusdem avie filia major vel ipsius comitis filii jus in comitatu ipso asserant se habere, cum ipsi quondam Fr. olim Romanorum imperatori contra Ecclesiam adheserint, propter quod gratia et beneficio ejusdem Ecclesie se indignos penitus reddiderunt, aut si per predictum Fr. vel quondam C. natum ejus alieni alii in tuum aut prefati M. prejudicium predictus concessus existeret comitatus. Sed ipsius predecessoris super hoc littere licet jam scripte essent, pro eo tamen quod idem predecessor morte preventus extitit, bullari minime potuerunt. Nos igitur hujusmodi prosequi gratiam cupientes, predictum comitatum cum omnibus juribus et pertinentiis suis plene ac eodem modo, secundum quod narratur superius, predecessorum cundem tibi et heredibus tuis fecisse, tibi eisdemque heredibus restituimus et in feudum de novo concedimus de gratia speciali premissis et quibuscumque litteris post hujusmodi factam ipsi M. gratiam a predicta Sede vel legatis ipsius impetratis seu etiam impetrantibus nequaquam obstantibus, per quas possit effectus presentium imponendi. Volumus autem ut, postquam ejusdem comitatus possessionem tu vel heredes predicti habueritis, pro ipso homagium, juramentum fidelitatis et alia servitia Ecclesie Romane prestare teneamini que alii vassalli regni ejusdem tenentur pro comitatibus quos obtinent exhibere. Nulli etc. nostre restitutionis et concessio- nis etc. Dat. Neapoli per manum Guillelmi magistri scolarum Parmensis sancte Roinane Ecclesie vice cancellarii, idibus aprilis inductione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLV, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII, anno primo. »

In e. m. eis lem usque : claruerunt. Ex parte siquidem tua nobis extitit intimatum quod comitatus Liciensis ad bone memorie Tancredum avum tuum pertinuit et illo eum clare memorie Henricus Romanorum imperator etc. usque in finem.

321

Naples, 9 avril 1255.

O., s. Mariae in Via lata diacono cardinali, mandat, ut praefatam Marchisinam vel procuratorem ejus in corporalem comitatus Andrae possessionem inducat et defendat indectam. (REG. 24, c. 272², f. 36v.)

« O. sancte Marie in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato. Significavit nobis dilecta —. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo. »

In e. m. ..., abbatii monasterii sancti Georgii majoris de Ve-

netiis usque : generali. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo.

In e. m. O., sancte Marie in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato, pro comitatu Liciensi. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo.

In e. m. prefato abbati pro eodem comitatu Liciensi. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo.

322

Naples, 9 avril 1255.

Fulconi Luvello, canonico s. Pauli Londoniensis, dispensat, ut, praeter duo ecclesiastica beneficia, quorum unum intitulatum et aliud commendatum se habere proponit, XXVIII marcas sterlingorum annuatim valentia, unicum adhuc beneficium, etsi similem curam animarum habeat, recipere et retinere valeat. (REG. 24, c. 272^s, f. 36^v.)

« Fulconi Luvello, canonico sancti Pauli Londoniensis. Attendentes laudabile testimonium —. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo. »

323

Naples, 9 avril 1255.

Compositionem inter capitulum ecclesiae s. Crucis Mortariensis, Papiensis diocesis, et fratres s. Ruffi de possessione ecclesiae s. Nicolai de Capite Montis sitae in territorio Januensi, VIII idus decembribus MCLXXII factam, confirmat et inserit. (REG. 24, c. 273, f. 36^v.)

« ... preposito, et capitulo ecclesie sancte Crucis Mortariensis, ordinis sancti Augustini, Papiensis diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, dudum inter fratres ecclesie Mortariensis ex parte una et fratres ecclesie sancti Ruffi tunc detentam dicti fratres Mortarienses per felicis recordationis Adrianum papam predecessorem nostrum prius sibi collatam dicebant coram inclite recordationis Alexandro papa predecessore nostro quo verteretur, recolende memorie Johannes tituli sanctorum Johannis et Pauli ac W. tituli sancti Petri ad Vincula presbiteri cardinalis, ex ipsius Alexandri concessione inter priores ecclesiarum ipsarum in eorundem cardinalium presentia constitutos taliter per compositionem amicabilem ordinarunt, videlicet, quod prior ejusdem ecclesie sancti Nicolai, qui pro tempore fuerit, prefatis fratribus Mortariensibus vel ipsorum nuntio X solidos Januensium certis loco et termino annuatim exhibere census nomine teneatur, prout in eorundem cardinalium litteris confectis exinde, ipsorum roboratis sigillis, plenius continetur. Nos itaque

vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem cardinalibus factum extitit, ratum habentes et gratum. id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentium inseri facientes. Qui talis est :

Frascati, 6 décembre 1172.

« Cum fratres Mortarienses adversus fratres sancti Ruffi de possessione ecclesie sancti Nicolai de Capite Montis, site in territorio Januensi, diutius contenderent, ejusdemque possessionem instanter repetenter, quam dicebant se ex confirmatione domini Adriani pape esse adeptos, et inde per violentiam expulsos, cumque fratres sancti Ruffi ex ejusdem domini pape auctoritate prefate ecclesie possessione justam defenderent et causa sicque longo tempore de possessione illa aeriter certarent, cum ad jus et proprietatem beati Petri dominium ejus pertinere non dubitetur, prolata est causa ista per fratres Mortarienses et audientiam domini pape Alexandri Janue. Qui majoribus negotiis detentus tunc eidem cause non potuit intendere ; postmodum eandem causam venerabilibus ..., Januensi archiepiscopo, et ... absenti sancti Syri, commisit, mandans eorum discretioni, ut testes hinc inde recipierent aliasque allegationes audirent, et quod ex partium assertione cognoscerent, similiter et testium depositiones sub sigillo suo clausas, die prestituto. ad presentiam suam destinarent, ut plene cognitis cause meritis, fatalem exitum causa ipsa sortiretur. Ad diem itaque statutum hinc inde priores utriusque ecclesie venientes, cum in audientia domini pape litigari parati starent et attestaciones aliasque rationes uterque proponeret, visum fuit apostolice clementie pro conservando sanete opinionis utriusque domus odore, pro vitanda emulorum detractio et omni murmurratione, pro reintegranda caritate et conservanda inter eos in perpetuum pace et serenitate, ut causa ista per concordiam potius amicabiliter quam judicialiter per sententiam terminaretur; proinde utrumque priorem pro hac causa ad audientiam apostolica cam responsales delegatos sepius monuit et exhortatus est ut, pretermissa litigandi cupiditate, ad bonum pacis tenderent et amicabiliter convenirent. Quibus tandem exhortationibus et apostolice communitionibus acquiescentibus, concessit dominus papa duos fratres, nos scilicet, Johannem sanctorum Johannis et Pauli et W. sancti Petri ad Vincula presbiteros cardinales, qui interventu et studio nos-

» tro ad pacis et concordie bonum predictos priores
» induceremus. Post multas itaque commonitiones
» nostras in hoc tandem concorditer convenerunt, ut
» arbitrio nostro se committerent; non tamen igno-
» rantes quid inter eos arbitratur essent. De con-
» scientia itaque et voluntate utriusque prioris pro-
» bono pacis ita arbitrati sumus, ut fratres Mortarien-
» ses renuntient huius liti, et si quid juris circa posses-
» sione predictae ecclesie se habere credunt, quod et
» fecerunt, fratres vero Sancti Ruffi quamecumque pos-
» sessionem ad presens habent de cetero teneant; et
» prior ejusdem ecclesie sancti Nicolai qui pro tempore
» ibi fuerit, fratribus Mortariensibus vel nuntio eorum
» X solidos Januensium in festivitate sancti Nicolai
» intuitu hujusmodi amicabilis transactionis, singulis
» annis apud ecclesiam sancti Johannis de Paverano
» nomine censis persolvat. Facta est hec concordia et
» amicabilis compositio et a partibus colladata et a
» domino pape confirmata Tusculi ni dominice incur-
» nationis anno M' C' LXXII'. pontificatus autem do-
» mini Alexandri III pape anno XIII, VIII idus de-
» cembrii, et per manus predictorum cardinalium hec
» concordia in scripturam redacta est et sigillis utrius-
» que confirmata et partibus reddita feliciter. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, V
idus aprilis. anno primo. »

324

Naples, 11 avril 1255.

De decem aut amplius receptis in ecclesia Acconensi in
fratres et canonicos, ordinat, ut duo dumtaxat canonici rema-
nant qui sunt temporis potiores (Reg. 24, c. 274, f. 37.)

« ... episcopo et capitulo Acconensibus. Ceca cordis cu-
piditas et ambitiosus mentis affectus sic super canonici-
atum et beneficiorum ecclesiasticorum assecutione
nonnullorum mentes insatiabiles efficerunt quod per
improbam potius propulsationem ipsorum assiduam
anctoritate Sedis apostolice et legatorum ipsius decem
et amplius in vestra ecclesia in fratres et canonicos
sunt recepti, nulla in ea vacante prebenda. Nos itaque
attendentes quod in ecclesia ipsa ut asseritur non nisi
octonarius habetur numerus prebendarum et expectatio
tot receptorum in ipsa nonnullis parit scandalum et
horrorem inducit ac in ipsorum salutis dispendium
latentem letiferum morbum continet, dum hii jugiter
aliis desiderant succedere in prebendis ut sic expec-
tantium propter prebendarum assecutionem proxima-
rum interitum consulatur saluti vobisque et ecclesie
vestre que super ipsorum receptione plurimum ut dici-

tur est gravata, pacis et tranquillitatis commodum pro-
curetur, pia consideratione duximus ordinandum quod,
de sic receptis duo dumtaxat in ecclesia vestra cano-
nicci remaneant qui sint tempore potiores, ita tamen
quod eorum alter predictae Sedis auctoritate receptus
in assecutione prebende alii preferatur. Si vero uter-
que ejusdem Sedis auctoritate sit admissus, de pre-
bendis provideatur eisdem, prout in jure fuerint po-
tiores. Receptiones autem factas de reliquis in eadem
ecclesia penitus irritamus. Decernentes vos ad quos in
ipsa ecclesia prebendarum spectat collatio ad provisio-
nem reliquorum aliquatenus non teneri. Dat. Neapoli,
III idus aprilis. anno primo. »

325

Naples, 9 avril 1255.

Rogerio Capa sancta de Amalfia confirmat concessionem in
feudum ab O. s. Mariae in Via lata diacono cardinale factam
terre que dicitur Campus Domnicus, castaneti contigui,
peciae terre de Caneto, moleni Imi de Petara, casaneti de Lau.
(Reg. 24, c. 275, f. 37.)

« Rogerio Capa sancta de Amalfia, fidei nostro. Cum a
nobis petitur etc. usque : effectum. Sane tua nobis expo-
sita petitio continuebat quod dilectus filius noster O.
sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, apostolice
Sedis legatus, attendens fidem puram et devotionem
sinceram quam ad nos et Romanam Ecclesiam domi-
nam tuam habere dinoscet, considerans etiam quod
ipsi ecclesie in negotiis ejus per grata et accepta servi-
tia poteris existere fructuosus. ad supplicationem quo-
que dilecti filii nobilis viri B. marchionis de Houm-
burch comitis Montis Caveosi, regnorum Jerusalem et
Sycilie senescalci, ejusdem Ecclesie fidelis et nostri.
terrani que dicitur Campus Domnicus, castanetum
contiguum ipsi campo, quandam petiam terre de Ca-
neto et quoddam molendinum cum veteri fabrica nul-
lum habens apparatum quod nullus recolit ut proponis
aliquo unquam tempore moluisse, que omnia sita sunt
in pertinentiis trahontis in loco qui dicitur Petara,
cum quodam castaneto de pertinentiis dite terre in
loco qui dicitur Lau, Amalitane diocesis, cum omnibus
justitiis et pertinentiis eorumdem, quarum proventus
valorem annum unius uncie auri ut asseris non exce-
dunt, tibi et heredibus tuis sub certa forma et censu
annuo mnis tareni auri annuatim Romane Ecclesie
persolvendi legationis sue auctoritate concessit, prout
in prefati cardinalis litteris super hoc confectis plenius
dicitur contineri. Nos igitur tuis precibus inclinati,
quod ab eodem cardinale factum est super hoc ratum

et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo. »

326

Naples, 4 avril 1255.

Abbatibus monasterii s. Johannis de Novo Monasterio Pietavensis usum mitrae et annuli indulget ubi baculo pastorali uti valeant. (Reg. 24, c. 276, f. 37v.)

« ... abbati monasterii sancti Johannis de Novo Monasterio Pietavensis, Cluniacensis ordinis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Pro tue religionis honore ac etiam pro devotionis et fidei puritate inducimur, ut personam tuam et monasterium tibi commissum specialis favoris gratia prosequamur. Cum itaque sicut accepimus felicis recordationis I. papa predecessor noster, consideratione dilecti filii .., abbatis Cluniacensis volens te et monasterium tuum honestatis et gratie honoribus prevenire, usum mitre et anuli tibi tuisque successoribus duxerit in perpetuum per suas litteras concedendum; ut ex speciali devotione quam ad nos et Romanam Ecclesiam habere dinosceris, tu idemque monasterium uberioris decoretur dono favoris tuis supplicationibus inclinati, ut in synodo Pictavensi ad quam idem quarumdam capellarum seu ecclesiarum tuarum ire teneris neconon et aliis locis in quibus tibi tuisque successoribus licet uti baculo pastorali in provincia Burdigalensi valeas in perpetuum, tu et successores tui, mitra et anulo supradictis uti, tibi tuisque successoribus auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, II nonas aprilis, anno primo. »

327

Naples, 9 avril 1255.

In quaestione inter monasterium Vallis umbrosae et episcopum Foroliviensem Albertumque abbatem monasterii s. Mariae de Flumano orta super translatione ipsius monasterii de Flumano monasterio Vallis umbrosae arrepti, sententium magistri Rostandi Neapoli XIX^e die martii MCCLV latam confirmat et inserit. (Reg. 24, c. 277, f. 37v.)

« .., abbati, et conventui monasterii Vallisumbrose, Fesulanæ diocesis. Ea que iudicio vel concordia terminantur etc. usque : communim. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod orta olim inter vos ex parte uniuersitatem fratrem nostrum .., episcopum Foroliviensem et Albertum monachum, qui se gerit pro

abbate monasterii sancte Marie de Flumano, Foroliviensis diocesis, ad monasterium vestrum spectantis, super translatione ipsius monasterii sancte Marie facta per eosdem episcopum et Albertum, ac super eo quod idem episcopus in monachos ipsius monasterii sancte Marie excommunicationis sententiam tulerat, neconon quibusdam aliis articulis ex altera materia questionis felicis recordationis I. papa predecessor noster dilectum filium magistrum Rostandum, capellatum nostrum, dedit partibus auditorem, coram quo Jacobo de Aritio vestro et Guidone canonico Foroliviensi partis alterius procuratoribus comparentibus, ac lite super premissis legitime contestata, dictusque auditor hinc inde propositis diligenter auditis neconon visis instrumentis et privilegiis utriusque partis et super hiis omnibus facta relatione fideli predecessor prefato, ac obtenta ab ipso licentia de sententia proferenda, dictam translationem pronuntiavit sententialiter minime valuisse, cassans et irritans candem et quicquid ex ea secutum est decrevit etiam non valere; nichilominus predictum monasterium sancte Marie de Flumano ad statum pristinum in quo erat ante prefatam translationem restituendam fore decrevit. Sententias quoque excommunicationis latae per eundem episcopum in monachos et conversos dicti monasterii sancte Marie occasione ipsius translationis penitus relaxavit, a petitionibus vero quas dicti episcopis Albertus seu prefatus Guido procurator eorum faciebat, vobis et eidem Jacobo nomine vestro, vos et ipsum Jacobum procuratorem vestrum, duximus sententialiter absolvendos, prefatis episcopo, Alberto et Guidoni procuratoribus eorum perpetuum imponens silentium super ipsis, prout in instrumento publico ipsius auditoris sigillo signato, cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, sententiam ipsam provide latam, ratam et gratiam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenor autem instrumenti ipsius talis est :

Naples, 19 mars 1255.

« In nomine Domini. Amen. Cum inter abbatem et conventum monasterii Vallisumbrose et Jacobum de Aritio procuratorem ipsorum pro eis ex una parte, et generalitem patrem episcopum Foroliviensem et domum suum Albertum monachum, qui se gerit pro abbatu monasterii sancte Marie de Flumano, Foroliviensis diocesis, et Guidonem canonicum Foroliviensem seu procuratorem ipsorum pro eis ex altera, super translationem monasterii sancte Marie de Flumano

» predicte et quibusdam aliis articulis in libello constatis, orta fuisset materia questionis, felicis recordationis 1, papa nos magistrum Rostandum capellum suum dedit partibus auditorem, coram quo Jacobus de Aretio procurator dictorum abbatis et conventus Vallisumbrose contra predictos episcopum et dominum Albertum ac Guidonem canonicum Foroliensem procuratorem eorundem, libellos obtulit in hac forma :

Coram vobis domino Rostando, domini pape capellano, partibus auditore concesso, dicit et propositus Jacobus de Aretio procurator abbatis et conventus monasterii de Valleumbrosa contra venerabilem patrem episcopum Foroliensem dicens quod cum monasterium de Flumano sancte Marie, ejusdem ordinis, situm sit in diocesi predicti episcopi, quod monasterium ad dictum abbatem pertinet bat inimmediate, tamquam ejusdem ordinis suo capiti et esset in possessione ejusdem vel quasi ipse episcopus una cum domino Alberto monacho Vallisumbrose ordinis, qui gerebat se pro abbate ejusdem sancte Marie de Flumano, ipso abbate irrequiso et conventu ejusdem Vallisumbrose, dictum Monasterium sancte Marie transtulit in capella sancti Antonii ejusdem civitatis Foroliensis de facto cum de jure non posset, et monachos et conversos ejusdem monasterii sancte Marie de dicto monasterio expulit sic et expelli fecit et expelli procuravit et etiam eos banniri fecit per potestatem ejusdem civitatis et expelli procuravit per potentiam laicalem, et eos et vi carium quem abbas posuerat in dicto monasterio sine rationabili causa et excommunicatos denuntiari, que omnia fecit in grave dampnum ipsius abbatis et conventus Vallisumbrose et non modicam injuriam et in periculum anime sue et scandalum plurimorum. Unde petit nomine ejusdem abbatis predictam translationem monasterii sancte Marie quatinus processit de facto cum de jure non posset cassari et irritari causam et irritam pronuntiari et nullius esse momenti nec ullius valoris. Petit etiam ut monachos ejusdem monasterii et conversos in dicto monasterio permanere in pace et in quiete more solito permittat et ut dictam sententiam excommunicationis relaxet vel eam cassari et irritari et nullius esse momenti nec valoris pronuntiari, et de dicto banno eos extrahat faciat. Petit etiam nomine ejusdem abbatis pro dampnis et injuriis sibi illatis mille marcas argenti, de quibus omnibus petit per vos, domine judex, auctoritate apostolica legitimate condemnari et ad satisfactionem compelli.

Item alius libellus : dicit et proponit Jacobus de Aricio, procurator abbatis et conventus de monasterio Vallisumbrose contra dominum Albertum monachum ejusdem ordinis, dicens, quod cum predictus dominus Albertus gereret se pro abbate monasterii sancte Marie de Flumano, Foroliensis diocesis, ordinis Vallisumbrose, et subjecti eidem monasterii tamquam membrum suo capiti, dictus dominus Albertus dictum monasterium una cum venerabili patre episcopo ipsius civitatis in capella sancti Antonii civitatis ejusdem se transtulit et dictum monasterium cum conventu et juribus suis transferre procuravit et de facto transtulit cum de jure non posset dicto abbate et conventu inconsultis et eis ignorantibus et invitis: et quasdam res mobiles ejusdem monasterii de dicto monasterio asportavit et asportari fecit, et monitus ab eodem abbate ut obedientiam sibi faceret, ut tenetur cum sit monachus ejusdem monasterii et ejusdem professionis, hos facte recusavit, propter quod a predicto abbate fuit legitime excommunicatus; qua contempta ab eodem domino Alberto, divina officia celebravit seu prophnavit. Unde petit nomine ejusdem, ut dictam translationem monasterii quatenus de facto processit cassatis et irritatis et cassam et irritam et nullius esse momenti nec valoris pronuntietis et eum compellatis, ut res quas asportavit seu asportari fecit de predicto monasterio de Flumano restituat et ut ei obedientiam exhibeat, ut tenetur, et dictam sententiam auctoritate apostolica confirmari et inviolabiliter observari, et eum de predictis excessibus pena canonica puniri.

Econtra Guido, canonicus Foroliensis, procurator dictorum episcopi et Alberti contra predictos abbatem et conventum Vallisumbrose ac Jacobum procuratorem ipsorum alias libellos obtulit in hac forma :

Coram vobis magistro Rostando, domini pape cancellano, partibus specialiter auditore concesso, dicit et proponit Guido, canonicus Foroliensis, procurator venerabilis patris domini Richelini, Foroliensis episcopi, contra abbatem et conventum monasterii Vallisumbrose et Jacobum de Aricio procuratorem ipsorum, quod idem episcopus et capitulum Foroliensis ecclesie, provide attendentes, quod quondam monasterium sancte Marie de Flumano, in Foroliensi diocesi constitutum et eidem episcopo subjectum, persecutiones plurimas sustinebat et adeo premebatur incuribus malignorum et diversis discriminibus maxime propter virorum et mulierum frequentiam subjacebat, quod religio non servabatur ibidem nec poterat commode observari;

» immo dissolutio multa in eodem loco pervenerat que
 » non poterat sine mandato tolerari, communicato con-
 » silio et deliberatione prehabita, ac abbatis et con-
 » ventus predicti loci de Flumano voluntate explorata
 » et consensu obtento, utile fore ac necessarium provi-
 » derunt ut collegium ipsius monasterii de Flumano
 » deberet ad alium locum tuiorem et commodum
 » transferri; et sic prefatus episcopus decrevit et con-
 » sensu sui capituli Foroliviensis et capitulum cum
 » ipso consenserunt et abbatii ac fratribus dicti monas-
 » terii consenserunt et licentiam expressam dederunt
 » ut se ac collegium suum seu ipsius monasterii ad
 » civitate Forolivii ad locum qui dicitur ecclesia sancti
 » Antonii, que erat monasterio de Flumano subjecta,
 » transferrent, ut. sic facta translatione, de cetero vo-
 » cabulum beate Marie Majoris illi loco imponeretur
 » et monasterium non cuparetur sicut noncupabatur
 » sancta Maria de Flumano et in predicto loco sancti
 » Antonii et non apud Flumano esse caput et conventus
 » monachorum; et in eo abbas, monachi et conversi
 » tanquam in capite de cetero morarentur, ac conven-
 » tus seu collegium monachorum ordinaretur, et per-
 » severaret in predicto loco sancti Antonii ad vo-
 » cabulum et honorem beate Marie Majoris sicut
 » consueverat ordinari et perseverare in monasterio
 » antedicto. Verum cum per concessionem et ordina-
 » tionem premissas abbas et fratres prenominati quon-
 » dam monasterii de Flumano se ad memoratam ecclé-
 » siam sancti Antonii, cui fuit impositum vocabulum
 » sanete Marie Majoris. humiliter transtulissent et per
 » biennium et amplius sub observantia regulari perse-
 » verassent ibidem, abbas Vallisumbrose translatio-
 » nem hujusmodi impediri et quietem abbatis et fra-
 » trum degentium in ipso monasterio sancte Marie
 » Majoris perturbare presumens, ad dictum locum de
 » Flumano pro monasterio Vallisumbrose et conventu
 » suo ut dicebat nuper accessit et in eodem loco ad
 » quem monasterium sancte Marie Majoris revocare
 » intendebat tanquam in monasterio dominum Jacobum
 » de Caniola pro vicario, dominum Nicolaum et domi-
 » num Raynerium pro monachis et Zenarium pro con-
 » verso ordinare et instituere, ac capellatum et fami-
 » liares ibidem pro monasterio sancte Marie Majoris
 » residentes, ab eodem loco de Flumano dicere attemp-
 » tavit: qui vicarius et monachi et conversi monasterii
 » sancte Marie Majoris frumento, vino, oleo et rebus
 » aliis usque ad valorem centum libris Ravenatum
 » temere spoliarunt; presumpsit etiam idem abbas ut
 » dicitur in abbatem sancte Marie Majoris excommuni-
 » cationis et privationis ab illo loco de Flumano sen-

» tentias de facto et contra justitiam promulgare. Que
 » omnia attemptata fuerunt in ipsius episcopi et dicti
 » monasterii injuriam non modicam et gravamen, pre-
 » fati quoque abbas et conventus Vallisumbrose dic-
 » tum monasterium sancte Marie Majoris ad prenomi-
 » natum locum de Flumano revocare et reducere
 » molientes, ordinationi et translationi premissis con-
 » tra justitiam se opponunt et ipsum episcopum ac
 » monasterium sancte Marie Majoris super eis impediunt
 » multipliciter et molestant. Quare petit predictus pro-
 » curator translationem et ordinationem predictas super
 » premissis factas justas fuisse decerni ac ratas haberi,
 » auctoritate apostolica approhari, et eosdem abbatem
 » et conventum ne eam impediant vel perturbent, ac
 » reducere illuc monasterium sancte Marie Majoris sen-
 » caput ipsius monasterii ad illum locum de Flumano
 » attemptent, sed permittant abbatem et conventum
 » morari et perseverare apud monasterium sancte
 » Marie Majoris juxta ordinationem predictam, com-
 » pelli et sententialiter condempnari. ac eis super im-
 » pedimento et oppositione premissis perpetuum silen-
 » tium imponi et ordinationem ac institutionem de
 » predictis monachis in loco de Flumano attemptatas
 » et premissas excommunicationis et privationis sen-
 » tentias per eundem de facto latas non tenuisse nec
 » valuisse et nullas fore decerni et pronunciari, et eas
 » et quicquid attemptatum extitit occasione ipsarum,
 » quatenus de facto processerunt, in irritum revocari
 » ex facto dicti abbatis super hiis attemptatis dampni-
 » ficatum fuit, dictum monasterium in centum marcis
 » argenti, petit ipsos in quantitate hujusmodi condemp-
 » nari; et hoc omnia petit cum dampnis et expensis
 » legitimis que et quas estimat mille libris Ravenatum
 » et protestatur facturas expensas quas cum debuerit
 » declarabit; protestatur etiam quod non artat se ad
 » probandum omnia et singula supradicta, sed id vel
 » ea solummodo que sue intentioni sufficient de pre-
 » missis. Salvo jure addendi et minuendi etc.
 » Coram vobis magistro Rostando, domini pape capel-
 » lano, partibus specialiter auditore concesso, dicit et
 » proponit Guido. canonicus Foroliviensis, procurator
 » domini Alberti abbatis monasterii sancte Marie Majoris
 » de civitate Foroliviensi contra abbatem et conventum
 » monasterii Vallisumbrose et Jacobum de Aratio pro-
 » curatorem ipsorum, quod episcopus Foroliviensis et
 » capitulum Foroliviensis ecclesie, provide attendantes.
 » quod quondam monasterium sancte Marie de Flu-
 » mano in Foroliviensi diocesi constitutum et eidem
 » episcopo subjectum, in quo existebat abbas idem
 » Albertus, persecutiones plurimas sustinebat et adeo

» premebatur incuribus malignorum et diversis dis-
 » criminibus, maxime propter virorum et mulierum fre-
 » quentiam subjacebat quod religio non servabatur ibi-
 » dem nec poterat commode observari; immo dissolutio
 » multa in eodem loco pervenerat, que non poterat sine
 » scandalo tolerari, communicato consilio et delibera-
 » tione prehabita ac ipsius Alberti abbatis et conventus
 » predicti loci de Flumano voluntate explorata et con-
 » sensu obtenta, utile fore ac necessarium providerunt
 » ut collegium ipsius monasterii de Flumano deberet
 » ad aliun locum tutiorem et commodiorem transferri;
 » et sic prefatus episcopus decrevit et cum consensu
 » capituli Foroliviensis et capitulum cum ipso consen-
 » serunt ipsi Alberto abbati ac fratribus ejusdem mo-
 » nasterii consenserunt et licentiam dederunt, ut se ac
 » collegium suum seu ipsius monasterii ad civitatem
 » Foroliviensem ad locum que dicitur sancti Antonii
 » ecclesia, que erat dicto monasterio de Flumano sub-
 » jecta transferrent, ut, sic facta translatione, de cetero
 » vocabulum beate Marie Majoris illi loco imponeretur
 » et nomen noncuparetur sicut noncupabatur sancta
 » Maria de Flumano, et in predicto loco sancti Antonii
 » et non apud Flumanum esse caput et conventus mo-
 » nachorum et in eo abbas, monachi et conversi tan-
 » quam in capite de cetero morarentur ac conventus seu
 » collegium monachorum ordinaretur et perseveraret
 » in predicto loco sancti Antonii ad vocabulum et ho-
 » norem beate Marie Majoris sicut consueverat ordi-
 » nari et perseverare in monasterio antedicto. Verum,
 » cum per concessionem et ordinationem premissas,
 » abbas ipse Albertus et fratres prenominati quondam
 » monasterii de Flumano se ad memorataam ecclesiam
 » sancti Antonii cui fuit impositum vocabulum sancte
 » Marie Majoris humiliiter transtulissent et per bien-
 » nium et amplius sub observantia regulari perseve-
 » rassent ibidem, abbas Vallisumbrose translationem
 » hujusmodi impedire et quietem ipsius abbatis et fra-
 » trum degentium in ipso monasterio sancte Marie
 » Majoris perturbare presumens, ad dictum locum de
 » Flumano et pro monasterio Vallisumbrose et con-
 » ventu suo ut dicebat super accessit, et in eodem
 » loco, ad quietem monasterium sancte Marie Majoris
 » revocare intendebat tamquam in monasterio
 » dominium Jacobum de Canio a pro vicario et domi-
 » num Niclaum et Iac. de Raynerum pro monachis
 » et Zuarim praecoram et ordinare et instituere
 » ac eis liberas et liberas ibideat pro monasterio
 » sancte Marie Majoris ab eodem loco de
 » Flumano emigrare, que vicebras, monachi
 » et conversi ex eisdem locis a Marie Majoris frumento,

» vino, oleo et rebus aliis usque ad valorem centunf li-
 » bris Ravenatum temere spoliarunt; presumpsit etiam
 » idem abbas, ut dicitur, in ipsum Albertum abbatem
 » sanete Marie Majoris excommunicationis et privationis
 » ab illo loco de Flumano sententias de facto et contra
 » justitiam promulgare, que omnia attemptata fuerunt
 » in ipsius episcopi et dicti monasterii injuriam non
 » modicam et gravamen. Prefati quoque abbas et con-
 » ventus Vallisumbrose dictum monasterium sanete
 » Marie Majoris ad prenominatum locum de Flumano
 » reducere molientes, ordinationi et translationi pre-
 » missis contra justitiam se opponunt et ipsum episco-
 » pum ac monasterium sanete Marie Majoris super eis
 » impediunt multiplicitate et molestant. Quare petit
 » predictus procurator translationem et ordinationem
 » predictas super premissis factas justas fuisse de-
 » cerni ac ratas haberi et anerioritate apostolica appro-
 » bari, et eundem abbatem et conventum ne eam impe-
 » diant vel perturbent aut reducere illuc monasterium
 » sanete Marie Majoris seu caput ipsius monasterii ad
 » illum locum de Flumano attemptent, sed permittant
 » ipsum Albertum abbatem et conventum morari et
 » perseverare apud monasterium sanete Marie Majoris
 » juxta ordinationem predictam compelli et sententia-
 » liter condemnari, ac eis super impedimento et op-
 » positione premissis perpetuum silentium imponi et
 » ordinationem ac institutionem de predictis monachis
 » in loco de Flumano attemptatas, et premissas excom-
 » municationis et privationis sententias per eundem
 » abbatem de facto et sine causa rationabili in dictum
 » Albertum abbatem prolatas non tenuisse nec valuisse
 » et nullas fore decerni et pronuntiari et eas et proces-
 » sum super hiis habitum et quicquid occasione ipsa-
 » rum attemptatum extitit, quatenus de facto pro-
 » cesserunt irritum revocari, dictosque capellatum et
 » familiares qui in predicto loco pro monasterio sancte
 » Marie Majoris erant et residebant ad ipsum locum de
 » Flumano cum integritate ablitorum restitui, et cum
 » ex facto et processu dicti abbatis super hiis attemp-
 » tatis dampnificatum fuerit dictum monasterium in
 » centum marcis argenti petit ipsos in quantitate hu-
 » jusmodi condempnari; et hec omnia petit cum dampnis
 » et expensis legitimis etc.

Lite quoque super predictis libellis legitime con-
 » testata, cum isti positib[us] hinc inde factis ac
 » responsionibus eiusdem productisque instrumentis
 » utriusque partis privilegiis coram nobis, dicebat
 » procurator Vallisumbrose sententiam pro se fore
 » ferendam. Nisi in iudicio ostenderet quod episco-
 » pus Forolivensis ac eam consensu et voluntate

» capituli sui, et consules et commune ejusdem ei-
 » vitatis dictum monasterium de Flumano dederant
 » et concesserant abbatii et conventui Vallisumbrose,
 » prout in publico instrumento exinde confecto ple-
 » nius continetur et quod dictum monasterium de Flu-
 » mano erat ejusdem ordinis Vallisumbrose, quod
 » procurator dictorum episcopi et Alberti confiteba-
 » tur. Dicebatur etiam ex parte ejusdem monasterii
 » quod contemptio fuisse super ipso monasterio inter
 » abbatem et conventum ex una parte et episcopum
 » Foroliviensem ex altera, dominus Honorius papa die-
 » tum monasterium de Flumano abbatii et conventui
 » Vallisumbrose adjudicaverat, salvis quibusdam ju-
 » ribus episcopalibus que eidem episcopo reservavit,
 » ut in sententia ejusdem Honorii plenius continetur;
 » super quibus littere apostolice ejusdem Honorii os-
 » tendebantur. Dicebatur insuper eidem abbatii et con-
 » ventui Vallisumbrose esse indultum a Sede aposto-
 » lica, ut monasterium sui ordinis ipsis inseis, invitis
 » et irrequisitis de uno loco ad alterum transferri non
 » possent nec deberent, ad quos probandum privilegia
 » summorum pontificum producebantur. Unde cum
 » super omnibus et singulis felicis recordationis I.
 » pape diligentem relationem fecissemus, quare tamen
 » procurator dictorum episcopi et Alberti dictam trans-
 » lationem esse factam de consensu et voluntate pre-
 » dictarum abbatis et conventus Vallisumbrose se ob-
 » tulit probaturum articulos super hoc factos eundem
 » procuratorem admisisimus ad probandum. Postmodum
 » idem dominus papa ..., sancti Ypoliti et sancte Marie
 » Forisportam abbatibus, et preposito Faventino dedit
 » suis litteris in mandatis ut super articulis sub vestro
 » sigillo inclusis testes reciperent et diligenter exami-
 » nare enrarent et infra certum temporis spaciun
 » atestationes ad curiam remittere procurarent. Cum
 » que dictus episcopus et Albertus monachus seu
 » Guido procurator eorum vel alias pro eis nec attes-
 » tationes reportasset, nec coram nobis post lapsum
 » terminum per se vel per alterum comparuisset pre-
 » missis citationibus, prout moris est in audiencia ut
 » si quis pro eisdem episcopo et Alberto esset coram
 » nobis comparere deberet, presbiter Albertus procu-
 » rator predictorum episcopi et Alberti comparuit,
 » quare nobis interrogatus si super predictis articulis
 » aliquas probationes habebat respondit quod non-
 » quam. Unde prelibato Jacobo de Aritio procuratore
 » dictorum abbatis et conventus Vallisumbrose cum
 » instantia sententiam postulante per ea que vidimus
 » et cognovimus, obtenta tamen a domino papa pro-
 » nuntiandi licentia, dictam translationem non valuisse

» sententialiter promuntiamus. cassantes et irritantes
 » eandem et quicquid ex ea secutum est decernimus
 » non valere. Nichilominus predictum monasterium
 » sancte Marie de Flumano ad statum pristinum in
 » quo erat ante predictam translationem, decernimus
 » fore restituendum. Sententias quoque excommunicati-
 » onis latae per eundem episcopum in monachos et
 » conversos occasione translationis istius penitus re-
 » laxamus : a petitionibus vero, quas faciebant dicti
 » episcopus et Albertus seu Guido procurator ipsorum,
 » eorum nomine, abbatii et conventui Vallisumbrose
 » ac Jacobo ipsorum procuratori eorum nomine eosdem
 » abbatem et conventum ac ipsum procuratorem eorum
 » nomine sententialiter duximus alisolvendos : dictis
 » episcopo et Alberto et Guidoni procuratori eorum
 » ipsorum nomine super ipsis perpetuum silentium
 » imponentes.
 » Lata est hec sententia Neapoli, in palatio quondam
 » Judicis Petri de Vineis, anno Domini M'CC'LV^o,
 » indictione XIII, pontificatus domini Al'nd.
 » pape III anno primo, mense marci die XIX^o ;
 » presentibus magistro Bernardo Yspano domini pape
 » capellano, magistro Angelo Romano, magistro Fer-
 » nando, advocatis in Curia Romana, domino Oddone
 » Vicecomite capellano venerabilis patris domini O.
 » sancte Marie in Vialata diaconi cardinalis, magistro
 » Helya et Berardo de Mevania notariis, Magistro
 » Bartholomeo de Corsino et Formoso serviente pre-
 » dicti magistri Angeli et pluribus aliis ibidem pre-
 » sentibus. Ad majorem autem fidem huic sententie
 » in posterum adhibendam ipsam cum nostri sigilli
 » appensione munitam per Leonardum infrascriptum
 » notarium redigi fecimus in publica documenta. Ego
 » Leonardus imperiali auctoritate notarius, prolationi
 » predicte sententie interfui et ipsam de mandato et
 » auctoritate predicti magistri Rostandi scripsi et
 » publicavi. »

Nulli etc. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno
 primo. »

328

Naples, 9 avril 1255.

Abbatis s. Mariae Florentinae mandat, quatinus sententiam
 supradictam debitae executioni demandet. (Reg. 24, c. 277^o,
 f. 35.)

« ... abbatis sancte Marie Florentine. Petatio dilecti filii
 —. Dat. ut supra. »

329

Naples, 14 avril 1255.

Universis magistris et scholariis Parisiensibus propter controversiam inter eos et quosdam religiosos super quibusdam statutis exortam de licentiandis, de iuribus cancellarii, de baccalareis et de cessatione scholarum statuta et ordinationes inoderata dat ad observandum ea in posterum, ac decernit ut Bonushomo et Elias ordinis Prædicatorum fratres scolas regentes Parisius in theologica facultate ad universitatis consortium et collegium restituantur et omnes sententias privationis aut separationis eorum a dicto consortio revocat. (Reg. 24, c. 277^a, f. 39; POTTHAST, 15801; DENIELE ET CHATELAIN, *Charterarium Universitatis Parisiensis*. Paris, 1889, 4^e, 1, n° 247, p. 279.)

« *Universis magistris et scolaribus Parisiensibus.* Quasi lignum vite in paradyso Dei et quasi lueerna fulgoris in domo Domini est in sancta ecclesia Parisensi studii disciplina. Hec quippe velut fecunda eruditio pars ad irrigandum sterilem orbis faciem fluvios de pontibus sapientie salutaris cum impetu foras mittens ubique terrarum Dei letificat civitatem, et in refrigerium animarum flagrantium siti justitie aquis doctrine dividit publice in plateis. Ibi nimur ordinatus est per providentiam conditoris ad opus atque custodiam dictorum ordo precipuis, ut ad vite fructum rationabilis creature deducat affectum, ne in gustum mortis vetita veteris prevaricationis illecebra seducatur. Ibi humanum genus originalis ignorantie cecitate deformis, per cognitionem veri luminis, quam scientia pietatis assequitur, reddita visionis spem reformatur. Ibi precipue dat Dominus sponse sue os et sapientiam ac linguam mysticis eloquiis eruditam, cui resistere nequit omnis adversitas improborum. Ut igitur consortii vestri communicabile ac commune omnibus bonum, omni pacis custodia servare curemus, et favoribus patrocinis communire ne in commune publice salutis exitum illud emula caritatis et unionis invidia sathanæ labefactare possit astutia, instrueta quippe modis innumerabilibus ad nocendum in nobis, quos licet indignos cunetis mortalibus Dei dignatio super intendere voluit de supremo fastigio domus sue precipua sollicitudinis vigilancia excitatur, et cor nostrum urit cure stimulus specialis. Olim sane, sicut accepimus, cum quibusdam scolaribus Universitatis vestre collegis fuissent a vigilibus civitatis Parisensis atrocies injurie irrogatae, uno illorum occiso, reliquis graviter vulneratis et in carcere et in vincula conjectis, demum vos, quibus, ut dicitur, felicis recordationis G. papa predecessor noster indulxit ut, si vobis vel alicui vestrum injuria vel excessus inferatur, enormis atpote mortis vel mutilationis membra ejusquam,

nisi congrua monitione premissa infra XV dies fuerit satisfactum, licitum sit vobis usque ad satisfactionem condignam suspendere lectiones: attendentes quod licet iidem scolares quos sacrilega careeravit injuria, ut asseritur, vobis fuissent in crastino redditii semivivi, justitie tamen executio in injuriarum hujusmodi presumptores videbatur ultra debitum prorogari, scolas a lectionibus suspenditis. Verum cum nec sic justitie debitum proveniret, vos, tante enormitatis articulo sugerente, de communi consilio ad dictas injurias secundum Deum et justitiam quantum vobis foret licitum, si judicis tepesceret officium, prosequendas, et ad quasdam ordinationes alias vos per obligationem robora tam juramentis exhibitis, ut dicitur, astrinxistis. Et quare super hiis dilectus filius Bonus Homo et Helyas predicti ordinis fratres scolas regentes Parisius in theologica facultate ex certis causis se ordinationibus et obligationi hujusmodi subicere noluerunt ad Sedem apostolicam appellando; eos bone societatis in magistris privavistis, ipsosque privatos publice nuniantes injunxitis districte ut scolares lectiones eorum de cetero non audirent, ne ipsorum auditores a pena quam Universitas infligere talibus consuevit se possent per ignorantiam excusare. Demum cum iidem fratres super hoc ad dicta Sedis presidium confugissent, felicis recordationis I. papa predecessor noster auditio quod inter vos et cives, qui predictas injurias irrogarent, discordia per satisfactionem fuerat jam sopita, volens de medio vestrum controversie summovere materiam et pacifice reformare mutue caritatis affectum, ipsos fratres ad vestrum collegium et consortium restituit de gratia speciali. Prohibitionem seu mandatum factum scolaribus auditoribus eorundem penitus revocando, ac dando vobis suis litteris in mandatis, ut predictos fratres sine difficultate seu dilatione resumentes ad statum pristinum et ad collegium magistrorum ac Universitatis consortium admittentes, eos occasione premissorum nullatenus vexaretis, venerabilibus fratribus nostris .., Silvanectensi et .., Ebroicensi epis copis, super hoc mandati apostolici executoribus deputatis. At licet ad vos mandatum restitutionis et revocationis hujusmodi pervenisse dicatur, ipsi tamen fratres usque nunc adipisci efficax sue restitutionis commodum vobis quedam obicientibus nequierunt. Geterum vos, filii magistri in Theologia Parisius tunc regentes, hec statuta, deliberatione habita, edidistis, ut videlicet de cetero religiosus aliquis non habens collegium Parisius et cui est a jure publice docere prohibitum, ad societatem magistrorum nullatenus admittatur: ut que singula religiosorum collegia singulis

magistris actu regentibus et unica scola de cetero sint contenta. Ne quoque aliquis bacellarins in theologia facultate promoveatur ad eathedram, nisi prius examinaverit semetipsum saltem aliquos libros theologie glosatos et sententias in scolis alicujus magistri actu regentis diligenter legendō. Quod si aliquis contra dictas ordinationes vestras venire presumeret, ei societas vestra tam in principiis quam in aliis subtraheretur omnino. Quicumque vero bacellarius licentiatus fuerit et huic ordinationi consensum prestare noluerit requisitus, eum statuistis excludi a consortio magistrorum et eidem tam in principiis quam in aliis societatem magistralē penitus denegari: premissis statutis Universitatis, ut dicitur, accidente consensu, reverentia tamen et obedientia Sedis apostolice ac aliorum, quibus obediō tenemini, semper salva. Statuistis insuper ne ullus magister in quacumque facultate ad collegium magistrorum vel consortium Universitatis eorum, aliquatenus admittatur, nisi prius in plena congregatiōne magistrorum vel saltem coram tribus magistris sue facultatis ad hoc specialiter deputatis, juraverit statuta vestra licita et honesta et vobis expedientia se firmiter servaturum, secreta quoque et consilia vestra post inhibitionem sibi factam a vobis fideliter celaturum, quodque obligationibus vestris lictis et honestis ac vobis expedientibus, precipue ex tenore privilegiorum vestrorum vigorem capientibus pacifice concorditerque consentiet. Et, ut hoc firmius servaretur, addidisti, ut nullus magister principium alicujus bacellarii teneat vel ejus principio interesse presumat, nisi prius ei constiterit quod idem bacellarius ad predicta modo prehabito sit ligatus, nec idem bacellarius, si alio modo incepit, magister a vobis aliquatenus habeatur. Statuistis preterea, ut si, cessante studio Parisiensi ob causas consimiles vel alias rationabiles aliquis interim bacellarius in aliqua facultate de novo sollempniter incipere vel aliquis eorum qui prius rexerunt suas iterum resumere presumpserit lectiones, extunc a consortio vestro in perpetuum excludatur nec Parisius seu alibi ubi studium transferri contigerit inter magistros seu scolares aliquatenus admittatur; et pena consilii scolaris, qui interim causa studii Parisius venire presumpserit, puniretur, nisi transgressores predicti presumptionem suam ad arbitrium Universitatis vestre curaverint emendare. Et hoc ordinasti et statuistis sub pena quam infligere potestis inviolabiliter observanda nichilominus recensentes ex communī sententiā, que in transgressores premissos extitit ut proponitur promulgata, ab omnibus inviolabiliter observari, salvis in omnibus iure ac libertate canoniciis Parisien-

sibus, quantum ad omnia in quibus et per que a vestris ordinationibus et statutis anerioritate apostolica seu quacumque alia sunt exempti.

Porro dilectis filiis ... priore predicatorum, et ... guardiano Minorum fratrum Parisiensium, suam ad Sedem predictam refugium oppressorum deferentibus questionem, quod vos occasione statutorum hujusmodi a vobis eis exclusis pro vestro libito editorum, ipsos et liberum et quietum statum magistrorum et fratrum eorundem ordinum Parisiensis studio insistentium ac scolarium suorum indebitē turbatis, prefatus Innocentius nec expediens reputans neque decens predictis omnibus pressuras hujusmodi vel molestias irrogari vobis suis dedit litteris in mandatis, ut ab ipsorum quibuslibet novis molestiis et inquietationibus, predictis statutis nequam obstantibus, desistentes nichil penitus usque ad festum Assumptionis beate Virginis proximo tunc venturum in eorum vel pristini status ipsorum presumeretis prejudicium attemptare. Et quem inter vos et fratres prefatos idem I. omnem scandali et discordie cupiebat materiam amputare ut sub vinculo pacis pacificis scientie studiis vacaretis, supradictis episcopis per sua scripta mandavit, ut tam vos quam fratres eosdem ex parte sua pereemptorie citare curarent, quod in premisso festo, nisi super hiis interim proveniret concordia per procuratores idoneos ad ipsius presentiam veniretis, ut super premissis quod utile salubre ac conveniens prospiceret, auctore Domino, ordinaret; nec permitterent iidem episcopi fratres eosdem a vobis contra premissa medio tempore molestari.

Denique idem predecessor, morte preventus, nichil potuit juxta pium conceptum animi sui super eodem negotio diffinire, siveque nos habuit in hujusmodi sollicitudinis eura sicut et in ceteris pastoralis angustie laboribus licet immortales successores. Vestro itaque sufficiens ad ordinationem suscipiendam habente mandatum et predictorum prioris et fratrum procuratoribus neconon et dilecto filio magistro ordinis Predicotorum qui cum illis postulabat hoc ipsum in nostra presentia constitutis, premissa omnia et processus habitos diligenter inspeximus, quecumque in auditorio nostro super hiis utrinque fuere proposita intelleximus diligenter. Et tandem per viam pacis qua processus est gratie ad dirimentum inter partes exorte controversie scrupulos, nos, Domino dirigente, aliqua ex premissis ordinationibus et statutis a vobis editis, ut salubrius maneat et utilius commoditatē proficiant generali, de fratrum nostrorum consilio moderanda providimus, cetera vero ne rigore distinctionis unitatem communionis exasperent, resecanda. Etenim circa id quod statuere voluiss-

tis, ne ullus religiosus nullum Parisius habens collegium et a jure publice docere prohibitus in magistrorum collegium ulla tenus admittatur, et singula religiosorum collegia singulis magistris aetate regentibus et unica scola de cetero sint contenta, consideranda nobis ea diligenter occurunt que memoratus Gregorius circa statum scolarium et scolarum parisiensium statuisse dicitur observanda, videlicet, quod quilibet cancellarius Parisiensis deinceps creandus coram episcopo vel de ipsius mandato in capitulo parisiensi, vocatis ad hoc et presentibus pro universitate scolarium duobus magistris, in sua institutione jurabit quod ad regimen theologie ac decretorum bona fide secundum conscientiam suam, loco et tempore secundum statum civitatis et honorem ac honestatem facultatum ipsarum, non nisi dignis licentiam largietur nec admittet indignos, personarum et nationum acceptatione summota. Ante vero quam quemquam licentiet, infra tres menses a tempore petite licentie tam ab omnibus magistris theologie in civitate presentibus quam aliis viris honestis et litteratis, per quos veritas sciri possit de vita, scientia et facundia, neenon proposito et spe proficiendi, ac aliis, que sunt in talibus requirenda, diligenter inquirat; et inquisitione sic facta quid deceat et quid expediatur, bona fide det vel neget secundum conscientiam suam petenti licentiam postulatam. Magistri vero theologie ac decretorum, quando incipiunt legere, prestabunt publice juramentum, quod super premissis fidele testimonium perhibebunt. Cancellarius quoque jurabit quod consilia magistrorum in malum eorum nullatenus revelabit, parisiensibus canoniceis libertate ac jure in incipiendo habitis in sua manentibus firmitate. Cum ergo ex constitutione hujusmodi liqueat manifeste, que in licentiando scolares ad scolarum regimen cancellario sit facultas, et quanta sibi super hoc religio fidei et circumspetionis necessitas indicatur, videri potest acutius intuenti auctoritati constitutionis apostolice, que statui scolarum et scolarium providens certos cancellarii officio terminos potestatis indulget, per constitutionem vestram in propagandi studii dispendium derogari. Volumus itaque cancellarii potestatem in constitutione sepefati Gregorii circa statum Parisiensis studii declaratam nulla imminutione convelli. Ipse tamen circa licentiandos hujusmodi tam de secularibus quam de regularibus non solum ea que attendenda in constitutione ipsius G. exprimuntur, verum etiam statum et necessitatem ecclesie generalis et populorum salutem diligenter attendat, et hiis, quos suffragantibus meritis et suadentibus circumstantiis viderit ad magisterium promovendos, sic faveat, quod

capaceem sensum a natura sortiti ad profectum scientie proposito studiosis magistralis tituli premio provocentur, et ad gubernaculorum officia que intra sanctam ecclesiam sepius imminent personis idoneis dispensanda suppeterem possit virorum copia probatorum. presertim in arte artium que profecto est regimen animarum. Ex eo autem quod aliqua secularium vel religiosorum collegia de licentia cancellarii plures meruerunt magistros hactenus aut scolas, nolumus eis circa proprietate vel possessione habendi hujusmodi jus in posterum provenisse, sicut hiis qui non plures vel nullum haec tenus habuisse noscuntur nolumus ex hoc viam, aliquem vel plures habendi precludi si cancellarius omnibus que considerari debent inspectis alicujus vel plurium licentiam eis viderit, prout sibi competit, concedandam. Illud autem quod de bacellariis statuistis ad magistralem theologie facultatis cathedram, nisi aliquos ejusdem facultatis libros glosatos et sententias in nobis alicujus magistri actu regentis legerint, nullatenus admittendis, sic duximus temperandum, ut repellи tales non debeant si ubicunque Parisius dummodo in loco publico et honesto eos predictos libros legisse patuerit; nec etiam hoc ipsum probationis experimentum exigi volumus circa illos de quibus alias manifeste constiterit quod ad scolarum regimen sint ydonei comprobati. Statutum vero quod decrevistis, ne ullus magister in facultate quacumque ad consortium magistrorum vel collegium Universitatis aliquatenus admittatur, nisi prius in plena congregatione magistrorum vel saltem coram tribus magistris sue facultatis ad hoc specialiter deputatis prestito juramento, quod secreta et consilia vestra post inhibitionem sibi factam a vobis bona fide celabit; alioquin pene subjaceat in statuto hujusmodi constituto, hoc moderamine mitigamus saluti animarum et conscientiarum ac fame periculis precaventes, ut si talibus ardua et difficultia negotia ab Universitate commissa fuerint in secreto tenenda, illa sic teneantur bona fide celare, quod nemini ea in ejusdem Universitatis dispendium revelabunt, nisi forte talia essent que non possent sine animarum periculo subtereri. Denique super cessatione scolarum, non obstante alia ordinatione vel contraria constitutione a nobis edita, eam formam dumentaxat observari volentes, quam prefatus G. in constitutione quam super hoc edidit noscitur tradidisse; quod videlicet, si forte vobis hospitiorum substrahatur taxatio aut, quod absit, vobis vel alicui vestrum injuria vel excessus inferatur enormous, utpote mortis vel membra mutilationis, nisi congrua monitione premissa infra XV dies fuerit satisfactum, licet vobis usque ad satisfactionem condignam

suspendere lectiones; et si aliquem vestrum indebet incarcerari contigerit, fas sit vobis, nisi monitione prehabita casset injuria, statim a lectione cessare, si tamen id videbitis expedire; eidem forte adicioendo statuimus, ut, cum pro aliqua ex causis in eadem Gregorii constitutione contentis Universitas vestra lectiones duxerit suspendendas, omnes magistri tam regulares quam seculares ipsas suspendere teneantur, eas nisi cum Universitate minime resumpturi. Sane, si super observantia hujusmodi statuti de lectionibus suspendendis et ejus quod premittitur, videlicet de secretis et consiliis Universitatis minime revealandis aliquam obligationem videritis deliberatione provida statuenda qua tam presentes magistri quam posteri ad ea explique ac specialiter astringantur, vobis dummodo due partes magistrorum theologie facultatis et eodem modo due partes magistrorum singularum facultatum reliquarum, videlicet canonistarum, physicorum et etiam artistarum sum super hoc voluerint prestare consensum, id faciendi liberam concedimus facultatem. Hiis itaque statutis et ordinationibus secundum moderationem nostram robur inviolabiliter observantie habituris, celera pro pace vestra suadente providentie consilio resecamus, denunciantes ne magistri regulares vel seculares ea servare teneantur ex debito prestiti jura-menti vel ad ea servanda in posterum sacramento ligentur, libertatibus parisiensis ecclesie in omnibus et per omnia semper salvis, et in aliis Universitatis vestre privilegiis, indulgentiis et immunitatibus in suo nichilominus duraturis. Predictos insuper Predicotorum ordinis fratres theologie facultatis magistros ad magistrorum consorium, ipsosque ac auditores eorum ad Universitatis collegium de nostre potestatis plenitude restituentes omnino et decernentes ad eadem consor-tium et collegium a vobis in dulcedinis ubere, sine difficultate qualibet, admittendos; omnes sententias pri-vationis seu separationis a consortio Universitatis vel similibus, sive penas alias in eisdem fratres vel scolares eorum premissorum occasione prolatas penitus revocainus. Non obstantibus statutis quibuslibet, juramento, pena, sive obligatione vel confirmatione qualibet roboratis, aut litteris a Sede apostolica impetratis vel decetere impetratis, que de presenti ordinatione ac providentie nostre statuto plenam et expressam non fecerint mentionem. Nulli etc. nostre ordinationis, constitutionis et revocationis, etc. Dat. Neapoli, XVIII kalendas maii, anno primo (I). »

(1) Suivent les premiers mots de la bulle 278 (cf. n° 332), enregistrés par me garde par le scribe : « Significasti nobis quod

330

Naples, 14 avril 1255.

[Guillelmo] Aurelianensi et [Guidoni] Autissiodorensi epis-copis de superiore epistola significat eisque mandat ut istam ordinationem faciant inviolabiliter observari. (REG. 24, c. 277³, f. 40v; POTTHAST 15802.)

« ... , Aurelianensi et ... , Autissiodorensi episcopis. Con-troversiam dudum inter —. Dat. ut supra. »

331

Naples, 14 avril 1255.

Magistris theologie Parisiensibus mandat, ut Bonumhominem et Eliam ordinis Praedicatorum fratres Parisius in theo-logica facultate magistros infra XV dies iterum admittant et socialiter de cetero tractent. (REG. 24, c. 277⁴, f. 40v; POTTHAST 15803; DENIFLE ET CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Pa-risiensis*, t. I, n° 249.)

« Magistris theologie Parisiensibus. Controversiam du-dum inter —. Dat. ut supra. »

332

Naples, 8 avril 1255.

Abbati monasterii s. Benigni Divionensis indulget, ut, non obstantibus G. papae litteris, moniales ut antea in monasterio de Laureio instituere valeat, causa eleemosinarmi devotionis-que gentium et maxime nobilium. (REG. 24, c. 278, f. 41.)

« ... , abbatii et conventui monasterii sancti Benigni Di-vionensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis. Significasti nobis quod, licet a felicis recordationis G. papa predecessore nostro vobis obtinueritis indul-geri, ut in monasterio monialium de Laureio juxta Divionem ejusdem ordinis, quarum institutio ad vos in eo pertinet, nullas instituere teneremini de cetero moniales, ut sic in usus vestros converteritis bona mo-nasterii de Laureio memorati, vosque ad id astrinxeritis proprio juramento; quia tamen propter hoc illarum partium gentibus et maxime nobilibus de quorum elemonisis potissimum idem monasterium de Laureio est dotalum generatur scandalum et circa vos eorum devotio refrigerescit, supplicasti super hoc vobis salu-briter provideri. Nos igitur vestris supplicationibus in-clinati, ut, indulgentia et juramento hujusmodi non obstantibus, possitis moniales in eodem monasterio instituere sicut hactenus ad vos pertinuit, auctoritate

licet a felicis recordationis G. papa predecessore nostro nobis obtinueritis. »

vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre conces-sionis etc. Dat. Neapoli. VI idus aprilis, anno primo. »

333

Naples, 8 avril 1255.

Eidem concedit facultatem recipiendi monachos in monas-terio s. Benigni cum conventus assensu usque ad numerum de quo viderit expedire, non obstante juramento ejus de non creandis monachis infra certum tempus. (REG. 24, c. 278¹, f. 41; POTTHAST 15782.)

« .., abbatii monasterii sancti Benigni, etc. ut supra. Cum sicut nobis —. Dat. ut supra. »

334

Naples, 12 avril 1255.

Archiepiscopis et episcopis et capitulis regni Jerosolymitani mandat, ut, V fratum et canonicorum aut amplius receptione in singulis eorum ecclesiis, nullis vacantibus praebendis, scandalum et horrorem inducente, duo dumtaxat de sic re-cepitis in ecclesiis singulis canonici remaneant, qui sint tem-pore potiores. (REG. 24, c. 279, f. 41.)

« Archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis capitulis ec-clesiarum cathedralium in regno Jerosolimitano constitutis. Ceca cordis cupiditas (Cf. c. 274, n° 324) —. Dat. Nea-polii, II idus aprilis, anno primo. »

335

Naples, 12 mars 1255.

Episcopo Castellano scribit, Tergestina ecclesia dudum pastore vacante, Arlongum canonicum, excommunicationis vinculo ianodatum, a decano et capitulo ejusdem ecclesiae in episcopum electum fuisse; Guarnerium autem de Cocania, canonicum Aquilegensem, secundum canones in episcopum electum fuisse ab Henrico filio quondam Bernardi et Hermanno de Utino, canoniciis Tergestinae ecclesiae contradicen-tibus aut irrequisitis, electionis potestatem electi Cenetensis litteris obtinentibus; eidemque mandat ut Guarnerium de Co-cania ecclesiae Tergestinae in episcopum auctoritate apostolica praeferiat. (REG. 24, c. 280, f. 41; POTTHAST 15737.)

« .., episcopo Castellano. Leeta coram nobis dilecti filii Guarnerii de Cocania, canonici Aquilegensis, petitio continebat quod, Tergestina ecclesia dudum pastore vacante, ... decanus et capitulum ipsius ecclesie, dilecto filio Henrico filio quondam Bernardi militis ejusdem ecclesie canonico contradicente penitus et Hermanno de Utino eorum concanonico irrequisito super hoc at-que contempto, qui requiri comode poterat et de jure

debebat, Arlongum canonicum ipsius ecclesie, exigen-tibus suis enipsis excommunicationis vinculo ianodatum in eorum episcopum eligere presumpserunt; propter quod dicti Henricus et Hermannus a felicis recordationis I. papa predecessore nostro ad ... electum Cene-tensem, litteras impetrarunt, inter alia continentes, ut, vocatis qui vocandi forent, quod super hoc canonicum esset appellatione remota statuere procuraret. Cumque postmodum dictus Cenetensis electus tam predictos decanum et capitulum quam prefatum Arlongum auctoritate hujusmodi litterarum legitime citavisset, iidemque decanus et capitulum eorum ipso Cenetensi in sta-tuto eis termino comparentes ac frivole appellantes, examen ipsius proprie voluntatis sequentes libitum de-clinassent, prefato Arlongo per se non comparente nec mittente ad hoc aliquem ydoneum responsalem: demum dictus Cenetensis electus dilectis filiis Belliniensi et Mosaccensi abbatibus commisit super hoc, prout ex pre-dictarum litterarum beneficio poterat, totaliter vices suas, qui cognitis cause meritis et juris ordine obser-vato qui electionem de prefato Arlongo vinculo tunc excommunicationis astricto predictis Henrico contradicente et Hermanno irrequisito invenerunt fuisse pre-sumptam ac etiam alias contra formam generalis con-cilii attemptatam, illam exigente justitia sententialiter irritantes et irritam nuntiantes, predictos decanum et capitulum eligendo, ea vice potestate privatos, et ad prefatos Henricum et Hermannum potestatem provi-dendi de persona idonea eidem ecclesie devolutam esse nichilominus declararunt. Propter quod ... prepositus ecclesie sancti Wolrici Aquilegensis diocesis, in quem dicti Henricus et Hermannus providendi ipsi ecclesie de pastore per electionem canonicam vel postulationem concordem transtulerunt unanimiter potestatem, prefat-um Guarnerum de Cocania Aquilegensem canonicum in Tergestinum episcopum quamquam defectum pate-retur in ordinib[us] postulavit, ac dilectus filius Aquile-gensis electus metropolitanus predicte ecclesie hujus-modi postulationem sibi presentatam admisit, prout in ipsius Aquilegensis litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri. Unde predictus W. de Cocania nobis humiliiter supplicavit ut, quod per prefatos abbates, prepositum et electum Aquilegensem factum extitit, in hac parte confirmare de benignitate solita curaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, si res ita se habet, quod a predictis abbatibus super irritatione predictae electionis provide factum est auctoritate nostra confirmare procures. Verum quia eidem Aquileensi electo minus provide fuit hujusmodi postulatio presentata et ab ipso recepta, cum super hoc

ad Sedem apostolicam debuerit haberi recursus: propter quod ipsius Aquilegensis electi processus invallidus esse dinoscitur in hac parte illum studeas infirmare. Ceterum quoniam a nonnullis religiosis et aliis personis fidedignis laudabile super ipsius prohibitate testimonium perhibetur et speratur firmiter quod predicta ecclesia per ejus industriam grata suscipere possit auctore Domino in spiritualibus et temporalibus incrementa, nos hoc provide attentes ac volentes gratiose agere cum eodem, precipimus quod ipsum postea predicte Tergestine ecclesie de novo auctoritate nostra in episcopum preficias et pastorem, faciens sibi eadem auctoritate sacros conferri ordines et munus consecrationis impendi, ac nichilominus eidem a decano et capitulo ipsius ecclesie tamquam patri et pastori animarum suarum obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores. Non obslante si personis aliquibus —. Dat. Neapoli, III idus Martii. anno primo. »

336

Naples, 6 avril 1255.

Regi Castellae ac Legionis generale studium erectum apud Salamantinam civitatem, locum salubritate aeris et quibuslibet oportunitatibus praelectum, confirmat. (REG. 24, c. 281, f. 41v; POTTHAST 15779.)

« *Carissimo in Christo filio .., regi Castelle ac Legionis illustri.* Inter ea que —. Dat. Neapoli, VIII idus aprilis, anno primo. »

337

Naples, 25 mars 1255.

[Einaro], archiepiscopo Nidrosiensi, facultatem concedit « conferendi infra sex menses in Lateranensi concilio diffinitos personis idoneis beneficia ecclesiastica, que ad ejus collationem spectantia vacaverunt, » postquam ad Sedem apostolicam accessit consecrationis manus suscepturus. (REG. 24, c. 282, f. 41v; POTTHAST 15764.)

« *.., archiepiscopo Nidrosiensi.* Cum ad apostolica —. Dat. Neapoli, VIII kalendas aprilis. anno primo. »

338

Naples, 3 avril 1255.

Universis prioribus Cartusiensis ordinis concedit facultatem absolvendi subditos eorum, nisi gravis fuerit excessus, et de irregularitatibus cum eis dispensandi. (REG. 24, c. 283, f. 41v; POTTHAST 15773.)

« *... Cartusie et universis prioribus Cartusiensis ordinis.*

Licet ad hoc —. Dat. Neapoli, III nonas aprilis, anno primo. »

339

Naples, 7 avril 1255.

Monasterium de Ponte fracto liberat de omni exactione decimaru[m] de feno. (REG. 24, c. 284, f. 41v.)

« *.., priori et conventui monasterii de Ponte fracto, Cluniacensis ordinis, Eboracensis diocesis.* Sincere devotionis affectus —. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut decimas de feno quas hactenus non solvendo alicui sicut asseritis legitime prescripsistis, nullus unquam de cetero a vobis exigere vel extorquere presumat, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII idus aprilis, anno primo. »

340

Naples, 5 avril 1255.

Eidem, in strata publica inter Angliae et Scotiae regna constructo et in receptione hospitum et pauperum magna expensarum onera subennti, ecclesiam de Silkeston, Eboracensis diocesis in usus proprios concedit. (REG. 24, c. 285, f. 41v.)

« *Eisdem.* Sincere devotionis affectus quem ad nos etc. usque : annuamus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod vos quorum monasterium in strata publica inter Anglie et Scotie regna constructum est, tam in receptione hospitum quos tam libenter quam liberaliter secundum patrie consuetudinem exhibetis quam in obsequiis egenorum et pauperum quorum ad monasterium ipsum confluit multitudi, magna subitis ultra quam idem monasterium sustinere valeat onera expensarum. Quare super hoc apostolice Sedis gratiam implorantes ecclesiam de Silkeston, Eboracensis diocesis, in qua jus patronatus proponitis vos habere, pro relevandis hujusmodi expensarum oneribus vobis concedi in usus proprios devotione humili postulastis. Nos igitur vestre devotionis precibus inclinati, prefatam ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis applicandam vestris propriis usibus auctoritate presentium de gratia concedimus liberali, vobis nichilominus indulgentes ut cedente vel decedente rectore ipsius aut quovis alio modo ecclesia ipsa vacante, possessionem ejusdem ecclesie auctoritate nostra ingredi libere valeatis, diocesani vel archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requiso. Ita tamen quod vicario in ea perpetuo servituro

quem diocesano canonice presentabitis per vos de preventibus ejusdem ecclesie portio competens ex qua congrue sustentari et episcopalia et alia ipsius ecclesie onera supportare valeat assignetur. Nos enim decernimus irritum —. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, nonis aprilis, anno primo. »

341

Naples, 5 avril 1255.

Abbatibus de S. Albano et de Burgo S. Petri, Lincolnensis dioecesis, mandat, ut eosdem priorem et conventum inductos in possessionem ecclesiae de Silkeston quovis modo vacantis per se vel alios defendant. (REG. 24, c. 285², f. 42.)

« .., de Sancto Albano et .., de Burgo Sancti Petri, Lincolnensis dioecesis, abbatibus. Sincere devotionis etc. usque : attemptari —. Dat. ut supra. »

342

Naples, 20 mars 1255.

Guidoni de Nealpha, decano ecclesiae S. Martini Turonensis, indulget, ut, quandocumque pro ecclesiae ejusdem utilitatibus equitabit, unum vel duos canonicos in societate sua ducat. (REG. 24, c. 286, f. 42.)

« Guidoni de Nealpha, capellano nostro, decano ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum sicut nobis exponere curavisti, frequenter ad diversas partes extra civitatem Turonensem oporteat te conferre ac per hoc existat conveniens ut tu, qui ecclesie beati Martini Turonensis caput esse dinosceris, secundum tue personae statum et ipsius honorem ecclesie decentem habeas comitivam, nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut quandocumque pro ecclesie prediecte utilitatibus equitabis, liceat tibi unum vel duos ejusdem ecclesie canonicos, quos ad hoc utiles esse cognoveris in societate tua tecum ducere ac habere qui etiam dum in ipsa societate fuerint, dummodo ad id ipsius ecclesie capituli accedat assensus habeantur pro residentibus in ecclesia memorata, contraria jamdictae ecclesie consuetudine vel statuto vallato, juramento seu firmatione alia non obstante. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. XIII kalendas aprilis, anno primo. »

343

Naples, 13 avril 1255.

Infrascriptos homines Foropopuliensis dioecesis bonaque eorum, ad instar Innocentii papae, sub sua protectione susci-

pit, confiscationes quondam Frederici imperatoris revocando. (REG. 24, c. 287, f. 42.)

« Nobilibus viris Leutio de Valle bona, Jacobo de Bucuan, Nicolao Nigro et Hugolino de Pleda, Foropopuliensis dioecesis. Et equitas postulat et ratio persuadet ut, devotorum merita benigna consideratione pensantes, retributionem condignam ipsorum obsequiis rependamus, ut et ipsi per hoc ad servitia Sedis apostolice fortius animentur et ad id eorum exemplo ceteros invitamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, prout convenient attentes quod in devotione apostolice Sedis illam studiis observare constantiam, quod nec dampna rerum nec persone pericula vos a fidelitate Ecclesie avertere potuerunt, et debitum extimantes ut vestris petitionibus favorabiliter annuamus, vestris supplicationibus inclinati, personas vestras in devotione Ecclesie ad defensionem catholice fidei et libertatis ecclesiastice persistentes, terras, possessiones, castra, jurisdictiones et alia omnia bona vestra que olim tempore quo quondam Fr. imperator excommunicatus per Sedem apostolicam extitit possidebatis et que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus etc. usque : communimus. Sententias quoque, bauma, statuta, ordinationes, penas, confiscationes, privilegia et concessiones factas de bonis vestris ab eodem F. vel alio pro ipso quibuscumque communitatibus et personis necnon pactiones, securitates dationes, refutationes et instrumenta a volis dicto F. vel alicui pro eo ex quacumque causa prestita et alia omnia que contra vos et bona vestra generaliter vel specialiter idem Fr. statuisse dicitur, auctoritate presentium, non obstantibus juramentis super hiis a volis prestitis, revocamus. Nulli etc. nostre protectionis et revocationis etc. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

344

Naples, 11 avril 1255.

Archiepiscopo Tyrensi et abbatи monasterii s. Mariae de Valle Josaphat concessionem monasterii Montis Thabor fratribus Hospitalis tactam (v. n° 341) notificat, scribens ut vigilent defensioni ejusdem monasterii. (REG. 24, c. 288, f. 42.)

« ... archiepiscopo Tyrensi, et dilecto filio ... abbatи sancte Marie de Valle Josaphat ordinis sancti Benedicti, Accon commoranti. Favor religionis et —. Dat. Neapoli, III idus aprilis, anno primo. »

345

Naples, 5 mars 1255.

Archidiacono Lugdunensi mandat, ut conventus monasterii de Emburniaco de octo saumis frumenti et totidem vini puri Hugoni de Emburniaco provideat. (REG. 24, c. 289, f. 42v.)

« ... archidiacono *Lugdunensi*. Paupertati dilecti filii Hugonis de Emburniaco laici, nati Hugonis Matiseonensis, familiaris dilecti filii magistri Arloti subdiaconi et notarii nostri, qui diutius pro impetrandis super sustentatione sua aliquibus litteris apostolicis in Romana Curia laboravit, paterno compatientes affectu, mandamus quatinus eidem laico a dilectis filiis ... abbatte et conventu monasterii de Emburniaco *Lugdunensis* diocesis, ordinis sancti Benedicti, in octo saumis frumenti et totidem vini puri et sustentatione sua quamdiu vixerit per te vel alium facias provideri. Contradictores. Non obstante si iidem abbas et conventus apostolicam indulgentiam habeant quod excommunicari —. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »

346

Naples, 15 mars 1255.

Statuta confraternitatis Italicorum S. Spiritus Acconensis, die Pentecostis MCCXVI facta et a Jacobo episcopo Acconensi anno MCCXX roborata confirmat, ea de verbo ad verbum inserendo. (REG. 24, c. 290, f. 42v.)

« *Rectoribus et fratribus confratrie Italicorum Sancti Spiritus Acconensis*. Petatio vestra nobis exhibita continebat quod vos olim pro Terre Sancte subsidio inter alia taliter ordinastis, ut quilibet vestrum suorum rectorum qui pro tempore fuerint honestis mandatis obediens, teneatur diebus singulis dicere septies *pater noster*. Preterea, si aliquem de vobis infirmari contigerit, habeat ipse omni die certum quid de communi donec fuerit liberatus. Si vero ab inimicis captus extiterit, tam pro redemptione ipsius a confratria vestra, quam post liberationem suam a singulis fratribus certam habere debet pecunie quantitate; idque postmodum bone memorie .. Tuscanus, tunc Acconensis episcopus, accidente consensu ipsius capituli, approbavit, prout in litteris inde confectis dicitur plenus contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super hiis a volis pie ac provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inserentes, qui talis est :

Saint-Jean d'Acre, 29 mai 1216.

« In nomine eterni Dei Omnipotentis, Patris, et Fi-

» lii, et Spiritus sancti, Amen. Ad honorem Crucifixi
 » et ejus gloriosissime Matris Virginis Marie, omnium
 » que sanctorum atque sanctarum Dei, et ad honorem
 » et profectum totius Christianitatis et Ecclesie Ro-
 » mane et patriarchatus et corone regni Syrie et spe-
 » cialiter in succursu et subsidio Terre Sancte Jeroso-
 » limitane, nos peregrini Ytalie cum Dei auxilio hanc
 » facimus confraternitatem die Pentecostes, dictante
 » Spiritu Sancto, pro remissione peccatorum nostro-
 » rum atque parentum omniumque fidelium et intuitu
 » pietatis et misericordie ad invicem promittentes,
 » quod istam conservabimus societatem bona fide se-
 » cundum nostrum posse et ejus capitula, sicut infe-
 » rius continebitur, et quod mandatis rectorum nostro-
 » rum, tam presentium quam futurorum pro honore et
 » utilitate societatis nobis factis obediemus pro posse.
 » Unde volumus quod quicumque hanc intraverit
 » confraternitatem omni die dicere teneatur septies
 » *pater noster* ad honorem Sancti Spiritus cuius ins-
 » tinctu congregati finimus die Pentecostes et pro vivis
 » et mortuis, si recordatus fuerit, et ut Dominus aug-
 » mentet et conservet hanc societatem.
 » Item, quod unus alium adjuvare teneatur pro posse
 » ad rationem, tam in adversis quam in prosperis.
 » Item volumus quod, si quis de confraternitate ista
 » infirmatus fuerit, habeat de communi societatis
 » omni die sex denarios donec liberetur, si non habet
 » unde possit sustentari. Si vero decesserit non ha-
 » bens unde possit sepeliri, sepeliatur de communi, et
 » quilibet fratrum in missa defuncti candelam et dena-
 » rium offerre teneatur si ibi fuerit; et si non fuerit,
 » denarios duos rectoribus mittat vel eorum mandato
 » et omnes confratres in eodem loco presentes, qui de
 » ejus morte sciverit, teneantur ire ad ecclesiam cum
 » mortuo et ibi esse donec sepeliatur, nisi justo impe-
 » dimento vel parabola rectorum remanserint et pro
 » ejus anima omniumque confratrum atque fidelium
 » defunctorum teneantur cantare XII *pater noster*.
 » Item volumus, quod omnes de societate qui pote-
 » runt prima dominica ejuslibet mensis teneantur in
 » uno convenire loco, sicut eis demum tenuerit a
 » rectoribus vel eorum nuntio, ad inissam in honore
 » Sancti Spiritus audiendam, in qua singuli presen-
 » tium denarium unum offerre teneantur : absentes
 » vero rectoribus vel suo mandato mittant.
 » Item si quis de societate capiatur, quod Dominus
 » avertat, pro sua redemptione habeat a quolibet de so-
 » cietate denarios sex, si nichil fuerit in communi; si
 » vero aliquid fuerit in communi, habeat de communi
 » decem bizantios sarracenos, et post ejus liberatio-

» nem ab uno quoque sociorum denarios quatuor ad
» sui sustentationem habeat, ne propter inopiam men-
» dicare cogatur.

» Item si quis de societate sanus magna pressus fue-
» rit necessitate aut non habuit unde se valeat sus-
» tentare, et si aliquid de communi ere pro subsidio sui
» habere voluerit, qualitate persone, negotii et tempo-
» ris inspecta, a rectoribus societatis ad tempus eidem
» provideatur idonea tamen securitate recepta cum
» consilio suorum consiliatorum.

» Item, si quis de sociis discordiam habuerit cum
» alio de confraternitate, primo illam suis rectoribus
» denuntiare teneatur et eis cum suo adversario secun-
» dum rationem obediens per omnia : quod si facere
» contempserint, ter a rectoribus citetur ut veniat; qui
» si venire et obedire noluerit, sit extra societatem do-
» nec redierit ad satisfactionem secundum arbitrium
» rectorum et eorundem consilii; obediens vero a socie-
» tate juvetur pro posse.

» Item pro succursu Terre Sancte, ad quem omnes
» Christiani pro suorum peccatorum remissione venire
» nituntur et pro honore societatis et sue persone, qui
» libet de societate arma teneatur habere de propriis,
» si poterit et secundum suum statum, prout ea melius
» noverit exercere. Alioquin, si habere non poterit et
» arma fuerint in societate vel inde emi valeant, con-
» cedantur ei quando proficiscitur contra inimicos
» Crucifixi, si vexillum societatis secutus fuerit et sta-
» tim post ejus reversionem arma predicta rectoribus
» restituat.

» Verum quia predicta sine expensis fieri non pos-
» sunt, volumus quod quicunque hanc intraverit con-
» fraternitatem rectoribus ejusdem vel eorum mandato
» pro introitu societatis denarios XII solvere teneatur
» et pro tributo duos solidos quolibet anno in diobus
» terminis, scilicet in Nativitate Domini medietatem,
» alias vero medietatem in Pasca Resurrectionis.

» Item si quis sociorum citra mare decesserit et
» maxime ubi fuerit confraternitas vel major pars ejus,
» societati relinquere teneatur bizantios III^{er} sarrace-
» nos si poterit pro suo servitio faciendo; quod si tot
» relinquere non poterit, faciat secundum suum posse.
» Insuper relinquat aliqua de suis armis eidem soci-
» etati pro remedio sue anime. Si vero ultra mare tran-
» sierit, similiter pro remedio sue anime aliqua de suis
» armis societati dimittere teneatur et pro suorum
» peccatorum remissione, et cum fuerit ultra mare, ibi
» teneatur sicut hic de tributo solvendo, videlicet duos
» solidos per quemlibet annum et in fine vite sue V so-
» lidos quos quameitius poterit rectoribus ejusdem so-

» cietatis per fidem nuntium, si invenerit, mittere
» procurabit; quod si facere non poterit, missas cele-
» brare et elemosinas fieri faciat. De eo quod so-
» cietati mittere tenetur, videlicet pro sua anima et
» animabus omnium confratrum nostrorum aliquaque
» fidelium defunctorum, ut Deus augmentet et servet
» hanc confraternitatem.

» Item si quis sociorum decesserit ultra mare vel
» alibi, teneatur diem obitus sui nobis facere intimari
» quameitius fieri poterit, ut scribatur nomen ejus in
» matricula defunctorum fratrum, quia nos tenemur
» facere missam specialiter pro eo celebrari, postquam
» sciverimus, et exorare pro eo et dicere *XII pater
noster*.

» Item teneatur cum relevare a pena purgatorii, si
» ejus penam nobis fecerit intimari, et eam inter nos
» omnes dividere.

» Item volumus quod cum aliquis sociorum dispo-
» nere voluerit de suis rebus in vita vel in morte, rec-
» tores vel aliquem ex eis vocare teneatur, si poterit;
» et si non poterit, aliquos vel aliquem de eorum con-
» siliatoriis; demum si de predictis habere non pote-
» rit, habeat quos vel quem de sociis invenire valebit;
» alioquin secundum quod poterit faciat, salvo jure
» confratricie. Res autem et familiam confratris defuncti
» rectores habeant in custodia et teneantur illas fideliter
» procurare, secundum quod poterint et viderint expe-
» dire, cum consilio tamen suorum consiliatorum et
» eorum quos secum voluerit esse defunctus, nisi ipse
» defunctus expresse eis prohibuerit.

» Insuper volumus quod, si aliquis de confraternitate
» nostra infirmatus fuerit in toto regno Syrie et fecerit
» se portari pro convenienti precio in loco ubi confra-
» ternitas tota vel major pars fuerit, teneantur ejusdem
» confrarie rectores pro eo solvere de communi ere, si
» opus fuerit, et exinde sex denarios pro quolibet die
» eidem dare tenetur, sicut in superiori capitulo conti-
» netur.

» Item de predictis omnibus rectores teneantur ha-
» bere providentiam bona fide communiter atque sin-
» gulariter pro posse, prout melius viderint expedire,
» cum consilio consiliatorum istius confraternitatis.

» Capitula suprascripta, divina gratia inspirante acta
» fuere Accon, anno dominice nativitatis M^oC^oX^oVI^o
» die Pentecostes, inductione III^a, regnanta (sic do-
» mino Johanne comite Brenne, rege decimo Jerosoli-
» mitano. In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti,
» Amen.

» Nos rectores confraternitatis sive societatis pere-
» grinorum Ytalicie juramus et promittimus bona fide

» sine fraude dictam confraternitatem sive societatem
 » conservare et ampliare pro posse nostro et ea que
 » nobis data fuerint sive commissa nomine societatis
 » custodire et guardare et nullo modo defrandare vel
 » expendere nisi ad honorem et utilitatem confrater-
 » nitatis, et omnia que viderimus societati utilia fa-
 » cere et in utilia pretermittere et capitula confrater-
 » nitatis sive societatis statuta et statuenda observare
 » pro nobis et a sociis observari pro posse, et omnia
 » que in nostro tempore nobis pro societate pervene-
 » rint scribi faciemus et de hiis omnibus rectoribus
 » sequentis anni rationem reddemus et ante nostrum
 » terminum per octo dies rectores cum consilio socie-
 » tatis vel majoris partis eligemus faciendo eos juvare
 » sicut et nos juvavimus, que omnia supradicta bona
 » fide sine fraude conservabimus et faciemus.

» Et ita Petrus Parvensis et Rolandus Florentinus
 » aurifices et Aldebrandus Bononiensis, rectores pre-
 » dicte confraternitatis sive societatis, tactis sacrosanc-
 » tis evangeliis corporaliter, juraverunt observe omnia
 » prescripta ab isto pasca Pentecosten usque in aliud
 » pasca Pentecosten proxime futurum.

» Quicumque interuerit hanc confraternitatem, tae-
 » tis sacrosanctis evangeliis corporaliter, juret promit-
 » tens per fidem sue peregrinationis et christianitatis,
 » interveniente etiam pacis osculo, quod predictam so-
 » cietatem seu confratram seu confraternitatem bona
 » fide sine fraude conservalit et augelbit pro posse, et
 » mandatis rectorum sibi factis pro honore et utilitate
 » societatis obediet toto tempore vite sue, ut in capi-
 » tulario confrarie continetur: clericus autem qui in-
 » trare voluerit, si habuerit sacros ordines, promittat
 » per fidem sue christianitatis et peregrinationis et
 » per ejus ordines cum osculo pacis pro reverentia ec-
 » clesiastici ordinis.

» Item volumus quod si quis pro societate iverit ali-
 » enbi de mandato rectorum et dampnum patiatur in
 » rebus suis vel in persona, restituatur ei de communii
 » secundum arbitrium rectorum eorum consilii.

» Item si quis in prelio vel exercitu Christianorum
 » contra hostes Crucifixi convocato vexillum societatis
 » secutus dimiserit fraudulenter vel fugerit absque rec-
 » torum licentia vel eorum mandato, a consortio socie-
 » tatis penitus repellatur sine spe reconciliationis, ar-
 » mis ejus insuper ad sui obprolrium publice combustis
 » si haberi poterunt.

» Item si quis industria sua, vel audacia, vel prohibi-
 » tate, vel quoquo alio modo de rebus vel personis ini-
 » micorum prius apprehenderit, ut de andace audacior
 » efficiatur, volumus quod tertiam partem acquisiti

» ante percipiat, tertia quidem alia in communi socie-
 » tatis reservetur. Residuum vero tertie equaliter inter
 » socios distribuatur; predicto quidem socio inter eos
 » convocato nisi fuerit miles qui partem habeat pro
 » duobus sociis, de tercia ultima vel turkopulis seu
 » aliquis alias miles qui de eadem ultima tercia parte
 » habeat pro una persona et dimidia.

» Ut autem statuta premissa prenominate confrarie
 » Sancti Spiritus de misericordia inconcessa rata
 » absque ulla commutatione illicite facta in perpetuum
 » permaneant, ego Jacobus, divina miseratione Acco-
 » nensis episcopus, ejusdemque confrarie confrater,
 » attendens predictam hanc confrariam ad subsidium
 » Terre Sancte maxime posse proficere, statuta predie-
 » torum fratrum, eo quod secundum Deum laudabiliter
 » et honeste facta sunt et inventa ad eorum petitionem.
 » anno ab incarnatione Domini MCCXX, assensu
 » et consilio capitulo nostri, confirmamus, et ne aliquis
 » contra haec statuta temere venire presumpserit, si-
 » gilli nostri munimine presentia capitula robara-
 » mus. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli.
 idibus martii, anno primo. »

347

Naples, 31 mars 1255.

[Alberto], archiepiscopo Rigensi, quem sub b. Petri et sua
 suscepit protectione, confirmat quaecumque possessiones ec-
 clesiae Rigensis, in quibus exprimuntur locus ecclesiae, civi-
 tas Rigensis, castra Thoreda, Lennewarde, Rescale, Remin,
 Dolen, Kercholme, Cochenhusen, Assuten et Lepene vulga-
 riter nuncupata, domi, terrae, quaecumque alia in locis Semi-
 gallie, Upemele, Metzepole, Tolewe et Selonie possessa, —
 episcopatus quoque Rigensi ecclesiae jure metropolitico sub-
 jectos, videlicet episcopatum Ostiensem, Tharbatensem, Cu-
 roniensem, Wironensem, Culminensem, Wamiensem, Pome-
 zaniensem, Sambiensem, Ruthentensem et Wersoniensem,
 — usum palci pontificalis in festivitatibus nominatis, conse-
 crationes episcoporum, ordinationes clericorum, licentiam per
 provinciam suam crucem vexillum dominicum conferendi, —
 et alia jura ac privilegia. (REG. 24, c. 291, f. 43v; POTTHAST
 15770.)

« ... , archiepiscopo Rigensi, ejusque successoribus canonice
 substituendis in perpetuum. Cum universis sancte ecclesie
 —. Dat. Neapoli per manum Guillielmi magistri scola-
 rum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellaria-
 ri, II kalendas aprilis, inductione XIII, incarnationis
 dominice anno M^{CCCLV}, pontificatus domini Alexandri pape III, anno primo. »

348

Naples, 6 avril 1255.

Petro dicto Apalocli feudum olim Johannis Egyptii de Frisine in Campania a Gregorio papa IX assignatum confirmat, litteras Gregorii datas Viterbi XII kalendas februarii anno IX pontificatus inserendo. (Reg. 24, c. 292, f. 43v.)

« *Petro dicto Apalocli, familiari nostro.* Devotionis tue merita —. Cum igitur, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, felicis recordationis G. papa predecessor noster tenimentum quod quondam Johannes Egyptius de Frisinone ab Ecclesia Romana tenuisse dinoscitur sub an[n]uo censu unius libre cere persolvendo Camere nostre, tibi et tuis heredibus in directum feudum concederit, prout in ejus litteris quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, concessionem eandem ratam et firmam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus : ad majorem autem cautelam, predictum tenimentum cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi et eisdem heredibus sub eodem censu in directum feudum in perpetuum de novo concedimus ex certa scientia de gratia speciali. Tenor autem predictarum litterarum talis est :

Viterbe, 21 janvier 1236.

« *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro dicto Apalocli, servienti Camere nostre,* salutem etc. Sede apostolica pia —. Quare, dilecte in Domino fili, propter devotum et fidele obsequium quod nobis impendere studuisti, te prosequentes in gratia quam apostolice Sedis benignitas solet ejus devotis ex dulcedine suorum uberum propinare, tuis supplicationibus inclinati, tenimentum quod Johannes Egyptius de Frisinone ab Ecclesia Romana tenuisse dinoscitur, tibi de mandato nostro a Dono rectore Campanie assignatum, pro quo una libra cere annis singulis nostre Camere persolvatur, tibi et tuis heredibus in directum feudum duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Si quis etc. Dat. Viterbi, XII kalendas februarii, anno nono. »

Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli, VIII idus aprilis, anno primo. »

349

Naples, 6 avril 1255.

Eidem tenimentum Aldanae uxoris Jacobi Mancini de Frisine a Gregorio papa IX assignatum confirmat, litteras Gregorii datas Perusii IIII nonas maii anno IX^o pontificatus inserendo. (Reg. 24, c. 292², f. 44.)

« *Eidem.* Devotionis etc. usque :

Pérouse, 4 mai 1235.

« Tenimentum quod quondam Aldana, uxor quondam Jacobi Mancini de Frisine, ab Ecclesia Romana tenuisse dinoscitur, cum quibusdam aliis excagentiis sub anno censu etc. usque : cautelam, tenimentum et excagentias supradicta cum omnibus juribus et pertinentiis eorumdem tibi et eisdem heredibus, etc. ut in alia usque : inclinati. Tenimentum quod Aldana, uxor Jacobi Mancini de Frisine, ab Ecclesia Romana tenuisse dinoscitur, a nobilibus viris Johanne de Judice et Oddone dieto Bello quondam balivis castri ejusdem tibi cum quibusdam aliis excagentiis assignatum, pro quibus una libra cere Camere nostre annis singulis persolvatur in directum feudum tibi duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Si quis etc. Dat. Perusii, III nonas maii, anno nono. »

Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli, VIII idus aprilis, anno primo. »

350

Naples, 6 avril 1255.

Eidem confirmat investituram et traditionem feudi quod fuerat Benedicti Gattutiarii a ballivo curiae castri de Frisine die XVII februarii MCCXXXVI factas. (Reg. 24, c. 292³, f. 44.)

« *Petro dicto Apoloclo, servienti Camere nostre.* Devotionis etc. usque : constitutus. Petrus Rubeus, tunc balivus curie castri de Frisine, de speciali mandato dilecti filii Stephani capellani nostri tunc rectoris ejusdem castri, te de toto et integro feudo quod fuerat Benedicti Gattutiarii investit et possessionem ejusdem tibi tradiderit corporalem, prout in instrumento inde confecto ejus tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur, nos tuis supplicationibus inclinati, investituram et traditionem easdem ratas et firmas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Ad majorem autem cautelam, predictum feudum cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi et tuis heredibus in directum feudum in perpetuum de novo concedimus ex certa scientia de gratia speciali. Tenor autem instrumenti predicti talis est :

[Frosinone], 17 février 1236.

« In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Anno nativitatis ejus M^oCC^oXXX^oVI^o, indictione IX^a, pontificatus domini G. pape noni anno IX^o, mense februarii die XVII. In presentia mei Ambrosii notarii publici et testium subscriptorum, videlicet ma-

» gisti Sergii Thebaldi, domini Roffridi Amati Macca-
 » ronis, Benedicti Capulueca, Johannis Sarraceni et
 » aliorum quamplurium apud ecclesiam sancti Martini
 » de Friscinone, Petrus Rubeus balivus Curie in Fris-
 » cinone proposuit et dixit se recepisse litteras domini
 » Stephani, domini pape capellani, rectoris ejusdem
 » castri, firmiter in mandatis ut ejus auctoritate inves-
 » tiret Petrum de Camera, familiarem domini pape, de
 » toto et integro feudo quod fuit Benedicti Gattuciarii.
 » Unde idem balivus auctoritate ipsius domini Stephani
 » investivit eundem Petrum Apaloeli de toto ipso feudo
 » quod fuit Benedicti Gattuciarii. Unde idem balivus,
 » auctoritate ipsius domini Stephani, investivit eundem
 » Petrum Apaloeli de toto ipso feudo et corporalem
 » tradidit possessionem, et dictus Petrus recepit pos-
 » sessionem domus que fuit dicti Benedicli pro tolo
 » feudo per dictum balivum et posuit in ea Mabiliam
 » mulierem ejusdem loci ut habitet ibi ejus vice et no-
 » mine coram hiis testibus ad hoc specialiter rogatis,
 » domino Johanne abbe sancti Martini. Amato ma-
 » gisti Sergii, Thebaldo domini Roffridi, Benedicto
 » Capulueca, Johanne Roberti. Et ego Ambrosius de
 » Campania, Imperii Sacri notarius habens potestatem
 » a domino papa dandi tutores et curatores, emanci-
 » pandi, interponendi decretum et publicandi et fa-
 » ciendi, quia hiis predictis interfui, hoc instrumentum
 » scripsi et complevi rogatus. »

Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis'ele.
 Dat. ut supra. »

351

Naples, 21 avril 1255.

Eidem tenimenta Johannis Egypti de Frisinone et quon-
 dam Aldanae feudumque quandam Benedicti Gattuciarii in
 perpetuum sub anno censu trium librarum cerea in directum
 feudum locat, confert et concedit, « quem censum usque ad
 XL annos Camere nostre fatemur esse solutum. » (Reg. 24,
 c. 292⁴, f. 44.)

« *Eidem. Sedes apostolica pia* —. Dat. Neapol., XI
 kalendas maii, anno primo. »

352

Naples, 22 avril 1255.

Capitulo Ortano, qui fratrem Petrum de Popleto ordinis Mi-
 norum, capellatum O. S. Mariae in Via lati diaconi cardinalis,
 virum utique litteratum, in episcopum elegerunt et per Ray-
 nerium nuncium confirmationem a papa postulaverunt, man-

dat, ut eidem Petro tanquam episcopo obdiant. (Reg. 24,
 c. 292⁵, f. 44.)

« *Capitulo Ortano. Debitum officii nostri* —. Dat. Nea-
 poli, X kalendas maii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et dioecesis Ortanarum usque : con-
 firmandum, sed, ubi dicitur episcopum, dicatur electum. Ideo-
 que universitati etc. usque in finem. (POTTHAST 15796)

In e. m. populo civitatis et dioecesis Ortanarum usque : sus-
 cipientes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliiter inten-
 datis. Dat. Neapol., II idus aprilis, anno primo.

In e. m. fratri Petro de Popleto ordinis Minorum, electo Or-
 tano, usque : duximus confirmandam, mutatis mutandis. Quo-
 circa mandamus quatinus devote suscipiens impositum a Do-
 mino tibi onus et summittens fortitudinis tue collum ad
 hujusmodi sarcinam mente stabili deferandam, predicte ecclie
 curam diligenter geras et salubriter ac utiliter exequaris.
 Ita quod eadem ecclesia sub tua vigilantia votivis amplificetur
 comodiis et optatis consurgat auctore Domino incrementis.
 Dat. ut supra.

353

Naples, 22 mars 1255.

Statuit ut priores hospitalis leprosorum s. Lazari Jerosoly-
 mitani fratribus eorum ordinis absolutionis beneficium impen-
 dant. (Reg. 24, c. 293, f. 44⁶)

« ... magistro et fratribus hospitalis leprosorum sancti
 Lazar Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini. Canonica
 constitutione cavitur quod monachi et canonicci regu-
 lares quocumque modo se in claustro percusserint non
 sunt ad apostolicam Sedem mittendi, sed secundum
 discretionem et prudentiam sui abbatis discipline sul-
 dantur : quod si abbatis discretio ad eorum correctio-
 nem non sufficit, providentia est diocesani episcopi
 adhibenda, nisi excessus difficultis fuerit et enormis,
 propter quem merito sit ad Romanam Ecclesiam recur-
 sus habendus. Nos ergo ad vos statulum hujusmodi
 duximus extendendum, auctoritate apostolica statuen-
 tes, ut in tali casu, nisi majoris sit providentia requi-
 renda, per priores vestros qui sicut audivimus presbyteri
 esse noscuntur, fratribus vestris absolutionis Beneli-
 cium impendatur. Dat. Neapol. XI kalendas aprilis,
 anno primo. »

354

Naples, 22 mars 1255.

Eisdem regulam b. Augustini, quam se asserunt esse pro-

fessos hactenus, confirmat. (Reg. 24, c. 293¹, f. 44^v; POTTHAST 15761.)

« *Eisdem. Cum a nobis —. Dat. ut supra.* »

355

Naples, 19 mars 1255.

[Alberto], archiepiscopo Rigensi, mandat ut, cum Otto de Lueeborch et Tydericus de Kivel, fratres Rigensis et Rivalensis diocesum, non modicam paganorum multitudinem ad christiana fidei notitiam induxerint, praefatos paganos ad eandem fidem recipiat eisque postmodum personam idoneam absque praejudicio juris alieni et praecepit fratum Hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia et Prussia in episcopum praeficiat. (Reg. 24, c. 294, f. 44^v; POTTHAST 15755.)

« *.., archiepiscopo Rigensi. Que laudem conditoris —. Dat. Neapoli. XIIII kalendas aprilis, anno primo.* »

356

Naples, 13 avril 1255.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Crucis Mortariensis propter bellorum detrimenta concedit licentiam semetipsos transrendi ad castrum ipsorum Zemeti, Papiensis diocesis, et ibidem construendi ecclesiam. (Reg. 24, c. 295, f. 44^v.)

« *.., preposito et capitulo ecclesie sancte Crucis Mortariensis, ordinis sancti Augustini, Papiensis diocesis, ad Romam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Etsi nobis —. Sane lecta coram nobis vestra petitio continebat quod, cum ecclesia vestra, crebrecentibus in partibus illis guerrarum periculis per hostiles compugnantium adinvicem circumstantium populorum incursus et collisiones, bellorum validis attrita pressuris frequentis vastitatis et dejectionis incurrit detimenta, ipsius officinis, domibus ac edificiis aliis sepius demolitis ac bonis ejusdem violenta depredatione direptis, et nequam videatur expediens eam adhuc jacentem dirutam et prostrata in loco sic periculis et guerris exposito, sic dubio et suspecto novis edificiis et dispendiis instaurare, licentiam transferendi vos ad castrum vestrum Zemeti Papiensis diocesis et ibidem construendi ecclesiam et domos vestris usibus oportunis; ita quod vos et dicta ecclesia construenda omnibus privilegiis, exemptionibus, libertatibus et immunitatibus et juribus quibus nunc gaudetis vos et predicta ecclesia sancte Crucis gaudeatis imposterum devote supplicationis instantia postulastis. Nos igitur ut in tranquillo pacis dispositi et tabernaculo fiducie stabiliti, Regi pacifico liberius et quietius obsequi valeatis et dicta ecclesia*

que per guerrarum discrimina gravibus est depressa jacturis et multiplicibus collapsa ruinis per fruitio- neum pacis optatis auctore Domino proficiat incremen- tis, vestris supplicationibus inclinati, devotioni vestre auctoritate presentium licentiam tribunimus postu- latam, concedentes vobis et per vos dicte ecclesie construende ac etiam statuentes ut vos et predicta ec- clesia omnibus privilegiis, exemptionibus, immunitati- bus, libertatibus et juribus que vos et dicta sancte Crucis ecclesia obtinere noscimini perpetuo gaudeatis. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

357

Naples, 9 avril 1255.

Abbatis et conventui s. Anastasii de Urbe, Cisterciensis or- dinis, concedit, ut in ecclesia eorum s. Justi Tuscanensis infirmitiorum habere possint, in quo monachi et conversi infir- mitate gravati esu carnium refici valeant. (Reg. 24, c. 296, f. 44^v.)

« *... abbatii et conventui sancti Anastasii de Urbe, Cister- ciensis ordinis. Ex tenore vestre petitionis accepimus quod in Tuscie partibus quasdam domos et ecclesias obtinetis, in quibus plures vestri monachi et conversi residentiam faciunt personalem, qui, si aliquando infir- mantur ad aliquam abbatiam vestri ordinis propter locorum distantiam comode accedere nequenit, neces- sariam refectionem carnium habituri, prout in monas- terium ejusdem ordinis infirmarias habentibus obser- vatur. Quia vero dicti monachi et conversi non sine vestro et predictarum ecclesiarum ac domorum multi- plici detimento gravem pro tali defectu noscuntur incurrire lesionem, nos super hoc de circumspecta Sedis apostolice pietate salubriter providentes, presen- tium vobis auctoritate concedimus, ut in ecclesia vestra sancti Justi Tuscanensis infirmitiorum habere possitis, in quo predicti monachi et conversi, quando infirmi- tate gravantur, esu carnium juxta beati Benedicti regu- lam et instituta generalis capituli Cisterciensis refici valeant, prout tibi fili abbas videbitur expedire. Non obstante quod ab eodem capitulo dicitur esse statutum ut nulli persone Cisterciensi carnibus vesci liceat extra ipsius ordinis abbatias. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo. »*

358

Naples, 8 mars 1255.

Ministro fratrum Minorum Alamannia ac diffinitoribus pro-

vincialibus capituli in Ezzelingen celebrati confirmat concessionem, qua ipse tunc Ostiensis et Velletrensis episcopus eis indulxit quod exceptis Argentinensi, Constantiensi, de Ulma et de Phullengen claustris ordinis s. Damiani nullatenus teneantur aliquorum claustrorum ejusdem ordinis constructorum aut construendorum in Alamannia curam gerere vel habere. (REG. 24, c. 297, f. 45; POTTHAST 15725; BERNOULLI, *Acta pontif. Helvet.*, n° 646; RODENBERG, t. III, n° 386.)

« ... ministro fratrum Minorum Alamannie ac diffinito-ribus provincialibus capituli in Ezzelingen celebrati. Cum a nobis —. Dat. Neapoli, VIII idus marci, anno primo. »

359

Naples, 20 mars 1255.

Guidoni de Nealpha (V. supra, n° 342), decano ecclesiae s. Martini Turonensis, indulget, ut, quandocunque infra territorium dictae ecclesiae contigerit ipsum morari, pro residente habeatur in ecclesia memorata. (REG. 24, c. 298, f. 45.)

« Guidoni de Alpha, capellano nostro, decano ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Devotionis tue precibus benignum impertientes assensum, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut, quandocunque infra territorium ecclesie beati Martini Turonensis faciendo utilitatem ipsius territorii contigerit te morari, dummodo ad id ejusdem ecclesie capituli accedat assensus, pro residente habearis in ecclesia memorata, contraria ecclesie jamicte consuetudine vel statuto vallato, juramento seu confirmatione alia non obstante. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XIII kalendas aprilis, anno primo. »

360

Naples, 21 avril 1255.

Capitulo ecclesiae Alexandriae indulget « ut nullus executor per apostolice Sedis vel legatorum ipsius litteras de prebendis annexis dignitatibus seu personatibus ecclesie vestre possit alicui nisi personis illis dumtaxat que dignitates vel personatus ipsos canonice assecente fuerint providere absque speciali Sedis ejusdem mandato. » (REG. 24, c. 299, f. 45.)

« Capitulo ecclesie Alexandriae. Vestre meritis devotio- is —. Dat. Neapoli, XI kalendas maii, anno primo. »

361

Naples, 3 avril 1255.

Archiepiscopo Turonensi mandat quatinus, resignante Gi-

rardo abbate regimen monasterii Nucariensis, de bonis mo- nasterii dicto abbatii assignari faciat competentem provisionem. (REG. 24, c. 300, f. 45.)

« ... archiepiscopo Turonensi. Dilectus filius Girardus, abbas monasterii Nucariensis, ordinis sancti Benedicti, tue dioecesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse propter defectum visus et aliam sui corporis infirmitatem regimini dicti monasterii comode vacare non possit, cessionem ipsius admitti eique de bonis ejusdem monasterii provisionem congruam assignari misericorditer mandaremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, ab eodem abbatte libera regiminis dicti monasterii per te vel per alium resignatione recepta, de bonis ipsius monasterii provisionem dicto abbatii assignari auctoritate nostra facias competentem. Contradictores etc. Non obstante si —. Dat. Neapoli, III nonas aprilis, anno primo. »

362

Naples, 10 avril 1255.

Translationem dignitatis episcopalis ab Auximana civitate ad ecclesiam s. Flaviani de Recanato, quam fecit G. papa et confirmavit I. papa, confirmat. (REG. 24, c. 301, f. 45.)

« Clero et populo Racanatensi. Exigentibus vestre devotionis meritis etc. usque : exhibemus. Sane petitio vestra nobis exhibita continet quod felicis recordationis G. papa, predecessor noster, provide considerans vos in devotione Ecclesie illam constantiam habuisse. quod nec dampna rerum vobis per quandam Fredericem imperatorem illata, nec pericula corporum vos a fidelitate ipsius Ecclesie avitere potuerunt, et congruum extimans ut castrum Racanatense quod esse civitatem statuit grata honorificentia efferretur, de communis fratrum suorum consilio et assensu, terre vestre quam exemit a jurisdictione Humanatis ecclesie episcopalem dignitatem concessit, a populo Auximano qui dicto Frederico Deum et Ecclesiam prosequenti divino timore postposito dampnabiliter adherebat, ad ecclesiam sancti Flaviani de Racanato, quam cathedralem esse decrevit, Auximananam sedem cum omnibus iuribus suis, dignitatibus et honoribus transferendo; ita tamen ut, cum expedire videret, Humanati ecclesie in recompensationem spiritualium et temporalium iurium que in dicto castro et territorio ejus obtinuit, aliquam partem Auximane diocesis assignaret. Postmodum autem felicis recordationis I. papa, predecessor noster, quod per eundem G. papam factum extitit in hac parte, per suas litteras confirmavit. Nos itaque vestris supplicationibus incli-

nati, quod super premissis ab eisdem predecessoribus nostris factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : concedimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, III idus aprilis, anno primo. »

363

Naples, 13 avril 1255.

Universis sororibus monasteriorum ordinis s. Damiani, Ecclesiae Romanae immediate subjectis, indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum Sedis apostolicae in perpetuum compelli minime valeant. (Reg. 24, c. 302, f. 45; Polthast 15799.)

« *Universis abbatibus (sic) et sororibus monasteriorum ordinis sancti Damiani, Ecclesie Romane immediate subjectis. Paupertati vestre quam —.* Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

364

Naples, 9 avril 1255.

Conventui monasterii de Caritate, Cluniacensis ordinis, indulget, ut, sicut de terris quas propriis laboribus aut sumptibus excusat, de nemoribus incultis quae ad cultum redigit, nulli decimas solvere teneatur. (Reg. 24, c. 303, f. 45v.)

« *.., priori et conventui monasterii de Caritate, Cluniacensis ordinis, Autisiorensis diocesis. Solet annuere Sedes apostolica usque : impetriri. Eapropter, dilecti in Domino Iilii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ut, cum de terris quas propriis laboribus excusat, aut sumptibus nulli decimas solvere teneamini, vobis seu ordini vestro a Sede apostolica sit concessum, ita quoque de nemoribus vestris vel aliis que a tempore ejus non extat memoria culta non fuerunt, que ad cultum redigetis propriis sumptibus et coletis solvere non teneamini, auctoritate vobis presentium indulgeamus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus aprilis, anno primo.* »

365

Naples, 5 mars 1255.

Aymerico, episcopo Lemovicensi, concedit ut tria beneficia ecclesiastica diocesis suae, quorum collatio propter vacationem diutinam ad Sedem apostolicam est devoluta, tribus idoneis clericis in eis residere paratis possit conferre. (Reg. 24, c. 304, f. 45v.)

« *Aymerico, episcopo Lemovicensi. Tue merita sinceri-*

tatis exposcent ut, in hiis que possunt digne fieri, nos tibi simus oportuno tempore gratiosi. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut tria beneficia ecclesiastica tuę civitatis et diocesis, etiam curam animarum habentia, quorum collatio propter vacationem diutinam ad Sedem apostolicam juxta sanctiones canonicas devoluta, tribus idoneis clericis in eis residere paratis possis hac vice conferre. Contradictores etc. Non obstante —. Dat. Neapoli, III nonas martii, anno primo. »

366

Naples, 11 mars 1255.

Eidem facultatem concedit commutandi quatuor clericis suis bene merentibus beneficia quae ex dispensatione apostolica obtinent, in alia sua diocesis. (Reg. 24, c. 305, f. 45v.)

« *Eidem. Devotionis tue probata sinceritas apud nos et apostolicani Sedem meretur assidue ut personam tuam speciali prosequamur gratia et honore. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut IIII^{er} dun-taxat clericis tuis, quibus ad hoc morum et vite merita suffragari videbis, beneficia que ex dispensatione apostolica obtinent, in alia tue civitatis seu diocesis, si ad tuam collationem spectant, commutare valeas, dispensatione hujusmodi in suo nichilominus robore duratura, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.* Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

367

Naples, 10 avril 1255.

Eidem officium visitationis in monasterio Beneventi perfectum nequeunt impendere, abbate G. tunc regimen monasterii cedente, concedit ut officium ipsum ibidem ad debitum perducat effectum. (Reg. 24, c. 306, f. 45v.)

« *... episcopo Lemovicensi. Ex tenore tue petitionis accepimus quod, cum tu olim ad monasterium Beneventi, ordinis sancti Augustini, tue diocesis, lege tibi diocesana subjectum personaliter accessisses, visitationis, correctionis et reformationis officium impensurus ibidem, G. tunc prior ejusdem monasterii sponte cessit sui regimini prioratus, cui aliis prior per electionem canonicam fuit postmodum substitutus. Quia vero hujusmodi officium ex tunc remansit haec tenus imperfectum, humiliiter pro tua parte petebatur a nobis ut, cum monasterium ipsum exinde in spiritualibus et temporalibus non modicam lesionem incurrat, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos*

itaque tuis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut officium ipsum tam in capite quam in membris nostra et tua auctoritate ibidem ad debitum perducas effectum. Contradictores etc. Non obstante, ut supra. Dat. Neapoli, IV idus aprilis, anno primo. »

368

Naples, 11 avril 1255.

Eidem facultatem concedit confirmandi sexdenarium canonorum numerum ecclesiae Aentensis ab ipsis canonicis statutum, et statuendi ut numerus eorum non augendus sit, nisi facultates ecclesiae excreverint. (REG. 24, c. 307, f. 45v.)

« *Eidem*. Dilectorum filiorum .., prepositi et capituli secularis ecclesie Aentensis, tue dioecesis, precibus inclinati, confirmandi sexdenarium canonicorum numerum. quem preposito computato iidem prepositus et capitulum vel major et sanior pars ipsorum in eadem ecclesia, pensatis ipsius facultatibus, proventibus et expensis, diligenter deliberatione provida statuerunt, et statuendi ut de cetero ecclesia ipsa eodem numero sit contenta, nisi adeo ipsius facultates excreverunt, quod in ea canonicorum numerus merito sit augendus, auctoritate Sedis apostolice in omnibus semper salva, et ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri. plenam tibi ac liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Neapoli, III^e idus aprilis, anno primo. »

369

Naples, 9 avril 1255.

Decano et capitulo Lemovicensibus concedit ut unum de clericis episcopi Lemovicensis idoneum et honestum, quem idem episcopus eis duxerit nominandum, in canonicum possint recipere. (REG. 24, c. 308, f. 45v.)

« *.., decano et capitulo Lemovicensibus*. Inducimur meritis venerabilis fratris nostri ... Lemovicensis episcopi, ut in hiis que digne possumus eum in suis oportuno tempore honoremus. Hinc est quod nos ejus supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut unum de clericis ipsius episcopi ydoneum et honestum, quem idem episcopus vobis duxerit nominandum, in canonicum et in fratrem possitis recipere ac sibi de prebenda, si vacat ad presens vel quam cito se facultas obtulerit, providere. Non obstantibus indulgentiis apostolicis, aut statuto de certo canonicorum numero seu quibuslibet aliis consuetudinibus contra-

riis, juramento vel confirmatione Sedis apostolice seu quacumque firmatione vallatis, eis post illius receptionem in suo robore nichilominus duraturis. Dat. Neapoli. V idus aprilis, anno primo. »

370

Naples, 13 avril 1255.

Episcopo Juvenaciensi domos, furnum et arbores olivarum in territorio civitatis ejusdem ad Curiam spectantia concedit usque ad suae ac O. s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis, apost. Sedis tegati, beneplacitum voluntatis. (REG. 24, c. 305², f. 45v.)

« *.., episcopo Juvenaciensi*. Cum sicut ex parte tua nobis extitit intimatum, Juvenaciensis ecclesia, preteriti temporis faciente malitia, sit adeo in suis facultatibus diminuta quod ex ipsis proventibus prout episcopalem dignitatem condecet, non potes comode sustentari, nos tuis supplicationibus inclinati, domos que fuerunt fundici et furnum cum domo ipsius furni, sita in civitate Juvenaciensi, neenon et arbores olivarum quas tenuit olim Hugo de Lilla in territorio civitatis ejusdem, ad Curiam spectantia, persone tue concedimus de gratia speciali, retinenda a te cum ipsarum proventibus usque ad nostre vel dilecti filii nostri O., sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, beneplacitum voluntatis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

371

Naples, 13 avril 1255.

Archiepiscopo Januensi mandat, dispensem Johanni de Borrello de castro Bonifacii, qui, pro sedandis capitalibus inimicitis inter ipsum et Raymundum dictum Pelutum exortis, cum Jacobina nata Raymundi sponsalia contraxit, postea autem, Jacobina ante nubilem etatem mortua, Agneti ipsius pueriae amitae se copulavit, quod bujusmodi matrimonium licite remaneat. (REG. 24, c. 306², f. 45.)

« *.., archiepiscopo Januensi*. Ex parte dilecti filii Johannis de Borrello de Castro Bonifacii, tue dioecesis, fuit propositum coram nobis, quod ipse dudum, pro sedandis capitalibus inimicitis que inter ipsum et Raymundum dictum Pelutum castri predicti exorte fuerant, cum quondam Jacobina puella tunè septenni nata ipsius Raymundi sponsalia per verba de futuro contraxit: qua tandem, antequam ad nubilem [perveniret] etatem, viam universe carnis ingressa, dictus Johannes Agnetem amitam ipsius puerle sibi matrimonialiter

copulavit, carnali inter eos copula subsecuta. Quare dictus Johannes nobis supplicavit instanter ut, ne inter ipsum et eundem R. inimicitias ipsas jam sopitas, quod absit, revivisci contingat, quod in hujusmodi matrimonio cum eadem A. remanere licite valeat, dispensare misericorditer curarennus. Gerentes itaque de circumspectione tua fiduciam in Domino pleniorum, mandamus quatinus cum ipso et eadem Agneta super hoc auctoritate nostra dispenses, si videris expedire. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

372

Naples, 15 avril 1255.

Prædicatoribus, inquisitoribus haereticae pravitatis in terris comitis Pictavensis et Tholosani, concedit facultatem, ut in tecendis sententiis contra illos, qui de pravitate convicti fuerint, peritos advocent ad eorum consilium super hoc utendum. (REG. 24, c. 307², f. 46; POTTHAST 15804.)

« .., priori fratrum Predicotorum Parisiensem et aliis inquisitoribus heretice pravitatis deputatis ab eo in terris dilecti filii, nobilis viri .., comitis Pictavensis et Tholosani. Cupientes quod in —. Dat. Neapoli, XVII kalendas maii, anno primo. »

373

Naples, 15 avril 1255.

Eisdem concedit, ut, si qui a poenitentiis occasione pravitatis haereticae ipsis impositis a quocumque sine mandato Sedis apostolice minus juste fuerint absoluti, ipsos provide corrigant. (REG. 24, c. 307^{2 bis}, f. 46; POTTHAST 15805.)

« Eisdem. Auctoritate vobis presentium —. Dat. Neapoli, XVII kalendas maii, anno primo. »

374

Naples, 18 mars 1255.

Capitulo Cusentino mandat quatinus Bar[tholomeum], electum episcopum, a sede Amalfitana ab Innocentio IV ad regimen ecclesiae Cusentinae translatum, tanquam pastorem suscipiant. (REG. 24, c. 308¹, f. 46.)

« Capitulo Cusentino. Conversis pridem felicis recordationis I. pape predecessoris nostri ad personam dilecti filii Bar. electi Cusentini, tunc Amalfitani, sui meritis oculis, ipsum a vinculo quo astriclus Amaltitane ecclesie tenebatur absolvit et ad regimen ecclesie Cusentine transtulit de Sedis apostolice plenitudine potestatis, spe concepta quod, cum sit morum honestate conspicuus et scientie thesauro dotatus ac in spi-

ritualibus providus et temporalibus circumspectus, dicta ecclesia Cusentina Deo propitio augmentum honoris consequi et in prosperis debeat ampliari. Rogamus itaque Universitatem vestram et hortamur attente, ad instar ipsius predecessoris nostri, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eundem electum, cui plenam ipsius ecclesie Cusentine in spiritualibus et temporalibus idem predecessor commisit, cum ad vos pervenerit, admittentes hylariter et devote ac sibi tanquam pastori vestro debitam obedientiam et reverentiam impendentes —. Dat. Neapoli, XV kalendas aprilis, anno primo. »

375

Naples, 13 avril 1255

Episcopo Cremonensi mandat quatinus fratribus Heremitis conventus Cremonensis in ecclesia s. Clementis extra civitatem olim morantibus, postea vero in suburbio civitatis translati, concedat facultatem vendendi quandam peciam terrae, ecclesiae s. Clementis a quondam Squagolo de Ciconeis concessam. (REG. 24, c. 309, f. 46.)

« .., episcopo Cremonensi. Dilecti filii .., prior et fratres ordinis Heremitarum in conventu Cremonensi sua nobis insinuatione monstrarunt, quod quondam Squagolus de Ciconeis laicus quandam petiam terre ipsorum ecclesie sancti Clementis extra civitatem Cremonensem tune desertam ad opus unius sacerdotis qui ibidem divina officia celebraret pro suorum contulit remedio peccatorum. Cum autem quondam Alberto inibi presbitero instituto eorum ordinem assumente, bone memorie ... episcopus Cremonensis, ecclesiam eis concessisset candem et ipsi moram in ea diutius contraxissent, tandem iidem propter guerrarum discrimina in ecclesia ipsa nequeentes sine multo scandalo et propter loci ineptitudinem commorari, se de consensu tuo, tunc electo Cremonensi, ad alium locum aptiorem in suburbii Cremonensis translulerunt: propter quod nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ipsi pro ejusdem defuncti anima parati sint in loco ad quem se translusisse noscuntur celebrari facere vel per se ipsos etiam celebrare divina, vendendi dictam petiam terre et commutandi ejus precium in aliam terram magis vicinam et aptam, neconon ipsam ecclesiam cum eis edificiis ad locum eundem transferendi, plenam eis concedamus per nostras litteras facultatem. Tibi igitur in hac parte deferre volentes, mandamus quatinus eis auctoritate nostra postulata concedas, si videris expedire, sine juris prejudicio alieni. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

376

Naples, 20 avril 1255.

Monialibus s. Thomae de Monte sancto concedit ut a quocumque conveniri per litteras apostolicas non possint. (REG. 24, c. 310, f. 46.)

« ... abbatisse ac monialibus inclusis monasterii sancti Thome de Monte sancto, Firmane diocesis, ordinis sancti Damiani. Celestia querentibus terrenis —. Dat. Neapoli, XII kalendas maii, anno primo. »

377

Naples, 3 avril 1255.

Priori et conventui ecclesiae s. Pauli de Neweham, Lincolnensis diocesis, qui jam duas partes ecclesiae de Sugivele in usus proprios retinent, concedit tertiam partem ejusdem pro subsidio fabricae ecclesiae de Neweham. (REG. 24, c. 311, f. 46.)

« ... priori et conventui ecclesie sancti Pauli de Neweham, ordinis sancti Augustini, Lincolnensis diocesis. Sincere devotionis affectus —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod duas partes ecclesie de Sugivele, Lincolnensis diocesis, tam ordinaria quam apostolica auctoritate vobis concessas in usus proprios retinetis et ipsarum proventus ecclesie vestre de Neweham fabrice deliberatione provida deputastis. Verum quia proventus ipsi ad eandem fabricam detenti strucitura inceptam, que magnos sumptus exigit, sufficere minime dinoscuntur, vos super hoc benignam apostolicę Sedis gratiam implorantes, tertiam partem ipsius ecclesie de Sugivele, in qua jus patronatus habetis, in subsidium ejusdem fabrice vobis concedi in propriis usus devotione humili postulastis. Nos igitur devotionis vestre precibus inclinati, prefatam tertiam ipsius ecclesie cum omnibus juribus et pertinentiis suis applicandam perpetuo vestris et successorum vestrorum usibus propriis pro subsidio fabrice supradicte de gratia concedimus speciali indulgentes vobis nichilominus, ut cedente vel decadente ipsius rectore vel alio quovis modo ejusdem ecclesie parte vacante ejus possessionem auctoritate nostra ingredi libere valeatis, diocesanis vel archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito. Ita tamen quod vos episcopalia, archidiaconalia et alia consueta ipsius ecclesie onera superletis et vicario in ea perpetuo servituro, quem diocesano canonice presentabitis, per vos de proventibus ejusdem ecclesie portio competens ex qua congrue sustentari valeat, assignetur. Non obstantibus —. Nos enim decernimus irritum —. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, III nonas aprilis, anno primo. »

ALEXANDRE IV, t. I

378

Naples, 3 avril 1255.

Prioribus infrascriptis mandat, quatinus eosdem priorem et conventum terciae ipsius ecclesiae partis corporalem possessionem adeptos defendere procurent. (REG. 24, c. 311^a, f. 46.)

« ... sanete Trinitatis de Gypewico, ordinis sancti Augustini, et ... de Waletone, ordinis sancti Benedicti, Noricensis diocesis, prioribus. Sincere devotionis etc. usque : attemptari —. Dat. ut supra. »

379Naples, 1^{er} avril 1255.

Magistro Radulfo de Terve, canonico Lichefeldensi, dispensat, ut, praeter praebendam Lichefeldensis ecclesiae et ecclesiam de Campedense euram animarum habentem quas obtinet, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam similem curam habens, retinere valeat. (REG. 24, c. 312, f. 46^v.)

« Magistro Radulpho de Terve, canonico Lichefeldensi. Per studia laudabilis —. Dat. Neapoli, kalendis aprilis, anno primo. »

380

Naples, 16 avril 1255.

Abbati et conventui s. Petri de Canonica, Amalfitanae diocesis, confirmat omnia quae Fredericus imperator Romanorum, tunc rex Siciliae, monasterio concessit, non obstante quod praefata privilegia non fuerint repressata in curia Frederici apud Capuam et ideo reputentur revocata. (REG. 24, c. 313, f. 46^v.)

« ... abbati et conventui monasterii sancti Petri de Canonica, Cisterciensis ordinis, Amalfitane diocesis. Justis petentium etc. usque : completere. Sane vestra petitio nobis exhibita continebat quod quandam Fr., olim imperator Romanorum, tunc rex Sicilie, redditus, terras, possessiones et quedam alia bona monasterio vestro concessit, prout in ipsius privilegiis inde confectis plenius dicitur contineri. Verum quia idem Fr. postmodum omnia privilegia in regno Sicilie ab eo concessa, que non fuerunt representata sibi apud Capuam in curia ibi celebrata sollempniter, dicitur revocasse, ac ea per que vobis predicta contulerat ei tunc exhibita non fuerunt. provideri vestro monasterio super hoc a nobis humiliter supplicastis. Nos igitur devotionis vestre precibus inclinati, omnia que idem Fr., tunc rex Sicilie, per privilegia sua monasterio vestro pia et provida liberalitate concessit, non obstante quod vos exhibere sibi in dicta curia prefata privilegia neglexistis aut nequivistis apprehendere possessionem aliquorum

ipsorum malitia temporis faciente, vobis et per vos ei-
dem monasterio auctoritate apostolica confirmamus
etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirma-
tionis etc. Dat. Neapoli, XVI kalendas maii, anno
primo. »

381

Naples, 14 avril 1255.

Conventui Sororum Poenitentiae monasterii s. Annae Mes-
sanensis concedit, ut, infra spatum ducentorum passuum un-
dique circa monasterii dieti fines, nulli licet aliud monaste-
rium, vel oratorium, aut claustrum, seu ecclesiam religiosarum
aut secularium personarum construere de novo in ipsarum
praejudicium. (REG. 24, c. 314, f. 46v.)

« .., priorisse et conventui Sororum Penitentie monas-
terii sancte Anne de Messana, ordinis sancti Augustini. Ut
in pacis —. Dat. Neapoli, XVIII kalendas maii, anno
primo. »

382

Naples, 9 avril 1255.

Magistro Bernardo Ispano, decano Ulixbonensi, indulget, ut
nullus delegatus a Sede apostolica, aut subdelegatus ab eo etc.
possit in ipsum excommunicationis vel suspensionis sententias
promulgare, absque speciali mandato. (REG. 24, c. 315, f. 46v.)

« Magistro Bernardo Ispano, decano Ulixbonensi, capel-
lano nostro. Ob sincere devotionis —. Dat. Neapoli,
V idus aprilis. anno primo. »

383

Naples, 3 janvier 1255.

Petro Johannis, Bernardi Ispani capellani sui nepoti et ca-
nonico Auriensi, indulget, ut, insistens Bononie per quadrien-
nium scholasticis disciplinis, non obstante quod episcopus
Auriensis ei praecepit ut infra festum dominicae Nativitatis
proximo praeteritum ad ecclesiam Auriensem rediret, pro-
ventus praebendae suae percipere valeat. (REG. 24, c. 316,
f. 46v.)

« Petro Johannis, canonico Auriensi. Tua nobis petitio
patefescit quod, cum causa studendi Bononie mora-
reris, venerabilis frater noster .., episcopus Auriensis,
tibi. sicut sibi placuit, dedit per suas litteras in pre-
ceptis, ut infra festum dominicae Nativitatis proximo
praeteritum ad ecclesiam Auriensem redires, facturus
ibidem residentiam personalem et sacros ordines re-
cepturus. Cum autem, sicut proponis, adipisci cupias
scientie margaritam, nos volentes propter hoc et in-

tuitu dilecti filii magistri Bernardi Ispani, capellani
nostris, cuius nepos existis, personam tuam benivolentia
gratiosa fovere, tuis et ejusdem capellani suppli-
cationibus benignum impertientes assensum, tibi auctoritate
presentium indulgemus, ut, insistens Bononie
vel alibi ubi fuerit competens exercitium studiorum
per quadriennium scolasticis disciplinis, proventus
prebende tue ipsius ecclesie percipere valeas, prout
consuoverunt percipere prebendarum suarum proven-
tus alii ejusdem ecclesie canonici studio insistentes,
nec interim ad suscipiendos sacros ordines cogi possis.
Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III no-
nas januarii, anno primo. »

384

Naples, 28 mars 1255.

Regi Anglorum de novo decimam ecclesiasticorum proven-
tuum pro Terra sanctae subsidio in regno Angliae, Wallia,
Ybernia et Wasconia per triennium concedit. (REG. 24, c. 317,
f. 46v; POTTHAST 15768.)

« .., regi Anglorum illustri. Felicis recordationis In-
nocentius —. Datum Neapoli, V kalendas aprilis, anno
primo. »

In e. m. eidem usque : sentientes; factamque tibi in hac
parte gratiam ampliantes, decimam eorumdem proventuum in
terra tua dictorum regni et provinciarum ad opus ejusdem
subsidiæ persequens biennum de fratrum nostrorum consilio
et assensu de gratia concedimus liberali. Nulli etc. nostre
concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo.

385

Naples, 25 avril 1255.

Episcopo Lichefeldensi mandat, quatinus dispenset Alano
dicto Villano et Ysabellæ natae Clementis, quarto consanguinitatis
gradu junctis, matrimonialiter tamen copulatis, ut ser-
vetur matrimonium. (REG. 24, c. 318, f. 47.)

« ... episcopo Lichefeldensi. Exhibita nobis nobilis viri
Alani dicti Villani. Ite diocesis, petitione, accepimus
quod, cum ipse cum Ysabella, nata Clementis, ejusdem
diocesis, olim per verba contrahens de presenti matri-
monium cum ea carnali subsecuta postmodum copula
consumasset. demum ipse processu temporis quarto
consanguinitatis gradu eamdem Y. ex utroque se con-
tingere latere comperit. stipite minime computato.
Quare suppliciter petebatur a nobis, ut cum nos absque
gravi scandalo et strage multorum matrimonialiter non
posset eisdem copula interdici, licite ipsum cum Y.

remanere jam dicta et stare ac servari contractum inter eos taliter matrimonium impedimento non obstante hujusmodi mandaremus. Verum quia merito severitati detrahitur ubi necessitas vel utilitas id exposcit. tibi, qui loci dioecesanus existis, de hujusmodi negotio ejusque circumstantiis habere poteris notitiam plenioram in hac parte deferre volentes, mandamus quatinus inquisita sollicitudine de premissis et cognita plenus veritate, si rem inveneris ita esse, cum Alano et Ysabella prefatis ut cohabitare licenter et conjugales sibi ad invicem valeant exhibere affectus, presentium auctoritate dispense(n)s, injuncta eis nichilominus alias super hoc penitentia salutari. Dat. Neapoli. VII kalendas maii, anno primo. »

386

Naples, 20 avril 1255.

Matheo, filio quondam Johannis Capuani de Amalfia et nobili mulieri Sicae, natae Johannis Augustaricii, ejusdem loci, quarto consanguinitatis gradu conjunetus, facultatem ad invicem matrimonialiter copulandi ab O. s. Mariae in Via Lata diacono cardinale apost. Sedis legato concessam confirmat. (REG. 24, c. 319, f. 47.)

« Matheo, filio quondam Johannis Capuani de Amalfia, et nobili mulieri Sice, natae Johannis Augustaricii ejusdem loci. Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, dilectus filius noster O. sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, vobiscum ex auctoritate concessa sibi specialiter a nobis in talibus ut possitis ad invicem matrimonialiter copulari. non obstante quod quarto consanguinitatis gradu conjuncti esse noscimini dispensarit, prout in ipsius legati litteris super hoc confeetis plenus dicitur contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem legato factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communiquamus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli. XII kalendas maii. anno primo. »

387

Naples, 12 avril 1255.

Infrascripto indulget ut, praeter ecclesias s. Petri et s. Mariae de Grascone et de Wehamstude, quarum provenient XXIII marcas argenti vix excedunt, unicum beneficium similem curam animarum habens recipere et retinere valeat. (REG. 24, c. 320, f. 47.)

« Johanni, sancte Marie et sancti Petri de Grascone et de Wehamstude ecclesiaram rectori. Lincolnensis diocesis.

Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Neapoli, II idus aprilis, anno primo. »

388

Naples, 16 avril 1255.

Episcopo Frisingensi, qui nonnulla bona per suam industriam acquisivit pro ecclesia Frisingense, indulget inhibitio nem ut nullus successorum ipsius bona eadem auctoritate propria vendere vel alienare praesumat. (REG. 24, c. 321, f. 47.)

« ... episcopo Frisingensi. Cum sicut te —. Dat. Neapoli, XVI kalendas maii, anno primo. »

389

Naples, 11 avril 1255.

Archiepiscopo Compostellano licentiam ab Egidio ss. Cosme et Damiani diacono cardinale commissam, ut poenam statutam contra concubinarios clericos provinciae Compostellanae per bonae memoriae I. episcopum Sabinensem et in Hispania legatum in aliam commutare possit, confirmat, litteras Egidii datas Anagniae IIII nonas octobris MCCLIII inscrendo. (REG. 24, c. 322, f. 47.)

« ... archiepiscopo Compostellano. Tua nobis fraternitas intimavit quod bone memorie E., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, auctoritate felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, tibi commisit, ut penam statutam contra concubinarios clericos civitatis et diocesis ac provincie Compostellane per bone memorie I. episcopum Sabinensem. tunc in partibus Ispanie apostolice Sedis legatum, posses pensatis circumstantiis in aliam que ad pecuniarium non converteretur compendium, prout in ipsius cardinalis habetur litteris. commutare. Quia vero de tua circumspectione plenam in Domino fiduciam obtainemus, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut in hujusmodi commissione procedas juxta litterarum continentiam earundem, quarum tenorem presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, qui talis est :

Anagni, 4 octobre 1254.

« Venerabili in Christo patri Dei gratia ... Compostellano archiepiscopo, Egidius divina patientia sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, in vero salutari salutem. Ad curam et regimen animarum Sedes apostolica Christi Iesu Dei privilegio instituta pericula per que commisso sibi anime cadunt graviter in commissa cura debet sollicita removere, salubrem animabus ipsis adicioendo medelam. Sane cum recolende memoria venerabilis in Christo pater E.

» Sabinensis episcopus, in partibus Ispanie legationis
 » officio fungeretur pro reformandis moribus et preci-
 » pue clericorum qui per vite mundiciam et conversa-
 » tionem laudabilem formam ceteris dare debent, sta-
 » tuit omnes sacerdotes, diaconos et subdiaconos et
 » omnes beneficiatos qui domibus suis vel alienis deti-
 » nere publice presumerent concubinas, denunciari
 » suspensos ac concubinas talium excommunicationis
 » sententie subjaecere. Verum quia sepe per quod pro-
 » videtur ad bonum antiqui hostis invidia procurante,
 » tendit ad noxam predicte sententie que pro anima-
 » rum procuranda salute fuerunt promulgatae, tun-
 » propter irregularitates quas clerici sententiis eisdem
 » ligati multoties contrahabant, tum per contagiose
 » pene contagium qua excommunicati sibi communi-
 » cantes excommunicationis labi inficiunt animabus
 » ipsis laqueos eterne mortis parabant, et quamplures
 » sepissime unius laqueo ligabantur. Huic autem
 » morbo dominus papa salutiferam intendens adhibere
 » medelam nobis viva voce mandavit, ut contra mor-
 » bum eundem tam pestiferum, tam damnosum, tan-
 » tam in clerum Ispaniarum infamia inducentem con-
 » veniens providere remedium curaremus ut animarum
 » vitaretur periculum et nichilominus delinquentes ca-
 » nonicam non effugerent ultionem. Nos igitur cum
 » prelatis ac aliis viris discretis Ispanie apud Sedem
 » apostolicam constitutis super hiis deliberatione pre-
 » hibita et diu de commutatione pene predicta tractatu-
 » habito cum eisdem perspeximus, quod cum pro va-
 » rietate personarum et etiam regionum pene sunt pro-
 » vide variande, ne ad instar imperiti medici omnium
 » curare oculos uno collirio videremus, vobis qui con-
 » ditionem personarum et loeorum vestre provincie
 » melius scire potestis eadem auctoritate committimus,
 » districte precipiendo mandantes quatenus habentes
 » pre oculis solum Deum, cui de animabus vobis com-
 » missis reddituri estis in die judicii rationem, penas
 » clericis et concubinis predictis per sententias inemo-
 » ratas impositas in penas alias quas personarum, lo-
 » eorum et temporum circumstantiis provida circum-
 » spectione pensatis earumdem animarum saluti magne
 » expedire videritis commutetis. ejusdem legati senten-
 » tias auctoritate apostolica postmodum totaliter re-
 » laxantes, ac circa vestros subditos qui ex dictis
 » sententiis in excommunicationis vel irregularitatis
 » laqueos hactenus inciderunt per absolutionis et dis-
 » pensionis gratiam, prout merita personarum exe-
 » gerint, eadem auctoritate discretione previa providere
 » curetis. Proviso ne quod pro correctione morum
 » duxeritis ordinandum ad pecuniarium compendium

» ullatenus convertatis. Dat. Anagnie, IIII nonas octo
 » bris, anno Domini M^oCC^oLIII^o, pontificatus domini
 » Innocentii pape IIII. »
 » Dat. Neapoli, III idus aprilis, anno primo. »

390

Naples, 22 avril 1255.

Abbatu et conventui monasterii s. Sabbati Acconensis man-
 dat quatinus communis Januensi domum quam in civitate Ac-
 conensi, in vico Catene, juxta domum ipsorum Jannuensium
 habent, vendant seu ad perpetuum censem aut pro excambio
 concedant, jure regis Jerosolimitani integre conservato.
 (REG. 24, c. 323, f. 47v.)

« ... abbatu et conventui monasterii sancti Sabbati Acco-
 nensis. Dilecti filii, communis Januense, sinceritate de-
 votio et fidei quam semper erga Romanam exhibue-
 runt Ecclesiam proinerentur, ut sincera eos benivolentia
 prosequentes, nos ipsis in suis petitionibus impenda-
 mus favorabiles et benignos. Hinc est quod nos, dicti
 communis devotis supplicationibus inclinati, discre-
 tioni vestre rogamus attente per apostolica vobis
 scripta mandantes quatinus domum quam in civitate
 Acconense, in vico Catene, juxta domum ipsorum ha-
 betis, vendatis eisdem vel ad perpetuum censem an-
 num aut pro excambio seu permutatione vestro
 monasterio utili concedatur. Proviso quod in equiva-
 lentem domum precium quod inde receperitis et in
 nichil aliud convertatur, quodque in venditione seu
 qualicumque alienatione domus ipsius Jus regis Jero-
 solimitani, si quod habet forsitan in eadem, regi inte-
 grum conservetur eidem. Super hiis autem mandatum
 nostrum taliter impleatis, ut prefatum commune vobis
 et monasterio vestro proinde specialiter obligatis et nos
 gratum habere merito valeamus. Dat. Neapoli, X ka-
 lendas maii, anno primo. »

391

Naples, 22 avril 1255.

Priori s. Laurentii Acconensis et cantori Tyrensi mandat,
 quatinus dictum conventum s. Sabbati ad praefatam venditio-
 nem moneant et inducant aut per censuram ecclesiasticam
 compellant. (REG. 24, c. 323^o, f. 47v.)

« ... priori sancti Laurentii Acconensis et ... cantori
 Tyrensi. Dilecti filii etc. usque : inclinati; dilectos filios
 ... abbatem et conventum monasterii sancti Sabbati
 Acconensis rogamus attente, dantes eisdem nostras
 litteras in mandatis ut domum etc. usque : utili conce-
 dant : proviso quod de precio domus ejusdem equiva-

lentes possessiones seu redditus dicto monasterio acquirantur, quodque in venditione seu qualicunque alienatione domus ipsius etc. usque : integrum reservetur. Quocirca mandamus quatinus, si dicti abbas et conventus in hoc fuerint negligentes, vos eos ad hoc moneatis et inducatis. Quod si monitis vestris acquiescere forte noluerint, vos eos ad id appellatione remota per censuram ecclesiasticam compellatis : proviso quod monasterium ipsum dampnum aliquod non incurrat et domus pretium in alterius domus emptionem et in nichil aliud convertatur. Contra etc. Quod si non ambo etc. Dat. ut supra. »

392

Naples, 17 avril 1255.

Abbatii Cisterci ejusque coabbatis et conventibus universis Cisterciensis ordinis concedit, ut, cum a nullo alio nisi a pátribus abbatibus vel a monachis ad hoc deputatis visitari vel corrigi possint, nullus diocesanus aut praelatus alias ab eis procuraciones visitationi annexas exigere vel extorquere praesumat. (REG. 24, c. 324, f. 47v; POTTHAST 15810.)

« .., abbatii Cisterci ejusque coabbatis et conventibus universis Cisterciensis ordinis. Sedes apostolica duxit —. Dat. Neapoli, XV kalendas maii, anno primo. »

393

Naples, 13 avril 1255.

Judicium R. s. Angeli diaconi cardinalis in contestatione Werrici decani Treverensis et Theodorici praepositi ecclesiae Prumiensis super archidiaconatu ecclésiae Treverensis orta confirmat : dictamque sententiam Neapoli VIII^a die intrante mensis aprilis MCCLV latam, de verbo ad verbum refert. (REG. 24, c. 325, f. 47.)

« Werrico, decano Treverensi. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane petitio tua nobis exposita continuebat, quod dudum inter te et Theodoricum prepositum ecclésie Prumiensis, Treverensis diocesis, super archidiaconatu qui per mortem Therrici dicti de Lahage in ecclésia Treverensi vacavit questione suborta, felicis recordationis I. papa predecessor noster dilectum filium nostrum G. sancti Eustachii diaconum cardinalem et tandem, eo de curia discedente, dilectum filium magistrum Martinum capellanum nostrum priorem Wimaranensem dedit in ea partibus auditorem. Qui cum lite legitimate contestata et auditis que partes voluerunt proponere coram eo, merita cause ipsius de mandato nostro dilecto filio nostro R. sancti Angeli diacono cardinali diligenter et fideliter retulisset, idem cardinalis reci-

tatis omnibus coram nobis habitoque cum procuratoribus partium de compositione tractatu, ne archidiaconatus ipse pateretur ulterius in spiritualibus et temporalibus lesionem, de mandato et auctoritate nostra inter cetera statuit, ordinavit et etiam providit : ut idem archidiaconatus penes prefatum prepositum remaneat cum juribus et pertinentiis spectantibus ad eundem, mandans nichilominus tibi ut dictum archidiaconatum ipsi preposito in pace dimittas, ac cundem super ipso et ejus juribus et pertinentiis decetere non molestes, nec facias molestari. Et cum tu occasione questionis hujusmodi graves labores subieris et expensas, eadem auctoritate et mandato ordinavit, statuit et providit : ut tu habeas medietatem omnium fructuum et proventuum ejusdem archidiaconatus, qui in sequestro tenentur, et tamdiu habeas et percipias medietatem omnium fructuum et proventuum archidiaconatus ejusdem, donec juxta litterarum predecessoris ipsius tenorem tibi sit predicta auctoritate provisum; et ipsius provisionis possessionem naetus fueris pacificam et quietam, prout in instrumento publico inde confecto ejusdem cardinalis sigillo signato cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus plenius continetur. Nos igitur tuis precibus inclinati, quod ab eodem cardinali super premissis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenor autem instrumenti predicti talis est :

Naples, 8 avril 1255.

» In nomine Domini, amen. Dudum inter Theoderici cum prepositum Prumiensem et Werricum decanum Treverensem super archidiaconatu, qui per mortem Th. dicti de Lahage in ecclésia Treverensi vacavit questione suborta, felicis recordationis dominus I. papa III venerabilem patrem dominum G. sancti Eustachii diaconum cardinalem in ea dedit partibus auditorem, coram quo ex parte dicti prepositi libellus oblatus extitit in hunc modum. Coram vobis, reverende pater domine cardinalis, partibus auditore concesso, proponit magister Ewerhardus, nomine Theoderici archidiaconi Treverensis, cuius est procurator contra Werricum decanum Treverensem, quod cum dictus Theodericus dictum archidiaconatum esset canonice adeptus ac esset et sit in possessione ejusdem, dictus decanus prefatum Th. super dicto archidiaconatu indebitate molestavit ac perturbavit et molestat pro sue arbitrio voluntatis, inhibendo et prohibendo decanis Christianitatis sacerdotibus et clericis ejusdem archidiaconatus ne dicto Th. archi-

diacono obedient vel intendant, et alias non permit-
tendo cum uti libere jurisdictionem archidiaconatus
» predicti; propter quod dictus Th. archidiaconus uti
non potest libere possessione vel quasi archidiaco-
natus predicti. Unde petit prefatum decanum per vos
sententialiter compelli ut a predictis perturbatione
et molestatione desistat, et quod de cetero ipsum Th.
super ipso archidiaconatu non turbet, impedit vel
molestet. Hec petit cum dampnis, interesse et expen-
sis factis que omnia extimat centum marcas sterlin-
gorum, et expensas faciendas protestatur salvo jure
addendi etc. Lite autem coram eodem cardinale super
ipso libello contestata legitime ac de veritate dicenda
prestito juramento, factis positionibus et responsioni-
bus ad easdem, idem cardinalis, de speciali mandato
ejusdem domini Innocentii, non diffiniendo de jure
sed providendo et ordinando decrevit predictum
archidiaconatum cum suis pertinentiis et proventibus
sequestrandum et probationes super proprietate re-
cipiendas hinc inde, ac nisi pars alterutra usque ad
annum a tempore ordinationis ipsius super proprie-
tate ipsius archidiaconatus se probaverit legitimate
jus habere, archidiaconatum ipsum ex tunc donationi
apostolice reservavit.

Cumque super facienda sequestratione injusmodi
probatione super proprietate ipsius archidiaconatus
et aliis, dictus dominus Innocentius venerabili patri
domino H. tituli sancte Sabine presbitero cardinali
tunc apostolice Sedis legato, suas sub certa forma
litteris direxisset, idem legatus ... decano Salvatoris,
fratri Adelmo de ordine fratrum Predicorum Me-
tensem et magistro Conrado canonico sancti Cas-
toris in Confluentia, Treverensis diocesis, super hiis
commisit totaliter; excepto sequestrationis articulo,
vices suas, quibus in concesso eis negotio procedere
postponeribus, pars utraque ad Sedem apostolicam
recurrerunt. Sane dicto domino G. cardinale se de-
curia absente, predictus dominus Innocentius
discretum virum magistrum Martinum, capellani
suum, priorem Wimaranensem, subrogavit in ques-
tione ipsa partibus auditorem; qui, visis et intel-
lectis instrumentis et processibus coram eo pro-
ductis et auditis que fuerunt hinc inde proposita,
post ipsarum partium allegationes multi plures de
mandato domini Al[exandri] pape IIII nobis Rie-
cardo, Sancti Angeli diacono cardinali, diligenter
et fideliter merita ipsius retulit questionis.

Nos igitur, hiis omnibus ipsi domino pape diligen-
ter expositis habitoque cum procuratoribus partium
de compositione tractatu, ne archidiaconatus ipse

» dispendioso ipsarum partium diutius subjectus liti-
gio gravem patiatur in spiritualibus et temporalibus
lesionem; et ut laboris et expensarum omnis litigato-
ribus adimatur, auctoritate et mandato domini pape
statuimus, ordinamus et etiam providemus ut idem
archidiaconatus remaneat penes prepositum memo-
ratum cum iuribus et pertinentiis spectantibus ad
eundem, mandantes eidem decano ut dictum archi-
diaconatum dicto preposito in pace dimitiat, et eum
super ipso et iuribus et pertinentiis ejus de cetero
non molestet, nec faciat molestari. Quia tamen dictus
decanus occasione questionis predice graves labores
subiit et expensas, eadem auctoritate et mandato or-
dinamus et etiam providemus ut idem decanus habeat
mediatem omnium fructuum et proventum percipi-
piendorum de cetero, donec juxta predicti domini
Innocentii litterarum tenorem ipsi decano auctoritate
apostolica sit provisum et ipsius provisionis posses-
sionem nactus fuerit pacificam et quietam. Ad colli-
gendum autem fructus seu proventus dicti archi-
diaconatus et dividendum eosdem ac assignandum
preposito medietatem earum et aliam medietatem
decano predictis, ... abbatem Luxemburgensem,
de utriusque partis procuratorum assensu, seu alium
vel alios in quem vel quos dicti prepositorum et decanorum
convenerint, deputamus. Hac autem ordinatione et
provisione nostra utramque partium volumus et
mandamus manere contentam sub pena excommunicati-
onis, quam ex iure in scriptis mandato et au-
toritate predictis in partem illam que eandem non
servaverit promulgamus. In ejus rei testimonium,
presentes litteras per Matheum notarium infrascrip-
tum fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum
Neapoli coram hiis testibus, magistro Martino do-
mini pape capellano predicto, domino Riccardo
nepote predicti domini R. cardinalis, Pandulfo de
Suro, Gualtero Celario, Johanne dicto Monacho et
Petro de Flassio familiaribus ejusdem domini R.
cardinalis, et Rusticello de Senis. Anno Domini
M^oCC^oLV^o, mense aprilis, die VIII intrante, indic-
tione XIII, pontificatus domini Alexandri pape IIII
anno primo. Interfuerunt etiam Adulfus canonicus
Prumiensis, procurator dicti prepositi, et Colinus
clericus, procurator memorati decani. Ego Matheus
Narniensis, saerosaute Romane Ecclesie auctoritate
notarius, predictis interfui et de mandato domini R.
cardinalis predicti scripsi et in publicam formam
redegi.

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli,
idibus aprilis, anno primo.

394

Naples, 21 avril 1255.

Radulfo de Sumervilla acolito, Glasguensis diocesis, de soluto et soluta jam XIX annis nato, dispensat, ut possit in susceptis ministrare ordinibus, promoveri ad alios et ecclesiam de Lintone Glasguensis diocesis recipere. (REG. 24, c. 326, f. 48.)

« *Radulfo de Sumervilla acolito. Glasguensis diocesis.* De apostolica Sedis consueta clementia volentes a te adimi notam originis quam culpa tuorum intulit genitorum, tecum auctoritate apostolica dispensamus. ut, non obstante quod pater tuus solitus te de soluta suscepit et quod pateris in ordinibus et etate defectum, cum sis in anno XIX, sicut dicitur, constitutus, possis in susceptis ministrare ordinibus, promoveri ad omnes sacros et ecclesiam de Lintone curam animarum habentem, Glasguensis diocesis, ad quam vacantem a vero patrono ipsius loci diocesano fuisti. prout asseritur, presentatus, licite recipere ac libere retinere. Ita tamen quod, postquam perveneris ad etatem legitimam, ad ordines quos ipsius ecclesie cura requirit te facias promoveri. Nulli etc. nostre diocesis etc. Dat. Neapoli, XI kalendas maii. anno primo. »

395

Naples, 27 avril 1255.

Episcopo Cumano mandat, quatinus homines Pergamensium civitatis et diocesis, olim Frederico et Conrado contra Romanam Ecclesiam adherentes ideoque excommunicatos, nunc autem ad beneplacitum Ecclesiae redire volentes, absolvat. (REG. 24, c. 327, f. 48.)

« ... *episcopo Cumano.* Ex parte nobilium virorum ..., potestatis, communis et hominum Pergamensium civitatis et diocesis. fuit nobis humiliter supplicatum. ut eis ad mandatum et beneplacitum Ecclesie redire voluntibus ab excommunicationis et interdicti sententiis in ipsos et eorum terras generaliter et specialiter, pro eo quod Fr. et C. nato ejus ipsorumque fautoribus contra Romanam Ecclesiam adheserunt, auctoritate apostolica et per nos ac felicis recordationis I, papam predecesorem nostrum etiam promulgatis, mandaremus per absolutionis beneficium provideri. Quia igitur ex matris clementia provenit offendentibus filiis misericorditer indulgere, praesentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, cum dicti potestas et commune prestiterint precise et sine aliqua conditione de parendo super hiis mandatis Ecclesie in tuis manibus juramentum, ipsos et eorum homines, terras et loca per te vel alium juxta formam Ecclesie a prefata excommunicationis sententia misericorditer absolvere studeas ac prefati interdicti

sententiam vice nostra deliberatione provida relaxare. Dat. Neapoli, V kalendas maii. anno primo. »

396

Naples, 27 avril 1255.

Nicolao, cancellario ecclesiae Tullensis, indulget, ut constitutio sua decernens irritas et inanes receptiones canonicorum in quibuslibet ecclesiis, quatuor primo receptis in ipsis dumtaxat exceptis, nullum ei praeciducium generet, non obstante quod plures quam quatuor ante illum in ecclesia Tullensi recepti sint in canonicos. (REG. 24, c. 328, f. 48v.)

« *Nicolao, cancellario ecclesie Tullensis.* In nostra constitutus presentia, retulisti quod, te, auctoritate litterarum felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, canonice recepto in ecclesia Tullensi in canonicum et in fratrem, tandem venerabilis frater noster ..., Tullensis episcopus, vacantem cancellariam ejusdem ecclesie, conferri tamen ipsius ecclesie canonicis consuetam, tibi prout spectabat ad eum duxit canonice conferendam. Verum cum tu in eadem ecclesia non sis prebendam adhuc aliquam assecutus et plures quam quatuor ante te recepti sint in canonicos in ecclesia memorata, ac nos receptiones canonicorum in quibuslibet ecclesiis. IIII^{or} primo receptis in ipsis dumtaxat exceptis. decrevimus irritas et inanes, provideri tibi super hoc a nobis humiliter postulasti. Nos igitur attendentes quod indignum existeret et absolum rationi, si tu, qui cancellarius es, prebenda careres cum sic quodammodo vacuum cancellarii nomine gerere videritis, tuis supplicationibus inclinati, ut per hujusmodi constitutionem nostram nullum tibi prejudicium generetur, auctoritate tibi presentium indulgemus : decernentes de fratribus nostrorum consilio tibi deberi prebendam quam quinto loco post constitutionem eamdem vacare contigerit in ecclesia memorata. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

397

Naples, 17 avril 1255.

Capitulo Pactensis ecclesiae mandat, quatinus obedientiam intendat B. de ordine Praedicatorum in episcopum Pactensem ab Innocentio IV praefecto et a se consecrato, non obstante oppositione a Phylippo qui se pro Pactensi gerebat episcopo facta, eodem Phylippo, qui in audiencia papae publica usque ad diem dominicam in Ramis palmarum citatus erat, minime comparente necnon nemine contra B. aliquid objiciente (REG. 24, c. 329, f. 48v.)

« *Capitulo Partensis ecclesie.* Olim felicis recordationis

I. papa predecessor noster de potestatis plenitudine, fratrum suorum communicato consilio, venerabilem filium nostrum fratrem B. de ordine Predicatorum Pactensem episcopum, cui de vite mundicia, religionis zelo, dono scientie, disciplina morum, providentia temporalium et spiritualium prudentia laudabile testimonium perhiberetur, Pactensis ecclesie prefecit in episcopum et pastorem. Cumque nos postmodum ad apicem summum apostolatus assumpti ei munus vellemus consecrationis impendere, quidam pro parte Phylippi qui se pro Pactensi gerebat episcopo, se hujusmodi consecrationi opponens, proposuit coram nobis, quod, cum idem P. electus esset in Pactensem episcopum et etiam consecratus, eo non confessio nec convictio nec citato etiam non erat ad consecrationem hujusmodi aliquatenus procedendum. Nos vero attendentes quod, secundum apostolum, nemini cito debet manus imponi, ipsius consecrationem distulimus, eundem P. et procuratorem ejus citari in audiencia nostra publica facientes, ut usque ad diem dominicam in Ramis palmarum proximo preterita ostensuri jura et rationes, si qua idem P. super eodem episcopatu se habere proponeret, in nostra presentia pereemptorie comparerent : alioquin ex tunc dictis P. super prefato episcopatu nullatenus audiretur, cum intenderemus conferre consecrationis munus episcopo nominato. Sed prefato P. in predicto termino per se vel per procuratorem in nostra presenta minime comparente, nos cum fratribus nostris deliberatione prelibita iterato in eadem audiencia ex superhabundanti publice proclamari fecimus, ut coram nobis compareret, si quis aliquid vellet obicere contra episcopum memoratum; et quia nullus apparuit qui se sue consecrationi opponeret, eidem episcopo in nomine Domini munus consecrationis duximus impendendum, firmam spem et fiduciam obtinentes, quod eadem ecclesia vestra per diligentie sue studium in temporalibus et spiritualibus gratum auctore Domino consequi debeat incrementum. Nos itaque dicto P. super eodem episcopatu perpetuum silentium imponentes, universitati vestre rogamus et hortamur attente mandantes, quatinus eundem episcopum, cum ad vos pervenerit, devote ac ylariter admittentes, sibi tanquam patri et pastori animarum vestiarum impendatis obedientiam et reverentiam debitam ac ejus salutaribus mandatis et monitis efficaciter intendatis, prefato P. de cetero nullatenus parituri, ita quod ipse in volis devotionis filios, et vos in eo patrem invenisse benivolum gandeatis : alioquin sententiam etc. usque : ol servari. Dat. Neapoli, XV kalendas maii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Pactensium.

In e. m. populo civitatis et diocesis Pactensium : usque impendatis honorificientiam debitam et devotam, ac ejus salutibus etc. usque : gandeatis. Dat. ut supra.

In e. m. ..., decano Militensi et .., archidiacono Messanensi usque : incrementum. Quocirca mandamus, quatinus dictum Phylippum, cui super episcopatu Pactensi perpetuum silentium duximus imponendum, ad restitutionem omnium privilegiorum Pactensis et Lipariensis ecclesiarum, librorum, paramentorum, sacrarum vestium et pontificalium, vasorum tam sacrorum quam aliorum et omnia animalia tam de gregibus quam de armenis, neconon omnium fructuum preceptore ab ipso P. de bonis episcopatus Pactensis, a tempore quo idem episcopus ad eandem ecclesiam per eundem predecessorem assumptus extitit eidem episcopo debitam faciendam monitione presentium per censuram ecclesiasticam per vos vel per alios appellatione remota cogatis. Invocato etc. Non obstante si prefato P. quod excommunicari, suspendi vel interdici non possit a Sede apostolica sit indultum. Quod si non ambo etc. Dat. ut supra.

In e. m. eisdem usque : incrementum. Quocirca mandamus, quatinus, amoto a prefata Pactensi ecclesia dicto Phylippo, cui super predicto episcopatu duximus perpetuum silentium imponendum, eundem B. episcopum in ipsius episcopatus corporalem possessionem per vos vel per alios auctoritate nostra inducatis et defendatis inductum. Contra. Invocato etc. ut in alia usque in finem et sub eadem data.

398

Naples, 13 avril 1255.

Archidiacono Sarnensi in ecclesia Burdegaleusi mandat, quatinus magistro Rostando, subdiacono et capellano suo, in ecclesia Vasatensi de dignitate vel personatu, seu in diocesi Vasatensi de aliquo ecclesiastico beneficio provideat. (REG. 24, c. 330, f. 48v.)

« ... , archidiacono Sarnensi in ecclesia Burdegaleensi. Lecta coram nobis dilecti filii magistri Rostandi, subdiaconi et capellani nostri, petitio continebat. quod, licet felicis recordationis I. papa, predecessor noster, suis tibi sub certa forma dederit litteris in mandatis, ut eidem capellano in ecclesia Vasatensi, cuius existit canonicus, de dignitate vel personatu seu in diocesi Vasatensi de aliquo ecclesiastico beneficio cum cura vel sine cura per te vel per alium provideres, nullum tamen ex hujusmodi litteris, quanquam ipso predecessore vivente tibi presentate fuerint, est communis assecutus. Cum igitur eundem capellanum sue probitatis exigentibus meritis dignum ecclesiasticis beneficiis reputemus, mandamus quatinus, si est ita, in hujusmodi provisionis sue negotio procedas juxta predictarum continentiam litterarum. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »

399

Naples, 13 avril 1255.

Bernardo Ispano, decano Illyphonensi, mandato Innocentii papae IV, quae Rostando subdiacono injungebant ut Bartholomeum, canonicum s. Prosperi Reginensis, in aliqua ecclesiarum provinciae Burdigalensis, dioecesi Xanctonensi excepta, de aliquo ecclaeisticis beneficio provideret, et quae, assignantia Bartholomeo ecclesium s. Petri de Vegan Burdegalensis dioecesis a Rostando resignatum, injungebant ipsi Bernardo ut de dignitate vel personatu dictum R. provideret, notificat et mandat quatinus praefatum R. providerent. (Rer. 24, c. 331, f. 49.)

" Magistro Bernardo Ispano, capellano nostro, decano Illyphonensi. Lecta coram nobis dilecti illi magistri Rostandi, subdiaconi et capellani nostri, petitio continebat, quod felicis recordationis I. papa, predecessor noster, suis ei dedisset litteris in mandatis ut magistro Bartholomeo, canonico ecclae sancti Prosperi Regensis, in aliqua ecclesiarum civitatis vel dioecesis seu provincie Burdigalensis cathedrali vel alia, ecclesiis civitatis et dioecesis Xanctonensis dumtaxat exceptis, de prebendali vel alio ecclae iasticis beneficio seu prioratu ad regulares seu seculares personas spectante, consueto assignari clericis secularibus, per se vel per aliun provideret. Quia idem magister B. propter loci distantiam de facili non poterat ex hujusmodi gratia commodum obtinere, dilectus illius Andreas de Lavaria capellanus noster precentor Sarensbiriensis, prout idem predecessor sibi viva voce communiserat, libera a prefato magistro Ro tanto de ecclae sancti Petri de Vegan, Burdegalensis dioecesis, cuius tunc rector erat, resignatione recepta, illam dicto magistro B. conferre ac assignare curavit. Idemque predecessor gratiam que ipsi magistro B. per dictas litteras competit in eundem magistrum R. transferre volen^t ac etiam ampliare, tibi suis injunxit litteri ut eidem magistro R. in supra dictis civitate, dioecesi et provincia, juxta premi, sarum litterarum tenorem, de dignitate vel personali cum cura vel sine cura cathedralis vel alterius ecclae te per te vel per aliun providerere curares. Unde nobis humiliiter supplicavit, ut, cum ex hujusmodi litteris, tunc eodem predecessore vivente tibi presentate fuerint, non si aliquid commodum asserentur, providere in hac parte sibi de benignitate solita curaremus. Cum igitur eundem magistrum R. sic probitati exigentibus meritissimum ecclaeisticis beneficiis reputemus, mandamus quatinus, et ita, in hujusmodi provisoriis, cum negotio procedas, juxta ipsius predecessoris directarum ad te continentiam litterarum. Dat. ut supra."

400

Naples, 17 avril 1255.

Universis fratribus Cartusiensibus ordinis indulget, ut ad praestituum collectrum, subdiaconum et aliorum exercitorum imponendarum eis et eorum dominis a Sede apostolica seu legatis ejusdem aut ipsorum auctoritate et mandato non tenentur. (Rer. 24, c. 331, f. 49; POTHAST 15869.)

" ... Cartusie ac universis prioribus et fratribus Cartusiensis ordinis. Religionis vestre mereatur —. Dat. Neapoli, XV kalendas maii, anno primo."

401

Naples, 22 avril 1255.

Frederico, electo Pisano, non adhuc consecrato, indulget, ut nullum praejudicium ei generetur, praetextu constitutionis nuper a se edictae contra illorum negligentiam qui minus non suscipientes consecrationis ecclesias detinent quoddammodo viduatas. (Rer. 24, c. 332, f. 49.)

" Frederico, electo Pisano. Cum in suscipiendo consecrationis minere non sis negligens, ad quod suscipendum te nobis paratum sepns obtulisti, sed a nobis ex justa causa tua consecratio differatur, nos volentes tibi, ne, praetextu constitutionis nuper a nobis edictae contra illorum negligentiam qui minus non suscipientes hujusmodi ecclesias detinent quoddammodo viduatas, vel conjugilibet constitutionis canonice, alioque tua culpa te puniri contingat, apostolice provisione, remedio praemovere, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus, ut nullum tibi, si te consecrari non feceris, quisque causa ex qua ipsius consecrationis tue minus differimus ce^{re}saverit, vel a nobis super hoc requiritur fueris, prejudicium generetur. Nulli etc. nostre conces ionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo."

402

Naples, 18 février 1256.

Magistris et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari Jerusalimitani, quibus Frederickus Ro annorum imperator ante latram in eum depositione sententiam diversas terras, possessiones et statim de suo domino in Sicilia, Calabria, Valle greca, Apulia et Terra Laboris donaverat, hanc donationem confirmat. (Rer. 24, c. 333, f. 49; POTHAST 15896.)

" Magistris et fratribus hospitalis leprosorum sancti Lazari Jerusalimitani, ordine sancti Augustini. Lecta coram nobis —. Dat. Neapoli, XII kalendas marii anno primo —"

403

Naples, 18 février 1255.

O[ctaviano], s. Mariae in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato, mandat, quatinus eosdem magistrum et fratres vel procuratores eorum in possessionem terrarum et aliarum praedictarum, amotis exinde quibuslibet detentoribus illicitis, inducat et defendat inductos. (REG. 24, c. 333^a, f. 49.)

« O., sancte Marie in Via lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato. Lecta coram nobis —. Dat. ut supra. »

404

Naples, 11 mars 1255.

Eisdem magistro et fratribus, quorum hospitale ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine est redactum, concedit ut ecclesiam de Galby, Lincolniensis diocesis, propriis usibus deputent. (REG. 24, c. 333^b, f. 49.)

« ... magistro et fratribus ut supra. Intenta misericordie studiis apostolice preminentia dignitatis sub continua vobis afflictione gementibus debet sic adesse propitia, quod miserabiliter vestra condicio penarum suarum percipere gaudeat aliqua lenimenta. Cum itaque hospitale vestrum, in quo, sicut asseritis, conventus nobilium, strenuorum militum et aliorum tam sanorum quam leprosorum pro expugnandis inimicis christiani nominis manere solebat, ad extremam fere paupertatem guerrarum discrimine sit redactum, possessionibus vestris pro magna parte a paganis et hostilibus ecclesie occupatis, ita quod inopia vestra vix relevari valeat nisi vobis de clementia Sedis apostolice succurratur, nos vestris piis precibus inclinali, presentium vobis auctoritate concedimus ut ecclesiam de Galby, Lincolniensis diocesis, in qua jus patronatus sicut asseritis obtinetis, cedente vel decedente ipsius reclore, pro vestra relevanda inopia vestris usibus deputare ac eam per fratres vestros ingredi valeatis. Ita tamen quod perpetuo vicario in ea servituro de ipsius preventibus portio competens, ex qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera supportare valeat, assignetur, diocesani episcopi in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V idus martii, anno primo. »

405

Naples, 9 avril 1255.

Quaestioni inter Burdegalensem et Bituricensem archiepiscopos super jure primatiae in Burdegalensi provincia exortae, solutionem Gregorii papae IX qui archiepiscopo Bituricensi de septennio in septennium Burdegalensis provinciae visitationem concessit et decisionem ab Octaviano s. Mariae in Via

lata diacono cardinale Neapoli XIII kalend. aprilis MCCLV factam confirmat, litteras Octavianis inserendo. (REG. 24, c. 334, f. 49v.)

« ... archiepiscopo Bituricensi. Dudum inter bone memorie ... Bituricensem archiepiscopum, predecessorem tuum, ac venerabilem fratrem nostrum ... Burdegalensem archiepiscopum, super jure primatic quod in Burdegalensi provincia se habere dicebat, suborta materia questionis, pie memorie G. papa IX predecessor noster duxit inter cetera providendum, ut Bituricensis archiepiscopus de septennio in septennium Burdegalensem provinciam visitaret et ad id dies haberet L. Cum autem super eo quod quidam asserebat dictos L dies ita fore continuos ut, si ex aliqua causa necessaria probabili vel voluntaria te non visitanlem non procurations recipientem nec jurisdictionem aliquam exercerentem per aliquod temporis spatium in prefata provincia commorari contigeret, illud tempus infra dictos L dies computari deberet, dubitationis scrupulus emisisset, felicis recordationis I. papa predecessor noster, citalis partibus, dilecto filio nostro O. sancte Marie in Via lata diacono cardinali commisit dubietatem hujusmodi declarandam, qui auditis hinc inde propositis sub certa forma dubitationem hujusmodi declaravit : adiens de nostro speciali mandato conservatores tam super provisione facta per eundem G. quam observatione declarationis hujusmodi fore dandos, prout in instrumento publico inde confecto ejusdem cardinalis sigillo signato cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus plenius continetur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale super hoc factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem litterarum ipsarum talis est :

Naples, 20 mars 1255.

« Octavianus, miseratione divina sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, in regno Sicilie apostolice Sedis legatus, universis presentes litteras inspecturis, » salutem in Domino. Jam dudum inter venerabiles » palres .., Bituricensem et ... Burdegalensem archiepiscopos super jure primatie, quod idem Bituricensis » in Burdegalensi provincia se proponebat habere. » questionis suborta materia, pie memorie G. papa IX » duxit inter cetera providendum, ut Bituricensis archiepiscopus Burdegalensem provinciam de septennio » in septennium si voluerit visitet, ad quod dies habeat » L et ipse per predictos L dies procurations inter » dioceses dividendas recipiat in ecclesiis ad quas eum

» contingeret declinare. Cumque super provisione hu-
 » jusmodi dubitationis scrupulus emisisset, quibusdam
 » asserentibus intelligendum dictos L dies ita fore
 » continuos ut si ex aliqua causa necessaria, probabili
 » vel voluntaria dictum archiepiscopum Bituricensem
 » non visitantem, non procurations recipientem, nec
 » jurisdictionem aliquam exercentem per aliquod tem-
 » poris spatium in prefata provincia morari contigerit,
 » illud tempus inter dictos quinquaginta dies debeat
 » computari, felicis recordationis I. papa IIII dictum
 » Burdegalensem ejusque suffraganeos citari mandavit
 » ad declarationem hujusmodi dubietatis super hiis et
 » aliis audiendam. Ceterum, suffraganeis memoratis
 » citatis legitime, Burdegalensem archiepiscopum et ..,
 » episcopum Petragoricensem, repperimus minus suffi-
 » cienter fuisse citatos : comparentibus autem Burde-
 » galensi archiepiscopo. ... Agenensis, ..., Xanctonensi
 » et .., Engolismensi episcopis ipsius archiepiscopi
 » suffraganeis per procuratores ad impetrandum et
 » contradicendum tantum mandatum habentes, ... Pe-
 » tragoricensis et .., Pictavensis episcoporum procura-
 » toribus ad declarationem predictam audiendam suffi-
 » ciens mandatum halentibus, statuto termino in nostra
 » presentia quem dominus papa deputavit ad declara-
 » tionem hujusmodi faciendam, habitu juris peritorum
 » consilio et plena deliberatione nobiscum auctoritate
 » et mandato domini Alexandri pape IIII dubitationem
 » predictam, presente magistro Rodulfo procuratore
 » Bituricensis archiepiscopi et ad hoc sufficiens ha-
 » bente mandatum et magistro Bernardo de Pinu pro-
 » curatore Burdegalensis archiepiscopi nonnisi ad im-
 » petrandum et contradicendum mandatum habente, ut
 » superius est expressum, et procuratoribus dictorum
 » suffraganeorum licet ad hoc in audiencia publica ci-
 » tatis legitime minime comparentibus, taliter decla-
 » ramus.

» Videlicet ut, cum Bituricensis archiepiscopus Bur-
 » degalensem adibit provinciam visitationis officium
 » impensurus, dies, quibus eundem Bituricensem
 » infirmari vel minationem ob necessitatem corporis
 » vel modo solito celebrare vel quibus infirmari conti-
 » gerit, illos de comitiva sua sine quibus visitationis
 » officium commode vacare non potest dicimus non
 » esse computandos in numero L dierum quibus, se-
 » cundum provisionem predicti domini G. pape, licet
 » eidem archiepiscopo si voluerit Burdegalensem pro-
 » vinciam visitare; predictorum ei impedimentorum et
 » similium ac humanitatis dicimus rationem haben-
 » dam. Illis tamen diebus quos propter impedimenta
 » hujusmodi in predictorum L dierum numero duxi-

» mus minime computandos, nullas procurations ar-
 » chiepiscopus Bituricensis recipiat cum nec etiam
 » officium visitationis impendat, et secundum predi-
 » tam ordinationem seu provisionem procurations
 » quinquaginta diebus quibus visitat Burdegalensem
 » provinciam debeat eisdem. De predictis autem im-
 » pedimentis, dicimus credendum Bituricensi archie-
 » piscopo, cum per moram propter impedimenta talia
 » in Burdegalensi provincia faciendam, nec illi de
 » provincia onerentur, nec idem Bituricensis archie-
 » piscopus commode assequatur. Hanc siquidem de-
 » clarationem facimus quantum ad Agennensem,
 » Xanctonensem, Engolismensem, Petragoricensem et
 » Pictavensem episcopos supradictos; quantum ad ip-
 » sum vero Burdegalensem archiepiscopum dicimus ut
 » ista declaratio denuncietur eisdem et mandetur ei quod
 » vel acceptet eam per suas patentes litteras infra
 » mensem post denunciationem ipsam et etiam obser-
 » vet de cetero, vel infra duos menses ab eadem denun-
 » ciatione ad Sedem apostolicam veniat quare ipsam
 » observare non debeat rationabiliter ostensurus. Con-
 » servatores etiam tam super provisione domini G.
 » pape predicti quam super observatione declarationis
 » predictorum fore dicimus concedendos. In cuius rei
 » testimonium, presentes litteras per Johannem nota-
 » riūm infrascriptorum fieri fecimus et nostri sigilli
 » appensione muniri. Actum hoc Neapoli, anno Do-
 » mini M°CC°LV°, indictione XIII, XIII^a die kalendas
 » aprilis, pontificatus domini Alexandri pape IV anno
 » primo. Presentibus domino Ottone Vicecomite, ca-
 » pellano nostro, et domino Girardo Filio caro, cive Bo-
 » noniensi, et Roberto abbreviatore magistri Jordani
 » domini pape notarii, et Stefano Rigonelī, canonico
 » sancti Austrigisili de Castro Bituricensis, rogatis
 » testibus. Et ego Johannes notarius sacri palatii hiis
 » omnibus interfui et de mandato predicti domini Oe-
 » taviani cardinalis presens scriptum publicavi et
 » serpsi et in publicum redegi.

Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Nea-
 poli, V idus aprilis, anno primo. »

406

Naples, 20 avril 1255.

Johanni, priori ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis electo et confirmato, post biennium vero a magistris Roberto praecen-
 tore, Johanne de Theham capellano ac Johanne de Emingford
 clericis, metropolitani inquisitoribus, occasione juramenti sus-
 penso, concedit ut eundem prioratum liceat retinere valeat.
 (Reg. 24, c. 335, f. 50.)

« Johanni, priori ecclesie sancte Trinitatis Londoniensis,

ordinis sancti Augustini. Obsequia que dilecto filio magistro Alberto, notario nostro, cum pro Ecclesie negotiis erat in Anglia, prout accepimus, impendisti, ac tua merita et devotio quam habes ad Romanam Ecclesiam nos inducunt ut votis tuis favorabiliter annuentes, faciamus tibi gratiam specialem. In nostra siquidem proponi fecisti presentia, quod, electione de te in priorem ecclesie Sancte Trinitatis Londoniensis, ordinis sancti Augustini, ab ipsis canoniciis unanimiter et canonice celebrata, cum nondum subsecuta fuisset deportationis sollempnitas vel tibi munus confirmationis impensum, tractare dictos canonicos secundum Deum et ordinem in verbo veritatis ad eorum instantiam promisisti. et sic tandem a tuo diocesano munus confirmationis recipiens eidem ecclesie prefuisti per biennium et amplius inconcusse. Postmodum vero magistri Robertus precentor et Johannes de Thelham capellanus noster. canonicus Londoniensis, ac Johannes de Emigford clericus. de mandato, ejusdem diocesis ad instantiam metropolitani, sicut dicebant, ad prioratum accedentes euandem et inquirentes ibidem tam in capite quam in membris. te tunc absentem et non per contumaciam. occasione juramenti vel promissionis hujusmodi a te prestiti et prout illi asserebant non servati. ab administratione prioratus ejusdem pro sue voluntatis arbitrio suspenderunt. Super quibus omnibus tam conscientie quam fame ac tranquillitat tue postulasti per Sedem apostolicam salubriter provideri. Licet igitur provisionem hujusmodi utpote secundum se licitam servare te deceat etiam non juratam. quia tamen pactiones seu promissiones hujusmodi cum videantur symoniace sunt in talibus interdicte, nos tuis supplicationibus inclinati. ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri. tecum super premissis et pena vel infamia. si qua pretextu ipsius juramenti sic prestiti vel non servati incurris. de speciali gratia dispensantes. ut eundem prioratum licite retinere ac administrare libere in ipso valeas. plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre dispensationis et concessionis etc. Dat. Neapoli. XII kalendas maii, anno primo. »

407

Naples, 17 avril 1255.

Bonifacio, archiepiscopo Cantuarensi, indulget, ut, si quatuor dioceses ipsius provinciae in Wallia constitutas propter guerrarum discrimina, penuriam victualium omiserit visitare, ipsi iterato volenti eandem provinciam visitare, objici non pos-

sit quod praedictas dioceses minime visitavit. (REG. 24, c. 336, f. 50.)

« Bonifacio, archiepiscopo Cantuarensi. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, cum tuam provinciam visitas, quatuor dioceses ipsius provincie in Wallia constitutas propter guerrarum discrimina. penuriam victualium et plura impedimenta alia interdum non potes commode visitare. Nolentes itaque quod propter hoc quo ad alios tibi subjectos visitationis officium et animarum profectus valeat impediri, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut, si dioceses ipsas ex aliqua justa causa omiseris visitare, cum provinciam visitaris eandem, tibi iterato volenti eandem provinciam visitare, obici non possit quod predictas dioceses minime visitasti. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. XV kalendas maii, anno primo. »

408

Naples, 24 avril 1255.

Thomae Lomelino, civi Januensi, et Jacobinae, uxori ejus, quarto consanguineis gradu, dispensat ut in contracto matrimonio licite remanere possint. (REG. 24, c. 337, f. 50.)

« Thome Lomelino, civi Januensi, et Jacobine uxori ejus. Cum summus pontifex collatis sibi etc. usque : circa quosdam. Cum itaque, sicut vobis accepimus intimantibus, matrimonium inter vos duxeritis contrahendum. carnali copula subsecuta, ignari quod quondam uxoria, filii Thoma, quarto consanguinitatis gradu tibi, filia d., attinebat. nos vestris supplicationibus inclinati, vobiscum ut in sic contracto matrimonio licite remanere possitis impedimento hujusmodi non obstante, auctoritate presentium dispensamus. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli. VIII kalendas maii, anno primo. »

409

Naples, 19 avril 1255.

O., s. Mariae in Via lata cardinali, apostolicae Sedis legato, mandat se Johanni Walerant, rectori ecclesiae de Clent, Wigorniensis diocesis, germano Roberti Walerant militis et nuncii regis Angliae, de gratia speciali dispensare quatinus, praeter ecclesiam praedictam, alia ecclesiastica beneficia, etiam similem curam habentia, in regno Angliae recipere valeat usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum. (REG. 24, c. 338, f. 50.)

« O. sancte Marie in Via lata diacono cardinali, aposto-

lice Sedis legato. Volentes dilecto filio —. Dat. Neapoli, XIII kalendas maii, anno primo. »

410

Naples, 13 avril 1255.

Petrum, decanum Auriensem, de concessione Innocentii papae IV in canonicum Compostellanum ab archiepiscopo et capitulo receptum, confirmat, non obstante quod litterae hujus concessionis ante Innocentii IV obitum non fuerunt archiepiscopo et capitulo praesentatae. (REG. 24, c. 339, f. 50.)

« *Magistro Petro, decano Auriensi et canonico Compostellano. Meritis scientie ac laudabilis conversationis et vite sic diceris adjuvari ut speciale a nobis gratiam consequi merearis. Sane porrecta nobis tua petitio continebat, quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster venerabili fratri nostro Compostellano archiepiscopo concessisset per suas litteras facultatem, ut te in Compostellana ecclesia reciperet ac faceret recipi in canonicum et in fratrem tibique de prebenda cum septimana et prestimoniis consuetis ejusdem ecclesie canonicas assignari, si qua ibidem tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, providere curaret, decernens irritum et inane si secus de prebenda. septimana et prestimoniis hujusmodi per quemcunque contingenter attemptari, iidem archiepiscopus et capitulo Compostellani te receperunt in suum canonicum et in fratrem : super quo nobis humiliter supplicasti, ut, non obstante quod littere hujusmodi ante ipsius predecessoris obitum non fuerunt dictis archiepiscopo et capitulo presentatae, quod ab eisdem super hoc actum est dignaremur auctoritate apostolica confirmare. Tuis igitur precibus benignius annuentes, quicquid a dictis archiepiscopo et capitulo actum est in hac parte. ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, idibus aprilis, anno primo. »*

411

Naples, 29 avril 1255.

Conventui s. Mariae Florentino, cuius monasterium Frederico imperatore et fautoribus ipsius gravatum debitorum oneribus per probitatem et industria B. abbatis est fere totaliter liberatum, indulget ut nullus coadjutor eidem abbati deputari valeat. (REG. 24, c. 340, f. 50.)

« *Conventui monasterii sancte Marie Florentini, ordinis sancti Benedicti. ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo mediante pertinentis. Religionis vestre meretur —. Cum*

igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, monasterium vestrum a debitorum oneribus, quibus quondam F. tunc se pro Imperatore gerentis et fautorum ipsius faciente malitia gravatum fuerat, per probitatem et industria dilecti filii B. abbatis vestri sit per Dei gratiam fere totaliter liberatum, nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate presentium indulgemus ut nullus coadjutor eidem abbati deputari valeat speciali mandato nostro faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III kalendas maii, anno primo. »

412

Naples, 24 avril 1255.

Rogerio de Parisio, dominio Ecclesiae redeunti et se submittenti, castra Castellutii de Sclavis, s. Juliani, Petrac Montis Corvini, Clusanum, s. Marci de Catula, casalia s. Petri de Castellucio, Plantillianum, Casalorde et Bisselleti, concessionem de Dragonaria, a Frederico imperatore, Conrado et Manfredo aut aliis obtenta, confirmat et insuper castrum Riziae concedit ei tanquam Ecclesiae infundato. (REG. 24, c. 341, f. 50^v; RODENBERG, t. III, n° 396.)

« *Nobili viro Rogerio de Parisio, fidi nostro, salutem. Matris Ecclesie multa benignitas illum circa filios servat pietatis affectum ut et hiis etc. usque : non repellat. Attendentes igitur quod ad devotionem ipsius Ecclesie de tua salute sollicitus rediisti, dulci ac suavi ejus domino humiliter te summittens, ac propter hoc recipientes te in nostram et apostolice Sedis gratiam tibique omnes injurias et offensas quas nobis et eidem Sedi ac Ecclesie intulisti totaliter remittentes. Quia volumus te in hujusmodi devotione congruis firmare favoribus et condignis gratiis confovere, tuis supplicationibus inclinati, castrum Castellutii de Sclavis et casale Sancti Petri de Castellucio que jure successionis te obtinere proponis. et concessions de Dragonaria et casale Plantilliano et de castris Sancti Juliani et Petre Montis Corvini a quondam F. olim Romanorum imperatore, venditionem quoque et concessionem de castro Clusano a nobili muliere Gemma consanguinea tua, neconon et concessionem de castro Sancti Marci de Catula a quondam Conrado predicti Frederici filio et de casalibus Casalorde et Bisselleti a nobili viro Manfredo, tunc principe Tarentino, tunc pro regni Sicilie balio se gerente, dudum tibi factas, non obstante quod dicti Fredericus, Conradus et Manfredus erant tune temporis vinculo excommunicationis astrikti quodque alias facultatem conferendi vel concedendi taliter non*

REGISTRES D'ALEXANDRE IV.

habebant, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Et ut tua devotio erga nos et eandem Ecclesiam magis crescat, castra et casalia predicta tibi tuisque heredibus, de fratrum eorumdem consilio, in feudum de novo et insuper castrum Rizie sub debitis et consuetis servitiis concedimus de gratia speciali. ita quod castra et casalia predicta cum hominibus inseparabili et non infundatis, silvis, pascuis, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, et cum omnibus juribus, jurisdictionibus et pertinentiis eorumdem, tu dictique heredes immediate a Romana Ecclesia. nullum alium preter ipsam recognoscentes exinde superiorem vel dominum, perpetuo teneatis. Ut autem hujusmodi gratiam reutes gratiorem, scire te volumus quod nos et eadem Ecclesia te et heredes ipsos in possessione predictorum castrorum et casalium manutenebimus et contra omnes qui vos super premissis molestaverint, impetrerint vel turbaverint, defensione vobis adesse curabimus oportuna, et si aliquem jus in prefatis castris et casalibus habere constiterit, sibi de convenienti coneambio in regno Sicilie studebimus providere. Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli per manum Guillelmi magistri scolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vice [cancellarii], VIII kalendas maii, indictione XIII, incarnationis dominice M^oCC^oLV^o. pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno primo. »

413

Naples, 20 janvier 1255.

[Alberto], archiepiscopo Rigensi, qui, cum olim in certa ecclesia metropolitica non habens sedem Livoniae, Estoniae ac Prusiae archiepiscopus vocaretur eamque ob rem ab Innocentio papa praedecessore licentiam accepisset collocandi eandem sedem in quacumque vellet ecclesia cathedrali lege ipsi metropolitica subjecta, cum hujusmodi ecclesiam pastore vacare contigeret, postmodum in Rigensi ecclesia metropolitana sedem statuerat, confirmat quod ab ipso in hac parte factum est, jure Romanae Ecclesiae ac magistri et fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum in omnibus et per omnia semper salvo. (Reg. 24, c. 342, f. 50v; POTTHAST 15642.)

« ... archiepiscopo Rigensi. Primatum cathedras et —. Dat. Neapoli, XIII kalendas februarii, anno primo. »

414

Naples, 22 février 1255.

Roberto de Cortiniaco diacono, decano Carnotensi, indulget,

ut per quinquennium in facultate theologica Parisiensi studens proventus beneficiorum suorum percipere valeat nec interim ad susceptionem sacerdotii teneatur. (Reg. 24, c. 343, f. 50v.)

« Roberto de Cortiniaco diacono, decano Carnotensi. capellano nostro. Ut facultatis theologie longe lateque funiculus extendatur, ab ipsius studiis personas ecclesiasticas, presertim quas ad id necessariorum opulentia et scientia litterarum habilitat, haberi volumus excusatos (sic). Cum igitur de te, quod ad studendum in eadem facultate mente habeas et ad id artium scientia in qua per longum discipline studium profecisse dieris idoneum te reddat et aptum, nos certos efficerit fidelibus relatio plurimorum, ut per quinquennium sacre pagine studio in civitate Parisiensi insistere ac per idem quinquennium proventus beneficiorum tuorum integre, distributionibus cotidianis exceptis, percipere valeas nec interim ad susceptionem sacerdotii tenearis, non obstante contraria consuetudine vel statuto ecclesiarum in quibus beneficiatus existis, juramento vel confirmatione apostolica seu quocumque munimine roborato et quod de servandis ecclesiarum predictarum consuetudinibus et residentia facienda et suscipiendis sacris ordinibus successive ac non impenetrando per te vel alium contra dictas consuetudines seu statuta et impetratis non uti juramentum prestitisse diceras, et si alicui episcopo a Sede apostolica sit indulximus quod beneficiatos sue diocesis ad residendum in eorum beneficiis valeat coartare, indulgentia aliqua non obstante, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli. VIII kalendas martii, anno primo. »

415

Naples, 12 février 1255.

Thesaurario Ebroicensi mandat, quatinus hujusmodi redditus et proventus eidem faciat exhiberi. (Reg. 24, c. 343², f. 50v.)

« ... thesaurario Ebroicensi. Ut facultatis etc. usque : auctoritate sibi litterarum nostrarum duximus indulgendum. Quocirca mandamus quatinus hujusmodi redditus et proventus sibi facias juxta concessionis nostre tenorem sine difficultate qualibet exhiberi. Contradictores. Non obstante si —. Dat. ut supra.

416

Naples, 11 avril 1255.

[Alphonso], regi Castellae, scribit de aerumnoso christianitatis statu in Terra sancta eumque rogat et monet, ut in pres-

tando dictae terrae pugnatorum subsidio pro honore nominis
christiani dexteram suae liberatatis extendat. (REG. 24, c. 344,
f. 51; POTTHAST 15795.)

« ... regi Castelle illustri. Terre Jerosolimitane peri-
culosa —. Dat. Neapoli. III idus aprilis, anno primo. »

417

Naples, 1^{er} mai 1255.

Guillelmo, quem Innocentius papa IV de notariae suae offi-
cio ad regimen monasterii Cluniacensis promovit, concedit fa-
cilitatem utendi eodem officio quotiescumque ad apostolicam
Sedem accesserit. (REG. 24, c. 345, f. 51v.)

« Guillelmo, abbat Cluniacensi, notario nostro. Cum
felicis recordationis I. papa, predecessor noster, te de
notarie sue officio ad regimen monasterii Cluniacensis,
prout in ipsius litteris contineri perspeximus, reniten-
tem promoverit et invitum, nos ad instar predecessoris
ejusdem volentes tibi facere gratiam specialem, utendi
eodem officio quantocumque et quotiescumque ad ap-
ostolicam Sedem accesseris. plenam tibi concedimus
auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre
concessionis etc. Dat. Neapoli, kalendis maii, anno
primo. »

418

Naples, 27 avril 1255.

Archiepiscopo Turonensi mandat, quatinus cessionem epis-
copi recipiat Macloviensis, qui pro tuenda suae et aliarum ec-
clesiarum Britanniae libertate per annos plurimos laboravit et
qui de hujusmodi laboris instantia et gravium diversitate mor-
borum jani deductus est in senium, injungitque ut ei de bonis
episcopatus Macloviensis provideat. (REG. 24, c. 346, f. 51v.)

« ... archiepiscopo Turonensi. In lege Domini fuit
dudum voluntas etc., venerabilis fratri nostri .., Ma-
cloviensis episcopi, et die ac nocte in illa meditari de-
lectans. se in conspectu Dei et hominum dignum laude
reddere studuit ac pro tuenda Macloviensis et aliarum ec-
clesiarum Britannie libertate, prout accepimus, in-
defesso spiritu et corde imperterritu per annos plurimos
laboravit, procedit siquidem de hujusmodi laboris ins-
tantia et gravium diversitate morborum quod ipse jam
deductus ad senium et naturali robore destitutus ita
impotens est effectus quod, prout asserit. pastorale
prosequi nequid officium juxta votum. Quare idem
episcopus et tu. frater archiepiscope, per litteras et
nuncios a nobis humiliter petivitis, ut, cum ipse pro-
curandis ecclesie seu profectibus se cognoscat inhabi-

lem , dignaremur ejus recipere cessionem. Cum itaque
nos de fratrum nostrorum consilio, ejusdem votis epis-
copi super hoc duxerimus annuendum, mandamus qua-
tinus cessionem ipsius vice nostra recipias ac ei de
bonis episcopalibus ejusdem ecclesie ita studeas provi-
dere ut exinde, quoad vixerit, possit honorifice susten-
tari. Contradictores. Non obstante si —. Dat. Neapoli,
V kalendas maii, anno primo. »

419

Naples, 27 avril 1255.

Girardo Turniello, in canonicum Novariensem auctoritate
G. de Monte longo, Aquilegensis electi, recepto, praebendam
diaconalem auctoritate litterarum Innocentii papae IV asse-
quenti, indulget ut constitutio sua decernens irritas et inanes
in quibuscumque ecclesiis receptiones canonicorum, quatuor
dumtaxat exceptis, nullum ei prejudicium generet. (REG. 24,
c. 347, f. 51v.)

« Girardo Turniello, canonico Novariensi. Sicut petitio
tua nobis exposita continebat, felicis recordationis I.
papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro ..,
Novariensi episcopo, providendi tibi de prebenda dia-
conali in Novariensi ecclesia, in qua dudum auctoritate
dilecti filii G. de Monte longo Aquilegensis electi,
tune in partibus illis apostolice Sedis legati, receptus
fueras in canonicum et in fratrem, si qua tunc vacabat
ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas.
et contra per censuram ecclesiasticam appellatione
postposita compescendi concessit per suas litteras libe-
ram facultatem : non obstantibus aliquibus litteris post
receptionem tuam per quemcumque ab eadem Sede sub
quacumque forma verborum obtentis vel etiam obti-
nendis. Nosque tibi volentes gratiam facere ampliorem.
eidem episcopo nostris dedimus litteris in mandatis ut
tibi de prebenda diaconali vel alia etiam que non esset
deputata aliis dumtaxat in minoribus ordinibus consti-
tutis per se vel per alium providere curaret, faciens te
in ipsius prebende diaconalis vel alterius hujusmodi
assecurione preferri, juxta ejusdem predecessoris di-
rectarum ad eundem episcopum continentiam littera-
rum. Verum quia in dicta ecclesia quatuor et plures
etiam auctoritate apostolica sunt recepti, quanquam
nullus te in receptione precedat, nobis humiliter sup-
plicasti, ut, ne per constitutionem nostram per quam re-
ceptiones facte in quibuscumque ecclesiis quatuor dun-
taxat exceptis decernuntur irrite et inanes, possit tibi
prejudicium generari, providere tibi paterna sollicitu-
dine curaremus. Nos itaque inconveniens arbitrantes
ut tu. qui, prout asseris, medietatem proventum uniu-

prebende ac cotidianas distributiones et communes proventus percipis et admitteris etiam in choro et capitulo ac ad omnes communes tractatus sicut ali prebendas obtinentes in ecclesia supradicta et in septimanâ tua servis in subdiaconatus ordines in eadem ab ipsa ecclesia excludaris, ut per constitutionem hujusmodi quo ad canonicatum predicte ecclesie et provisionem tibi faciendam in ea de prebenda juxta nostrarum et ipsius predecessoris litterarum continentiam ad eundem episcopum super hoc directarum nullum tibi prejudicium generetur, auctoritate tibi presentium indulgemus, decernentes quod tua receptio robur obtineat firmitatis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

420

Naples, 30 avril 1255.

Episcopo Novariensi mandat, ut ad provisionem ipsius Gerardi Turnielli procedat. (REG. 24, c. 347², f. 51^v.)

« .., episcopo Novariensi. Sicut petitio dilecti —. Dat. Neapol. II kalendas maii, anno primo. »

421

Naples, 3 mai 1255.

Matheo dicto Tervisino, Johanni et Marino Zorzani et Nicolao Venero et eorum sociis, civibus Venetiarum, jus eudendi monetam usque ad duos annos a G. patriarcha Aquilegensi pro certa pecuniae quantitate concessum confirmat. (REG. 24, c. 348, f. 51^v; POTTHAST 15837.)

« G., Aquilegensi electo. Sicut petitio tua nobis exhibita continet, jus eudendi monetam quod ad te in patriarchatu Aquilegensi pertinet, Matheo dicto Tervisino. Johanni et Marino Zorzani et Nicolao Venero et eorum sociis, civibus Venetiarum, usque ad duos annos de consensu Aquilegensis capituli concessisti pro certa pecuniae quantitate, prout in instrumento publico confecto exinde tuo et ipsius capituli sigillis signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes. id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapol. V nonas maii, anno primo. »

422

Naples, 25 avril 1255.

Universis Christi fidelibus per regnum Franciae constitutis, qui pro [Ludovico], rege suo, dum vixerit ac etiam postquam

obierit, usque ad decennium Deum exoraverint, indulgentiam decem dierum de injuncta ipsis poenitentia relaxat. (REG. 24, c. 349, f. 51^v; POTTHAST 15823.)

« Universis Christi fidelibus per regnum Franciae constitutis. Carissimus in Christo —. Dat. Neapol. VII kalendas maii, anno primo. »

423

Naples, 25 avril 1255.

[Ludovico], regi Franciae, indulget, ut nullus ordinariam jurisdictionem habens nullusque apostolicae Sedis legatus etc. in ejus vel Margaritae reginae uxoris ejus, aut successorum legitimorum personas interdicti vel excommunicationis sententiam possit promulgare sine speciali apostolicae Sedis licentia vel mandato. (REG. 24, c. 349², f. 52; POTTHAST 15822.)

« .., illustri regi Francie. Sublime regnum Francie —. Dat. Neapol. ut supra. »

424

Naples, 25 avril 1255.

Eidem regi et uxori ejus, quotiescumque in praedicationibus affluerint, ac omnibus etiam vere poenitentibus et confessis qui ipsis vel altero ipsorum praesentibus in illis praedicationibus intererunt, indulgentiam centum dierum clargitur. (REG. 24, c. 349³, f. 52)

« Eidem. Sublime etc. usque : odorem —. Dat. ut supra. »

425

Naples, 30 avril 1255.

Eidem regi indulget, ut ex participatione sententiis excommunicationis a jurisdictione ordinaria aut delegatis Sedis apostolicae ligari non possit. (REG. 24, c. 349⁴, f. 52.)

« Eidem. Cum contingat interdum, quod tam hii qui ordinariam jurisdictionem habent quam etiam delegati Sedis apostolice et subdelegati eorum in certas personas excommunicationis sententias proferant participantes talibus eisdem sententiis innodantes. nos volentes persone tue gratiam facere specialem, excellentie tue. ut ex hujusmodi participatione talibus sententiis ligari non possis, dummodo in crimine nequaquam participes criminosis, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapol. II kalendas maii, anno primo. »

426

Naples, 25 avril 1255.

Eidem regi et uxori ejus indulget, ut clerici eorum obsequiis insistentes fructus et proventus unius ex praebendis seu ecclesiis obtentis percipere valeant. (REG. 24, c. 349⁶, f. 52.)

« *Eidem.* Tuis et carissime in Christo filie nostre Margarite, illustris regine Francie, uxoris tue, benigne precibus annuentes, clericis tuis et ejusdem regine obsequiis insistentibus, ut eorum quilibet fructus et proventus unius ex prebendis seu ecclesiis que obtinent cum ea integritate percipere valeant, distributionibus cotidianis dumtaxat exceptis, qua illos perciperent, si in prebendis vel ecclesiis hujusmodi personaliter residerent, contrariis consuetudinibus vel statutis, jamento, confirmatione apostolica vel quacumque alia confirmatione vallatis nequaquam obstantibus, auctoritate presentium indulgemus; proviso quod in ecclesiis que curam habent animarum annexam per ydoneos interim faciant vicarios deserviri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII kalendas maii, anno primo. »

427

Naples, 26 avril 1255.

Abbat s. Dionisii mandat quatinus bujusmodi fructus et proventus faciat clericis supradictis ministrari. (REG. 24, c. 349⁶, f. 52.)

« ... abbatu sancti Dionisii in Francia. Carissimorum in Christo filiorum nostrorum ..., regis et Margarite, uxoris sue, regine Francie, illustrium benigne etc. usque : deserviri. Quocirca mandamus quatinus hujusmodi fructus et proventus facias eisdem clericis juxta concessionis nostre tenorem integre ministrari. Contradictores. Non obstante si personis aliquibus a Sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas plenam et expressam aut de verbo ad verbum non facientes de indulto hujusmodi mentionem et constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali. Dat. Neapoli, VI kalendas maii, anno primo. »

428

Naples, 25 avril 1255.

Archiepiscopo Bituricensi mandat, ut omnes Crucesignatos regni Franciae inhabiles ad pugnandum ad redemptionem voti eorum et subsidium Terrae Sanctae compellat. (REG. 24, c. 349⁷, f. 52.)

« ... archiepiscopo Bituricensi. Volumus et presentium

ALEXANDRE IV, t. I.

tibi auctoritate mandamus quatinus, si qui de regno Francie Crucesignati in subsidium Terre Sancte voluerint redimere vota sua pro eo quod forte sunt inhabiles ad pugnandum vel alias impedimento legitimo detinentur, tu, per te vel per discretos alios quibus id commiseris exequendum, Crucesignatos hujusmodi i votis ipsis absolvere ac redemptiones eorum recipere et integre in tutis locis deponere non postponas in prefatu subsidium juxta mandatum apostolicum convertendas, concessa talibus auctoritate nostra peccatorum venia qui succurrentibus eidem Terre in generali concilio est indulta. Omnes autem Crucesignalos de ipso regno qui inhabiles ad pugnandum esse noscuntur ad transfratandum juxta consilium carissimi in Christo filii nostri .., illustris regis Francie, in subsidium dicte terre monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Non obstante etc. usque : mentionem. Dat. Neapoli. VII kalendas maii. anno primo. »

429

Naples, 30 avril 1255.

Carolo comiti Andegavie et Provinciae et uxori ejus indulget, ut, in ecclesiis seu locis ecclesiastico interdicto suppositis, submissa voce facere celebrari et audire divina officia possint. (REG. 24, c. 320, f. 52^v.)

« Nobili viro Karolo, comiti Andegavie et Provincie, germano carissimi in Christo filii nostri .., Francie regis illustris. Cum ad archana pectoris faciem mentis nostre convertimus, inter alia que de Christi fidelibus sub diversitate temporum elegimus commendanda memorie, immaculata tuorum progenitorum fides et sincera devotione nobis occurunt dignis laudibus specialiter recolende, presertim cum progenitoribus ipsis non solum derivatione sanguinis, sed illarum propagatione succedens, eo crebrius in nobis illorum memoriam refrices quo eorumdem imitando vestigia ipsos frequentius representas, tua quoque nobilitas sic semper circa Ecclesiam affectione pura et inconcessa constantia claruit, ut suis obsequiis oportunitatis tempore se offerens reverenter, honorem ejus inter ceteros orbis principes ferventer optarit, cumque studuerit exposito ad hoc sue potentie brachio indefessa sollicitudine procurare. Digne itaque tuis dictorumque progenitorum exigentibus meritis, Romana Ecclesia te tante devotionis titulo insignitum intra claustra cordis affectione precipua bajulans et infra mentis verba brachiis sinceritatis astringens illo tuam privilegat amore personam, ut eam inter alios catholicos principes et magnates favoris et

gratia prerogativa efferat speciales. Hinc est quod nos eximio te dono gratie honorantes, tuis devotis precibus inclinati, tibi et dilecte in Christo nobili mulieri ... comitisse Andegavie et Provincie, uxori tue, ut, in ecclesiis seu locis ecclesiastico interdicto suppositis, liceat vobis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, sumissa voce facere celebrari et audire divina officia, dummodo tu et eadem uxor causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdicti, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, II kalendas maii, anno primo. »

430

Naples, 30 avril 1255.

Eidem comiti indulget, ut nullus ordinariam jurisdictionem habens nullusque apostolicae Sedis legatus etc. in ipsum vel comitissam Andegaviae interdicti vel excommunicationis sententias valeat promulgare. (Reg. 24, c. 350², f. 52^v.)

« *Eidem. Cum ad archana —. Dat. ut supra. »*

431

Naples, 30 avril 1255.

Eosdem comitem et comitissam, cum Provinciae et Andegaviae comitatibus ac ceteris bonis, in suam suscipit protectionem (Reg. 24, c. 350³, f. 52^v.)

« *Eidem. Cum archana etc. usque : specialis. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, tuam et dilecte in Christo filie nobilis mulieris ..., comitisse Provincie, uxoris tue, personas, cum Provinciae et Andegaviae comitatibus ac ceteris bonis vestris que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre protectionis etc. Dat. ut supra. »*

432

Naples, 13 mars 1255.

Mauriciu dicto Sanson, rectori ecclesiae de Greatham Dunelmensis diocesis, indulget, ut, praeter de Greatham et de Edlington Eboracensis diocesis ecclesias, curam animarum habentes, quas sine dispensatione Sedis apostolicae usque nunc detinuit, unicum adhuc beneficium ecclesiasticum, etiam similem curam habens, recipere valeat. (Reg. 24, c. 351, f. 52^v.)

« *Mauricio dicto Sanson, rectori ecclesie de Grethan, Du-*

nelmensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, III idus martii, anno primo. »

433

Naples, 25 avril 1255.

Conventui monasterii de Nuneaton, ordinis Fontis Ebraudi, Coventrensis diocesis, qui tam in receptione hospitum quam in obsequiis pauperum oneribus expensarum gravatur, concedit in usus proprios ecclesiam de Claybronk, Lincolniensis diocesis, in qua jus patronatus habebat (Reg. 24, c. 352, f. 52^v.)

« *... priorisse et conventui monasterii de Etona, ordinis Fontis Ebraudi, Coventrensis diocesis. Sincere devotionis affectus —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod vos, tam in receptione hospitum quos tam liberaliter quam liberaliter secundum regni Anglie consuetudinem exhibitis quam in obsequiis pauperum, quorum ad monasterium vestrum confluit multitudo, subire cogimini onera expensarum. Quare super hoc benignam apostolice Sedis gratiam implorantes, ecclesiam de Cleibrok, Lincolniensis diocesis, in qua vos jus habere asseritis patronatus, pro relevandis hujusmodi expensarum oneribus vobis concedi in usus proprios postulastis. Nos igitur vestris devotis precibus inclinati, prefatam ecclesiam cum iuribus et pertinentiis suis applicandam vestris propriis usibus per nostras litteras de liberali gratia duximus concedendam, concedentes ut, non obstantibus aliquibus litteris super provisione quorumlibet a Sede apostolica impetratis vel etiam impetratis, cedente vel decedente ipsius rectore possessionem ejusdem ecclesie, auctoritate nostra ingredi libere valeatis, diocesani vel ..., archidiaconi loci seu enjuslibet alterius assensu minime requisito : ita tamen quod vicario in ea perpetuo servituro per vos de proventibus ejusdem ecclesie portio competens ex qua congrue sustenari et episcopalia et alia ipsius ecclesie onera supportare valeat assignetur, jure nichilominus diocesani in aliis que ad ipsum pertinent semper salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII kalendas maii, anno primo. »*

434

Naples, 30 avril 1255.

Famae Roberti de Curtiniaco, decani Carnotensis, qui statuta quarundam ecclesiarum in quibus beneficiatus existit aliquoties non servavit et ab hujusmodi perjurio per H. tituli s. Sabinae presbyterum cardinalis fuit absolutus, nullum detrimentum dicit providendum. (Reg. 24, c. 353, f. 52^v.)

« *Roberto de Curtiniaco, decano Carnotensi. Per lauda-*

bilia conversationis et vite studia te dignum reddidisse diceris, ut ab apostolica Sede adesse benemeritis delectare favorem et gratiam consequaris. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod statuta quarumdam ecclesiarum in quibus beneficiatus existis aliquoties non servasti, licet ad ea servanda astrictus fueris proprio juramento. Verum cum ab hujusmodi perjurio per dilectum filium nostrum H. tituli sancte Sabine presbiterum cardinalem anctoritate nostra sicut asseris fueris absolutus, nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut fame tue per hoc, postquam injunctam tibi super hoc ab eodem cardinale penitentiam peregeris, nullum detrimentum quo ad famam, honores et reliqua alia patiaris, tibi per beneficium restitutio*n*is integrum auctoritate presentium duximus providendum. Nulli etc. nostre provisionis etc. Dat. Neapoli, II kalendas maii, anno primo. »

435

Naples, 24 avril 1255.

Rectoribus et perpetuis vicariis ecclesiarum diocesis Agriensis processum et ordinationem de decimis, oblationibus et obventionibus contra episcopum et praepositum archidiaconi Agrienses litigatos, sicut per judices abbatem de Seps Cistercensis ordinis, priorem fratrum Praedicatorum de Potehoc ac praepositum s. Martini de Sipes, ab Ubaldo capellano et delegato Innocentii papae nominatos, provide facti sunt, confirmat. (REG. 24, c. 354, f. 53; POTTHAST 15821.)

« *Rectoribus et perpetuis vicariis ecclesiarum diocesis Agriensis. Cum a nobis —. Dat. Neapoli, VIII kalendas maii, anno primo. »*

436

Naples, 27 avril 1255.

Universis fratribus dictis de Poenitentia per Esculanam civitatem et diocesim constitutis indulget, ut nullatenus teneantur recipere publica vel privata officia saecularia. (REG. 24, c. 355, f. 53; POTTHAST 15827.)

« *Universis fratribus dictis de Penitentia per Esculanam civitatem et diocesim constitutis. Pia desideria devotorum —. Dat. Neapoli, V kalendas maii, anno primo. »*

437

Naples, 4 mai 1255.

Nicolao de Campellis diacono, rectori ecclesiac de Drageio, Abrincensis diocesis, nuper pro suis et Alphonsi comitis Pictavensis accedenti negotiis ad apostolicam Sedem, dispen-

sat ut, a quodam perjurio absolutus, ad presbyteratus ordinem possit promoveri. (REG. 24, c. 356, f. 53.)

« *Magistro Nicolao de Campellis diacono, rectori ecclesie de Drageio, Abrincensis diocesis. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, nuper ad apostolicam Sedem pro tuis et dilecti filii nobilis viri A. comitis Pictavensis et Tholosani accedens negotiis, promotus non fueris ad presbiteratus ordines prout tenebaris prestito juramento, nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut, postquam ab ipso perjurio absolutus fueris et penitentiam injunctam peregeris, nullum hujusmodi pretextu perjurii tibi periculum fame ac honoris immineat, tecum auctoritate presentium dispensamus. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, IIII nonas maii, anno primo. »*

438

Naples, 27 avril 1255.

Abbati Fructuariensi, priori Montis Ben. Cartusiensis ordinis et guardiano fratrum Minorum de Pinarolio, Yporiensis et Taurinensis diocesum, committit inquisitionem actuum Guillelmi abbatis s. Michaelis de Clusa ordinis s. Benedicti, Taurinensis diocesis, visitationem et reformationem dicti monasterii. (REG. 24, c. 357, f. 53; POTTHAST 15825.)

« *... abbati Fructuariensi, ... priori Montis Ben. Cartusiensis ordinis et guardiano fratrum Minorum de Pinarolio, Yporiensis et Taurinensis diocesum. Debitum officii nostri —. Dat. Neapoli, V kalendas maii, anno primo. »*

439

Naples, 9 mai 1255.

Magistro Nicolao de Phytone, subdiacono et capellano suo, clero regis Angliae, indulget ut, si unum vel duo ex beneficiis quac in regno Angliae canonice obtinet libere resignaverit, totidem etiam si curam habeant animarum et ei in eodem regno vel alibi canonice offerantur, loco illorum recipere valeat. (REG. 24, c. 358, f. 53v.)

« *Magistro Nicolao de Phytone, subdiacono et capellano nostro, clero carissimi in Christo filii nostri .., regis Anglorum illustris. Circumspecta Sedis apostolice —. Dat. Neapoli, VII idus maii, anno primo. »*

440

Naples, 22 avril 1255.

Magistro Radulpho de Sturtone, clero Wigorniensis diocesis, dispensat ut, praeter unicum ecclesiasticum beneficium quod obtinet, possit aliud beneficium ecclesiasticum similem

curam animarum habens licite recipere. (Reg. 24, c. 359, f. 53^v)

« *Magistro Radulfo de Sturtone, clero Wigorniensis diocesis.* Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, X kalendas maii. anno primo. »

441

Naples, 28 avril 1255.

Ordinationem quam inter fratres Cartusiae ex parte una et priores Cartusiensis ordinis ex altera super processibus et ordinatione generalis capituli litigantes Johannes tituli s. Laurentii in Lucina presbyter cardinalis fecit, auctoritate apostolica confirmat, tenorem ipsius instrumenti praesentibus inserens. (Reg. 24, c. 360, f. 53^v; POTTHAST 15828.)

« *Cartusie ac Cartusiensis ordinis universis prioribus et fratribus.* Orta dudum inter —. Dat. Neapoli, IIII kalendas maii. anno primo. »

442

Naples, 23 avril 1255.

Gileberto canonico Fontis Ebraudi, Pictavensis diocesis, pro expediendis negotiis abbatissae et conventus monasterii Fontis Ebraudi ad Sedem apostolicam accesso, concedit facultatem contrahendi mutuum pro expensis usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum et obligandi dictum monasterium. (Reg. 24, c. 361, f. 54.)

« *Gileberto canonico Fontis Ebraudi. Pictavensis diocesis.* Cum sicut in nosra proposuisti presentia constitutus, pro expediendis negotiis dilecte in Christo filie ... abbatisse et conventus monasterii Fontis Ebraudi, Pictavensis diocesis, pro quibus ad Sedem apostolicam accessisti, magna te subire oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem in expedita remanere contingat, nos tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum et obligandi creditoribus ... abbatissam... priorissam et conventum ac bona monasterii Fontis Ebraudi et Ethonie ejusdem diocesis, ac renunciandi constitutioni de duabus dielis edicta in concilio generali ei beneficio restitutionis in integrum, necnon et conventioni judicum ipsorum creditorum nomine si apostolicas litteras ejusdemque tenoris in posterum impetrari contigerit, auctoritate tibi presentium concedimus facultatem. Ita tamen quod abbatissa, priorissa, conventus et monasteria predicta teneantur creditoribus ad hujusmodi pecuniam persolvendam et ad penam, dampna, expensas et inleresse, si in termino a te

statuendo pecuniam non persolverint memoratam, sublata ipsis creditoribus necessitate probandi quod pecunia eadem non sit conversa in utilitatem predictorum monasteriorum pretextu alicujus constitutionis canonicæ vel civilis. Non obstantibus aliquibus privilegiis seu indulgentiis de quibus in nostris litteris fieri oporteat mentionem et per que eadem abbatissa et priorissa ac successores earum valeant se tueri. Dat. Neapoli, IX kalendas maii. anno primo. »

443

Naples, 17 avril 1255.

Conventui monasterii s. Mariae de Gloria Anagnini, Floreni ordinis, concedit ut ecclesiam de Leeds, Cantuariensis diocesis, aliquibus viris religiosis ad perpetuam firmam concedere valeat. (Reg. 24, c. 362, f. 54^v.)

« ... abbatii et conventui monasterii sancte Marie de Gloria Anagnini, Floreni ordinis. Justis potentium etc. usque : complere. Eapropter, dilecti in Christo filii, vestris justis supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis G. pape, predecessoris nostri. presentium vobis auctoritate concedimus ut ecclesiam de Lides, Cantuariensis diocesis, vobis et monasterio vestro ad proprios usus ejus vestrosque concessam, aliquibus viris religiosis ejusdemque ordinis, constitutione seu prohibitione qualibet contraria non obstante, ad perpetuam firmam concedere valeatis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XV kalendas maii. anno primo. »

In e. m. eisdem usque : concedimus, ut ecclesiam de Major, Landavensis diocesis, vobis et monasterio vestro etc. usque in finem.

444

Naples, 20 avril 1255.

Petro, archiepiscopo Turonensi, indulget, ut per litteras apostolice Sedis seu legatorum ejus ultra unam dietam extra diocesim suam non possit evocari, nisi dictae litterae de nomine ejus et de praesenti indulgentia fecerint mentionem. (Reg. 24, c. 363, f. 54.)

« *Petro, archiepiscopo Turonensi.* Tue merita sinceritatis exposeunt, ut in hiis que possunt digne fieri nos tibi simus oportuno tempore gratiosi. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut per litteras apostolice Sedis seu legatorum ejus impetratas per quas nondum ad citationem partium sit processum vel impetrandas ejus-

cumque tenoris existant, ultra unam dietam extra tuam diocesim, dummodo infra ipsum paratus existas, de te conquerentibus coram competenti judice justitie plenitudinem exhibere non possis ad judicium evocari, nisi dicte littere impetrande de tuo proprio nomine plenam et expressam et de verbo ad verbum de hac indulgentia fecerint mentionem. Nos enim decernimus irritum et inane si secus a quoquam contigerit attemptari. Presentibus post triennium etc. Nulli etc. nostre concessionis. Dat. Neapoli, XII kalendas maii, anno primo. »

445

Naples, 25 avril 1255.

Margaritae, Francorum reginac, precibus annuens, clericis et laicis familiaribus ejus concedit ut capellatum ejus in eorum confessorem eligere valeant. (REG. 24, c. 364, f. 54v.)

« *Carissime in Christo filie Margarite, Francorum regine illustri.* Cum humane fragilitatis condicio multis sit peccatis obnoxia, que non nisi per penitentie lacrimas et sacerdotis ministerium abstergentur, nos tuis precibus annuentes, clericis et laicis familiaribus tuis presentium auctoritate concedeimus, ut liceat eis capellatum tuum in eorum eligere confessorem, qui injungat eis pro commissis audita confessione ipsorum quotiens oportunum fuerit penitentiam salutarem et super hiis beneficium debite absolutionis impendat, nisi esset adeo gravis et enormis excessus, propter quem foret Sedes apostolica merito consulenda. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII kalendas maii, anno primo. »

446

Naples, 17 mars 1255.

Rupensi et R[udolfo] quondam Burglanensi de ordine Minorum episcopis mandat ut universos redditus et proventus Burglanensis episcopatus in expensis episcopatus ejusdem, quamdiu hac vice Elanus Burglanensis electus in Curia Romana absens fuerit, colligi faciant ipsosque guardiano et conventui fratrum Minorum « Attrebatenum » assignent (REG. 24, c. 365, f. 54v, POTTHAST 15746.)

« *... Rupensi et R. quondam Burglanensi de ordine Minorum episcopis.* Ad instar felicis —. Dat. Neapoli, XVI kalendas aprilis, anno primo. »

447

Naples, 9 mai 1255.

[Nicolao] episcopo Assisinati indulget, quod in procuratio-

nibus exhibendis tegatis et nunciis Sedis apostolicae non te- neatur nec cogi possit invitus, cardinalibus a latere missis et Curiæ apostolicae cursoribus dumtaxat exceptis. (REG. 24, c. 366, f. 54v; POTTHAST 15844.)

« *... episcopo Assisinati.* Devotionis tue merita —. Dat. Neapoli, VII idus maii, anno primo. »

448

Naples, 7 mai 1255.

Conventui monasterii s. Mariae de Gloria Anagnini, Floreni ordinis, indulget usum liberum omnium libertatum, immunitatum ac indulgentiarum ordini Cisterciensi ab apostolica Sede concessarum. (REG. 24, c. 367, f. 54v.)

« *... abbati et conventui monasterii sancte Marie de Gloria Anagnini, Floreni ordinis.* Dum religionis fervorem —. Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati, ut omnibus libertatibus et immunitatibus ac indulgentiis ordinis Cisterciensis ab apostolica Sede concessis ut libere valeatis, ita ut per hoc patribus abbatibus vestris nullum generetur prejudicium, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, nonis maii, anno primo. »

449

Naples, 27 avril 1255.

Infrascriptis indulget, ut nullus de animalium nutrimentis, ortis et virgultis eorum decimas ab eis exigere vel extorquere praesumat. (REG. 24, c. 368, f. 54v.)

« *... magistro et fratribus hospitalis sancti Samsonis de Duaco, Atrebatenensis diocesis, ad hospitale sancti Samsonis Constantinopolis spectantis.* Devotionis vestre precibus benignum impertientes assensum, ut nullus de vestrorum animalium nutrimentis, ortis et virgultis vestris decimas a vobis exigere vel extorquere presumat, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas maii, anno primo. »

450

Naples, 7 mai 1255.

Abbati in Lehnin, ordinis Cisterciensis, Brandenburgensis diocesis, et priori provinciali fratrum Praedicatorum Alamaniae mandat, ut Johanni marchioni Brandenburgensi et [Juttae] filiae [Albrechtij] ducis Saxonie, propter promptam exhibitio- nem utilium et magnorum servitorum ab eisdem nobilibus in Ecclesiae ac W[ilhelmi] regis Romanorum generali negotio

impensorum, licentiam concedant contrahendi matrimonium ad invicem, licet iudicem tertia consanguinitatis linea sint conjuncti. (REG. 24, c. 369, f. 54v; POTTHAST 15840: RODENBERG, t. III, n° 399.)

« ... abbatii in Lemmin, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis diocesis, et ... priori provinciali fratrum predicatorum Alamannie. Ex parte dilectorum —. Dat. Neapoli, nonis maii, anno primo. »

451

Naples, 5 mai 1255.

Fratri Raymundo de Pennaforti mandat, ut cessionem Ilerdensis episcopi recipiat eique provisionem congruam de bonis episcopalibus pro sustentatione assignet. (REG. 24, c. 370, f. 55; POTTHAST 15838.)

« Fratri Raymundo de Pennaforti, ordinis praedicatorum, capellano nostro. Usque in senectam —. Dat. Neapoli, III nonas maii, anno primo. »

452

Naples, 9 mai 1255.

Bonohomini, familiari I. s. Nicolai in carcere Tulliana diaconi cardinalis, et Petro Fabro, civi romano, fratribus, concedit de bonis Cataniensis ecclesiae redditum frumenti, vini, olei et aliarum rerum dudum per b. m. Cataniensem episcopum Rogerio Benetevengiae civi et mercatori romano, sacerdoti eorum, sine capituli Cataniensis assensu concessum in feendum. (REG. 24, c. 371, f. 55.)

« Bonohomini, familiari dilecti filii nostri I. sancti Nicolai in carcere Tulliana diaconi cardinalis, et Petro Fabro, civi romano, fratribus. Officii nostri debitum exigit et pietas persuadet ut benemeritos et devotos specialis favoris gratia prosequamur. Volentes igitur vobis, contemplatione dilecti filii nostri I. sancti Laurentii in carcere Tulliana diaconi cardinalis, cujns tu Bonehomo insistis obsequiis, gratiam facere specialem, redditum frumenti, vini, olei et quarundam aliarum rerum dudum per bone memorie ... Cathaniensem episcopum, Rogerio Benetevengie civi et mercatori romano sacerdoti vestro sine capituli Cathaniensis assensu concessum in feendum, prout in publico instrumento inde confecto plenius continetur, vobis et heredibus vestris de novo concedimus de bonis Cathaniensis ecclesie, tamdiu percipiendum a vobis donec Cathaniensis episcopus vobis seu vestris heredibus in equivalentis redditus feudo de bonis ipsius ecclesie duxerit providendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII idus maii, anno primo. »

453

Naples, 29 avril 1255.

Raynaldo et Tholomeo Jacobi, camporibus suis, Tavene Tholomei etc., civibus Senensibus, de parrochia ecclesiae s. Christofori ad domos eorum in diversas civitatis Senensis parrochias ipsos transferentibus, concedit facultatem audiendi nichilominus divina officia in ecclesia s. Christofori et ejusdem presbytero peccata confitendi. (REG. 24, c. 372, f. 55.)

« Nobilibus viris Raynaldo et Tholomeo Jacobi, camporibus nostris, Tavene Tholomei et universis descendantibus a quondam Jacobo et Tholomeo de Platea, progenitoribus vestris. civibus Senensibus. Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, de parrochia ecclesie sancti Christofori in qua moram trahitis ad domos quas in diversis civitatis Senensis parrochiis obtinetis proponatis vos habitandi causa transferre, nos vestris supplicationibus inclinati, vobis et universis ac singulis de familiis vestris utriusque sexus, ut vos et ipsi ac vestri ac eorum heredes audire nichilominus divina officia in eadem ecclesia sancti Christofori et ejusdem ecclesie presbitero possitis vestra confiteri peccata, liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III kalendas maii, anno primo. »

454

Naples, 27 avril 1255.

Capitulo ecclesiae s. Andreac Gratianopolitanae indulget, ut in cimiterio ipsius eos qui elegerint ibidem sepulturam sepe lire valeat. (REG. 24, c. 373, f. 55.)

« .., preposito et capitulo ecclesie sancti Andree Gratianopolitane. Vestre devotionis merita nos inducunt ut, vos favore benivolo prosequentes, que juste petitis ad exauditionis gratiam admittamus. Vestris igitur devotis precibus inclinati, ut eos qui ad ecclesiam vestram sepulturam elegerint, non obstante aliquo statuto seu ordinatione contrariis a quocumque edictis, jamento vel quacumque alia firmatione vallatis, ecclesiarum illarum a quibus assumuntur corpora defunctorum, salva portione ecclesiastica, in vestro cimiterio sepelire, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis. Dat. Neapoli, V kalendas maii, anno primo. »

455

Naples, 7 mai 1255.

Decano ecclesiae Briocensis et successoribus ejus in futurum confirmat praerogativa, proventus decimarum ab episcopo Briocensi, de consensu capituli ejusdem ecclesiae et confirmata-

tione archiepiscopi Turonensis loci metropolitani, concessa.
(REG. 24, c. 374, f. 55.)

« ... decano ecclesie Briocensis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Sane petitio tua nobis exposita continet quod venerabilis frater noster .., Briocensis episcopus, de consensu capituli ecclesie Briocensis, deliberatione provida statuit quod tu et successores tui majorem obtineatis de cetero in eadem ecclesia dignitatem et tam vocem in capitulo quam sedem in choro primi post episcopum habeatis ac recipiatis incensum et pacem similiter post eundem et sitis in processibus ultimi, dicto episcopo dumtaxat excepto, capitulum etiam ejusdem ecclesie quando fuerit expediens convocare possitis ac tractandum cum ipsis de necessitatibus et utilitatibus eorumdem : ad hec vero tam tu quam is qui assumetur de cetero in decanum ecclesie Briocensis. si forsitan non fueritis in ordine sacerdotis, teneamini recipere dictum ordinem infra unum annum computandum a tempore vestre promotionis, et totius prefati capituli ac clericorum chori ejusdem ecclesie curam gerentes in eos omnem jurisdictionem et coactionem quas .., decanus ecclesie metropolitanus in capitulo et clericis ejus obtinet valeatis, non obstante aliqua constitutione contraria, exercere. Tibi quoque ac successoribus tuis, quia vobis propter hec gravia imminent onera expensarum, idem episcopus proventus quarumdam decimaru[m] ad dictam ecclesiam Briocensem spectantium in perpetuum deputavit, prout in patentibus litteris inde confectis et sigillatis sigillis ipsius episcopi ac venerabilis fratris nostri ... archiepiscopi Turonensis, loci metropolitani, signatis dicitur plenius contineri. Nos itaque devotionis tue p[re]cibus inclinati, quod super premissis ab eodem episcopo provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, nonis maii. anno primo. »

456

Naples, 7 mai 1255.

Abbati monasterii s. Andree Viennensis, ordinis s. Benedicti, utendi mitra concedit facultatem. (REG. 4, c. 375, f. 55.)

« .., abbati monasterii sancti Andree Viennensis, ordinis sancti Benedicti. Cum in prelatorum ornatu decoro ecclesie decorentur et ipsorum majoritas accendatur verius in eorum honorificentia grandiori quandoque romanus pontifex ipsos prevenit privilegio gratie singu-

laris. Ut igitur eo habearis gratosior quo potioribus cognoveris efferri apostolice Sedis donis ac monasterium tuum quod gaudere volumus specialis prerogativa gratie in sponsi sui decentia jocundetur, utendi mitra liberam libi et successoribus tuis auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

457

Naples, 22 avril 1255.

Conventui monialium inclusarum monasterii de Paradiso juxta Susacum regulam s. Augustini juxta instituta fratrum Praedicatorum ab ipsis electam et ab H. tituli s. Sabinae presbytero cardinali approbatam confirmat. (REG. 24, c. 376, f. 55.)

« .., priorisse et conventui monialium inclusarum monasterii de Paradiso juxta Susacum, ordinis sancti Augustini, Coloniensis diocesis. Justis potentium etc. usque : complere. Petitio siquidem vestra nobis exhibita continet quod, cum vos sub regula beati Augustini juxta instituta dilectorum filiorum fratrum ordinis Predicatorum que nobis competunt elegissetis in monasterio vestro de Paradiso juxta Susacum, quod est novella plantatio virtutum, Domino perpetuo famulari, dilectus filius noster H. tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, tunc in partibus illis apostolice Sedis legatus, id approbans, regulam ipsam secundum instituta predicta vobis auctoritate legationis sue nichilominus confirmavit, prout in patentibus litteris ejus confectis exinde ae suo sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, personas vestras et monasterium ipsum cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et eamdem regulam vobis auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Statuentes ut regula ipsa juxta instituta premissa in dicto monasterio perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Nulli etc. nostre protectionis, confirmationis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo. »

458

Naples, 22 avril 1255.

Magistro Johanni Mahe, canonico Turonensi, qui nullam dignitatem vel personatum habet, ut asserit, seu beneficium ecclesiasticum curam habens animarum, indulget, ut duo beneficia ecclesiastica vel unicum personatum seu dignitatem cum

unico beneficio, etiam si cura animarum illis sit annexa, recipere valeat. (REG. 24, c. 377, f. 55^v.)

« *Magistro Johanni Mahe, canonico Turonensi. Licet ne quis —. Dat. Neapoli, II nonas maii. anno primo.* »

459

Naples, 3 mai 1255.

Capitulo ecclesiae Mortarieus, Papiensis diocesis, concedit facultatem recipiendi in canonicos viros idoneos, salvis tamen adhaerentibus aut filiis adhaerentibus Frederico otim imperatori, non obstante inhibitione legati G. de Montelongo, electi Aquileiensis. (REG. 24, c. 378, f. 55^v.)

« *... preposito et capitulo ecclesie Mortariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, ordinis sancti Augustini, Papiensis diocesis. Sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, dilectus filius G. de Montelongo electus Aquilegensis, tunc in partibus Lombardie apostolice Sedis legatus, de mandato felicis recordationis I. pape predecessoris nostri inhibuisse dicitur ne capitula, conventus, rectores vel clerici conditionis vel ordinis cuiuscumque ecclesiarum, civitatum et locorum illorum que quondam Fr. olim imperatori et ejus fautoribus adhucerebant aliquem in prelatum seu canonicum ecclesie cathedralis vel alterius, clericum, monachum vel conversum eligere attemptarent; quicquid contra inhibitionem predictam factum foret, decernens irritum et inane. Quare nobis humiliter supplicasti ut. ne vestra ecclesia defectum in servitoribus patiatur, pro videre vobis et eidem ecclesie super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, recipiendi viros idoneos in canonicos et in fratres, dummodo non sint de illis quorum patres vel ipsi quondam F. olim imperatori vel ejus fautoribus adheserunt et nondum super hoc ad mandatum ecclesie sunt reversi, devotioni vestre, inhibitione non obstante predicta, liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Neapoli, V nonas maii, anno primo.* »

460

Naples, 3 mai 1255.

Electo Albensi mandat quatinus, ad sopiaendas inimicitias inter Mansfredum de Carreto et Georgium de Ceva marchiones ex parte una et Bonifacium marchionem de Carreto ex altera, dispenset matrimonium inter dictum Georgium et Agnetem Bonifacii sororem, tercio et quarto consanguineis gradibus. (REG. 24, c. 379, f. 55^v; RODENBERG, t. III, n° 398.)

« *... electo Albensi. Etsi conjunctio copule conjugalis*

in tertia et quarta consanguinitatis vel affinitatis linea sacris sit canonibus interdicta, provide tamen super hiis interdum Romane dispensationis Ecclesie maxime cum urgens necessitas vel evidens utilitas id exposcit. Cum itaque ad graves inimicitias dudum exortas inter nobilem virum Manfredum de Carreto et Georgium de Ceva marchiones ex parte una et Bonifacium marchionem de Carreto ex altera sopiaendas asseratur plurimum expedire, quod inter nominatum Georgium et nobilem mulierem Agnetem, Bonifacii predicti sororem, tercio et quarto consanguinitatis gradibus se invicem contingentes matrimonium contrahatur, nos inter eos pacem stabilem affectantes, mandamus quatinus, si inter predictas partes per hujusmodi matrimonium pacis solidatas provenire poterit, auctoritate nostra cum eisdem Bonifacio et Agnetae dispenses ut licite possint ad invicem matrimonialiter copulari, impedimento hujusmodi non obstante. Dat. Neapoli ut supra. »

461

Naples, 6 mai 1255.

Clero archipresbyteratus de Faro, Compostellanae diocesis, statuta confraternitatis in honore s. Spiritus et beatae Mariae Virginis factae confirmat, nonnulla citando. (REG. 24, c. 380, f. 55^v.)

« *Clero archipresbyteratus de Faro. Compostellanae diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Oblata quidem nobis ex parte vestra petitio continebat quod vos provida deliberatione pensantes, ea que salutem respiciunt animarum, confratram quamdam in honore Sancti Spiritus et beate Marie Virginis ordinastis perpetuis futuris observandam temporibus, statuentes, loci diocesani super hoc accedente consensu, ut vobis et aliis futuris confratribus prima die dominica post festum sancti Michaelis archangeli apud certum locum convenientibus annuatim, ibi prior qui anno sequenti curam gerat confraternitatis ipsius et VII presbyteri qui visitent vos, si quando aliquem vestrum contigerit infirmari, et ipsorum necessitatibus spiritualiter et temporaliter provideant, elegantur : et cum aliquis de fraternitate ipsa obierit, quilibet sacerdos confraternitatis ejusdem per VII dies missarum sollempnia celebret pro ejus anima horas alias non omittens : qui autem sacerdos non fuerit id fieri faciat per aliquem sacerdotem ; adientes quedam alia statutis hujusmodi salubria et honesta que ad animarum edificationem pertinere noscuntur sine juris prejudicio alieni. Vestris igitur supplicationibus inclinati, quod super premissis*

pie ac provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II nonas maii, anno primo. »

462

Naples, 21 avril 1255.

Episcopo Cameracensi concedit, ut jurisdictionem snam tibi valeat exercere, non obstantibus indulgentiis nonnullorum clericorum et nobilium suae diocesis a Sede apostolica obtentis. (REG. 24, c. 381, f. 55^v; RÖDENBERG, t. III, n° 395.)

« ... episcopo Cameracensi. Tua nobis fraternitas intimavit quod nonnulli clerci tam seculares quam regulares, necon et aliqui nobiles tue diocesis lege tibi diocesana subjecti obtinuerunt sibi a Sede apostolica indulgeri, ut nullus in personas eorum interdicti vel suspensionis aut excommunicationis posset profferre sententiam ac eorum terras ecclesiastico supponere interdicto. Verum quia ex hoc, cum non possis animadvertere in eosdem, tua jurisdiccione non modicum encravatur, petisti tibi super hoc congruo remedio subveniri. Quocirca fraternitat tue presentium auctoritate concedimus ut, eisdem indulgentiis nequaquam obstantibus, libere circa ipsos jurisdictionem tuam valeas exercere. Non enim videtur verisimile quod predecessores nostri jurisdictionem ordinariorum per indultum hujusmodi enervari voluerint nec nos volumus quod indultum ipsum ad eos aliquatenus extendatur. Dat. Neapoli, XI kalendas maii, anno primo. »

463

Naples, 22 avril 1255.

Abbatii Westimonasterii Londoniensis concedit, ut super observatione statutorum quae de substantia regulae s. Benedicti non existunt monachis monasterii ejusque membrorum dispensare possit, injungendo eisdem absolutis poenitentiam salutarem. Priori monasterii eundem dispensationis et absolutionis beneficium indulget. (REG. 24, c. 382, f. 55^v.)

« .., abbatii Westimonasterii Londoniensis, capellano nostro, ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione multum sit rigida, difficilis atque gravis, fueruntque postmodum per felicis recordationis G. papam predecessorem nostrum et quosdam alios tam auctoritate Sedis apostolice quam legatorum ipsius superaddita statuta gravia diversarum penarum adjecione vallata, ne contingat sub tantis oneribus delicere

ALEXANDRE IV, t. I.

oneratos, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Attendentes igitur quod expedit calatum quassatum non conteri et in erasure eruginis vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut, super observatione statutorum ipsorum que de substantia tue regule non existunt, tu ac successores tui cum monasterii tui ejusque membrorum monachis presentibus et futuris libere dispensare possitis. Hiis casibus dumtaxat exceptis, super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super penis adjectis et irregularitatibus quas tui subditi hactenus incurrerunt vel incurrent de cetero eisque absolvendi ab interdicti, suspensionis vel excommunicationis vinculo qua ipsis ob transgressionem premissorum statutorum involvi contigit vel contingere injuncta sie absolutis penitentia salutari, libera sit tibi et eisdem successoribus de nostra permissione facultas: ..., priori nichilominus monasterii tui ac ipsius successoribus hujusmodi dispensationis et absolutionis beneficium, si fuerit oportunum, indulgentes auctoritate presentium potestatem. Non obstantibus aliquibus litteris ad venerabiles fratres nostros Cantuariensem archiepiscopum et ... episcopum Londonensem seu quoscumque alios ab apostolica Sede sub quacumque tenore directis et processibus habitis per easdem de quibus forsitan oporteat fieri mentionem. Nulli etc. nostre concessiones etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo. »

464

Naples, 27 avril 1255.

Episcopo Londonensi, qui de mandato Innocentii IV statuta Gregorii IX pro reformatione ordinis s. Benedicti fecit observare, mandat ut conventum Westimonasterii Londonensis de cetero non molestet. Notificat se injungere abbatibus de Evesham et de Malmesbury executionem praesentis mandati. (REG. 24, c. 382¹, f. 56.)

« .., episcopo Londonensi. Olim pie memorie I. papa predecessor noster tibi sub certa forma suis dedit litteris in preceptis, ut statuta pro reformatione ordinis sancti Benedicti a felicis recordationis G. papa predecessor nostro edicta faceres ab universis personis ejusdem ordinis tue diocesis exacta diligentia observari, quarum litterarum auctoritate super hoc preceptum apostolicum exequens diligenter, in monasterium Westimonasterii Londonensis, ad Romanam Ecclesiam immediate spectans, ejusdem ordinis ut dicitur, processisti. Quia vero dilecti filii ... abbas et conventus ipsius monasterii super hiis ad apostolice Sedis providentiam

recurrerunt, fraternitati tue rogamus, ducimus et monemus per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, si contra ipsos super hoc in aliquo processisti, revo-caus per te ipsum eundem abbatem seu alias personas ipsius monasterii, predictarum litterarum auctoritate ulterius non molestes eis quantum in te fuerit, te favorabilem exhibeas et benignum, ita quod tua devotio possit exinde merito commendari. Alioquin dilectis filiis .., de Evesham et .., de Mamuesbury abbatibus, Wigorniensis et Sareshiriensis diocesum, litteris nostris injungimus ut ipsi super hoc mandatum apostoli-cum exequantur. Contradictores. Non obstantibus si —. Dat. Neapoli, V kalendas maii, anno primo. » .

465

Naples, 27 avril 1255.

Mandatum hujusmodi archiepiscopo Cantuarieusi. (Reg. 24, c. 382³, f. 56.)

« .., archiepiscopo Cantuariensi. Olim pie etc. usque : ab universis personis ejusdem ordinis tue provincie exacta diligentia etc., usque : spectans ejusdem ordinis tue provincie ut dicitur processisti. Quia vero etc. us-que : non molestes, sed ipsos habeas potius cum eodem monasterio pro nostra et apostolice Sedis recommenda-tione in suis juribus propensius commendatos et adver-sus aliorum molestias eis, quantum in te fuerit, te fa-vorabilem etc. usque in finem. »

466

Naples, 30 avril 1255.

Archidiacono Catalaunensi, Parisius commoranti, mandat, ut inquirat super eo quod prelati et presbyteri Cenomanensium et Andegavensium civitatum et dioecesum pecuniam exigunt pro sepulturis ac exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium et aliis sacramentis. (Reg. 24, c. 383, f. 56.)

« .., archidiacono Cathalaunensi, Parisius commoranti. Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod non nulli prelati et presbyteri ecclesiistarum Cenomanensium et Andegavensium civitatum et dioecesum, pro sepulturis et exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium et aliis ecclesiasticis sacramentis, ab hominibus civitatum et dioecesum predictarum certam pecunie summam exigunt et extorquent in sue salutis dispen-dium et scandalum plurimorum. Ideoque mandamus quatinus inquirens super premissis auctoritate nostra sollicite veritatem, quicquid inveneris in scriptis redi-gere ac ad nos sub tuo sigillo fideliter destinare pro-

cures, ut debitum in hiis per apostolicam providentiam remedium apponatur. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus —. Dat. Neapoli, II kalendas maii, anno primo. »

467

Naples, 6 mai 1255.

Johannem de Gaudiano abbatem monasterii s. Trinitatis Venusini electum et ab episcopo Rapolano et abbe Bantino de mandato Innocentii IV confirmatum, tempore quo Inno-centius IV provisiones ecclesiarum regni Siciliac sibi reser-vabat et regnum ipsum supponebat ecclesiastico interdicto, confirmat. (Reg. 24, c. 384, f. 56.)

« Johanni de Gaudiano, abbatu monasterii sancte Trini-tatis Venusini, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod, monasterio sancte Trinitatis Venusino abbatis regimine destituto, conventus ejusdem monasterii prout moris est convenientes in unum, Spi-ritus Sancti gratia invocata, te tunc ipsius monasterii monachum in abbatem suum canonice ac concorditer elegerunt, felicis recordationis I. papam predecessorem nostrum humiliter supplicantibus ut, cum — tu com-mode non posses apostolieam Sedem adire pro confirmationis et benedictionis munere obtinendo, confirmari electionem ipsam et te in illis mandare partibus benedi-ci de benignitate Sedis apostolice dignaretur. Cum au-tem idem predecessor venerabili fratri nostro .., episcopo Rapolano, et dilecto filio .., abbi Bantino, Acheron-tine diocesis, suis dedisset litteris in mandatis ut, si eis constarit dictum monasterium ad Romanam Eccle-siam nullo medio pertinere, inquisita de modo electio-nis, studiis eligentium et tuis meritis diligentius veri-tate, si electionem ipsam invenirent de persona idonea canonice celebratam, illam auctoritate apostolica con-firmarent et facerent tibi a tuis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac munus benedictionis impendi et reciperent a te postmodum pro ipso et Ro-mana Ecclesia fidelitatis solite juramentum juxta for-mam quam eis sub bulla sua interclusam transmisit; alioquin electione hujusmodi rite cassata, facerent dicto monasterio de persona idonea per electionem ca-nonican provideri. Contradictores. Idem episcopus et abbas juxta formam eis traditam, inquisita super pre-missis diligentius veritate, electionem ipsam utpote celebratam canonice ac concorditer confirmarunt. Idem-que episcopus tibi, eodem abbe et pluribus aliis sibi assidentibus, munus benedictionis impendit. Verum quia postquam dictus predecessor provisiones eccl-

siarum regni Sicilie prefixo de archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis et prioratibus sue dominationi reservavit et regnum ipsum supposuit ecclesiastico interdicto, de te habita fuit hujusmodi electio et processus, nobis humiliter supplicasti ut providere tibi in hac parte salubriter curaremus. Nos igitur tuis devotis precibus inclinati, quod super hoc a prefatis conventu, episcopo et ejus collega factum est, ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus, quod monasterium ipsum reservatione dictarum provisionum et interdicto hujusmodi nequaquam obstantibus licite [re]tinere valeas tecum misericorditer dispensantes. Nulli etc. nostre confirmationis et dispensationis etc. Dat. Neapoli, II nonas maii, anno primo. »

468

Naples, 5 avril 1255.

Stawrangensi episcopo, abbatii de Holmi ac priori de S. Sede, s. Benedicti et s. Augustini ordinum, Nidrosiensis diocesis, mandat quatinus, cum episcopus Burgensis, priores Nidrosiensis et Osloensis de ordine Praedicatorum quibus Innocentius papa IV negotium de vita et miraculis Augustini archiepiscopi Nidrosiensis inquirendi commiserat in hoc negotio minus provide processerint, in eodem juxta priorum directarum ad illos continentiam litterarum procedant. (REG. 24, c. 385, f. 56v; POTTHAST 15775.)

« ... Stawrangensi episcopo, et dilectis filiis .., abbatii de Holmi, ac .., priori de Sancta Sede, sancti Benedicti et sancti Augustini ordinum, Nidrosiensis diocesis. Venerabilis frater noster —. Dat. Neapoli, nonis aprilis, anno primo. »

469

Naples, 12 mai 1255.

Theobaldo comiti Barriducis et Johanna, natae quondam Johannis de Toncio, dispensat ut in matrimonio licite remanent, non obstante quod Johanna quondam Johannam uxorem Theobaldi quarta consanguinitatis linea contingat. (REG. 24, c. 386, f. 56v.)

« Nobili viro Theobaldo, comiti Barriducis, et nobili mulieri Johanne, natae quondam Johannis de Toncio. Ad hoc Deus —. Ex parte siquidem vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut super eo quod tu, filia J., quondam Johannam uxorem tuam, fili comes, quarta consanguinitatis linea contingebas, dispensare vobis qui matrinonium in facie Ecclesie vos alias proponitis legitime contraxisse de benignitate Sedis apostolice cu-

raremus. Licet igitur conjugalem copulam in quarto consanguinitatis et affinitatis gradu sacri concilii constitutio interdicat, attendentes tamen sincere devotionis affectum quem ad eandem Sedem geritis et quod evidens utilitas dispensationem exposcit, vestris devotis supplicationibus inclinati, auctoritate presentium vobis concedimus dispensando ut, impedimento hujusmodi non obstante, possitis in sic contracto matrimonio licite remanere. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, IIII idus maii, anno primo. »

470

Naples, 30 avril 1255.

Eberhardo, praeposito ecclesiae Werdensis, Frisingensis diocesis, indulget, ut dictam praeposituram et ecclesias de Drathschirchen, de Neuwenchirchen, de Cuncelhoven ac de Telves curam animarum habentes possit licite retinere, et resignando duas ex ipsis alia duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura ipsarum loco recipere valeat. (REG. 24, c. 387, f. 56v.)

« Eberhardo, preposito ecclesie Werdensis, Frisingensis diocesis. Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, II kalendas maii, anno primo. »

471

Naples, 11 mai 1255.

Conventui monasterii s. Mariae de Gloria Anagnini, Floreni ordinis, ecclesiam s. Leonardi de Magor Landavensis diocesis pro jure patronatus a G. quondam comite Pembroke marescalco Angliae et in usus proprios a bonae memoriae E. Landavensi episcopo et Gregorio papa IX concessam confirmat. (REG. 24, c. 388, f. 56v)

« ... abbatii et conventui monasterii sancte Marie de Gloria Anagnini, Floreni ordinis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum itaque. sicut nobis exponere curavistis, quondam G. comes Pebroc marescaleus Anglie jus patronatus quod habebat in ecclesia sancti Leonardi de Magor, Landavensis diocesis, ac deinde bone memorie E. Landavensis episcopus et postmodum felicis recordationis G. papa predecessor noster dictam ecclesiam vobis et per vos monasterio vestro in puram elemosinam et in proprios et perpetuos usus concesserit, prout in eorumdem comitis, episcopi ac predecessoris litteris plenius continetur, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eisdem comite, episcopo et predecessore factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Supplentes defectum si quis in

hiis extitit ex eo quod concessioni predicti episcopi suum capitulum non consensit de plenitudine potestatis. Nulli etc. nostre confirmationis et supplementi etc. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »

tamen quod prebenda et beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »

472

Naples, 11 mai 1255.

Magistro Johanni de Forzate, electo Paduano, concedit potestatem providendi duobus ex monasteriis Paduane civitatis vel diocesis jurisdictioni ipsius subjectis, si ad praesens vacant vel quamcito vacaverint, haec vice dumtaxat de abbatibus vel pastoribus idoneis et Ecclesiae Romanae devotis. (REG. 24, c. 389, f. 56v.)

« *Magistro Johanni de Forzate, electo Paduano. Clara tue devotionis —. Dat. ut supra.* »

473

Naples, 7 mai 1255.

Willelmo, episcopo Saresbiriensi, indulget, ut, per litteras apostolicas quae de praesentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, ultra unam dietam a fine diocesis ejus super bonis quae infra ipsam obtinet usque ad triennium in causam trahi non possit. (REG. 24, c. 390, f. 56v.)

« *Willelmo, episcopo Saresbiriensi. Que sunt honoris —. Dat. Neapoli, nonis maii, anno primo.* »

474

Naples, 11 mai 1255.

Alano de Watsand, obtentu regis Angliae qui propter hoc apostolicam gratiam per speciales litteras imploravit, dispensat, ut cum beneficiis suis praebendam ecclesiae Riponensis valeat retinere. (REG. 24, c. 391, f. 56v.)

« *Alano de Watsand, canonico ecclesie Riponensis, Eboracensis diocesis. Clara merita carissimi in Christo filii nostri .., illustris regis Anglie, cuius existis clericus, nos inducunt ut, in hiis que digne possumus, eum in suis optata gratia foveamus. Hinc est quod nos. obtentu ipsius regis qui propter hoc apostolicam gratiam per speciales litteras imploravit, tuis supplicationibus inclinati, ut praebendam quam sine animarum cura in ecclesia Riponensi canonice te proponis adeptum, una cum beneficiis tuis etiam curam habentibus animarum, super quibus prout asseris per Sedem apostolicam tecum dispensatum existit, priori dispensatione nichilominus in suo robore duratura, licite ac libere valeas retinere, tecum auctoritate apostolica dispensamus. Ita*

475

Naples, 11 mai 1255.

Henrico de Winhano subdiacono, capellano suo et clero regis Angliae, indulget, ut super altare portatili per aliquem presbyterum divina faciat celebrari. (REG. 24, c. 391², f. 57.)

« *Henrico de Winhano, subdiacono et capellano nostro, Londoniensis diocesis. Clara etc. usque : inclinati, ut insistens obsequiis ejusdem regis super altare portatili, cum fuerit oportunum, per aliquem presbiterum non interdictum vel excommunicatum reverenter et sicut decet tibi ac familiaribus tuis, interdictis tamen et excommunicatis exclusis, divina facias celebrari. devotioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra.* »

476

Naples, 14 mai 1255.

Abbati s. Leonardi de Calmis Cisterciensis ordinis mandat, ut extra Xanetonensem diocesim ad judicium evocari non permittat majorem et communiam de Rupella, qui, occasione discordie inter regem Angliae et comitem Pictaviac dominum ipsorum exorta, ex diocesi predicta exire dubitant. (REG. 24, c. 392, f. 57.)

« ... *abbbati sancti Leonardi de Calmis Cisterciensis ordinis, Xanetonensis diocesis. Ut erga Sedem apostolicam affectus devotionis dilectorum filiorum .., majoris et communie de Rupella, Xanetonensis diocesis, animosius incitemus, eorum petitionibus libenter annuimus illas precipue ad exauditionis gratiam admittentes que sapiunt equitatem et ipsorum commodum respicere dinoscuntur. Sane cum . sicut ex parte ipsorum nobis exhibita petitio continebat, iidem occasione discordie que inter carissimum in Christo filium nostrum ... regem Anglie illustrem, et dilectum filium nobilem virum .., comitem Pictavie, sub cuius sunt dominio, est exorta, exire dubitent diocesim supradictam, cum sibi timeant eandem exequilibus rerum et personarum discrimina imminere . nos qui sollicitudine nostri officii omnium curam gerimus, in hoc eis precavere volentes, eorum devotionis precibus inclinati, mandamus quatinus ipsos vel eorum aliquos non permittas extra dictam diocesim per litteras Sedis apostolice vel legato-*

rum ipsius impetratas vel etiam impetrandas que de verbo ad verbum ac plenam et expressam non fecerint de presentibus mentionem, ad judicium evocari. Contradictores. Non obstante si —. Dat. Neapoli, II idus maii, anno primo. »

477

Naples, 4 mai 1255.

Nicolao de Capella dispensat, ut, praeter archidiaconatum et praebendam Saresbirienses quos obtinet, unicum aliud beneficium etiam curam animarum habens recipere valeat. (REG. 24, c. 393, f. 57.)

« *Nicolao de Capella, archidiacono Saresbiriensi.* Etsi propter ambitionem —. Dat. Neapoli, IIII nonas maii, anno primo. »

478

Naples, 17 avril 1255.

Petro de Vercellis concedit facultatem contrahendi mutuum propter expeditionem negotiorum abbatis Westimonasterii Londoniensis usque ad summam centum marcarum sterlingorum et obligandi creditoribus usque ad summam hujusmodi abbatem ipsum. (REG. 24, c. 394, f. 57.)

« *Petro de Vercellis.* Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, pro expediendis negociis dilecti filii .., abbatis monasterii Westimonasterii Londoniensis, capellani nostri, pro quibus a Sede apostolica accessisti, magna te subire oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem in expedita remanere contingat, nos tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam centum marcarum sterlingorum et obligandi creditoribus usque ad summam hujusmodi abbatem ipsum et bona ejus ac renunciandi constitutioni de duabus dietis edicte in concilio generali et beneficio restitucionis in integrum necnon et conventioni judicum si ipsorum creditorum nomine apostolicas litteras cuiuscunq; tenoris in posterum impetrari contigerit, auctoritate tibi presentium concedimus facultatem. Ita tamen quod idem abbas et successores ipsius teneantur ad hujusmodi pecuniam persolvendam et ad penam, dampna et expensas et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam non persolverint memoratam, sublata ipsis creditoribus necessitate probandi quod pecunia eadem sit conversa in utilitatem ipsius monasterii prelexu aliquujus constitutionis canonice vel civilis. Non obstantibus aliquibus privilegiis seu indulgentiis de quibus

in nostris litteris fieri oporteat mentionem et per que abbas et successores predicti valeant se tueri. Dat. Neapoli, XV kalendas maii, anno primo. »

479

Naples, 22 avril 1255.

Conventui de Neweham, ordinis s. Augustini, Lincolnensis diocesis, hospitalitatis officio fungenti, medietatem ecclesiae de Wortone dictae diocesis in proprios usus concedit applicandam. (REG. 24, c. 395, f. 57.)

« .., priori et conventui de Neweham, ordinis sancti Augustini, Lincolnensis diocesis. Injuncti officii sollicitudo —. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, in ecclesia vestra hospitalitatis vacetur officio ac propter hoc et alias necessitates multiplices multa vos subire oporteat onera expensarum, nos volentes vobis in hac parte sollicitudine paterna providere, ut hujusmodi onera commodius supportare possitis, vestris supplicationibus inclinati, medietatem ecclesie de Wortone. Lincolnensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, cum, sicut assertis. ejus proventus secundum communem extimationem patrie sex marcarum sterlingorum summam annuam vix excedunt et ex altera medietate olim vobis per bone memorie R. Lincolnensem episcopum loci diocesanum in proprios usus vestros et successorum vestrorum usibus propriis cum omnibus suis juribus et perlinentiis applicandam de gratia speciali concedimus, vobis nichilominus indulgentes ut cedente vel decedente ipsis medietatis rectore vel eo quocumque alio modo vacante ipsis possessionem auctoritate nostra ingredi libere valeatis, assignata vicario qui pro tempore in eadem servierit de ipsis ecclesie proventibus portione unde valeat congruam sustentationem habere ac episcopalia, archidiaconalia et cetera consueta ipsis ecclesie onera supportare. Non obstantibus aliquibus litteris —. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo. »

480

Naples, 22 avril 1255.

Prioribus s. Trinitatis de Gippewico et de Walcone, Norwicensis diocesis, mandat ut conventum praedictum in medietatis ipsis ecclesiae corporalem possessionem inducant. (REG. 24, c. 395^a, f. 57.)

« ... sancte Trinitatis de Gippewico, et ... de Walcone

prioribus, Norwicensis diocesis. Injuneti etc. —. Dat. ut supra. »

481

Naples, 11 mai 1255.

Wernherum abbatem monasterii Hersfeldensis, qui olim administrationem monasterii cessit neenon ad eandem a conventu resomptus fuit, quemque P. s. Georgii ad Venum aureum diaconus cardinalis, tunc in illis partibus legatus, cessione et resumptione ab abbatibus Montis s. Petri et Herefordensi Maguntinae diocesis inquisitis, confirmavit, confirmat. (Reg. 24, c. 396, f. 57 v^o; RODENBERG, t. III, n^o 400.)

« *Wernhero, abbat monasterii Herfeldensis, ordinis sancti Benedicti, Maguntine docesis. Cum a nobis —. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »*

482

Naples, 11 mai 1255.

Magistro et fratribus domus Militiac Templi Jerosolimitani indulget ut per indulgentias seu litteras quaslibet a Sede apostolica concedendas mentionem non facientes de domo eorum nullum ipsis praejudicium generetur. (Reg. 24, c. 397, f. 57 v^o.)

« *.., magistro et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani. Ipsa nos cogit pielas honestis petitionibus vestris exauditionis gratiam non negare quibus efficax ex eo favoris patrocinium suffragatur quod pastorem alium preter Romanum pontificem non habentes pro Terre Sancte tutela, cui perpetuum religionis vestre obsequium dedicasti in fervore caritatis intrepide sub devota Sedis apostolice obedientia prudenter exponitis contra impelus infidelium res et vitam. Hoc jam manifeste probavit frequens fratrum vestrorum et innumerosus occubitur qui gloriosa et in conspectu Domini morte per quam additus vite patet de crucis Christi hostibus hactenus triumphavit. Hoc nunc claimat in auribus omnium illud pro dolor! sacri sanguinis profluvium copiosum, quo precedentibus annis in illis partibus laverunt de modernis fratribus vestris quamplurimi stolas suas. Super quibus nimirum et aliis Christi fidelibus quos idem casus enexit ad palmam percussa vehementer in vobis jaculo intime compassionis humanitas ingenite gravitationalis paulisper laxato rigore super refluxum palpebris Ecclesie Romane fontem aperuit lacrimarum, licet ad consolationem invilet exultationis festive gaudium quod de ipsis in exterminabili procul dubio pace fruentibus coram Deo ducitur in excelsis. Vestris igitur precibus liberaliter annuentes, ad instar felicis recordationis I. pape predecesso-*

ris nostri, devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus. ut per gratias et indulgentias seu litteras quaslibet quibuscumque ecclesiis aut ecclesiasticis secularibusve personis sub quacumque forma verborum a Sede apostolica concedendas, mentionem non facientes de domo vestra subjectisque sibi domibus et fratribus earumdem ac ordine vestro vobis vel ipsis nullum prejudicium generetur nec gratie, indulgentie ac littere hujusmodi ad dictarum domorum et ipsorum fratrum dispendium aliquatenus extendatur. Presentibus post quinquennium etc. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

483

Naples, 13 mai 1255.

Lupo, episcopo Marrochitano, scribit regem Castellac ac Legionis intendere cum bellatorum multitudine contra Saracenos de Africa inimicos crucis Christi transfretare, eique concedit facultatem praedicandi in Hispania et Vasconia verbum crucis et largiendi eam in subsidium ipsis regis contra dictos Saracenos recipere volentibus illam suorum peccatorum veniam, quae succurrentibus Terrae sanctae in generali concilio indulta sit. (Reg. 24, c. 397², f. 57 v^o; POTTH., 15855.)

« *Lupo episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato. Ad regimen universalis —. Dat. Neapoli, III idus maii, anno primo. »*

484

Naples, 12 mai 1255.

Priori ac fratribus ordinis Praedicatorum de Balma juxta Sistaricum, Vapincensis diocesis, indulget, ut ab episcopo Sistaricensi minores et sacros ordines in domo sua vel alibi rite recipere possint. (Reg. 24, c. 398, f. 57 v^o; POTTH., 15849.)

« *.., priori et fratribus ordinis Predicotorum de Balma juxta Sistaricum, Vapincensis diocesis. Devotionis augmentum volis —. Dat. Neapoli, IIII idus maii, anno primo. »*

485

Naples, 8 mai 1255.

Ricardum de Clara, Goucestriae et Hertfordiae comiti, indulget, ut, praeter ecclesiam de Callan curam animarum babentem quam obtinet Ossoriensis diocesis, duo alia beneficia ecclesiastica similem curam habentia, si dignitates vel personatus existant, in regno Angliae recipere valeat. (Reg. 24, c. 399, f. 57 v^o.)

« *Nobili viro Ricca. de Clara, Goncestrie et Hestfordin*

comiti. Illos precipue prosequi —. Dat. Neapoli, VIII idus maii, anno primo. »

486

Naples, 8 mai 1255.

Eumdem in suum recipit capellanum, has ei litteras in testimonium concedens. (Reg. 24, c. 399², f. 58.)

« Eadem. Devotionis tue merita —. Dat. ut supra. »

487Naples, 1^{er} mai 1255.

Potestati et communii Mediolanensis mandat, ut Bononiensi episcopo humiliter intendant, ipsos ad observationem pacis monituro, quam per XL annos observaverant, discordia a V. de Via lata tunc potestate ipsorum sopita. (REG. 24, c. 400, f. 58: RODENBERG, t. III, n° 397.)

« ..., potestati, consilio et communii Mediolanensis. Etsi cura generalem pacem et pacificum statum Italie conservandum nos pervigil cura sollicet, super civitatem tamen vestram tanto diligentiores debemus oculorum nostrorum custodiam confirmare quanto eadem nobiliior provincie sue pars esse dinoscitur, quanto ipsius fuit erga Romanam Ecclesiam fides sincerior ab antiquo, quantoque graviorem sentiret universitatis corpus de tanti membra lesionem jacturam. Accepimus sane quod, licet, mediante V. de Via lata tunc potestate vestra, orta inter vos olim discordia salubri fuerit decisione sopita et a partibus reformatae pacis et juramento firmate concordia per XL annos et amplius observata, nunc tamen diabolo extinctos jurgiorum veterum suscitante carbones et satagente revocare morbos abolitos in perniciem recidive, quorumdam statutorum pretextu ibidem postmodum editorum pax ipsa dissolvitur, et non solum in ejusdem civitatis, verum etiam universe regionis periculum violatur. Quia igitur ibi oportet majoris cautelae vigilare consilium ubi evidentius vertitur cause curande periculum et certior cernitur efficacia sanitatis, venerabilem fratrem nostrum .., Bononiensem episcopum, virum providum et in nostris et fratrum nostrorum oculis gratiosum ad vos duximus transmittendum ut vos ad observationem pacis et juramenti hujusmodi ex parte nostra monere sedula et instanti attentione procuret, vos ad id secundum datam sibi a Deo prudentiam exhortationibus et obtestationibus quibus polerit efficaciter inducendo. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem episcopo super hoc intendatis humiliter et devote, ita quod ex ipsius studio vobis

animantibus possit concedente Domino fructus salutaris concordie provenire. Dat. Neapoli, kalendis maii, anno primo. »

488

Naples, 5 mai 1255.

Episcopo Bononiensi mandat, quatinus ad civitatem eandem personaliter accedens nobiles et populum ipsius ad observationem pacis et juramenti hujusmodi inducat, ipsi per suas litteras quod factum fuerit fideliter relatus, ut deinceps super hujusmodi negotio prout animarum salus et rei utilitas necessario poposcerit Sedes apostolica procedat. (REG. 24, c. 400², f. 58.)

« .., episcopo Bononiensi. Etsi circa etc. usque : sanitatis —. Dat. Neapoli, III nonas maii, anno primo. »

In e. m. eidem usqne : inducendo. Alioquin eos ad id monumentum presentium per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Non obstante si aliquibus —. Dat. ut supra.

489

Naples, 30 avril 1255.

Universos Beneventanos per totum regnum Siciliae cundos securos sub umbra protectionis sua et a doana, theloneo, pedagio, sexantismo aut alio censu liberos declarat. (REG. 24, c. 401, f. 58.)

« Universis Beneventanis tam presentibus quam futuris. Dignum est et valde conveniens ut hii quos ab antiquo Romana Ecclesia speciales uteris sui filios recognovit, eam sibi propitiam sentiant prematerne dilectionis affectum et ejus favorem et gratiam gaudeant se habere. Hinc est quod nos compatientes ex intimo vestris angustiis quas directe propter eandem Ecclesiam passi estis, vobis et universis et singulis presentium auctoritate concedimus, ut per totum regnum Sicilie in cundo, morando seu redeundo sub umbra protectionis nostre securi maneatis et salvi cum omnibus bonis vestris nec a vobis vel aliquo vestrum alicubi Doana, theloneum, seu pedagium, aut sexantismum vel alia hujusmodi quocumque censeantur vocabulo ab aliquibus exigantur, sed libere permittamini ubique in eodem regno morari et ire ac redire cum vestris negotiationibus sine aliqua datione. Nulli etc. nostre concessiones etc. Dat. Neapoli, II kalendas maii. anno primo. »

490

Naples, 13 mai 1255.

Priori Oxoniensi et Oxoniensi ac Accensi archidiaconis man-

dat ut, quotiens ecclesiam Oxoniensem pastore vacare contigerit, domos et apparatum ac proventus ipsius illibatos conservare et a canonicis ipsius tueri eurent. (REG. 24, c. 402, f. 58.)

... priori Oxoniensi, et ... Oxoniensi ac Aconsi diocesis Oxoniensis archidiaconis. Lecta coram nobis venerabilis fratris nostri ... episcopi Oxoniensis, petitio continebat quod, si contingat episcopum Oxoniensem qui est pro tempore viam universe carnis intrare, canonici Oxonienses domos episcopales Oxonienses occupant, dirunt et apparatum capelle ac proventus episcopalis in mense distrahunt pro sue libito voluntatis. Quare idem episcopus humiliiter a nobis petiti ut super hoc apostolice provisionis adhibere remedium curaremus. Quo circa mandamus quatinus, si est ita, non obstante tam iniqua consuetudine que dici debet potius corruptela, domos et apparatum ac proventus predictos, quotiens ecclesiam Oxoniensem pastore vacare contigerit, illibatos conservare et ab ipsis canonicis tueri eurent, donec eidem ecclesie fuerit de pastore provisum, cui domus ipse ac idem apparatus et proventus sine dilatione aliqua integre assignetur. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Neapoli, III idus maii, anno primo. »

491

Naples, 9 mai 1255.

Abbatissae et conventui monasterii de Herkentode, Leodiensis diocesis, indulget ut ad receptionem alicujus in monacham vel conversam non teneantur nec compelli possint. (REG. 24, c. 403, f. 58.)

... abbatisse et conventui monasterii de Herkentode, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis. Pacis vestre quentes commodum et quietis, libenter ea vobis concedimus per que materia summota gravaminis status vestri tranquillitas procuretur. Vestris igitur precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad receptionem alicujus in monacham vel conversam non teneamini nec compelli possitis per apostolice Sedis vel legatorum ipsius litteras impetratas seu etiam impetrandas, nisi ejusdem Sedis littere impetrande plenam et expressam de verbo ad verbum de hac indulgentia et vestro monasterio fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VII idus maii, anno primo. »

492

Naples, 9 mai 1255.

Eisdem indulget ut, per apostolicae Sedis vel legatorum

ipsius litteras impetratas per quas nondum habitus est processus seu etiam impetrandas, trahi ex Leodiensi diocese super hiis quae habent infra eam ad judicium non possint, nisi praesentium factum sit mentionem. (REG. 24, c. 403², f. 58 v^o.)

¶ *Eidem. Pacis vestre etc. usque : indulgenus —. Dat. ut supra. »*

493

Naples, 18 mai 1255.

Archiepiscopo Mediolanensi notificat ordinationem ut, de canonicis et clericis in ecclesiis receptis praebendam expectantibus, duo dumtaxat in qualibet ecclesiarum remaneant. (REG. 24, c. 404, f. 58 v^o.)

« ... archiepiscopo Mediolanensi et ejus suffraganeis. Ceca cordis cupiditas et ambitiosus mentis affectus sic super canonicatum et beneficiorum ecclesiasticorum assecutione nonnullorum mentes insatiabiles effecerunt, quod per improbam, immo reprobam potius, propulsationem ipsorum assiduam auctoritate Sedis apostolice et legatorum ipsius V et amplius in quampluribus ecclesiis vestrarum civitatum et diocesum, in quibus octonarius et minor etiam habetur prebendarum vel beneficiorum numerus, nullis in eis vacantibus prebendis vel beneficiis, in fratres et canonicos seu clericos sunt recepti. Nos itaque attendentes quod expectatio tot receptorum in ipsis nonnullis parit scandalum et orrorem inducit ac in ipsorum salutis dispendium latenter letiferum morbum continet, dum hii jugiter aliis desiderant succedere in prebendis vel beneficiis ut sic expectantium proximorum interitum propter prebendarum seu beneficiorum assecutionem consulatur saluti, vobisque et eisdem ecclesiis que super ipsorum receptione plurimum ut dicitur sunt gravatae, pacis et tranquillitatis commodum procuretur, pia consideratione duximus ordinandum, quod de sic receptis duo dumtaxat canonici sive clerici remaneant in quibuslibet ecclesiis supradictis, in qualibet ecclesiarum ipsarum remaneant qui sint tempore potiores. Ita tamen quod eorum alter predicte Sedis auctoritate receptus in assecutione prebende seu beneficii preferatur. Si vero uterque sit ejusdem Sedis auctoritate admissus de prebendis aut beneficiis provideatur eisdem prout in jure fuerint potiores, receptiones aut factas de reliquis in eisdem ecclesiis penitus irritamus, decernentes illos ad quos in prefatis ecclesiis prebendarum aut beneficiorum spectat collatio ad provisionem reliquorum aliquatenus non teneri. Dat. Neapoli, XV kalendas junii, anno primo. »

494

Naples, 13 mai 1255.

Archiepiscopo Compostellano mandat, quatinus citet A[phonsum] regem Portugaliae, qui vivente M. comitissa Bononiae uxore sua cum quadam alia matrimonium de facto manifeste contraxerat, ut infra quatuor menses apud Sedem apostolicam compareat, accepturus quod ordo dictaverit rationis. (REG. 24, c. 405, f. 58v; POTTHAST 15856.)

« .., archiepiscopo Compostellano. Exposuit nolis dilecta —. Dat. Neapoli, III idus maii, anno primo. »

495

Naples, 15 mai 1255.

Regem Franciae hortatur, ut eandem comitissam ad cohabitandum regi Portugaliac nequaquam compellat nec compelli patiatur invitam. (REG. 24, c. 405², f. 58v.)

« .., illustri regi Francie. Exposuit etc. usque : debitores. Venerabili fratri nostro .., archiepiscopo Compostellano, nostris in virtute obedientie damus litteris in preceptis ut eundem regem etc. usque : rationis. Ideoque serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus hujusmodi coram nobis lite pendente eandem comitissam ad cohabitandum dicto regi nequaquam compellas, nec quantum in te fuerit compelli patiaris invitam neque super bonis suis aliquatenus molestari. Dat. Neapoli, idus maii, anno primo. »

496

Naples, 17 avril 1255.

Willelmo de Bathonia, canonico Londoniensi, nobilibus orto natalibus, indulget ut, praeter de Scothon, de Benigworth et de Pechan ecclesias curam animarum habentes, a diocesanis earum ei commendatas et dispensatione apostolica detentas, unicum adhuc beneficium ecclesiasticum similem curam habens necnon, si unam vel duas ecclesiarum ipsarum resignare voluerit, totidem similem curam habentes in regno Angliae recipere valeat. (REG. 24, c. 406, f. 58v.)

« Willelmo de Bathonia, canonico Londoniensi. Etsi propter ambitions —. Dat. Neapoli. XV kalendas maii, anno primo. »

497Naples, 1^{er} mai 1255.

Episcopo Bononiensi, in sua praesentia constituto pro expediendis ecclesiae ipsius negotiis, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam LX librarum

florinorum ac ipsum et successores ipsius creditoribus obligandi. (REG. 24, c. 407, f. 58v.)

« .., episcopo Bononiensi. Cum, sicut in nostra propo- suisti presentia constitutus, pro expediendis ecclesie tue negotiis te subire oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem inexpedita remanere contingat, nos tuis precibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam LX librarum florinorum et te ac successores tuos et ecclesie tue bona creditoribus obligandi ac renunciandi constitutioni de duabus dictis edicte in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum et omnibus litteris et indulgentiis apostolicis impetratis et etiam impetrans, necnon et conventioni judicum ipsorum creditorum nomine, si apostolicas litteras eujuscumque tenoris pro eis in posterum impetrari contigerit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Ita ta- men quod tu et successores tui creditoribus ipsis hu- jusmodi pecuniam solvere, neenon et ad dampna et expensas et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam eandem non solveritis, super quibus simplici verbo illorum qui dictam pecuniam mutuaverint credi volumus, leneainini, et dictis creditoribus, pretextu ali- ejus constitutionis canonice vel civilis aut eujuscum- que privilegii vel indulgentie, de quibus in nostris litteris plenam et expressam oporteat fieri mentionem et per que tu ac successores predicti valeatis amplius in aliquo vos tueri, dietam pecuniam in utilitatem ipsius ecclesie versam esse probandi necessitas non incum- bat. Dat. Neapoli, kalendis maii, anno primo. »

498

Naples, 5 février 1255.

Priori et conventui monasterii s. Pauli de Newenham, Lincolnensis diocesis, concedit ut per canonicos regulares eorum et duos idoneos presbyteros seculares faciant in eccl esia s. Pauli Bedfordiae, ejusdem diocesis, deserviri. (REG. 24, c. 408, f. 58v.)

« .., priori et conventui monasterii sancti Pauli de No- venham, ordinis sancti Augustini, Lincolnensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis accepimus quod, cum ecclesia sancti Pauli Bedfordie, Lincolnensis diocesis, tam ordinaria quam apostolica auctoritate vobis in proprios usus jam dudum deputata fuisset, extunc in ea per unum canonicum vestrum et duos presbyteros secula- res decenter deserviri fecistis. Nos itaque vestris sup- plicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut per vestros canonicos regulares et duos

idoneos presbyteros seculares faciatis in dicta ecclesia
deserviri, dioecesi episcopi et archidiaconi loci in om-
nibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc.
Dat. Neapoli, nonis februarii, anno primo. »

499

Naples, 14 mai 1255.

Abbati et conventui monasterii de Lura, ordinis s. Benedicti,
Sistaricensis diocesis, ecclesiam de Rosseto, Regensis dioce-
sis, eis propter paupertatem a priore et conventu de Caro
Loco, Aptensis diocesis, de voluntate abbatis Montis Majoris
et de confirmatione episcopi Regensis deputatam, confirmat.
(REG. 24, c. 409, f. 59.)

« ... abbati et conventui monasterii de Lura, ordinis
sancti Benedicti, Sistaricensis diocesis. Exigentibus vestre
devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus et
petitiones vestras quantum cum Deo possumus favora-
biliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra
fuit propositum coram nobis, dilectus filius .., prior et
conventus prioratus de Caro Loco, ordinis sancti Bene-
dicti, Aptensis diocesis, de voluntate et consensu ab-
batis et conventus monasterii Montis Majoris, Arela-
tensis diocesis, cui prioratus ipse subesse dinoscitur,
eorum ecclesiam de Rosseto, Regensis diocesis, ad
eosdem priorem et conventum pleno jure spectantem,
reservato certo sibi annuo censu, vobis perpetuo pia
liberalitate duxerint concedendam, et venerabilis fra-
ter noster ... Regensis episcopus, concessionem hujus-
modi confirmarit; nos vestris supplicationibus incli-
nati, quod eandem ecclesiam mense vestre quam nimis
esse tenuem asseritis possitis perpetuo deputare, aue-
toritate vobis presentium indulgemus, reservata vica-
rio in ea perpetuo Domino servituro de ipsius ecclesie
proventibus congrua portione de qua possit commode
sustentari ac episcopalia et alia onera ordinaria sup-
portare. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Nea-
poli, II idus maii, anno primo. »

500

Naples, 24 avril 1255.

Abbati et conventui monasterii de Boscoldone, Ebredunensis
diocesis, ecclesiam s. Honorati de Pailleroles, Regensis dio-
cesis, ab episcopo Regensi in usus proprios eis propter pau-
pertatem deputatam, confirmat. (REG. 24, c. 410, f. 59.)

« ... abbati et conventui monasterii de Boscoldone, ordi-
nis sancti Benedicti, Ebredunensis diocesis. Exigentibus
etc. usque : coram nobis. Venerabilis frater noster ..,
episcopus Regensis, attendens quod redditus vestri

erant tenues et exiles, capituli sui accedente consensu,
ecclesiam sancti Honorati de Pallairols, Regensis dio-
cesis, in qua vos jus patronatus habebatis, vobis in
usus proprios deputarit; nos vestris supplicationibus
inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo provide
factum est ratum et gratum habentes. illud auctoritate
apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli
etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, VIII ka-
lendas maii, anno primo. »

501

Naples, 18 mai 1255.

Bartholomeo de Angelo, civi Amalfitano, et Mariae, natae
Jacobi de Judice Amalfitani, quarto consanguinitatis gradu ad
invicem attingentibus, dispensationem matrimonii ab O., s.
Mariae in Via lata diacono cardinali concessam confirmat.
(REG. 24, c. 411, f. 59.)

« Bartholomeo de Angelo, civi Amalfitano. Quia nobis
et Ecclesie devotus esse diceris, personam tuam digne
prosequimur favoris gratia specialis. Sane lecta coram
nobis tua petitio continebat, quod dilectus filius noster
O., sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, apos-
tolice Sedis legatus, auctoritate nostra tecum quod
Mariam, natam Jacobi de Judice Amalfitani, in uxorem
tibi copulare valeas. non obstante quod tu et ipsa in
quarto consanguinitatis gradu ad invicem vos attingitis,
dispensavit, prout in patentibus litteris confectis exinde
ac sigillo cardinalis prefati signatis plenius dicitur
contineri. Nos itaque obtentu venerabilis fratris nos-
tri ..., archiepiscopi Salernitani. cuius nepos existis,
tuis supplicationibus inclinati. quod ab eodem cardinale
super hoc factum est ratum et firmum habentes.
id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : com-
munimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat.
Neapoli, XV kalendas junii, anno primo. »

502

Naples, 11 mai 1255.

Universis prioribus ordinis Cartusiensis inhibet ne de cetero
absque conventuum eorum conniventia et assensu communia
sigilla quibuscumque contractibus apponant. (REG. 24, c. 412,
f. 59.)

« Universis prioribus ordinis Cartusiensis. Intelleximus
quod vos vestra et conventuum vestrorum communia
sigilla tenentes eadem diversis contractibus initis no-
mine conventuum eorumdem propria temeritate appo-
nitis, eorumdem assensu et voluntate minime re-
quisitis; propter quod monasteriis quibus preesse

noscimini frequenter imminere dicitur non modicum detrimentum. Quia vero quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, nos volentes omnem inter vos et eosdem conventus questionis materiam amputari, ne de cetero absque ipsorum conniventia et assensu eadem communia sigilla quibuscumque contractibus apponatis, vobis auctoritate presentium districtius inhibemus. Nulli etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »

503

Naples, 28 janvier 1255.

Magistro Andree de Orto, scriptori suo, archipresbyteratum ecclesiae s. Laurentii Viterbiensis, de quo Raynerius de Viterbio auctoritate Innocentii IV ipsum per librum investivit, confirmat, litteras Raynerii Romae die X exeunte mensis aprilis MCCLIII inserendo. (REG. 24, c. 413, f. 59.)

« *Magistro Andree de Orto, scriptori nostro.* Cum a nobis etc. usque : effectum. Retulisti siquidem coram nobis quod dilectus filius magister Raynerius de Viterbio, capellanus noster, a .., procuratore Guillelmi tunc archipresbyteri ecclesie sancti Laurentii Viterbiensis ejus nomine, libera sui archipresbiteratus ipsius ecclesie resignatione recepta, prout felicis recordationis I. papa predecessor noster sibi viva voce commisit, archipresbiteratum eundem cum plenitudine juris sui auctoritate ipsius predecessoris tibi canonice contulit et te de ipso presentialiter investivit, decernens irritum et inane si secus contingere attemptari, prout in patentibus litteris confectis exinde ac sigillo dicti capituli signatis plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem capellano super hiis factum est ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

Rome, 21 avril 1254.

« In nomine Domini amen. Anno Domini M^oCC^oLIII^o,
» indictione XII, tempore domini Innocentii pape IIII,
» die X^o exeunte mensis aprilis, Raynerius de Viterbio,
» domini pape capellanus, discreto viro magistro An-
» dree de Orto, domini pape scriptori, salutem in
» Domino. Cum dominus Guillelmus archipresbiter
» ecclesie sancti Laurentii Viterbiensis fecisset, consti-
» tuisset, ordinasset atque creasset Angelum ejus ne-
» potem presentem suum legitimum et idoneum pro-
» curatorem ad renunciandum et resignandum suo
» nomine archipresbiteratum predicte ecclesie in ma-

» nibus nostris vel alterius deputati super hoc a
» Domino papa, sicut in instrumento publico confecto
» exinde plenius continetur, nos de mandato ipsius
» domini pape nobis viva voce facto, ab eodem Angelo
» vice et nomine dicti Guillelmi ejusdem archipresbi-
» teratus libera resignatione recepta, predictum archi-
» presbiteratum cum plenitudine juris sui tibi aucto-
» ritate predicti domini pape conferimus et presentia-
» liter assignamus, et te de ipso per librum quem
» nostris tenemus manibus corporaliter investimus.
» Decernentes irritum et inane quicquid contra a quo-
» quam contigerit attempitari, contradictores et rebelles
» in scriptis excommunicationis sententia innodando.
» In cuius rei testimonium presens scriptum inde
» fieri fecimus per manum Bonaspene notarii nostro
» sigillo munitum. Actum Rome, in hospitio ipsius
» domini Raynerii de Viterbio, coram domino Ray-
» nucio de Podiobonizi et Rollando Theodini de Viter-
» bio, testibus ad hoc vocatis. Et ego Bonaspes, aucto-
» ritate imperiali notarius, de mandato predicti domini
» R. ut supra legitur, scripsi et publicavi.
Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli.
V kalendas februarii, anno primo. »

504

Naples, 18 mai 1255.

Archiepiscopo Compostellano committit, ut eum Fernando Petri, presbitero s. Johannis de Calavario, priore monasterii s. Michaelis de Brehemio, Compostellanae diocesis, super defectu natalium quem patitur dispenset. (REG. 24, c. 414, f. 59.)

« ... archiepiscopo Compostellano. Ex tenore petitionis dilectorum filiorum conventus monasterii sancti Michaelis de Brehemio, ordinis sancti Augustini. Compostellane diocesis, accepimus quod, monasterio ipso dudum prioris regimine destituto, iidem conventus prout moris est convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, et in dilectum filium Fernandum Petri, presbiterum sancti Johannis de Calavario, canonicium ipsius ordinis, virum ut asserunt providum et honestum ac in spiritualibus et temporalibus circum-
spectum oculos unanimiter dirigentes, eum in suum priorem concorditer ac alias canonice postularunt, tuo super hoc accidente consensu. Quare fuit nobis ex parte ipsius conventus humiliter supplicatum ut, cum eodem postulato super defectu natalium quem patitur de conjugato genitus et soluta, quod ad predicti monasterii prioratum assumi valeat, dispensare misericorditer curaremus. Quia vero, sicut accepimus, postu-
latus ipse hujusmodi defectum virtutum amplexu

redimere noscitur diu in prefato monasterio de Calavario sub regulari habitu laudabiliter conversando, nos dicti conventus supplicationibus inclinati, presentium tibi tenore committimus quatinus, si quod de ipsius postulati proliitate proponitur veritate fulcitur, cum eo super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum Deum anime sue saluti videris expedire. Dat. Neapoli, XV kalendas junii, anno primo. »

505

Naples, 15 mai 1255.

Episcopo Senensi mandat, ut, Mactio monacho regimen ab batiae s. Salvatoris de Spongia Vulteranae diocesis cedente, munus benedictionis impendat Gumizello, monasterii s. Michaelis de Podiobonizi Florentinae diocesis monacho, tanquam abbati s. Salvatoris. (Reg. 24, c. 415, f. 59v.)

« ... , episcopo Senensi. Innotuit nobis quod olim Mactio monacho, tunc abbate monasterii sancti Salvatoris de Spongia ad Romanam Ecclesiam nullo medio ut dicitur pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Vulterane diocesis, propter senectutem dictum monasterium regere utiliter non valente, ... , preposito plebano sancte Marie de Podiobonici, Florentine diocesis, nostris sub certa forma litteris dedimus in mandatis ut ipsius M. volentis ex predicta causa cedere ejusdem monasterii abbati ac suam cessionem recipi postulantis cessione recepta ipsi monasterio personam idoneam preficeret in abbatem; qui cognito de causa predicta cessionem recepit eandem et dilectum filium Gumizellum tunc monasterii sancti Michaelis de Podiobonizi, predicti ordinis. Florentine diocesis, monachum, virum utique ut accepimus providum et honestum, per quem speratur posse dictum monasterium salubriter gubernari, prefecit postmodum eidem monasterio canonice in abbatem eumque in ipsius possessionem quam pacifice obtinet induxit auctoritate hujusmodi litterarum. Quare petebatur a nobis ut, quod ab eodem preposito in hac parte factum est, auctoritate apostolica confirmare ac eidem abbati munus benedictionis impendere de benignitate apostolica curaremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, quod super hiis ab eodem preposito provide factum est auctoritate nostra confirmans ac faciens memorato abbati a suis subditis debitam obedientiam et reverentiam exhiberi, munus eidem benedictionis impendas ac recipias ab eodem nostro et Ecclesie Romane nomine fidelitatis solite juramentum juxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam; formam autem juramenti quod ipse prestabit de verbo ad verbum notandam per ejusdem abbatis patentes lit-

teras suo sigillo signatis studueris quameitius per proprium nuncium destinare. Dat. Neapoli, idibus maii, anno primo. »

506

Naples, 12 mai 1255.

Nicolas de Plympton indulget ut, praeter beneficia ecclesiastica curam animarum habentia quae obtinet, duo alia in regno Angliae recipere possit. (Reg. 24, c. 416, f. 59v.)

« Magistro Nicolao de Plyntone, subdiacono et capellano nostro, clericu carissimi in Christo filii nostri regis Anglorum illustris. Etsi propter ambitiones —. Dat. Neapoli, III idus maii, anno primo. »

507

Naples, 21 mai 1255.

Electo Toletano concedit, ut VII clerci ejus insistentes obsequiis proventus beneficiorum suorum cum integritate percipere valeant. (Reg. 24, c. 417, f. 59v.)

« ... , electo Tholetano. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, clericos te habere oporteat quod te interdum aliis negotiis occupato tecum commissem tibi sollicitudinis onera sortiantur, nos tuis devotis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut VII clerci tuis insistentes obsequiis, etiam si tres eorum in regno Castelle et Legionis et reliqui quatuor in tua diocesi vel provincia beneficiati existant, proventus beneficiorum suorum cum ea integritate percipere valeant. qua eos percipiunt scolasticis studiis insistentes. Non obstante contraria —. Presentibus post quinquennium etc. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XII kalendas junii, anno primo. »

508

Naples, 14 mai 1255.

Yvoni Piperd indulget, ut, praeter ecclesiam de Lapworthe quam obtinet curam animarum habentem, cuius proventus XV marcarum argenti valentiam annis singulis vix excedunt, unicum aliud beneficium recipere valeat. (Reg. 24, c. 418, f. 59v.)

« Yvoni Piperd, rectori ecclesie de Lapworthe, Wigorniensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Neapoli, II idus maii, anno primo. »

509

Naples, 29 mai 1255.

Compositionem inter priorem, sacristam et conventum mo-

nasterii s. Petri de Monasterio, ordinis s. Benedicti, Nivernensis diocesis, ex una parte, et perpetuum capellatum parochialis ecclesiae s. Petri de Monasterio loci ejusdem ex altera, super quibusdam redditibus et proventibus ejusdem ecclesiae de assensu Radulphi Nivernensis episcopi anno MCCXXIV^o factam confirmat. (REG. 24, c. 419, f. 59^v; POTTHAST 15891.)

« .., priori, .., sacriste et conventui monasterii sancti Petri de Monasterio, ordinis sancti Benedicti, Nivernensis diocesis. Ea que judicio —. Dat. Neapoli, IIII kalendas junii. anno primo. »

510

Capoue, 4 juin 1255.

Episcopo Eduensi pallium dicit destinandum, a nuncius episcopi Petro archidiacono Eduensi et Haymone rectore ecclesiae de Susseio Eduensis diocesis postulatum. (REG. 24, c. 420, f. 60.)

« .., episcopo Eduensi. Cum palleum insigne videlicet pontificalis officii ex parte tua fuisset a nobis per dilectos filios Petrum archidiaconum Eduensem et Haymonem rectorem ecclesie de Susseio, Eduensis diocesis, nuncios tuos, cum ea qua decet instantia postulatum, nos tuis supplicationibus inclinati, ipsum de corpore beati Petri sumptum venerabili fratri nostro .., episcopo Lingonensi, assignandum tibi per eum duximus destinandum, ut illud tibi assignet sub forma quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam et a te nomine nostro ei Ecclesie Romane sub forma quam sub eadem bulla dirigimus fidelitatis recipiat juramentum. Tu autem illo intra tuam ecclesiam illis diebus utaris qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod gerit exterius intus serves in mente, fraternalitatem tuam monemns altente et horlamur quatinus humilitatem et justitiam, dante Domino qui dat munera et premia clarigunt, conservare studeas que suum servant et promovent servatorem, et Eduensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite. auctore Domino, spiritualiter et temporaliter augmentare. Dat. Capue, II nonas junii. anno primo. »

511

Capoue, 4 juin 1255.

Episcopo Lingonensi mandat, ut pallium episcopo Eduensi assignet sub forma quam ei sub hac bulla mittit interclusam. (REG. 4, c. 420², f. 60.)

« .., episcopo Lingonensi. Cum palleum etc. usque : sumptum —. Dat. Capue, II nonas junii, anno primo. »

512

Naples, 18 mai 1255.

Johanni Waleranth, rectori ecclesiae de Clent, Wigorniensis diocesis germano Roberti Waleranth militis et nuncii regis Angliae, dispensationem ut alia beneficia ecclesiastica usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum in Anglia recipere valeat ab Octaviano, s. Mariae in Via lata diacono cardinale, ex mandato ipsius Alexandri IV (v. supra n° 409) concessam confirmat, litteras Octaviani Neapoli 10 maii 1255 datas inserendo. (REG. 24, c. 420³, f. 60^v.)

« Johanni Waleranth, rectori ecclesie de Clent. Wigorniensis diocesis. Justis potentium etc. usque: complere. Cum igitur, sicut ex tenore tue petitionis accepimus, dilectus filius noster O., sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, tecum auctoritate nostra duxerit dispensandum, ut preter ecclesiam de Clent curam animarum habentem, alia ecclesiastica beneficia etiam si eis similis cura immineat usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum, si tibi in regno Anglie canonice offerantur, possis libere recipere ac una cum eodem ecclesia non obstante constitutione concilii generalis super hoc edicta libere retinere, prout in litteris ipsius cardinalis confectis exinde plenius continetur; nos tuis devotis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinale factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communius. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Naples, 1^{er} mai 1255.

« Ottavianus, miseratione divina sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, discreto viro Johanni Walerant, rectori ecclesie de Clent, Wigorniensis diocesis, germano nobilis viri Roberti Waleranth militis et nuncii magnifici domini .., illustrissimi regis Anglie, salutem in Domino. A sanctissimo patre domino Alexandro universalis Ecclesie summo pontifice litteras recepimus in hac forma :

Naples, 19 avril 1255.

« Alexander etc. dilecto filio O. sancte Marie in Via lata diacono cardinali etc. (V. supra, n° 409). » Volentes igitur predicti domini mandatum exequi reverenter, tecum quod preter prefatam ecclesiam curam animarum annexam habentem alia ecclesiastica beneficia, etiam si in eis similis cura immineat, licite recipere usque ad summam ducentarum marcarum sterlingorum, si tibi in regno Anglie canonice offerantur, et cum predicta ecclesia libere retinere valeas, constitutione generalis concilii nequaquam

» obstante predictarum litterarum auctoritate tenore
» presentium dispensamus, proviso quod ecclesia et
» beneficia ipsa debitibus etc. usque : negligatur. Dat.
» Neapoli, primo maii, XIII indictione. »
Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli,
XV kalendas junii, anno primo. »

513

Naples, 14 mai 1255.

Jacobum monachum monasterii s. Firmani ordinis s. Benedicti, Firmanae diocesis, in abbatem ejusdem loci canonice ac concorditer a conventu electum, et ab episcopo Firmano confirmatum confirmat. (REG. 24, c. 421, f. 60v.)

« *Jacobo, abbatи monasterii sancti Firmani, ordinis sancti Benedicti, Firmane dioecesis.* Significasti nobis quod —. Dat. Neapoli, II idus maii, anno primo. »

514

Naples, 14 mai 1255.

Episcopo Magalonensi mandat, ut deliberationem abbatis et conventus monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, statuentem ut perpetuo decanatus existat in monasterio supradicto, confirmet. (REG. 24, c. 422, f. 60v.)

« *... episcopo Magalonensi.* Petatio dilectorum filiorum ..., abbatis et conventus monasterii Salmodiensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Nemausensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod ipsi, attendentes quod ex subtractione officii decanatus quod ab antiquo esse in dicto monasterio consuevit idem monasterium patiebatur in pluribus detrimentum, deliberatione provida statuerunt ut perpetuo decanatus existat in monasterio supradicto, quod petierunt per Sedem apostolicam confirmari. Quocirca mandamus quatinus quod super hoc ab eis factum est, auctoritate nostra confirmes, si monasterio ipso videris expedire. Dat. Neapoli, II idus maii, anno primo. »

515

Naples, 23 mai 1255.

Priori et fratribus ac sororibus ecclesiae ss. Marci, Marcellini et Petri Brixensis dictam ecclesiam, a bonae memoriae A., episcopo Brixensi, concessam, confirmat. (REG. 24, c. 423, l. 60v.)

« *... priori et fratribus ac sororibus ecclesie sanctorum Marci, Marcellini et Petri Brixensis, ordinis sancti Marci.*

Ex tenore vestre petitionis accepimus quod bone memorie A., episcopus Brixensis, ecclesiam sanctorum marthrum Marcellini et Petri Brixensem tunc vacantem, de consensu capituli Brixensis, vobis cum iuribus et pertinentiis ac bonis suis provida deliberaione concessit, statuens quod ecclesia ipsa in perpetuum regularis existat ibique ordo vester perpetuis futuris temporibus observetur, et quod nullus prior preficiatur ibidem, nisi quem conventus ipsius aut major et sanior pars ejusdem conventus canonice duxerit eligendum, electus vero hujusmodi pro confirmationis munere obtinendo Brixensi episcopo qui pro tempore fuerit presentetur ac ei obedientiam exhibeat manualem : preterea institutio et amotio fratrum et sororum ac officium ejusdem ecclesie pertineant solum modo ad priorem et conventum ecclesie memorare. Ita quod idem episcopus se de hiis nisi pro justa et evidenti causa nullatenus intromittat et quod ecclesia ipsa tam in capite quam in membris ab omni prestatione cuiuscunq; exactionis, in quibus eidem A. episcopo et suis successoribus forsitan tenerentur, sit libera et exempta, reservato sibi et ejusdem successoribus in signum dominii censu annuo unius libre cere certo termino exhibende, prout in patentibus litteris confectis exinde ac sigillo episcopi memorati signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super premissis pie ac provide factum est et ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nos tre confirmationis etc. Dat. Neapoli, X kalendas junii anno primo. »

516

Naples, 19 mai 1255.

Fratribus b. Mariae de Monte Sonaio Florentino, Servis s. Mariae vulgariter nuncupatis, tribuit licentiam recipiendi legata et elemosynas a Christi fidelibus pro orati et domorum constructione. (REG. 24, c. 424, f. 60v.)

« *... priori et fratribus beate Marie de Monte Sonaio Florentino, Servi sancte Marie vulgariter nuncupati, ordinis sancti Augustini.* Significasti nobis quod vos qui nova estis plantatio ex institutione vestri ordinis per Sedem apostolicam confirmata tenemini aliqua immobilia non habere, propter quod dum vos contingat sollempniter de Christi fidelium elemosinis sustentari magna preminimi sarcina paupertatis. Quare nobis humiliter supplicastis ut, cum necesse sit vobis ad opus vestrum oratorium et domos construere, recipiendi legata et elemosinas a Christi fidelibus pro eorumdem

constructione vobis licentiam largiremur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium licentiam tribuimus postulatam. Ita tamen quod eadem legata et elemosine in usus alios minime convertantur. Dat. Neapoli, XIII kalendas junii, anno primo. »

517

Naples, 22 mai 1255.

Conventui de Plympton, Exoniensis diocesis, qui hospitalitatis vacat officio, ecclesiam de Ekeboclande, Exoniensis diocesis, usibus propriis applicandam concedit. (REG. 24, c. 425, f. 60v.)

« ... priori et conventui de Phyntone, ordinis sancti Augustini, Exoniensis diocesis. Injuncti officii sollicitudo nos admonet ut de personis religiosis specialiter cogitantes eas speciali favore ac gratia prosequamur. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, in ecclesia vestra hospitalitatis vacetur officio ac propter hoc et alias necessitates multiplices multa vos subire oporteat onera expensarum, nos volentes in hac parte vobis paterna sollicitudine providere, ut hujusmodi onera commodius supportare possitis, vestris supplicationibus inclinati, ecclesiam de Ekeboclande, Exoniensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, cum sicut asseritur ejus proventus secundum communem extimationem patrie XII marcarum sterlingorum summam annuam non excedant, perpetuo vestris et successorum vestrorum usibus propriis cum omnibus suis juribus et pertinentiis applicandam vobis de gratia concedimus speciali, vobis nichilominus indulgentes, ut, cedente vel decadente dilecto filio magistro Nicolao de Plyntone, subdiacono et capellano nostro, nunc rectore ipsius ecclesie, ejusdem possessionem auctoritate nostra loci diocesano inconsulto ingredi libere valeatis, assignata vicario qui pro tempore in eademi servierit de ipsius proventibus portione, unde valeat congrua sustentationem habere, ac episcopalia, archidiaconalia et cetera ipsius ecclesie onera supportare, diocesani predicti in omnibus jure salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XI kalendas junii, anno primo. »

518

Naples, 22 mai 1255.

Electo Capuano indulget ut praebendas, beneficia et pensiones sua retineat. (REG. 24, c. 426, f. 61.)

« ... electo Capuano. Obtentu pure devotionis —. Tuis

igitur devotis precibus inclinati, ut praebendas, beneficia et pensiones que tenes post consecrationem tuam et pallii susceptionem una cum ecclesia Capuana valeas retinere, auctoritate tibi presentium indulgemus, constitutione contraria et aliqua indulgentia non obstante. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas junii, anno primo. »

519

Naples, 22 mai 1255.

Eidem indulget ut retineat omnia quae ante promotionem suam de gratia Sedis apostolicae retinebat. (REG. 24, c. 426², f. 61.)

« Eidem. Obtentu etc. usque : inclinati, ut praebendas et beneficia ecclesiastica ac pensiones et omnia que ante tuam promotionem habebas et de gratia Sedis Apostolice retines post consecrationem tuam et pallii susceptionem una cum ecclesia Capuana valeas retinere, eadem gratia extunc nichilominus in suo robore remanente, auctoritate tibi presentium indulgemus, constitutione etc. usque in finem. »

520

Naples, 22 mai 1255.

Episcopo Wigorniensi mandat, ut praefato M. electo Capuano proventus praedictorum beneficiorum, etc., faciat ministrari. (REG. 24, c. 426₃, f. 61.)

« ... episcopo Wigornensi. Obtentu pure devotionis et fidei in qua semper Ecclesie Romane vigili diligentia dilectus filius M. electus Capuanus placuit, suam affectu sincero etc. ut in supra usque : non obstante. Quocirca mandamus quatinus eidem electo proventus predictorum beneficiorum, praebendarum, pensionum et aliorum omnium que priusquam promoveretur habeat et de gratia Sedis Apostolice retinebat, facias sine diminutione qualibet ministrari. Contradictores. Non obstante si —. Dat. ut supra. »

521

Naples, 23 mai 1255.

Abbatissae et conventui monasterii s. Michaelis de Vigorculo, ordinis s. Augustini, Parmensis diocesis, ecclesiam s. Michaelis de Vigorculo a bonae memoriae M. Parmensi episcopo concessam et ab O. s. Mariae in Via lata diacono cardinale confirmatam, confirmat. (REG. 24, c. 427, f. 61.)

« ... abbatisse et conventui monasterii sancti Michaelis de

Vigoreculo, ordinis sancti Augustini, Parmensis diocesis. Justis potentium etc. usque: complere. Sane devotionis vestre petitio continebat quod bone memorie M., Parmensis episcopus, de consensu canonicorum Parmensis ecclesie, vobis que tunc nullam de approbatis regulis habebatis ecclesiam sancti Michaelis de Vigoreculo cum pertinentiis et juribus suis provida liberalitate conces- sit, prout spectabat ad eum, ut in ea sub una de approbatis regulis perpetuo divinis officiis vacaretis. Vobis quoque postmodum beati Augustini regulam assumen- tibus dilectus filius noster O., sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, tunc in illis partibus Apostolice Sedis legatus, ecclesiam et regulam supradictas auctoritate sue legationis favore propitio confirmavit, prout in instrumentis et litteris inde confectis ipsius cardinalis sigillo munitis dicitur plenius contineri. Nos igitur quod per dictos episcopum et cardinalem in hac parte provide factum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque: communi- nimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Nea- poli, X kalendas junii, anno primo. »

522

Naples, 18 mai 1255.

Magistro et fratribus Hospitalis Jerosolymitani indulget, ut omnes ex ipsis et oblati Hospitalis absolviri et dispensari valeant a prioribus suis presbyteris. (Reg. 24, c. 428, f. 61.)

« ... magistro et fratribus hospitalis Jerosolimitani. Quia proni sunt ab adolescentia hominis sensus ad malum et caro semper urget in culpam, quantumque vos pro vestre sancte religionis observantia in Ecclesia Dei splendere noscamini, humana tamen fragilitate con-tingit, quod interdum quidam ex vobis tam clerici quam laici excedunt in casibus in quibus excommunicationis sententias a canone promulgatas et idem clerici notam irregularitatis incurunt. Quare fuit nobis ex parte vestra humiliter supplicatum, ut, cum non omnino expediatur talibus pro absolutionis beneficio et dispensationis gratia obtinendis discurrere, ne vel eis detur evagandi materia vel aliis contra ipsos occasio murmurandi pro-videre super hoc misericorditer deberemus. Nos igitur vestris precibus inclinati, prioribus vestris presbyteris presentium auctoritate committimus, ut omnibus ex vobis et oblati Hospitalis vestri absolutione ac dispensatione indigentibus, sive antequam ad religionem hujusmodi consolaverint, sive postea excesserint in casibus supradictis, auctoritate nostra de prudentum virorum consilio impendant absolutionis beneficium juxta formam Ecclesie ac dispensem cum eisdem cleri-

cis dispensatione indigentibus, prout secundum Deum viderit expedire, nisi adeo essent difficiles et enormes excessus quod merito pro hiis deberent ad Sedem Apostolicam destinari. Proviso ut passim injuriam et dampna congrue satisfiat. Presentibus post annum postquam hujusmodi littere vobis presentata fuerint minime va- lituris. Dat. Neapoli. XV kalendas junii, anno primo. »

523

Naples, 20 mai 1255.

Abbatu s. Vedasti Atrebensis indulget, ut pontificalibus in synodis uti possit. (Reg. 24, c. 429, f. 61.)

« ... abbatu monasterii sancti Vedasti Atrebensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Tua sincera devotio ad Sedem apostolicam perseveranter habita nos inducit ut tuis honestis petitionibus benignum acco- modantes auditum, eas quantum cum Deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus. Cum igitur tibi a Sede apostolica eni immideate subesse dinoscereis indul- tum existat ut uti pontificalibus valeas, nos tuis supplicationibus inclinati, ut ipsis pontificalibus in synodis uti possis, quotiens te ad eas vocari contige- rit, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XIII kalendas junii, anno primo. »

524

Naples, 23 mai 1255.

Statuta archiepiscopi Neapolitani de proventibus beneficio- rum ecclesiasticorum diocesis Neapolitanae confirmat. (Reg. 24, c. 430, f. 61.)

« ... archiepiscopo et dilectis filiis capitulo et clero civi- tatis et diocesis Neapolitanarum. Provenit ex devotionis —. Sane porrecta nobis ex parte vestra petitio contine- bat quod bone memorie..., Neapolitanus archiepiscopus, predecessor tuus, frater archiepiscopi, de consensu capituli sui, statuit, ut unusquisque canonicus vel cle- ricus majoris et aliarum ecclesiarum civitatis et dio- cesis Neapolitane ante kalendas martii et infra kalen- das novembbris diem extremum claudens beneficiorum suorum dictarum ecclesiarum civitatis et diocesis pro- ventus, quos erat ab eisdem kalendis martii usque ad prefatas novembbris kalendas ex ipsis beneficiis percep- turus, posset judicare et dimittere cui vellet, et hoc idem illi liceret de medietate proventuum beneficiorum ipsorum que ante kalendas novembbris infra kalendas martii rebus eximeretur humanis, successori ejus me-

diate reliqua proventura. Idem preterea inhibuit predecessor, ne quis sub quovis obtentu dominii ab aliquo predictorum, ratione quarte partis proventuum beneficiorum suorum que *quatra vulgariter* dicitur, quicquid presumat accipere vel etiam extorquere, prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos igitur quod in hac parte provide factum est ratum habentes et gratum, id vestris supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, X kalendas junii. anno primo. »

525

Naples, 25 mai 1255.

Abbat s. Savini, prior s. Sepulcri et Attono Rampono canonico s. Antonini Placentini scribit, Surrexiū Vicedominum et Opizōnē dictū Senam in abbatem monasterii s. Sixti Placentini concurrenter a monachis divisis electos fuisse; eisque mandat, ut electionem quam invenerint ibidem de persona idonea canonice celebratam confirmant. (Reg. 24, c. 431, f. 61v.)

« .., abbatī sancti Savini, .. priori sancti Sepulcri et Attono Rampono, canonico ecclesie sancti Antonini Placentini. Dilectus filius Petrus dictus Curtus et Bernardus Resenatus ac alii monachi monasterii sancti Sixti Placentini, ordinis sancti Benedicti, sua nobis petitione monent quod, monasterio ipso quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet abbatis regimine destituto et votis eorum in diversa divisis, idem Petrus et adhrentes sibi Surrexiū Vicedominum et dictus Bernardus ac sequaces sui Opizōnē dictū Senam ipsius monasterii monachos in abbates dicti monasterii elegerunt, utraque parte petente electionem ab ea factam per Sedem apostolicam confirmari. Quocirca mandamus quatinus, si volis constiterit prefatum monasterium ad nos immediate spectare, inquisita de modo electionis studiis diligentium et electorum meritis diligentius veritate, illam electionem quam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, reliqua rite cassata, auctoritate apostolica confirmantes, faciatis ei cui electiōnē confirmaveritis a subditis suis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac munus benedictionis impendi. recepturi ab eo postmodum fidelitatis solite juramentum secundum formam quam volis sub bulla nostra mittimus interclusam. Contradictores. Formam autem juramenti quod ipse prestabit de verbo ad verbum per suas patentes litteras suo sigillo signatas nobis per proprium nuncium quam totius destinatis. Si vero electionem utramque cassari contigerit, injungatis monasterii predieti conventui, ut aliquos ex se ad Se-

dem mittant eandem qui vice omnium personam recipiant, de qua eis in abbatem duxerimus providendum. Quod si non omnes etc. Dat. Neapoli, VIII kalendas junii, anno primo. »

526

Naples, 13 mai 1255.

Praeposito, decano et capitulo ecclesiae S. Audomari, Morinensis diocesis, concedit facultatem, ut personatus seu prebendas in eadem ecclesia vacantes conferre personis idoneis possiut, non obstante concessione ab Innocentio IV facta praepositurarum quae in dicta ecclesia vacaturae erant Michaeli de Fienles, canonico Morinensi, et Giroldo de Abbatisvilla. (Reg. 24, c. 432, f. 61v.)

« .., preposito, .., decano et capitulo ecclesie Sancti Audomari, Morinensis diocesis. Ex parte vestra nolis extitit intimatum, quod, cum Michael de Fienles, canonicus Morinensis, in civitate vel diocesi Morinensi vel in comitatu Bolonesii super provisione sua de dignitate vel personatu, ac postmodum magister Giroldus de Abbatisvilla, subdiaconus noster, in Romana provincia de beneficio prebendali quod duceret acceptandum, dudum a felicis recordationis I. papa, predecessore nostro, certis sibi super hoc executoribus deputatis sub certa forma litteras impetrassent, eisdem Michaeli preposituram ac magistro Giroldo prebendam primo vacaturas in ipsa ecclesia Sancti Audomari acceptantibus, iidem executores preposituram et prebendam collationi sue reservantes easdem, inhibuerunt ne aliqui contra reservationem seu acceptationem hujusmodi in prejudicium predictorum Michaelis et Giroldi aliquid attemptarent, et, si secus fieret, decernebant irritum et inane. Quare nobis humiliter supplicastis, ut, cum in eadem ecclesia ad prebendas vacaturas auctoritate apostolica ultra quatuor sint recepti, providere vobis de benignitate Sedis apostolice curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, predictis reservationibus, acceptationibus et inhibitionibus de eisdem prepositura et prebenda seu aliis beneficiis in eadem ecclesia pro quibuscumque vel per quosecumque factis vel in posterum faciendis aut suspensionum interdicti vel excommunicationis sententiis latis in vos propter hoc seu ferendis etiam communiter vel divisim nequaquam obstantibus, ut, cum easdem preposituram, dignitates, personatus seu prebendas in eadem ecclesia vacare contigerit, conferre prout ad vos spectare dinoscitur possitis personis idoneis, plenam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, III idus maii. anno primo. »

527

Naples, 25 mai 1255.

Priori de Montetiano, Vulteranae diocesis, mandat, ut, loco presbyteri Benedicti, canonici s. Leonardi de Chiusure facti, Arnolfinum scolarem, natum Guillelmi judicis de Chiusure, prius clericali caractere insignitum, in ecclesiae s. Angeli de Luco possessionem inducat. (REG. 24, c. 133, f. 61v.)

« ... priori de Montetiano. Vulterane diocesis. Petatio dilecti filii Arnolfini scolaris, nati Guillelmi judicis de Chiusure. Aretine diocesis, nobis exposita continebat, quod presbytero Benedicto, quondam rectore parochialis ecclesie sancti Angeli de Luco, ejusdem diocesis, ad regimen alterius ecclesie curam animarum habentis assumpto et eadem ecclesia sancti Angeli per assumptionem hujusmodi sic vacante, canonici ejusdem in dilectum filium B. presbyterum, canonicum ecclesie sancti Leonardi de Chiusure, prefate diocesis, super provisione ipsius ecclesie contulerunt unanimiter vota sua, quem prefatum A. patientem in ordine et etate defectum cum quartum decimum annum exigisse dicatur in rectorem ipsius ecclesie sancti Angeli postulavit: propter quod felicis recordationis I. papa predecessor noster ... abbatи monasterii Berardingorum, Aretine diocesis, et tibi ac Hugoni Johannis, canonico Senensi, suas super hoc sub certa forma litteras dirigebat, que non fuerunt adhuc eisdem ante ipsius predecessoris obitum, sicut accepimus. presentate. Ideoque ad instar ejusdem predecessoris dispensationis, tibi per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dicto scolare prius clericali caractere insignito, hujusmodi postulationem admittens, ipsum auctoritate nostra in corporalem ipsius ecclesie sancti Angeli possessionem inducas et defendas inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore, sibique facias de ipsius ecclesie juribus responderi, predicto non obstante defectu etatis seu qualibet Sedis apostolice indulgentia dilecto filio G. electo Aretino vel cuicunque alii persone concessa sub quacumque forma verborum, per quam non expressam presentibus vel totaliter non insertam id impediri valeat vel differri, aut alia indulgentia dicte Sedis a quocumque post hujusmodi postulationem veritate tacita impetrata, sive quod idem A. receptus fuerit in plebe de saltu in canonicum et in fratrem. Dat. Neapoli, VIII kalendas junii, anno primo. »

528

Naples, 5 mai 1255.

Magistro Roberto de Nassinton concedit ut, praeter ecclesiam de Gravcherst, cuius proventus trium marcarum sterlingorum valentiam annis singulis non excedunt, unicum aliud

beneficium similem curam animarum habens aut duo, dicta ecclesia resignata, recipere valeat. (REG. 24, c. 434, f. 61v.)

« Magistro Roberto de Nassintone, rectori ecclesie de Gravcherst. Lincolnensis diocesis. Per studia laudabilis —. Dat. Neapoli, III nonas maii, anno primo. »

529

Naples, 22 mai 1255.

Universos fideles hortatur quatinus ad ecclesiam Vimaranensem, Bracharensis diocesis, quae in honorem b. Mariae Virginis est constructa, imploratur a Domino delictorum veniam accedant, omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam annis singulis in festo Nativitatis b. Mariae et usque ad octavam ipsius festivitatis diem causa devotionis accesserint, XL dies de injuncta poenitentia relaxans. (REG. 24, c. 435, f. 61v.)

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Vite peremptis gloria —. Dat. Neapoli, XI kalendas junii, anno primo. »

530

Naples, 23 mai 1255.

Magistro Roberto de Meskeleye, capellano suo, indulget, ut, praeter ecclesiam de Claheville Lincolnensis diocesis curam animarum habentem, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam dignitatem vel personatum, recipere valeat. (REG. 24, c. 436, f. 62.)

« Magistro Roberto de Meskeleye, capellano nostro, rectori ecclesie de Claheville, Lincolnensis diocesis. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Neapoli, X kalendas junii anno primo. »

531

Naples, 21 mai 1255.

Rectori patrimonii b. Petri in Tuscia mandat, quatinus protestat, consilium et commune Castri Aquaependentis a jurementis Urbevetanis in praejudicium ecclesiac praestitis absolvat. (REG. 24, c. 437, f. 62; POTIHOST 15873.)

« ... rectori patrimonii beati Petri in Tuscia. Lecta coram nobis —. Dat. Neapoli, XII kalendas junii, anno primo. »

532

Naples, 26 mai 1255.

Episcopo Ambianensi committit, ut Jacobo dicto Lienrex,

pauperi laico Ambianensi, et Diedalae dispensationem in matrimonio licite remanendi concedat, non obstantibus sponsalibus Jacobi cum Marga de Ipra, creditore suo, et Diedalae quarto gradu consanguinea. (REG. 24, c. 438, f. 62.)

« .., episcopo Ambianensi. Significavit nobis Jacobus dictus Lieurex. pauper laicus Ambianensis, in nostra presentia constitutus, quod olim ipse et Marga mulier dicta de Ipra contraxerunt sponsalia de futuro, si infra certum terminum eidem mulieri dictus laicus quendam solveret pecunie quantitatem : eodem vero laico pecuniam ipsam propter inopiam infra ipsum terminum non solvente, coram officiali tuo se ambo super eisdem sponsalibus pariter quitaverunt. Postmodum autem idem laicus Diedalam mulierem quarto gradu consanguinitatis Margam attingenlem predictam, hoc ignorans sibi per verba de presenti matrimonialiter copulavit. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta committimus, ut eidem laico super hoc Sedis apostolice clementiam imploranti dispensative concedas quod, sponsalibus ipsis nequaquam obstantibus, licite remanere valeat in matrimonio sic contracto. Dat. Neapoli, VII kalendas junii, anno primo. »

533

Naples, 21 mai 1255.

Praeceptor et fratribus domus Militiae Templi in Aquitania indulget, ut legatis et nunciis apostolicae Sedis ad solvendas procurationes pecuniarias compelli inviti non possint, dummodo procurationes in virtualibus et aliis necessariis exhibeant. (REG. 24, c. 439, f. 62.)

« ... preceptor et fratribus domus Militie Templi in Aquitania. Dignum esse conspicimus et necessarium arbitramur, ut huius favore Sedis apostolice foveantur qui consanguineorum suorum affectu deposito Dei non hominis prelimum preliantur. Sane porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat quod vos. in exhibendis procurationibus legatis et nunciis apostolicae Sedis, ex eo gravamini quod ipsis, non contenti procurationibus quas eisdem in virtualibus et aliis necessariis estis exhibere parati, a vobis et ecclesiis ac domibus vestris occasione procurationum hujusmodi frequenter non modicam pecunie summae exigunt et extorquent; propter quod vestrum quanquam plium propositum impediri et negotio Terre Sancte noscitur deperire. Quare nobis humiliter supplicastis ut providere vobis in hac parte misericorditer curaremus. Volentes igitur indemnitati vestre super hoc, quantum cum Deo possumus, precavere, ut legatis et nunciis apostolicae Sedis, fratribus

nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus dumtaxat exceptis, ad solvendas ipsis procurationes pecuniarias compelli inviti aliquatenus non possitis, dummodo parati sitis eisdem legatis et nunciis sicut premissum est procurationes in virtualibus et aliis necessariis exhibere, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XII kalendas junii, anno primo. »

534

Naples, 23 mai 1255.

Scholastico et succentori Pictavensibus mandat, quatinus fratribus domus Militiae Templi, indebitate molestatis et ab ordinariis justitiam difficile habentibus, complementum justitiae exhibeant. (REG. 24, c. 440, f. 62.)

« .., scolastico et ... succentori Pictavensibus. Dignum esse conspicimus —. Sane dilectorum filiorum .., preceptoris et fratrum domus Militie Templi in Aquitania nobis exhibita petitio continebat, quod nonnulli clericci et laici ad eos debitam reverentiam non habentes ipsis in personis et bonis eorum presumunt indelitae molestare. Verum cum ordinarii injuriatorum ipsorum eisdem magistro et fratribus ipsorum exemptionis libertatibus invidentes in exhibendo justitiam de talibus se interdum reddant difficiles et etiam negligentes, ipsisque minus difficile ac dispendiosum existat pro singulis injuriis apostolicam Sedem adire, nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsis in hac parte de benignitate Sedis apostolice curaremus. Quocirca mandamus, quatinus prefatis preceptoris et fratribus defensionis presidio assistentes exhibeatis ipsis, cum ab eis requisiti fueritis, de predictis injuriatoribus cuiuscumque conditionis vel dignitatis seu ordinis existant per viam judicij justitie complementum. eos ad id si necesse fuerit, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus —. Presentibus post triennium etc. Quod si non ambo etc. Dal. Neapoli, X kalendas junii, anno primo. »

535

Naples, 20 mai 1255

Abbatis et conventui monasterii s. Vincentii Mediolanensis, ordinis s. Benedicti, quibus [Leo] Mediolanensis archiepiscopus ecclesiam regularem s. Mariae de Bernorio collapsam in temporalibus et spiritualibus concessit, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 441, f. 62; POTTHAST 15870)

« .., abbatii et conventui monasterii sancti Vincentii Me-

*dolanensis. ordinis sancti Benedicti. Cum a nobis —.
Dat. Neapoli, XIII kalendas junii, anno primo. »*

536

Naples, 28 mai 1255.

Alberto, electo Parmensi, concedit, ut tempora ei non currant a canone « de consecrandis episcopis » diffinita. (REG. 24, c. 442, f. 62v.)

« Alberto, electo Parmensi. Cum non sit —. Tue itaque devotioni presentium anctoritate concedimus, ut tempora tibi non currant a canone de consecrandis episcopis diffinita seu in constitutione quam nuper super hoc edidimus comprehensa, nec statutas in eis penas incurras si te infra eadem tempora non feceris consecrari, presentibus usque ad nostrum beneplacitum valituris. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas junii, anno primo. »

537

Naples, 25 mai 1255.

Johanni, abbatì monasterii s. Trinitatis de Monte, Rothomagensis diocesis, de presbytero genito et soluta, dispensationem in susceptis ministrandi ordinibus et in regimine abbatiae remanendi, ab Hugone tituli s. Sabinae presbytero cardinale Neapoli idibus maii pontificatus sui anno primo concessam, confirmat (REG. 24, c. 443, f. 62v.)

« Johanni, abbatì monasterii sancte Trinitatis de Monte, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum itaque, sicut nobis exponere curavisti. dilectus filius noster H., tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, auctoritate nostra tecum super defectu natalium quem pateris, de presbytero genitus et soluta, ut in susceptis ministrare ordinibus ac in suscepto regimine abbatie quod alias te canonice proponis adeptum licite remanere valeas duxerit dispensandum, prout in ejusdem cardinalis litteris exinde confectis plenius continetur ; nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale factum extitit in hac parte ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Naples, 15 mai 1255.

« Frater Hugo, miseratione divine tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, dilecto in Christo fratri Johanni, presbytero, abbatì monasterii sancte Trinitatis de Monte, ordinis sancti Benedicti, Rothoma-

» gensis diocesis, salutem in Domino. Regularis ordinis professoribus religionis favore aliqua conceduntur que solet aliis interdici. Porrecta siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum esses de presbytero genitus et soluta, apud monasterium sancte Trinitatis de Monte habitum religionis assumens beati Benedicti regulam es professus, ubi diutius laudabiliter conversatus, tandem assumptus es absque dispensatione Sedis apostolice alias tamen canonice in abbatem. Super quo, cum sis idoneus sicut accepimus ad ipsius regimen abbatie, supplicasti tue saluti apostolice Sedis providentia subveniri. Cum itaque ex religionis ingressu tales legitimi quo ad receptionem ordinum censeantur, tecum quod, defectu hujusmodi non obstante, in susceptis ordinibus ministrare ac in suscepto regimine abbatie licite remanere valeas de speciali domini pape mandato nobis viva voce facto tenore presentium dispensamus. Dat. Neapoli, idibus maii, pontificatus domini Alexandri pape III anno primio. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, VIII kalendas junii, anno primo. »

538

Naples, 9 mai 1255.

Magistro Bartholomeo de Regio, canonico ecclesiae s. Prospere Regiae, ecclesiae s. Petri de Vesani, Burdegalensis diocesis, quem magister Rostandus subdiaconus canonicus s. Severini Burdegalensis resignavit et de qua Bartholomeus ab Andrea de Lavania, Innocentii IV nepote et capellano, investitus fuit, confirmat, litteras Andreae de Lavania Anagniae VIII kalendas septembres datas inserendo. (REG. 24, c. 444, f. 62v)

« Magistro Bartholomeo de Regio, canonico ecclesie sancti Prospere Regiae. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Significasti siquidem nobis quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster dilecto filio magistro Rostando subdiacono et capellano nostro, canonico ecclesie sancti Severini Burdegalensis suis dedisset sub certa forma litteris in mandatis ut tibi in aliqua ecclesiarum civitatis et diocesis seu provincie Burdegalensis, cathedrali vel alia ecclesiis civitatis et diocesis Xanthonensis dumtaxat exceptis, de prebendali vel alio ecclesiastico beneficio seu prioratu ad regulares personas seu seculares spectante consueto assignari clericis secularibus seu a laicis detincri, etiam si curam animarum haberet annexam, per se vel per alium provideret, quia tu propter loci distantiam de hujusmodi gratia que per annum et amplius tibi sterilis

fuerat, non poteras de facili commodum obtinere, dilectus filius Andreas de Lavania, capellanus noster, precentor Saresbiriensis, prout idem predecessor sibi viva voce commiserat, libera a prefato magistro Rostando de ecclesia sancti Petri de Vensan, Burdegalensis diocesis. cuius tunc erat, resignatione recepta, illam cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi conferre et assignare ac te de ea investire curavit. prout in ipsius precentoris litteris confectis exinde plenius continetur. idemque predecessor gratiam que tibi per dictas litteras competit in personam ejusdem magistri Rostandi de gratia (s)transtulit speciali. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod a predecessor ac precentore predictis super premissis factum extitit ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum prefati precentoris presentibus inseri facientes: qui talis est.

Anagni, 25 août 1254.

« Andreas de Lavania, Saresbirieus precentor, domini pape nepos et capellanus, dilecto sibi in Christo magistro Bartholomeo de Regio, canonico sancti Prosperi Regini, in Curia residenti, salutem in Domino. Cum auctoritate domini pape et mandato speciali viva voce nobis facto receperimus in Curia summi pontificis constituti et apud eam residentiam facientes a magistro Rostando ejusdem domini subdiacono et capellano, canonico sancti Severini Burdegalensis, resignationem ecclesie sancti Petri de Vesan, Burdegalensis diocesis, cuius ecclesie idem magister Rostandus existebat rector, nos. libera ejusdem magistri R. de predicta ecclesia resignatione recepta, eadem auctoritate et ex eodem mandato nobis oretenuit facto, vobis eandem ecclesiam cum juribus et pertinentiis suis conferimus et assignamus et vos de ipsa per pilleum nostrum presentialiter investimus, decernentes exnunc irritum et inane quicquid de predicta ecclesia preter hujusmodi mandatum apostolicum et collationem nostram a quoquam fuerit attemptatum. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem has litteras nostri sigilli munimine roboratas, quibus prefatus magister Rostandus sigillum suum in testimonium resignationis premissae apponi fecit et voluit, vobis concedimus et eas a vobis volumus retineri. Actum Anagnie, anno Domini M^oCC^oLIIII^o, inductione XII, VIII kalendas septembris, pontificatus domini Innocentii pape IIII anno XII^o. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Si quis etc. Dat. Neapoli, VII idus maii, anno primo. »

539

Naples, 15 mai 1255.

Petro Fernandi, rectori ecclesiae s. Salvatoris de Avellaneda, Bracharensis diocesis, dispensat, ut cum dicta ecclesia ecclesiam s. Salvatoris de Varzena quam Lamecensis episcopus ipsi commendavat libere retinere valeat. (REG. 21, c. 445, f. 62v.)

« Petro Fernandi, rectori ecclesie sancti Salvatoris de Avellaneda, Bracharensis diocesis. Tua merita probitatis —. Dat. Neapoli, idibus maii, anno primo. »

540

Naples, 25 mai 1255.

Abbatii monasterii Gurgutiensis, Andegavensis diocesis, concedit, ut super observatione statutorum quae de substantia regulac s. Benedicti non existunt monachis monasterii ejusque membrorum dispensare possit, injungendo eisdem absolutis poenitentiam salutarem. Priori monasterii eandem potestatem indulget. (REG. 24, c. 446, f. 63.)

« .., abbatii monasterii Gurguliensis, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum. ut, cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione multum sit rigida et difficilis ad ferendum fuerintque postmodum tam per felicis recordationis G. papam predecessorem nostrum quam per locorum metropolitanos et diocesanos ac legatos Sedis apostolice et delegatos ipsius nonnulla superaddita statuta gravia et precepta diversarum penarum adjecione vallata, ne contingat sub tantis oneribus deficere oneratos, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod expedit calamum quassatum non conteri et in erasure eruginis vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati. presentium tibi auctoritate concedimus, ut. super observatione statutorum ipsorum et preceptorum que de tue substantia regule non existunt, tu ac successores tui monasterii tui ejusque membrorum monachis presentibus et futuris possitis libere dispensare. Huius casibus dumtaxat exceptis, super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super penis adjectis et irregularitatibus quas tui subditi ob hoc hactenus incurserunt vel incurrerent de cetero eosque absolvendi ab interdicti vel suspensionis aut excommunicationis vinculo quo ipsis ob transgressionem eorumdem statutorum et preceptorum involvi contigit vel contingat, injuncta sic absolutis penitentia salutari libera sit tibi tuisque successoribus de nostra permissione facultas; ..., priori nichilominus monasterii tui ac successoribus ejus concedendi tibi tuisque successoribus hujusmodi dispensationis et absolutionis

beneficium, si oportum fuerit, indulgentes auctoritate presentium potestatem. Non obstantibus aliquibus litteris ad metropolitanos — Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, VIII kalendas junii. anno primo. »

In e. m. ..., abbati monasterii Carrollensis, ordinis sancti Benedicti, Pictavensis diocesis, et sub eadem data

541

Naples, 11 mai 1255.

Abbat s. Mariae Rothae Amatoris, Messanensis diocesis, mandat, quatinus compellat ut Parisio archidiacono Messanensi, a quondam Frederico imperatore spoliato et in carcere detento, bona restituantur. (Reg. 21, c. 447, f. 63.)

« ... abbati sancte Marie Rothe amatoris, Cisterciensis ordinis, Messanensis diocesis. Oblata nobis ex parte dilecti filii Parisii, archidiaconi Messanensis, petitio continebat, quod quondam Fr. Romanorum imperator ipsum crudeliter detinens longo tempore carceri mancipatum omnibus bonis suis tam ecclesiasticis quam mundanis spoliavit eundem. Cum igitur pretextu spoliationis hujusmodi, nonnulli fructus et proventus omnium bonorum suorum tam ecclesiasticorum quam secularium longo tempore detinuerunt et adhuc detineant occupatos ac ei de ipsis satisfacere contradicant in ipsis non modicum prejudicium et gravamen, nobis humiliiter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirea mandamus quatinus detentores hujusmodi monitione presentium per censuram ecclesiasticam compellas, ut dictos redditus et proventus, prout justum fuerit, plenarie restituant archidiacono memorato. Non obstante si aliquibus — Invocato ad hoc etc. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »

542

Naples, 26 mai 1255.

Priori et fratribus b. Mariae de Monte Sanario Florentiae, Servis s. Mariae vulgariter nuncupatis, ordinis s. Augustini, concedit ut in omnibus locis propriis domos necessarias, oratorium et coemeterium habere possint. (Reg. 24, c. 448, f. 63; POTTHAST 15886.)

« ... priori et fratribus beate Marie de Monte Sonaya Florentine, Servis sancte Marie vulgariter nuncupatis, ordinis sancti Augustini. Vestre devotionis precibus —. Dat. Neapoli, VII kalendas junii, anno primo. »

543

Naples, 26 mai 1255.

Abbat Arroasiae Atrebatenis diocesis, et ipsius ordinis s. Augustini diffinitoribus, qui vescendi carnis diebus non prohibitis in regula in reffectoriis suis sub silentio eum lectione divina hcentiae concessionem petiebant, concedit facultatem ordinandi super hiis prout utilitati monasteriorum expedierit. (Reg. 21, c. 449, f. 63.)

« ... abbati Arroasie, ordinis sancti Augustini. Atrebatenis diocesis, et ipsius ordinis diffinitoribus. Ex parte tua, fili abbas, et coabatuum tuorum ac monasteriorum vestrorum conventuum fuit propositum coram nobis, quod extra reffectoria monasteriorum ipsorum utimini carni-
hus sicut consuevistis hactenus ab antiquo et dum nulli tam fundatores eorumdem monasteriorum quam alii nobiles laici ad dicta monasteria declinantes non possunt a vestro et canonicorum utentium extra reffectoria carnibus consortio absque scandalo prohiberi. accidit interdum quod ex ipsorum familiaritate laicorum cedit vestra religio contemptui apud ipsos. Ut igitur vobis et eisdem canonicis comedendi carnes extra reffectoria, nisi causa legitima subsit, materia subtrahatur, et per hoc cesseret idem contemptus ipsis laicis a vestro consortio segregatis, supplicasti nobis, abbas una cum predictis coabatibus et conventibus, ut vess-
cendi carnis diebus non prohibitis in regula beati Augustini quam professi estis, in reffectoriis vestris sub silentio cum lectione divina, non obstante contra-
ria consuetudine vel statuto, vobis licentiam concedere curaremus. Nos itaque dilecti filii nostri H., tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis, cuius capellanus, abbas, existis, nostram super hoc gratiam implorantis et vestris, abbas, et coabatuum ac conventuum eorumdem supplicationibus inclinati, ordinandi super hiis prout utilitati monasteriorum ipsorum videritis expe-
dire, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

544

Naples, 23 mai 1255.

Electo Regino indulget, ut terminus sex mensium infra quem munus consecrationis suscipiendum est, donec electus Ravennas metropolitanus ejus ad suam ecclesiam revertatur, ei non currat. (Reg. 24, c. 450, f. 63.)

« ... electo Regino. Cum cathedralium ecclesiarum indepnitatis volentes occurrere, omnium earum elec-
tis sex mensium terminum infra quem munus consecrationis suscipient nuper duximus statuendum alioquin extune, nisi legitime fuerint impedimento de-

tenti, ab administratione spiritualium et temporalium noverint se suspensos, et si infra alios sex menses sequentes hujusmodi suscipere munus distulerint, capitula, collegia et conventus ad quos electio pertinet eorumdem liberam auctoritate nostra providendi sibi de aliis habeant facultatem, nos tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue quod dictus terminus donec dilectus filius ... electus Ravennas, metropolitanus tuus, qui in ecclesie servitiis moratur ad presens, ad suam ecclesiam revertatur, cui volumus morem gerere ac personam ipsius in consecrationis tue munere honoreare, tibi non currat, hujusmodi non obstante statuto, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas junii, anno primo. »

545

Anagni, 27 juin 1255.

Compromissionem inter Johannem, decanum, et capitulum Bituricenses a magistris Girardum de Virsone et Johanne priore s. Ursini Bituricensis mense novembri anno MCCLIII actam, cuius decanus et capitulum confirmationem a litteris mensis martis MCCLIII postulabant, confirmat et refert. (REG. 24, c. 45¹, f. 63v.)

« *J., decano, et capitulo Bituricensibus. Ea que judicio etc. usque : communiri. Cum itaque, sicut lecta coram nobis vestra petitio continebat, olim inter quondam B. decanum vestrum ex parte una et vos, filii capitulum, ex altera, super quibusdam juribus, redditibus, jurisdictione, ac quibusdam aliis articulis, orta materia questionis, fuisset super hiis tam apud Sedem apostolicam quam coram judicibus delegatis ab ea diutius litigatum, tandem pro bono pacis idem decanus et vos capitulum supposuistis ordinationi trium canoniconorum ecclesie vestre super omnibus supradictis, qui de consensu et voluntate utriusque partis quamdam super hiis ordinationem fecerunt, prout in litteris inde confectis plenius continetur, quam apostolico petiis munimine roborari. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ordinationem ipsam, sicut provide facta est, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :*

Mars 1254.

« *Sanctissimo patri ac domino Alexandre, Dei gratia summo pontifici, devoti ejus filii Johannes de Soliaco decanus et capitulum Bituricenses devota pedum oscula beatorum. Cum, vacante decanatu Bituricensi*

» ex morte bone memorie Archenbaudi quondam de cani loci ejusdem, constitutionem seu ordinationem quamdam super jure decanatus juramento firmatam nos, capitulum, fecissemus, cumque super dicta constitutione ac super quadam alia ordinatione facta postmodum inter nos capitulum et bone memorie magistrum Benedictum, postea decanum nostrum, per venerabiles patres Guillelum quondam episcopum Sabinensem et fratrem H. tituli sancte Sabine presbiterum cardinalem, sicut dicebat idem decanus, nobis, capitulo, in contrarium asserentibus, quod si facta fuerat de consensu nostro, facta non fuerat vel mandato, nec nobis super hoc evocatis et etiam super quibusdam aliis articulis inter nos capitulum et dicturnum B. decanum nostrum contentio verteretur, tandem post multas altercationes et expensas non modicas hinc inde factas, nos, capitulum, et dictus B. decanus, juramento hinc inde prestito, certa etiam pena pecuniaria apposita, de contentione inter nos capitulum et ipsum exorta super ordinatione per dictos cardinales facta et de contentione quibuscumque supposuimus nos alte et basse ordinationi viorum venerabilium magistrorum Phyllipi cantoris Bituricensis, Girardi archidiaconi Sygalonensis in ecclesia Bituricensi, Johannis prioris sancti Ursini Bituricensis, sub juramento et pena predictis firmiter promittentes nos servaturos quicquid dicti arbitri super dictis contentionebus ducerent ordinandum; dum tamen ordinationem eorum per Sedem apostolicam contingenter confirmari. Dicti vero archidiaconus et prior, de consensu dicti cantoris et ipso ratum habente et dicte ordinationi sigillum suum apponente, ordinationem suam protulerunt sub forma inferius annotata, quam presentibus verbo ad verbum duximus inserendam :

Novembre 1253.

« *Universis presentibus litteris inspecturis, magister Girardus de Virsone, archidiaconus Sigalonensis, et magister Johannes prior sancti Ursini Bituricensis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum inter venerabiles viros magistrum Benedictum decanum Bituricensem ex una parte et ejusdem loci capitulum ex altera super diversis articulis inter ipsos habitis contentio verteretur, et super eadem contentione per venerabiles patres Guillelum quondam episcopum Sabinensem et fratrem Hugonem tituli sancte Sabine presbiterum cardinalem ordinatio facta fuisset, ut dicebat decanus, quam dicebat dictum capitulum obscuram et in multis articulis declarandam, ne non etiam ecclesiam in multis esse gravatam. Tandem*

» orta contentione inter ipsos, dicti decanus et capitulum de omnibus contentionibus inter ipsos habitis occasione ordinationis predice et super aliis supposuissent se alte et basse et sub pena centum marcarum argenti ordinationi venerabili viri magistri Pbylli cantoris Bituricensis et nostre, volentes et concedentes, quod nos, auditis rationibus utriusque partis super premissis, nostram faceremus plenarie voluntatem. Nos duo de consensu partium que in hoc specialiter consenserunt, ut nos duo pronuntiaremus propter absentiam cantoris, maxime cum super premissis cum dicto cantore plenum habuissemus tractatnm, vocatis super hoc evocandis et canonieis presentibus qui presentes esse voluerunt, dictum nostrum protulimus in hunc modum : Ordinamus, pronunciamus, arbitramur sicut ordinaverunt cardinales, quod decanus habeat suam consuetam jurisdictionem in vicarios ecclesie Bituricensis, et excessus et culpas eorum quascumque corrigat in capitulo, pulsata campana. Et si requisitus a capitulo negligens fuerit in corrigoendo et propter requisitionem sibi factam a capitulo non correxerit infra duos menses, extunc ea vice per capitulo corrigantur, quare ita dixerunt et interpretati fuerunt cardinales, excepto quod nos exceptamus quascumque. Nos autem interpretamur, ordinamus et dicimus, quod hoc sit salvo jure cantoris.

» Item dicimus sicut cardinales ordinaverunt et ordinationem suam postea interpretati fuerunt, quod decanus Bituricensis ad personalem residentiam novem mensium annis singulis teneatur, ita quod esse foraneus numquam possit et infra annum ab electione sua se faciat in presbiterum ordinari. Et ad hoc per juramentum proprium teneatur prestandum quem installeetur.

» Item dicimus et ordinamus, secundum quod cardinales [ordinaverunt], quod decanus in magnis sollemnitatibus videlicet cantoris celebret si velit, si dominus archiepiscopus presens non fuerit vel etiam si presens fuerit et celebrare non valeat vel non velit. Videlicet dicat magnam missam et matutinas et utrasque vesperas, ebdomadarii jure salvo. Nos adimur, quod totum officium faciat illa die quicquid facere debeat ebdomadarius; et si celebrare non valeat vel non velit, ebdomadarius celebret, secundum quod fieri consuevit, et adsistet eidem decano in capa serica unus de vicariis quem duxerit eligendum.

» Item, secundum quod dixerunt cardinales, decanus habeat suam consuetam jurisdictionem spiritua-

» lem in hominibus et in terra capitulo; verum tamen capitulo medietatem percipiet in emendis hominum capitulo, nos tamen dicimus et arbitramur quod, si de dictis emendis decanus aliquid levaverit, capitulo medietatem habebit. Jurisdictionem vero secularem in tota terra capitulo et hominibus extra terram capitulo ubi consuevit habere jurisdictionem a capitulo vel decano, habeat capitulo et etiam custodiam terre et hominum ubicumque sint.

» Item, secundum quod dixerunt cardinales et interpretati fuerunt, decanus, preter prebendam canonicie, percipiat duas prebendas integras tam in grossis fructibus quam minutis. Quarum unam percipiat sicut unus canonicus residens percipere consuevit, alia vero sit libera quam decanus ubicumque extiterit percipiat integre tam in grossis fructibus quam minutis : Dummodo residentiam novem mensium faciat supradictam, quam se fecisse teneatur jurare, sicut alii canonici qui prebendam suam volunt recipere istud jurant. Preterea prioratus de Ayis domini Gilonis, quamecito vacaverit, de jure vel de facto decanatu sit annexus, et decano sine contradictione et calumpnia assignetur, sicut dixerunt cardinales. Hoc tamen excepto quod isti decano vel alii in nullo tenebitur capitulo pro illo prioratu quoisque vacaverit, domini Bituricensis archiepiscopi in omnibus jure salvo.

» Item decanus domum quam in presentiarum possidet pro pensione LX solidorum parisiensium habeat annuatim, et dicta domus in perpetuum decanatu sit annexa.

» Item, secundum quod cardinales dixerunt, capitulo reddet decano medietatem pecunie quam decanus debet habere de nemoribus venditis, ad emendum possessiones seu redditus ad arbitrium prioris de Sancergio, quamecito dictus decanus eas venales potuerit invenire : aliam vero medietatem habeat capitulo ad emendum redditus pro capitulo. Si vero contingeret dictum priorem mori vel arbitrari nolle, archidiaconus Bituricensis, qui pro tempore fuerit, ad hoc in locum dicti prioris succedat.

» Volumus autem, sicut cardinales voluerunt, quod salva sit isti decano actio, quam habere se dicit contra dictum capitulo super LX libris Parisiensibus pro Johanne de Bangiao, si tamen bona ejusdem valeant, que prefatum capitulo dicitur detinere.

» Item statuta facta decanatu vacante tangentia decanatum robur obtineant firmitatis, exceptis illis que per istam ordinationem immutantur sub gene-

» ralibus clausulis vel specialibus, precedentibus vel
» sequentibus.

» Item decanus recipiet homagia feudalia, nomine
» suo et capituli in capitulo Bituricensi, vocato capitulo
» cum pulsatione campane. Si tamen vassalli possent
» de jure contradicere quod Bituris non tenerentur
» venire pro homagio faciendo vel in capitulo, decanus
» recipiet ea nomine suo et capituli ubi debebit. Hoc
» tamen denunciat capitulo, ita tempestive quod ca-
» pitulum poterit mittere aliquem de canoniciis, qui loco
» capituli intersit si voluerit ad videndum homagium
» faciendum; et si dictum capitulum indigeret vassal-
» libus suis quantum ad judicia vel alia servitia, ad
» que tenerentur vassalli, decanus ad requisitionem
» capituli tenetur vocare ipsos nomine suo et capituli.
» Si vero decanus noluerit vel presens non fuerit, ca-
» pitulum posset vocare eos auctoritate propria et pu-
» nire non venientes; et exprimatur in receptione,
» quod faciunt homagium decano et capitulo. Racheta
» vero et emende provenientes occasione dictorum ho-
» magiorum erunt capituli. Homagia vero non feudalia
» recipiet decanus apud Bituras tantum nomine suo et
» capituli, vocato ad hoc et consentiente preposito ca-
» pituli vel alio ad hec a capitulo destinato, et si ali-
» quid datum vel promissum fuerit pro dicta recep-
» tione, medietas erit decani et alia medietas capituli,
» et alio modo recipere non poterit; et si alio modo re-
» ceperit ille receptus non erit homo capituli, nisi ca-
» pitulum hoc acceptaverit.

» Item in magnis sollempnitatibus tradet decano ca-
» pam sericam ..., succendor, si velit vel canonicus qui
» fuerit loco sui, et si noluerit, canonicus alias qui
» adsistet cantori hoc faciat, et qui illorum hoc fecerit
» habeat unam libram cere de bursa capituli pro capa-
» tradenda, et decanus tenebitur procurare eum qui
» tradet capam si velit idem canonicus.

» Dicimus etiam et arbitramur, secundum quod car-
» dinales dixerunt, quod, si capitulum vel aliquis de ca-
» pitulo vel extra habeat causam contra decanum vel
» decanus contra capitulo, primo attemptabitur si
» poterit eam pacifice per decanum et capitulo im-
» minari. Alioquin decanus elget unum de capitulo,
» quem maluerit, et capitulo alium de capitulo simi-
» liter. Qui duo, si fieri poterit, causam pace sedabunt
» vel judicio terminabunt. Quod si forte inter se non
» poterint concordare, predicti duo eligent tertium de
» capitulo, et si non potuerint in tertium convenire,
» capitulo vel major pars capituli tertium assignabit;
» et si illi tres discrepaverint, sententia quam ferrent
» duo ex ipsis teneat. Si autem decanus vel capitulo

» illorum trium vel duorum sententie parer, noluerint,
» illi qui dabunt sententiam potestatem habent con-
» tradictores et rebelles compelleri et etiam compes-
» cadi per censuram ecclesiasticam. Si vero reus ju-
» dicem eligere subterfugeret vel dilaceret per XV dies
» a communione mota, judex quem actor elegit et
» tertius datus a capitulo vel a maiore parte capitulo
» nichilominus poterunt in causa procedere et eam
» fine debito terminare.

» Item dicimus, ordinamus et arbitramur, sicut ar-
» bitrati sunt cardinales, quod decanus habeat unum
» modium frumenti, quem debet dominus archiepisco-
» pus, et unum modium avene, quem debet grangia
» Bangiaci. Decanus vero predictus sit contentus et in
» aliis redditibus, proventibus, exitibus, justitiis et
» quibuscumque juribus aliis ab hiis que superius
» sunt expressa, ratione decanatus sui, nichil possit
» amplius reclamare. De ducentis libris quas decanus
» dicebat sibi deberi a capitulo per ordinationem cardi-
» nalem, nichil ordinamus quia super hoc non est in
» nos a partibus compromissum. Decanus vero perei-
» piet omnes redditus et proventus et jura decanatus
» sui, sicut percipiebat vel percipere poterat tempore
» litis mote, quoisque per dominum papam presens
» ordinatio fuerit confirmata. Si tamen cum arbitrari
» continget per cantorem Bituricensem et nos vel
» duos nostrum tenebitur emendare.

» Quod si per dominum papam non fuerit confirmata,
» negotium erit in eodem statu in quo erat ante com-
» promissionem factam.

» Nos vero ordinamus et utriusque parti per juramen-
» tum injungimus, ut infra Resurrectionem Domini suf-
» ficienter mittant pro confirmatione petenda et obti-
» nenda a domino papa et quod non impedit capitulo
» vel aliquis de capitulo quominus dicta ordinatio
» confirmetur. Sed capitulo procuret eam confirmari
» quamcito commode potuerit cum expensa ecclesie,
» ita quod decanus non tenebitur propter hoc ad aliquas
» expensas, nisi secundum quod unus de capitulo. Nos
» vero, cantor Bituricensis, in quem, cum dictis archi-
» diacono et priore, fuit a predictis decano et capitulo
» compromissum, dictam ordinationem ratam habe-
» nius, prout superius est expressa et sigillum nostrum
» cum sigillis dictorum archidiaconi et prioris pre-
» sentibus litteris duximus apponendum. Actum anno
» Domini M^{CC}LIII^o, mense novembris. »

» Et sciendum quod dicti archidiaconus et prior de
» assensu nostro dictum arbitrium pertulerunt. Dat. ut
» supra.

» Quocirca sanctitati vestre nos Johannes decanus et

» capitulo Bituricensia humiliter supplicamus quatinus ordinationem hujusmodi pie ac provide pactam, » cum per eam tam cultui divino quam etiam paci et tranquillitati nostre ecclesie sit provisum, si placet, dignemini confirmare. Non obstante juramento quondam prestito de observanda predicta constitutione facta decanatu vacante super jure decanatus ejusdem, nos a predicto juramento penitus absolventes, cum illa ordinatio facta decanatu vacante cum ista ultima sine perjurio non valeat observari. Dat. et sigillis nostris sigillatum, anno Domini M CC^oLIII^o mense martio. Dominus Ihesus Christus suo sancte ecclesie diu sa- num et incolumen vos conservet. »

Nulli, etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, V kalendas julii, anno primo. »

5-16

Naples, 30 avril 1255.

Archidiacono Transligerensi et officiali Andegavensi mandat, quatinus infra duos menses convocatis episcopo Nannetensi et comite Britanniae, instruant contestationes inter dictas partes existentes, in praesentibus litteris insertas, et negotium sufficienter instructum ad examen Sedis apostolicae remittant. (REG. 24, c. 451^o, f. 64^v.)

« ... archidiarono Transligerensi, et ..., officiali Andegavensi. Ex parte venerabilis fratris nostri ..., episcopi Nannettensis, fuit propositum coram nobis, quod cum inter ipsum ex parte una et quondam P. et I. natum ejus comites Brittanie super jure percipiendi regalia Nannetensis ecclesie, ipsius sede vacante, ac diversis aliis articulis, ex altera, coram bone memorie O. Portuensi episcopo, super hoc partibus auditore concessu, quo verteretur, idem auditor cognitis ejusdem cause meritis et juris ordine observato, certam diffinitivam sententiam protulit inter partes. Et quia de quodam articulo, scilicet de Turre nova, dubietas habebatur, felicis recordationis I. pape predecessori nostro super hoc proferendam sententiam reservavit : exprimens nichilominus in sua sententia memorata, quod salvum esset predicto episcopo, si contra eundem I. comitem vellet aliter experiri super eo quod idem comes non posset homines ecclesie prefate ducere vel in exercitu trahere extra diocesim Nannensem, ac etiam si homines ipsi de dampnis sibi a comite ipso illatis contra eum vellent agere, vel dictus episcopus pro eisdem. Sed postmodum idem comes graves injurias et violencias hominibus ipsius ecclesie intulit, illos talliando de novo et alias pro sue voluntatis arbitrio agravando in ipsorum episcopi et Nannetensis ecclesie non modicum

prejudicium et gravamen. Et licet idem comes, auctoritate litterarum predecessoris ejusdem, per dilectos filios .., abbatem, et ... priorem Albe Coronae pereemptorie citatus fuerit, ut eidem episcopo Nannetensi super predictis omnibus et aliis questionibus, quas contra eundem comitem in se habere proponit apud Sedem apostolicam facturus et recepturus super hiis, quod ordo rationis dictaret, per se vel per procuratorem idoneum certo termino compareret, dictus tamen comes quemvis pro quibusdam negotiis suis ad Sedem apostolicam munium duxerit destinandum pro premissis et aliis questionibus, quas adversus eum dictus episcopus habet, nullum nuncium destinavit per XX dies post prefixum ei a predicto predecessore terminum et amplius expectatus. Quare idem episcopus nobis humiliter supplicavit, ut, cum prefatus comes ipsum et ecclesiam ipsam multiplie vexatione fatiget, suis et ejusdem ecclesie pressuris et angustiis paterno compatientes affectu, providere super hiis paterna sollicitudine curaremus. Quocirea mandamus quatinus, partibus convocatis infra duos menses post receptionem presentium, faciat super singulis articulis in libello contentis inserto presentibus litteris coram nobis legitime contestari, et recepto ab eisdem callumpnie juramento ac in negotio appellatione remota ratione] presentium procedentes, ipsum infra aliorum sex mensium spaciū sufficienter instructum ad examen Sedis apostolice remittatis : injuncto nichilominus partibus ipsis, ut infra idem spaciū, quod pro peremptorio termino prefigatis eisdem, per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, justam, dante Domino, sententiam receptione. Quod si forsitan propter ejusdem comitis cavillationes et diffugia infra dictos duos menses super prefatis articulis vel eorum aliquibus lis non fuerit contestata, vos extunc super ipsis ad testium et aliarum probationum receptionem de plano et absque judicij strepitu auctoritate nostra procedere ac negotium ipsum infra dictorum sex mensium spaciū ad examen apostolicum remittere procuretis : injungentes prefatis partibus, ut infra eosdem sex menses nostro se conspectui representent. Nolumus autem quod per hujusmodi probationum et testium receptionem prefato comiti super illis articulis super quibus coram nobis legitime ostendere poterit litis contestationem fieri non debere, super quo ei, si voluerit, audientiam exhibere curabimus, aliquod prejudicium generetur. Testes etc. Tenor autem ipsius libelli talis est :

« Dieit episcopus Nannetensis, quod licet .., comiti Britannie, non sit jus dñeendi homines ecclesie Nannetensis in exercitum suum ultra fines diocesis Nan-

» netensis, nec etiam infra nisi de mandato episcopi
 » Nannetensis, nec sit etiam jus eidem comiti violenter
 » intrandi terram ecclesie Nannetensis ad capiendum
 » nampna seu pignora dictorum hominum ratione
 » emende pro defectu exercitus sui; immo si dicti ho-
 » mines submoniti ab episcopo seu mandato suo non
 » iverint in exercitum et juvaverint comitem infra ter-
 » minos diocesis Nannetensis, emenda est episcopi vel
 » capituli ab hominibus suis si eam levare voluerint;
 » nobilis tamen vir Johannes, comes Britanie, extorsit
 » vel extorqueri fecit per satellites suos in prejudicium
 » et gravamen et injuriam dicti episcopi et ecclesie sue
 » mille libras Turonenses ab hominibus ecclesie Nan-
 » netensis occasione emende pro defectu exercitus sui,
 » ut dicebat, quem fecit circa festum Nativitatem
 » Beati Johannis Baptiste proxime preteritum, quam-
 » vis dicti homines secuti fuissent exercitum ejusdem
 » comitis usque ad fines diocesis Nannetensis, ultra
 » quos ire nullatenus tenebantur. — Unde petit idem
 » episcopus Nannetensis, quod comes Britannie non
 » compellat homines ecclesie Nannetensis sequi exer-
 » citum suum ultra fines sive terminos diocesis Nan-
 » tensis et quod non intret terram ecclesie Nanneten-
 » sis ad capiendum nampna seu pignora dictorum
 » hominum ratione emende pro defectu exercitus, si
 » exercitum suum secuti non fuerint. Petit etiam eidem
 » comiti vel procuratori suo ex officio vestro firmiter
 » inhiberi, ne deinceps talia faciat. cum non sit ei jus
 » talia faciendi. Et quod non sit jus comitis Brittanie
 » talia faciendi, et quod ad ipsum predicta non perti-
 » neant, petit per sententiam declarari. Petit etiam
 » idem episcopus sibi satisfieri de injuria sibi et eccl-
 » sie sue illata, eo quod satellites ejusdem comitis, de
 » mandato ipsius vel eo ratum habente, terram epis-
 » copi et ecclesie Nannetensis violenter intraverunt
 » depredando homines et quosdam carceri mancipando,
 » quam injuriam nollet sustinuisse pro mille libris
 » turonensium et ultra : in quibus petit dictum comi-
 » tem per vos eidem episcopo sententialiter condemp-
 » nari. Petit etiam dictas mille libras per dictum comi-
 » tem vel satellites suos a dictis hominibus suis extortas
 » sibi tamquam procuratori dictorum hominum vel
 » dictis hominibus a dicto comite restitui, sive reddi,
 » et de dampnis satisfieri, que propter hoc dicti homi-
 » nes incurserunt, que extimat ad summam centum
 » marcarum argenti.

» Proponit etiam idem episcopus Nannetensis contra
 » eundem comitem, quod cum ecclesia Nannetensis
 » esset in possessione vel quasi homagii facti sibi a
 » dominis castri Clicii pro ipso castro, dictus comes ex

» insperato obsidens castrum ipsum compulit Olive-
 » rum dominum dicti castri quod faceret sibi homa-
 » gium et juraret sibi fidelitatem de dicto castro, in
 » ejusdem ecclesie Nannetensis non modicum preju-
 » dicium et gravamen. Quare petit ecclesiani Nanne-
 » tensem reponi et reduci in statum pristinum in quo
 » erat quando dictus comes dictum castrum obsedit, et
 » quod factum est de dictis homagio et juramento revo-
 » cari et irritum nunciari. Item dicit idem episcopus
 » contra dictum comitem, quod cum idem comes qua-
 » dam die dominica circa Nativitatem beate Marie
 » Virginis dictum castrum Clicii obsedisset, eadem die
 » dominica quidam serviens ejusdem comitis, qui vo-
 » catur Ilerveus Gratemet, injunxit ex parte comitis,
 » ut asserebat, quidam clero custodienti domos epis-
 » copales sitas in civitate Nannetensi, ut submoneret
 » homines ecclesie Nannetensis ut irent in exercitu
 » comitis apud dictum castrum Clicii. Clerico autem
 » respondentem quod non ad ipsum vel ejus officium, sed
 » potius ad episcopum vel senescalcum suum hujus-
 » modi citatio pertinebat, idem serviens bannivit in
 » magnum prejudicium et injuriam ecclesie et episcopi
 » Nannetensem in terra ecclesie sita in civitate Nan-
 » netensi quod omnes irent in exercitum comitis ad
 » castrum Clicii : alioquin quicumque remaneret, sus-
 » penderetur, licet dicto comiti vel servientibus suis
 » nomine ipsius non sit jus faciendi aliquod bannum
 » vel statutum in civitate Nannetensi sine consensu
 » episcopi Nannetensis; dicti autem homines territi
 » iverunt in exercitum ad dictum castrum Clicii, fuit
 » autem ibidem exercitus in obsidione dicti castri dicta
 » die dominica, et die Lune, et die Martis infra horam
 » primam composuerunt comes et dominus Clicii ;
 » facta autem hujusmodi compositione, reversus est
 » comes, relicitis custodibus suis in dicto castro Clicii,
 » et statim misit satellites suos in prejudicium et gra-
 » vamen et injuriam episcopi Nannetensis per terram
 » ecclesie Nannetensis sitam extra civitatem, per quos
 » extorsit vel extorqueri fecit mille libras turonensium
 » et ultra, depredando terram ecclesie, boves, et oves,
 » et vaccas, de quibus pauperes mulieres et earum par-
 » vuli sustentari consueverant, distrahendo ; pauperes
 » etiam impotentes solvere talliam a satellitebus co-
 » mitis sibi impositam carceri mancipando. Quosdam
 » etiam homines episcopi et vassallorum ejusdem, qui
 » nunquam iverunt in exercitum comitis, nec ire
 » tenentur, talliavit vel talliari fecit, licet non haberet
 » jus hoc faciendi. Unde accidit quod homines ecclesie,
 » terram ecclesie relinquentes, ad aliena dominia con-
 » fugerunt, et terra a pristinis halitatoribus derelicta

» quasi in solitudinem est conversa, et episcopus pri-
 » vatur decimis et redditibus consuetis, licet dicti
 » homines per episcopum vel senescalum suum citati
 » non fuissent ut irent in exercitum comitis memorati,
 » nec dicti episcopus et senescalus suus fuissent super
 » hoc requisiti, nec dictus comes habeat jus talia
 » faciendi. — Unde petit idem episcopus bannum quod
 » factum est Nannetis per dictum Herveum Gratemet
 » servientem comitis debanniri et quicquid secutum
 » est ex eo vel ob id cassum, vanum et utile reputari.
 » cum de jure stare non possit, cum nec bannum nec
 » statutum possit fieri in civitate Nannetensi sine con-
 » sensu episcopi Nannetensis. Petit etiam idem epis-
 » copus quod comes non compellat homines suos vel
 » vassallorum suorum, quo sic nunquam iverunt in
 » exercitum comitis, ire in exercitum suum, nec ab eis
 » aliquid extorquat vel extorqueri faciat si in exercitum
 » suum non iverunt. Et quod eidem comiti non sit jus
 » talia faciendi, et quod ad dictum comitem predictam
 » non pertineant, petit per sententiam declarari. ac
 » eidem comiti vel procuratori suo ex officio vestro
 » firmiter inhiberi, quod de cetero talia non presumat.
 » Petit etiam idem episcopus sibi satisficeri de dampnis
 » et injuriis sibi et ecclesie sue illatis, eo quod satel-
 » lites ejusdem comitis, de mandato ipsius vel eo ratum
 » habente, terram ecclesie et episcopi Nannetensium
 » violenter intraverunt, depredando homines et quo-
 » dam carceri mancipando, quam injuriam nolle sustinuisse
 » tinuisse pro mille libris turonensium et ultra, in
 » quibus petit dictum comitem per vos eidem episcopo
 » sententialiter condempnari. Petit etiam dictas mille
 » libras per dictum comitem vel satellites suos a dictis
 » hominibus suis extortas, sibi tamquam procuratori
 » dicatorum hominum vel dictis hominibus reddi sive
 » restitui a comite supradicto et dampnis satisficeri que
 » propter hoc dicti homines incurserunt, que extimat
 » ad summam centum marcarum argenti.

» Item dicit idem episcopus contra prefatum comitem,
 » quod, licet eidem comiti Britannie non sit jus vio-
 » lenter intrandi terram ecclesie Nannetensis vel mit-
 » tendi servientes suos in terram predictam ad aliquid
 » capiendum. Herveus tunen Gratemet et quidam alii
 » servientes ejusdem comitis violenter intraverunt ter-
 » ram ecclesie Nannetensis, de mandato ipsius comitis
 » vel eo ratum habente, et cuperunt boves, et equos, et
 » quadrigas quos invenerunt in dicta terra ad duecen-
 » dum machinas ejusdem comitis in exercitum suum,
 » quam fecerat apud Hyheric in prejudicium et gra-
 » vamen et injuriam episcopi et ecclesie Nanneten-
 » sium. — Unde petit idem episcopus Nannetensis

» quod comes Britannie vel servientes sni violenter
 » non intrent terram episcopi et ecclesie Nannetensium
 » ad capiendum aliquid in eadem. Petit etiam eidem
 » comiti vel procuratori suo ex officio vestro firmiter
 » inhiberi, ne deinceps talia faciat cum non sit ei jus
 » talia faciendi, et quod non sit jus comiti Britannie
 » talia faciendi, et quod ad eundem comitem predictam non
 » pertineant, petit per sententiam declarari. Petit etiam
 » idem episcopus sibi satisficeri a comite memorato de
 » injuria sibi et ecclesie sue illatis, eo quod servientes
 » ejusdem comitis, de mandato ipsius vel eo ratum
 » habente, terram episcopi et ecclesie Nannetensium
 » violenter intraverunt ad capiendum boves, equos et
 » quadrigas ad ducentum machinas ejusdem comitis
 » in exercitum suum, quam injuriam nolle sustinuisse
 » idem episcopus pro centum libris turonensium. in
 » quas petit predictum comitem sibi sententialiter
 » condempnari. Petit etiam dampni, ut supradictum
 » est, que dicti homines propter hoc incurserunt, que
 » extimat quinquaginta libras turonensium.

» Dicit etiam idem episcopus contra eundem comitem,
 » quod, cum ecclesia Nannetensis in possessione vel
 » quasi fuerit habendi harellem de hominibus comitis
 » Britannie, idem comes, super hoc requisitus, dictam
 » harellem episcopo Nannetensi reddere denegavit, sic
 » spolians ecclesiam Nannensem possessione vel quasi
 » dicte harelle in prejudicium et gravamen dicatorum
 » episcopi et ecclesie Nannetensium. — Quare petit
 » idem episcopus se et ecclesiam suam restituiri ad pos-
 » sessionem vel quasi dicte harelle, et hoc petit cum
 » dampnis et interesse que extimat centum marcas
 » argenti, in quas petit dictum comitem condempnari.
 » Item dicit idem episcopus contra eundem comitem
 » quod licet comiti Britannie non sit jus, ecclesia Nan-
 » netensi vacante, imponendi vel faciendi imponi tal-
 » lias, aut munera, seu exactiones quocumque nomine
 » censeantur hominibus ejusdem ecclesie, prout in
 » sententia a bone memorie O. Portuensi episcopo,
 » de mandato speciali domini pape lata, est apertius
 » declaratum, nobilis tamen vir Johannes comes Bri-
 » tannie in vacatione Nannetensis ecclesie post trans-
 » lationem Roberti Nannetensis episcopi ad ecclesiam
 » Jerosolitanam, talliavit vel talliari fecit homines
 » ejusdem ecclesie, et ab eisdem extorsit vel extorqueri
 » fecit mille quingentas libras currentis monete in pre-
 » judicium et gravamen et injuriam predictorum epis-
 » copi et ecclesie Nannetensium. Unde petit idem epis-
 » copus dictas mille quingentas libras per dictum
 » comitem vel satellites suos, a dictis hominibus suis
 » extortas, sibi tamquam procuratori dicatorum homi-

» num vel dictis hominibus reddi sive restitui a dicto
 » comite et de dampnis sibi satisfieri, que propter hoc
 » dicti homines incurrerunt. Et postmodum idem co-
 » mes, citatus ad exercitum regis Francie, fecit submo-
 » neri homines Nannetenses, ut irent iidem homines
 » in exercitum suum: et licet iidem homines ivis-
 » sent usque ad fines diocesis Nannetensis ultra quos
 » ire nullatenus tenentur, nec eidem comiti sit jus du-
 » cendi homines episcopi vel ecclesie Nannetensium
 » ultra fines dicte dioecesis, prefatus tamen comes tal-
 » liando dictos homines, eo quod exercitum suum ultra
 » dictos fines secuti non fuerant, quingentas libras
 » currentis monete extorsit vel extorquere fecit ab eis-
 » dem in prejudicium et gravamen dictorum episcopi
 » et ecclesie Nannetensium. — Unde petit episcopus
 » Nannetensis, quod comes Britannie non compellat
 » homines episcopi vel ecclesie Nannetensium sequi
 » exercitum suum ultra fines diocesis Nannetensis nec
 » imponat vel imponi faciat tallias aliquas super dictos
 » homines, vel aliquid ab eisdem extorquat vel extor-
 » queri faciat, licet dicti homines exercitum ejusdem
 » comitis ultra fines Nannetensis dioecesis non sequan-
 » tur. Petit etiam eidem comiti vel ejus procuratori ex
 » officio vestro firmiter inhiberi, ne de cetero talia at-
 » temptare presumat; et quod ad eundem comitem pre-
 » dicta non pertineant, et quod non sit ei jus talia
 » faciendi, petit per sententiam declarari. Petit etiam
 » dictas quingentas libras per dictum comitem vel sa-
 » tellites suos a dictis hominibus extortis (*sic!*) sibi
 » tamquam procuratori dictorum hominum vel dictis
 » hominibus reddi seu restitui et de injuria sibi satis-
 » fieri, quam estimat centum libras turonensem et de
 » dampnis que propter hoc dicti homines incurrerunt
 » sibi satisfieri, que estimat centum libras turonen-
 » sium, in quas petit dictum comitem sibi sententialiter
 » condempnari.

» Dicit etiam idem episcopus contra eundem comi-
 » tem, quod enim comitis Britannie non sit jus occu-
 » pandi seu saesiendi vel faciendi saesiri regalia sive
 » manerium aliquod episcopi Nannetensis vel aliquam
 » partem regalium, vivente episcopo, immo quia dictus
 » comes regalia ejusdem episcopi temeritate propria
 » diu detinuerat occupata, felicis recordationis I. papa
 » predecessor noster inhibuerit eidem comiti, ut, vi-
 » vente episcopo Nannetensi, ejus regalia occuparet:
 » alioquin ipsum comitem ipso facto excommunicationis
 » sententia innodabat: dictus tamen comes, spretis in-
 » hibitione et excommunicatione predictis, manerium
 » quoddam ejusdem episcopi Nannetensis, quod voca-
 » tur Pellam, occupavit in ejusdem episcopi prejudi-

» cium et injuriam et gravamen. — Unde petit idem
 » episcopus, quod dictus comes non occupet, seu occu-
 » pari faciat, vel saesiat seu faciat saesiri regalia vel
 » manerium aliquod, vel partem regalium episcopi
 » Nannetensis, ipso vivente. Petit etiam eidem comiti
 » vel procuratori suo ex officio vestro firmiter inhiberi,
 » ne de cetero talia attemptare presumat; et quod ad
 » dictum comitem predicta non pertineant, et quod ei-
 » dem non sit jus talia faciendi. petit per sententiam
 » declarari. Petit etiam dampna idem episcopus sibi a
 » dicto comite illata, eo quod dictum manerium occu-
 » pavit seu occupari mandavit, que estimat centum
 » libras turonensem, in quas petit dictum comitem
 » sibi sententialiter condempnari. Petit etiam dictum
 » comitem denunciari excommunicatum et in canonem
 » late sententie incidisse, eo quod post inhibitionem et
 » excommunicationem predictas presumptione propria
 » dictum manerium, vivente Nannetensi episcopo, oe-
 » cupavit.

» Item dicit idem episcopus Nannetensis contra pre-
 » fatum comitem, quod Guido, quondam comes Britan-
 » nie, feci[t] doam sive fossatum in terra ecclesie Nan-
 » netensis et propter dictam doam faciendam sive
 » fossatum, destruxit virgultum episcopi Nannetensis,
 » et in recompensationem istius dampni, assignavit
 » episcopo Nannetensi in esmagio Nannetensi VII cur-
 » rentis monete libras annui redditus ab episcopo, qui
 » pro tempore Nannetis fuerit, percipiendas pacifice
 » et quiete. Prefatus autem comes Johannes et P. pa-
 » ter ejus in solutione dictarum septem librarium annui
 » redditus per XXXV annos et amplius cessaverunt in
 » prejudicium et gravamen et injuriam episcopi et ec-
 » clesie Nannetensium; et licet predicta doa et fossa-
 » tum et barbacane in eis constructe ad comitem P. et
 » postea ad comitem Johannem filium et heredem dicti
 » P. devenerint, idem tamen comes Johannes dictum
 » annum redditum episcopo Nannetensi reddere con-
 » tradicit. — Unde petit episcopus Nannetensis dictum
 » comitem Johannem compelli et sibi condempnari ad
 » reddendum dictas VII libras annui redditus sibi et
 » Nannetensibus episcopis, qui pro tempore fuerunt,
 » percipiendas pacifice annis singulis in esmagio Nan-
 » netensi: et ne episcopum Nannetensem, qui pro tem-
 » pore fuerit, annis singulis pro hujusmodi redditu
 » litigare oporteat et sic vexari laboribus et expensis,
 » petit ex officio vestro injungi firmiter eidem comiti
 » vel procuratori ipsius, ut annis singulis reddat epis-
 » copo Nannetensi redditum memoratum. Petit etiam
 » arreragia sive retroacti temporis pecunie summas et
 » dampna que sustinuit, occasione solutionis non facte,

» sibi reddi, que extimat ad valorem trecentarum libra-
» rum turoensium, in quas petit dictum comitem per
» vos sibi sententialiter condempnari.
» Dicit etiam idem episcopus Nannetensis contra
» dictum comitem, quod ipse comes nuper in flumine
» Ligeris juxta domum fratrum Predicatorum Nanne-
» tensium construxit seu construi fecit quedam mo-
» lentina, et unum dictorum molendinorum, quod est
» vicinus terre et domui dictorum fratrum, sicut est in
» fundo pertinente ad ecclesiam Nannetensem et ibi
» deni constructum a dicto comite in prejudicium ejus-
» dem ecclesie. — Unde petit idem episcopus dictum
» molendinum removeri vel sibi adjudicari. Petit etiam
» decimias aliorum molendinorum comiti sitorum juxta
» dictam domum fratrum Predicorum, cum non spe-
» cialiter ab aliquam parochialem ecclesiam pertineant
» a dicto comite sibi reddi et eundem comitem sibi ad
» hoc sententialiter condempnari. Petit etiam idem
» episcopus Nannetensis sibi satisfieri a prefato comite
» vel procuratore ejus de expensis, quas ipse episcopus
» fecit veniendo ad Curiam, morando ibi et litteras in
» hoc negotio impetrando, quas extimat ducentas mar-
» cas argenti; salvis etiam expensis usque in finem
» negotii faciendas et salvo jure addendi et omni juris
» beneficio. »
Dat. Neapoli, II kalendas maii, anno primo. »

547

Naples, 11 mai 1255.

Abbatissae et conventui monasterii de Herkenrode, Leo-
diensis diocesis, indulget, ut nulli de beneficiis ecclesiasticis
ad collationem eorum spectantibus, quae personis consueve-
runt secularibus assignari, eis invitatis valeat provideri. (REG. 24,
c. 452, f. 66.)

« .., abbatissae et conventui monasterii de Herkenrode, Cis-
terciensis ordinis, Leodiensis diocesis. Pacis vestre que-
rentes commodum et quietis, libenter ea vobis concedi-
mus per que materia summiota gravaminis status vestri
tranquillitas procuretur. Vestris itaque precibus incli-
nati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nulli
de beneficiis ecclesiasticis ad vestram collationem spec-
tantibus, que personis consueverunt secularibus assigna-
ri, vobis invitatis, valeat provideri nec vos ad provisio-
nem alicujus in hujusmodi beneficiis seu pensionibus
coartari possitis per apostolice Sedis vel legatorum ip-
sius litteras impetratas, per quas non sit jus alicui ac-
quisitum, seu etiam impetrandas, nisi ejusdem Sedis
littere impetrande plenam et expressam de verbo ad
verbum de hac indulgentia et vestro ordine fecerint

mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat.
Neapoli, II idus maii, anno primo. »

548

Naples, 11 mai 1255.

Canonice ecclesiae b. Mariae de Finesheved, Lincolniensis
diocesis, propter paupertatem eorum, propriis usibus concedit,
portione competenti vicario tamen reservata, ecclesiam s. Tri-
nitatis de Blathwyc in qua jus patronatus habebant et cuius
proventus octo marcas sterlingorum annis singulis vix exce-
dunt. (REG. 24, c. 453, f. 66.)

« .., priori et canonice ecclesie beate Marie de Fineshe-
ved, ordinis sancti Augustini, Lincolniensis diocesis. Sin-
cere devotionis affectus —. Dat. Neapoli, V idus maii,
anno primo. »

549

Naples, 11 mai 1255.

S. Trinitatis de Gypewico et de Walestone prioribus, Norwi-
censis diocesis, mandat quatinus canonicos supradictos in ip-
sius ecclesiae possessionem inducant et defendant inductos.
(REG. 24, c. 453², f. 66.)

« .., sancte Trinitatis de Gypewico. et ... de Walestone
prioribus, Norwicensis diocesis. Sincere devotionis aflec-
tus —. Dat. ut supra. »

550Naples, 1^{er} juin 1255.

Cantori ecclesiae s. Severini Burdegalensis mandat, ut Ar-
naldum de Triolis canonicum Mantuanum in possessionem
praebendae Xanthonensis quamcito vacaverit inducat, juxta
compositionem et ordinationem G. s. Eustachii diaconi cardi-
nalis inter magistrum Rostandum subdiaconum et dictum Ar-
naldum habitam. (REG. 24, c. 454, f. 66.)

« .., cantori ecclesie sancti Severini Burdegalensis. Cum
dilecto filio Arnaldo de Triolis, canonico Mantuano, et
dilecto filio magistro Rostando, subdiacono et capellano
nostro, super canonicatu et prebenda quos venerabilis
frater noster Robertus de Blavia, Engolismensis epis-
copus, tunc Xanthonensis ecclesie canonicus, ante pro-
motionem suam ibidem obtinuit, jus auctoritate littera-
rum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri
contendentibus se habere, nos volentes tam dicti Ar-
naldi quam dicti magistri Rostandi parcere laboribus
et expensis, dilecto filio nostro G. sancti Eustachii dia-
cono cardinali viva voce commisimus, ut componeret,
ordinaret, provideret, statueret et diffiniret inter ipsos,

prout expedire videretur eidem; propter quod omni jure quod ipsi Arnaldo in dictis canonicatu et prebenda ac fructibus competit hujusmodi commissionis auctoritate translatis. ordinavit et statuit quod medietatem omnium fructuum ipsius prebenide tam perceptorum quam etiam percipiendorum tamdiu percipiat pacifice et quiete. donec in ecclesia ipsa prebendam integrum obtinebit. Contulit preterea ipsi A. seu procuratori suo ejus nomine canonicatum ipsius ecclesie ac stallum in choro et locum in capitulo neenon prebendam si qua vacaverit ibidem : alioquin proximo vacaturam ipsi Ar. conferendam auctoritate commissionis hujusmodi reservavit. decernens irritum et inane quicquid contra hec contingere attemptari. Non obstante qualibet contraria consuetudine ipsius ecclesie vel statuto de certo canonicorum numero, juramento , confirmatione Sedis apostolice vel alia qualibet firmatione vallato, prout in litteris inde confectis et ipsius cardinalis sigillo munitis plenus vidimus contineri. Nos igitur ejusdem canonici supplicationibus inclinati, quod in haec parte per dictum cardinalem factum est, ratum et gratum habentes, per nostras litteras duximus confirmandum. Quocirca mandamus quatinus dictum Ar. in possessionem prebende supradicte si vacat ibidem ad presens per te vel per alium inducas et defendas inductum. Alioquin prebendam ibidem proximo vacaturam ei auctoritate nostra conferas eique facias de ipsius proventibus ac aliis supradictis in scolis integre responderi ac recipi eum exnunc in ecclesia supradicta in canonicum et in fratrem. stallum sibi in choro et locum in capitulo assignando ac faciendo eum tanquam ejusdem ecclesie canonicum pertractari. Non obstante si super provisione sua idem predecessor direxit alibi scripta sua, vel si eadem Xanthonensis ecclesia ad mandatum apostolicum super aliorum sit provisionibus aggravata, vel quod ipse A. ibidem annualem residentiam juxta ipsius consuetudinem non fecit, vel si loci diocesanus dari deberet in ipsius A. provisionis litteris executor, vel oporteret haberi de ipsius episcopi nomine mentionem seu quod ipse A. presens non est ad prestandum de observandis statutis ejusdem ecclesie jus jurandum juxta ipsius ecclesie consuetudinem et statuta vel si personis ejusdem ecclesie a Sede apostolica sit indulsum quod excommunicari. suspendi vel interdicti seu ad receptionem vel provisionem alienus compelli aut extra vel ultra certum locum ad judicium evocari non possint, sive quod alias cuiquam de canonicatu et prebenda ejusdem ecclesie providere nequeat per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ae de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, seu

qualibet apostolica indulgentia per quam id impediri valeat vel differri, sive si idem A. in diversis ecclesiis super provi[si]one sua felicis recordationis I. pape predecessoris nostri litteras presentarit, per quas huic provisioni nolumus prejudicium generari. Dat. Neapoli, kalendis junii, anno primo. »

551

Naples, 23 décembre 1254.

Magistro Marino, Capuano electo, reservat omnia beneficia quae habebat ante promotionem istam. (Reg. 24, c. 455, f. 66v.)

« *Magistro Marino, Capuano electo.* Clara probitatis tue merita tuaque laudabilis apud apostolicam Sedem conversatio et longa placidaque familiaritas, ex quibus te nobis et fratribus nostris exhibuisti gratum multipliciter et acceptum, instanter exposcunt, ut personam tuam scientia utique ac moribus predictam et precipuis attollamus favoribus et gratiis potioribus honoremus. Decet namque ut, quia circa nos et Romanam Ecclesiam studiosis claruisti servitiis, sic te specialibus efferre beneficiis studeamus, ut ex hoc appareat evidenter quod tue nequaquam esse possumus immemores bonitatis, sed intendamus firmiter inter ceteros ecclesiastiarum prelatos te semper in nostris gerere visceribus predilectum. Hinc est quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster ecclesie Capuane diutius presulis destitute solatio, que inter alias regni Sicilie dignitate ac nobilitate resulget, te tunc predicte Ecclesie Romane vicecancellarium de apostolice plenitudine protestatis, habitu fratrum nostrorum consilio, in archiepiscopum prefecerit et pastorem. Quia eo amplioris gratie preferendus es munere quo celsioris virtute laudabiliter inveniris, nos volentes ob id personam tuam singulari quasi honorificentia honorare, omnia beneficia et prebendas ac centum marcas argenti de thesaurarie Saresbiriensis, neenon et alios totidem marcarum redditus de ecclesie Delmensis diocesis Elyensis provenientibus tibi debitos, donec in beneficiis usque ad certam marcharum argenti summam in regno Anglie tibi pro visum extiterit, prout in ordinationibus super hiis factis et auctoritate apostolica confirmatis plenus continetur, que ante hujusmodi tuam promotionem habebas, tibi ad instar dicti predecessoris auctoritate apostolica plenarie reservamus: ita quod ea omnia simul cum ecclesia Capuana libere ac licenter retineas, ipsorumque fructus, redditus et proventus neenon et omnia que tibi eorum ratione antea competebant, integre percipias sicut prius. Non obstante constitutione concilii gene-

ralis et quibuscumque consuetudinibus vel statutis contrariis, iuramento, confirmatione apostolica, seu qualibet frumento alia roratis; et indulgentia Sedis apostolicae, qui forte An. licis vel aliis est concessum, ut si quis Italicus vel Sedis ejusdem officialis promoveatur ad aliam prelaturam, beneficia ipsius prius ab ipso in terra illorum habita libere aliis tanquam vacantia per eos ad quos beneficiorum ipsorum spectat donatio conferantur; et quibuslibet aliis apostolicis indulgentiis quibuscumque personis vel locis generaliter vel specialiter concessis, per quas hujusmodi nostra gratia vel res crux posset quomodolibet impediri, etiam si de ipsis et earum tenore de verbo ad verbum vel de personarum seu locorum aliquorum nominibus plenam et expressam fieri oporteat in presentibus mentionem; et, ut liberum atque plenum absque ullo ostaculo de hac nostra reservatione consequaris effectum, decernimus ad instar predecessoris ejusdem penitus irritum et inane quicquid contra eam super premissis beneficiis, prebendas, fructibus et proventibus ac redditibus ducentarum marcarum per quoscumque fuerit attemptatum. Nulli etc. nosre reservationis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas januarii, anno primo. »

552

Naples, 23 décembre 1254.

Episcopo Wigorniensi mandat, quatinus eundem electum super praemissis nullatenus molestari permittens, predicta beneficia, prebendas, annuos redditus ducentarum marcarum ministrari ac exhiberi ei vel procuratori ejus juxta earumdem reservationis et constitutionis tenorem predictarum plene ac integre facere non omittat. (REG. 24, c. 455², f. 66.)

« ... episcopo Wigornensi. Clara etc. usque : attemptatum —. Dat. ut supra. »

553

Naples, 27 mai 1255.

[Lupo], episcopo Marrochitano, committit, dispenset cum Blanca comitissa monasterii Maitellae Cisterciensis ordinis Pampillonensis diocesis, ut non obstante defectu natalium quem patiatur de clarae memoriae Sancio rege Navarrae soluto genita et soluta, abbatiam ipsius coenobii licite retinere possit. (REG. 24, c. 456, f. 66v.)

« ... episcopo Marrochitano. Virtutum merita numerare —. Dat. Neapoli, VI kalendas junii, anno primo. »

554

Naples, 25 mai 1255.

Conventui monasterii Casensis Pennensis diocesis, indulgence apostolicae Sedis nuncii seu vicarii etc., sive quicunque alii quocumque nomine censeantur, procuraciones pecuniaris seu alia subsidia ab ipsis vel a dominis ipsorum exigere vel extor juere praesumant, nisi de monasterio et toto tenore hujusmodi indulgentiae de verbo ad verbum in apostolicis litteris mentio habeatur. (REG. 24, c. 457, f. 66v.)

« ... abbati et conventui monasterii Casensis. Cisterciensis ordinis. Pennensis diocesis. Volentes vos et —. Dat. Neapoli, VIII kalendas junii, anno primo. »

555

Naples, 28 mai 1255.

Angelum ex ordine Praedicatorum archiepiscopum Cretensem ad Gradensem patriarchalem sedem transfert uniuersitate capitolo Gradensi commendat. (REG. 24, c. 458, f. 67; POTTHAST 15890.)

« Capitulo Gradensi. Debitum officii nostri requirit ut inter sollicitudines etc. usque : suscipiant incrementum. Sane Gradensis ecclesia dudum pastoris solatio destituta, vos, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa convenientes in unum deum in dilectos filios Jacobum Beligaum archidiaconum, B. presbyterum et L. Smuteculum concanonicos vestros providendi dicte ecclesie de pastore idoneo per electionem canonicam vel postulationem concordem potestatem unanimiter contulitis, promittentes illi in patriarcham vestrum recipere : de quo dicti tres ipsi ecclesie taliter providerent qui pari voto et unanimi voluntate dilectum filium fratrem Angelum ordinis Predicorum electum Gradensem, tunc Cretensem archiepiscopum, virum utique probate vite, conversationis honeste et religione conspicuum in pastorem prefatae ecclesie postularunt. Propter quod vos dilectos filios Marcum et Symonem concanonicos et procuratores vestros ad nostram presentiam destinastis, qui nobis postulationem hujusmodi presentantes petierunt humiliter ut illam admittere de benignitate apostolica curaremus. Nos autem deliberatione super premissis cum fratribus nostris habita diligent, postulationem ipsam, quia eam invenimus de persona idonea unanimiter celebratam, de fratrum eorumdem consilio duximus admittendam, absolventes eum a vinculo quo Cretensi tenebatur ecclesie et ad dictam Gradensem ecclesiam transferentes, sibi transeundi ad illam licentiam tribuendo, firma spe fiduciaque concepta quod sue diligentie studio per quam prefata Cretensis

multiplex suscepisse cernitur incrementum supradic-tam Gradensem ecclesiam in spiritualibus et tempora-libus auctore Domino laudabiliter augmentabit. Ideo-que universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus electum ipsum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes. obedientiam sibi et reverentiam debitam impendatis, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam etc. usque : observari. Dat. Neapoli, V kalendas junii, anno primo. »

In e. m. suffraganeis Gradensis ecclesie.

In e. m. populo civitatis et diocesis Gradensium usque : suscipientes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliiter in-tendatis. Dat. ut supra.

In e. m. nobili viro Raynero Zeni, duci Venetorum, usque : ideoque nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quati-nus electum ipsum ob reverentiam apostolice Sedis et nostram benigne recipientes, sibi in recuperandis et manutenendis juri-bus predice ecclesie oportunum impendas auxilium et favo-rem, ita quod devotionem tuam dignis exinde in Domino lau-dibus merito commendemus. Dat. ut supra.

556

Naples, 10 mai 1255.

Stephano dicto Fabro, clero Vapincensi, confirmat decimas de Monte Alquerio et de Columbiz, diocesis Vapincensis, ab R. episcopo et capitulo ejusdem ecclesiae concessas anno Do-minii MCCXXXVII die lunae ante Ramos Palmarum. (REO. 24, c. 459, f. 67.)

« Stephano dicto Fabro, clero Vapincensi. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Hinc est quod, cum sicut oblata tua petitio continebat, venerabilis frater noster .., episcopus et dilecti filii capitulum Vapincen-ses, attendantes grata servitia que ipsis olim devote ae-fideliter impendisti, decimas de Monte Aquerio et de Columbiz, diocesis Vapincensis, prout ad eos spectab-ant, tibi in perpetuum concesserunt, sicut in litteris confectis exinde sigillo ipsius episcopi consignatis quo-rum tenorem presentibus inseri facimus plenius conti-netur. Tuis itaque supplicationibus inclinati, quod per eosdem episcopum et capitulo provide factum est ra-tum et gratum habentes, id auctoritate apostolica con-firmamus etc. usque : communimus. Tenor autem lit-te-rarum ipsarum talis est :

Gap, lundi 22 mars 1238.

« R., divina miseratione Vapincensis episcopus et dominus et ejusdem ecclesie capitulo universum, omnibus presentem paginam inspecturis in vero

ALEXANDRE IV, t. I.

» salutari salutem. Noveritis quod anno Domini » MCCXXXVII, die lune ante Ramos Palmarum, nos » de communi consensu et voluntate donavimus, tra- » didimus et concessimus Stephano Fabro clero in » beneficio personali fenda nostra de Monte Alquerio » et de Columbiz, scilicet decimas bladi et vini et tha- » chas que vel quas habemus in supradictorum locorum » territoriis vel percipimus seu de jure percipere debe- » mus, exceptis decimis de Crestaia de hoc quod con- » sules Vapincenses ibi tenent, possident vel quasi pos- » sident et G. de Valle serris, et excepto deves consulum » predictorum sub hoc censu videlicet quod dictus » Stephanus debet annuatim facere dicto capitulo X et » VII modia bladi et V modia et VIII sextaria vini, de » quibus debet accipere sacrista Vapincensis ratione » sacristicie unum modium bladi de territorio de Colum- » biz et VIII sextaria vini ejusdem territorii. Item pro- » misit nobis dictus Stephanus bona fidè dictum bla- » dum et vinum reddere de blado et vino que in » supradictis locis perciperet. Verum tamen si aliquo » easu continget quod blada et vinee per tempesta- » tem vel talam essent devastata vel devastate essent, » in arbitrio alioquorum bonorum virorum qui scirent » territoria nominata et secundum quod cognoscerent » quod valerent minus feuda pro prenominatis casibus, » diminueretur de censu superius nominato. Servitia » vero que supradictum capitulum in prenominatis » feidis perecipit, debet dictus S. colligere bona fide et » omnia reddere prenominato capitulo, retinendo sibi » pro labore suo decimum denarium et deslavismes » tertium decimum denarium, et hec omnia supradicta » firma tenere et se contra non venire prenominatus » S. tactis sanctis Evangelii corporaliter juravit. » Dando insuper fidejussores ad predicta attendenda » Ja. Sardangna, Gui. Fabrum, G. Lobo. Actum in ci- » vitate Vapinci infra claustrum in camera picta cum » furnello in presentia nostra et testium subscriptio- » rum. videlicet P. decani, B. archidiaconi, Ja. sa- » criste, R. prepositi, Ottonis Heme, Lan. de Monte » orserio, R. Montis Bonoudi, canonorum Vapincen- » sium. Nos vero prenominati R. episcopus et capitu- » lum presentem cartam fieri jussimus bulle nostre et » sigilli nostri munimine roboratam in testimonium » rei geste. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, VI idus maii, anno primo. »

557

Naples, 1^{er} juin 1255.

L. capellano suo, rectori patrimonii b. Petri in Tuscia, cuius

ad suggestionem potestati et communi Urbevetanis injunxit, ut Romanae Ecclesiae valtem de Lacu sub mille marcarum poena restituisserent, mandat, ut quicquid actum est super praemissis per latorem praesentium rescribat. (Reg. 24, c. 460, f. 67.)

« *L. capellano nostro, rectori patrimonii beati Petri in Tuscia.* Cum vallis de Lacu cum pertinentiis suis ad Romanam Ecclesiam nullo pertineat mediante, dilecti filii nobilis vir ..., potestas, consilium et commune Urbevetani motu proprio vallem occuparunt eandem ipsiusque presumunt non sine nostra et apostolice Sedis injuria detinere. Et licet ad suggestionem tuam jamdictis potestati, consilio et communi sub mille marcarum pena nostris duxerimus litteris injungendum, ut tibi nostro et dictae Ecclesie nomine restituerent libere vallem ipsam, tu quid ipsi super hoc fecerint intimare nobis per litteras vel nuncium postmodum non eurasti. Super quo non immerito admirantes, discretioni tue per apostolica scripta precipiendo, mandamus quatinus nobis quicquid actum est super premissis per latorem praesentium tuis celeriter rescribere litteris non postponas. Dat. Neapoli, kalendas junii, anno primo. »

558

Naples, 23 mai 1255.

Johanni de Cotham, subdiacono suo, Londoniensis diocesis, laudabili conversatione insignito, indutget ut de Stambregge Parva et de Winterlorne Wast ecclesias, ipsi a Londonensi et Sarcsbiriensi episcopis commendatas, quarum proventus XII marcarum sterlingorum vix excedunt valentiam, libere retineat, aut unam de ecclesiis resignans unicum aliud beneficium recipiat. (Reg. 24, c. 461, f. 67v.)

« *Johanni de Cotham, subdiacono nostro, Londoniensis diocesis.* Etsi propter ambitiones —. Dat. Neapoli, X kalendas junii, anno primo. »

559

San Germano, 9 juin 1255.

Rainerium monacum s. Petri Perusini, cuius patruus Jacobus ipsius monasterii regimini pluribus annis laudabiliter praefuit, eidem monasterio in abbatem praeficit. (Reg. 24, c. 462, f. 67v.)

« *Conventui monasterii sancti Petri Perusini.* Nuper vestro monasterio quod ut dicitur ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, abbatis regimine destituto, vos convenientes in unum ad tractandum de futuri substitutione abbatis, vocatis omnibus qui de-

buerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse ac invocata Sancti Spiritus gratia ut est moris, ad dilectum filium Rainerium tunc ejusdem monasterii monachum oculos dirigentes in ipsum una[n]i]miter et concorditer consensistis, ac a nobis per procuratorem vestrum ad hoc specialiter destinatum humiliter postulastis ut vestris in hac parte votis annuere de benignitate Sedis apostolice curarenus. Nos igitur attendentes quod idem monasterium per quondam Jacobum ejusdem R. patruum qui ipsius monasterii regimini pluribus annis laudabiliter presuit plurima incrementa suscepit, ac sperantes ex hoc et laudabilibus testimoniis que de ipso R. accepimus quod per eundem R. salubriter debeat gubernari, postulationi vestre grato concorrentes assensu et processum vestrum super hoc habitum ratum haberi volentes, ac defectum nichilominus, si quis in eo extitit, supplentes de apostolice plenitude potestatis, prefatum R. eidem monasterio de fratribus nostrorum consilio in abbatem prefecimus et pastorem. Quocirca universitatem vestram monemus, dicimus et hortamur, mandantes quatinus eidem R. tanquam abbati et pastori animarum vestrarum obedientiam et reverentiam debitam impendatis ejusdem salubribus monitis et mandatis devote ac humiliter intendendo, alioquin sententiam quam idem regulariter tulerit in rebelles etc. usque : observari. Dat. apud Sanctum Germanum, V idus junii, anno primo. »

560

San Germano, 9 juin 1255.

Raynero praedicto mandat, ut monasterium s. Petri Perusini sic sollicite gubernet quod idem spiritualibus et temporibus proficiat incrementis. (Reg. 24, c. 462², f. 67v.)

« *Raynero, abbatи monasterii sancti Petri Perusini.* Nuper etc. usque : pastorem —. Dat. ut supra. »

561

Anagni, 20 juillet 1255.

Azonem de Sesso, canonicum Reginum, in sua nunc constitutum praesentia in suum capellanum recipit. (Reg. 24, c. 463, f. 67v.)

« *Azoni de Sesso, canonico Regino, subdiacono et capellano nostro.* Quoniam sicut fidei dignorum testimonia protestantur, non solum claritas gñaris, verum etiam morum honestas gratie nostre favoribus te coaptat, nos qui bonis benefacere ipsosque ut alii ad decora incitentur merita honorare proponimus, te nunc in nostra constitutum presentia in nostrum capellanum recipi-

mus et capellanorum nostrorum societati et consortio aggregamus, volentes ut de cetero sociali ab eis in omnibus caritate tracteris et tanquam eorum re concapellanus et nomine sicut unus ex ipsis capellanie nostre munere ac participio potiaris. Nulli etc. nostre receptionis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, XIII kalendas augusti, anno primo. »

562

Anagni, 21 juillet 1255.

De juribus archidiaconatus Remensis ordinationem Innocentii IV, Laterani XVI kalendas februarii pontificatus ipsius anno primo datam, approbat et refert. (Reg. 24, c. 464, f. 67v.)

« T., archiepiscopo, et Ottobono, sancti Adriani diacono cardinali, archidiacono Remensi. Felicis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri litteras perspeximus in hec verba :

Latran, 16 janvier 1254.

« Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri T., archiepiscopo, et dilecto filio Ottobono, sancti Adriani diacono cardinali, archidiacono Remensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum super jurisdictione circa multa et diversa iuribus quampluribus et nonnullis variis articulis ratione archidiaconatus Remensis questio inter vos orta fuerit et diutius agitata, demum presentibus et consentientibus vobis, questio eadem per quamdam ordinatem et apud Sedem apostolicam terminata, sicut in sequentibus continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ordinationem eandem, quam advertimus et intelleximus diligenter, ratam et graviter habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Decernentes et precipientes eadem auctoritate, ut hujusmodi ordinatio a vobis et omnibus successoribus vestris perpetuis temporibus inviolabiliter observetur; quam siquidem de verbo ad verbum seriatim presentibus conscribi et annotari ad perpetuam memoriam fecimus, ut per talem conscriptionem et annotationem bulla nostra munitam plena fides et certitudo de premissa ordinatione absque alterius scripture vel instrumenti amminiculo seu probatione in perpetuum habeatur. Et licet eidem ordinationi Remense capitulum vel suus procurator minime interfuerit nec ejus super ea habitus sit assensus, volumus tamen et precipimus illam, hoc non obstante, firmam et illibatam omnitempore permanere : supplentes in hac parte hujusmodi defectum ipsius capituli de plenitudine potestatis.

» Ordinatum est itaque apud Sedem eandem processibus omnibus tam per bone memorie Portuensem episcopum quam per quoscumque alias auctoritate apostolica super hiis habitis, per nos penitus revocatis, quod de cetero archiepiscopus et archidiaconus Remenses et omnes eorum successores, qui pro tempore fuerint, tam per se quam per officiales suos et quisque ipsorum per se et in solidum cognoscant et diffiniant de causis omnibus matrimonialibus et quibuscumque aliis tam civilibus quam ecclesiasticis in civitate et archidiaconatu Remensibus; et circa causas easdem predicti archiepiscopus et archidiaconus ac sui successores eorumque officiales et quilibet ipsorum per se plenam et liberam habeant potestatem citandi, monendi, diffiniendi et omnem censuram ecclesiasticam exercendi ac faciendi quelibet alia, que judex ecclesiasticus potest facere de consuetudine vel de jure et quod omnes et singuli tam clerici quam laici de civitate et archidiaconatu Remensibus, libram eligendi sibi pro sue voluntatis arbitrio in omnibus et singulis causis predictis in judices vel archiepiscopum Remensem aut ejus officiales vel archidiaconum Remensem seu officialem ipsius qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint habeant facultatem.

» Ipsi autem archiepiscopus et archidiaconus bona fide promittant, officiales vero eorum et qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint in principio sui regiminis seu cum ceperint suum exercere officium, jurent quod nec per se nec per alios impedit vel turbabunt publice vel occulte, nec patientur quantum in eis fuerit turbari per aliquos seu impediri quin litigantes seu agitantes causas suas tractent et expandant eas in curia quam maluerint, sive archiepiscopi sive archidiaconi aut eorum officialium pro sue libito voluntatis. De causa quoque in una curia per citationem vel alio modo incepta in alia curia cognosci vel diffiniri non possit, immo ad curiam in qua incepta fuerit protinus remittatur. Cause tamen feudales, si moveantur in curia archidiaconi et excipitur eoram ipso vel ejus officiali rem litigiosam fore de feudo spectante ad archiepiscopum et de hoc, prout debet constet, ad ipsum archiepiscopum remittantur.

» De roia autem terre, si aliquis super ea primo adierit curiam archidiaconi, faciat, cognoscat et exerceat archiepiscopus per se, baliros et prepositos suos, sicut facere, cognoscere et exercere consuevit; iidem etiam baliivi et prepositi de causis criminalibus et cuiuslibet faciant, cognoscant et diffiniant, sicut

» facere, cognoscere et diffinire consueverunt. A quibus quidem balivis et prepositis tam in dicta causa quam aliis ad curiam archidiaconi appelletur, sicut fieri consuevit.

» De electionibus vero, confirmationibus electionum, ammonitionibus seu depositionibus abbatum et aliorum prelatorum ecclesiarum collegiatarum, seu de provisione facienda collegiatis ecclesiis de prelatis, archidiaconus per se vel per alium se nullatenus intromittat.

» Cetera autem faciant et exerceant tam archiepiscopus quam archidiaconus in locis predictis, eo salvo quod archiepiscopus unam vel plures de causis in curia archidiaconi jam inceptis in quibus sint actor et reus et in quibus archidiaconus vel officialis ejus ex suo officio non procedat diversis temporibus non per malitiam seu fraudem nec in gravem archidiaconi lesionem ad suum examen altera partium postulante ante diffinitivam sententiam valeat advocare. Ita tamen quod advocationem hujusmodi archiepiscopus ipse per se vel per litteras suas faciat et non vicarius vel officialis ipsius nec inde etiam archiepiscopus causam advocet, nisi quam per se vel unum seu plures de commensalibus suis audire seu diffinire velit et possit, et si advoeaverit, audiat et diffiniat per se vel per predictos, officialibus suis minime committendo. Quod si causam ad suum advocationem examen per se vel per commensalem suum audire vel diffinire nolit vel non possit, ad curiam archidiaconi audiendum et diffiniendum remittat eandem.

» Ordinatum est etiam, quod ab archidiacono vel ejus officiali qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, non ad archiepiscopum vel ejus officiales seu vicarium, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, sed ad solum sumimum pontificem in omnibus causis et negotiis appelletur, et ad archiepiscopum ipsum vel ejus officiales nequeat appellari, et si appellatum fuerit, appellatio non valeat ullo modo. Presertim cum hoc a longe retroactis temporibus de antiqua et prescripta consuetudine obtentum ibi fuerit et servatum, nec archiepiscopus ipse per se vel per alium de causis vel negotiis per archidiaconum vel ejus officiale diffinitis nullo modo possit cognoscere vel interponere in illis aliquatenus partes suas, seu executionem circa ipsas ecclesiasticam impedire.

» Ordinatum est insuper quod quicquid emolumenti curie archiepiscopi de sigillo vel aliunde obvenerit ratione causarum que in curia ipsa tractantur, totum idem archiepiscopus habeat, et archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit integre ad emolu-

» mentum et commodum summ percipiat quicquid de sigillo vel aliunde obvenerit ratione causarum que in curia sua vel officialis sni tractantur vel in posterum tractabuntur. Salvis hiis que supra et infra ordinata sunt in aliis articulis.

» Ordinatum quoque est, ut de omnibus emendis quas receperit archidiaconus vel ejus officialis, aut alius nomine suo in ejus curia pro contumacis, suspensionibus, interdictis, excommunicationibus, nuptiis, seu matrimoniis clandestinis, falsis testibus, sive testimoniis et omnibus aliis de quibus archiepiscopus consuevit percipere duas partes, ipse archiepiscopus duas et archidiaconus tertiam partes habeant, salvis omnibus que superius et inferius ordinata. In curia vero dicti archiepiscopi, archidiaconus nichil recipiat de premissis emendis. Archidiaconus autem qui pro tempore fuerit in sua creatione vel promotione archiepiscopo bona fide promittat quod circa predictas emendas ipsi archiepiscopo jus suum superius et inferius scriptum et determinatum, tam per se quam officiales suos quantum in eo fuerit, servabit et procurabit servari.

» Ordinatum est preterea quod quando archiepiscopus fuerit presens in civitate Remensi et synodum voluerit et potuerit celebrare ipse per se, alioquin archidiaconus, si presens fuerit, eo autem absente, officiales utriusque insimul faciant, teneant, vel celebrent. Archiepiscopo vero absente a civitate Remensi, solus archidiaconus, si presens fuerit, in domo sua vel alibi, ubi voluerit, synodum de clericis sui archidiaconatus celebret, faciendo et exerceendo ea que in synodo fieri debent. Archiepiscopo autem et archidiacono ab eadem civitate absentibus, eorum officiales in ecclesia Remensi, vel in palatio archiepiscopi simul teneant et celebrent synodum, mandata nova synodalia, cum fuerint facienda, communis sensu insimul facientes, salva ipsi archiepiscopo postestate synodum cum expedire viderint prorogandi, dummodo in hoc ex malitia non procedant.

» Super custodia vero ecclesiarum vacantium et perceptione ac conservatione fructuum earundem, ordinatum est quod tam archiepiscopus quam archidiaconus uterque, scilicet in solidum, custodiam ipsam habeat fructusque conservet qui primo videlicet ex ipsis per se vel per officiales suos hec apprehenderit seu receperit sive saserit. Si quid autem emolumenti ex hujusmodi custodia ipsi archiepiscopo vel archidiacono seu officialibus eorum provenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum bona fide per medium equaliter dividatur.

» Ordinatum est etiam, quod archiepiscopus nec per se, nec per officiales suos, neque per vicarium ejus, seu per quemcumque alium aliquam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam ab archidiacono vel ejus officiali prolatam valeat relaxare, ac de ipsa quoquomodo cognoscere vel aliquatenus super hiis interponere partes suas. Neuter autem in familiam alterius et notarios alterius curie jurisdictionem ecclesiasticam habeat, nisi presit alicui officio vel ministerio seculari.

» De correctione autem excessum clericorum civitatis et archidiaconatus Remensium, ordinatum est quod archiepiscopus tam per se quam per officiales suos vel per alium, cui hoc commiserit, et archidiaconus similiter per se vel per officiale suum, aut per alium cui hoc duxerit committendum, et quisque ipsorum in solidum excessus clericorum corrigant et castigent; ita quod qui prius excessum aliquem corrigere vel corripere inceperit, ipse circa illum correctionem perficiat inchoatam. Si quod vero emolumen de emendis excessum clericorum, que corrigitur per archiepiscopum vel officiales suos, aut per alium cui forte commiserit obvenerit, illud ipsi archiepiscopo deputetur. Emolumen autem quod obvenerit de emendis excessum qui per archidiaconum vel ejus officiale seu alium cui hoc commiserit correcti fuerint, et super quibus ad clavorem vel denuntiationem alicujus, seu ex officio processum extiterit inter dictos archiepiscopum et archidiaconum, per medium fideliter dividatur. Talis tamen hujusmodi emolumenti emendarum divisio fiat specialiter inter personas vestras, ita quod archiepiscopo et archidiacono qui postmodum pro tempore fuerint jus suum salvum existat in emolumento emendarum, que tam in archiepiscopi quam archidiaconi curia recipientur ratione excessum predictorum.

» Cum vero aliquis egerit contra alium in curia archidiaconi super excessibus, habeat archiepiscopus et qui nunc est et qui pro tempore fuerit duas partes et archidiaconus tertiam emolumenti hujusmodi emendarum. Excessus autem laicorum corrigant archiepiscopus et archidiaconus per se et officiales suos, sicut facere consueverunt. Hoc penitus et semper servato, ut de emolumento quod ex sigillo archidiaconi quo cumque casu vel modo provenerit, archiepiscopus nihil percipiat, sed archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit habeat illud totum.

» Super perceptione autem et conservatione bonorum clericorum civitatis et archidiaconatus Remensium ab intestato decedentium, ordinatum est, ut ar-

» chiepiscopus et archidiaconus tam per se quam per officiales suos et uterque ipsorum in solidum bona ipsa percipiat et custodiat, et qui prius ea receperit illa ipsa custodiat et de eis ordinet, prout secundum Deum viderit expedire.

» Super perceptione vero et custodia proventuum clericorum civitatis et archidiaconatus Remensium, qui ad mandatum archiepiscopi vel archidiaconi seu officialium eorundem ad ordines promoveri necnon et rectorum qui in ecclesiis suis residentiam personalem facere renuerint, ordinatum est quod archiepiscopus et archidiaconus tam per se quam per officiales suos et uterque ipsorum in solidum proventus ipsorum percipiat et custodiat, nisi forsan eisdem clericis, quod ad ordines promoveri et rectoribus quod in suis residere ecclesiis minime tenerentur, specialiter foret ad tempus ab archiepiscopo ipso concessum; et qui prius proventus ipsos receperit, custodiat ipse illos. Emolumen autem si quod ex istis ad archiepiscopum vel archidiaconum, seu alium eorum nomine obvenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum per medium fideliter dividatur.

» De rectoribus vero et custodibus ponendis vel insti-tuendis et amoendis in domibus leprosorum et aliis que Domus Dei vocantur in civitate et archidiaconatu Remensibus, ordinatum est quod archiepiscopus et archidiaconus tam per se quam per officiales suos vel alios simul communis consensu instituant et destinuant rectores et custodes eosdem. Corrigendi quoque ac reformandi ecclesiarum parochialium statum civitatis et archidiaconatus Remensium, neon et pondendi coadjutores et custodes in ipsis ecclesiis properter rectorum culpas, insufficientias vel defectus, et archiepiscopus et archidiaconus tam per se quam per officiales suos seu alios quibus hoc commiserint et uterque ipsorum in solidum liberam habeant facultatem, ita quod qui prius hec vel aliquod horum agere ceperit, ille peragat et perficiat prout secundum Deum viderit faciendum: et si quid emolumenti eidem archidiaconi, vel alii nomine suo exinde obvenerit, inter ipsos archiepiscopum et archidiaconum fideliter et equaliter dividatur. Si vero de his aliquid provenierit in curia archiepiscopi, archidiaconus nichil exinde percipiat sive sumat. Hec autem divisio quoad vixeritis tantum fiat, archiepiscopi et archidiaconi qui fuerint in posterum super predictis totaliter jure salvo.

» Super examinatione vero clericorum archidiaconatus Remensis promovendorum ad ordines, ordinatum est ut ordinandus primo per archidiaconum vel

» ejus officialem examinetur. Et postmodum examinatus per eundem archidiaconum vel ipsius officialem archiepiscopo presentetur.

» Officialis autem archidiaconi ac taxator et receptor emendarum curie ipsius jurent in presentia duorum clericorum archiepiscopi, quod omnia jura ipsius archiepiscopi tam de emendis quam de aliis bona fide servabunt et custodient et de his computationem vel rationem fideliter reddent vel facient archidiacono vel alii de mandato suo. Promittat etiam archidiaconus bona fide archiepiscopo, quod in curia sua jura ejus que tam de emendis quam de aliis debet ibi recipere ipsi archiepiscopo vel alii de mandato ipsius reddet integre sine aliqua diminutione vel faciet sibi reddi; et eodem modo promittat archiepiscopus et officialis ac taxator et receptor emendarum curie sue jurent similiter de conservandis similibus ipsius archidiaconi juribus et reddendis.

» Et quia constat redditus archidiaconales propter hujusmodi communicationem cognitionis causarum quam archidiacono in solidum absente archiepiscopo diebatur habere fore plurimum diminutos et archiepiscopales non modicun augmentatos, prout pars archidiaconi asserit, ordinatum est, te frater archiepiscope pro bono pacis consentiente, ut archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit altaria primo vacatura in Remensi diocesi, ad collationem archiepiscopi nunc spectantia, tot videlicet, quod ipsorum redditus ducentas libras Parisienses valeant annuatim, in perpetuum habeat et proventus semper et libere percipiat eorumdem. Extimentur autem hujusmodi altarium redditus ab uno de officialibus archiepiscopi et ab officiali archidiaconi ac a guardiano fratrum Minorum Remensium, qui pro tempore fuerint, et officiales jurent quod eadem altaria usque ad predictam ducentarum librarum summam fideliter extimabunt. Quod si forte ipsi tres in extimando non concordaverint, stetur extimationi duorum ex ipsis. Altaria vero que primo vacabunt usque ad summam eandem ipsi archidiaconatui statum ex ipsa vacazione adveniant et eorum possessionem, archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit auctoritate sua tam per se quam per alium possit sine contradictione cujusquam apprehendere et tenere et insuper in ecclesiis in quibus hujusmodi habuerit altaria jus obtineat patronatus, et ad easdem ecclesias, cum vacaverint, archiepiscopo vel alii qui jus instituendi habuerit in ipsis valeat clericos presentare, cum clerici qui eadem altaria habuerint idem jus in ipsis ecclesiis habuisse noscantur. Salvo tamen

» quod archiepiscopus qui nunc est et qui pro tempore fuerit, archidiacono qui nunc est cedente vel decedente, possit a successore ipsius archidiaconi redire dicta altaria, omnia videlicet simul et non singulariter vel divisim.

» Ita videlicet quod archiepiscopus assignet in perpetuum archidiaconatui tot terras in Remensi diocesi liberas et ab omni onere prorsus exemptas, quod ex eis archidiaconus redditus ducentarum librarum parisiensium possit percipere annuatim. Per premissos autem officiales et guardianum tiet simili modo terarum extimatio earundem. His vero terris ab archiepiscopo taliter assignatis, mox ad archiepiscopum redeant et eo ipso juri archiepiscopali integre applicentur altaria memorata, et extime archiepiscopus ipsorum possessionem auctoritate propria tam per se quam per alium sine contradictione cujuslibet appeti prehendere valeat et tenere.

» Ceterum ordinatum est, quod archiepiscopus qui nunc est et qui pro tempore fuerit hujusmodi altaria archidiaconatui deputata et collationem seu concessionem de illis archidiaconatui ipsi factam a regali vexatione vel molestia suis expensis defendere teneatur. Quod si noluerit vel nequiverit de jure vel defacto tueri, teneatur omnino archidiaconum qui nunc est et quemlibet ejus successorem ac archidiaconatum ipsum indempnem penitus conservare et tot possesiones et terras ab omni onere liberas et exemptas in locis competentibus prefate diocesis eidem archidiaconatui dimissis et relictis omnibus ipsis altariis archiepiscopo conferre et assignare possessionem earum pacificam concedendo quod ex ipsis extimatione similiter facta de illis per officiales et guardianum predictos anni ducentarum librarum parisiensium redditus archidiaconi valeant provenire, premissis omnibus aliis ordinationibus perpetuo duraturis et ceteris aliis de quibus non est actum expressum in suo statu nichilominus remansuris. Nulli etc. nostre confirmationis, constitutionis et precepti ac supplicationis etc. usque: incursum. Dat. Late rani, XVII kalendas februarii, pontificatus nostri anno undecimo. »

Nos igitur ordinationem predictam favore apostolico approbantes, decernimus atque precipimus ut omnia et singula contenta in ipsa inviolabiliter observentur, quodque perpetue robur obtineant firmitatis. Et quia de tenore litterarum ipsarum nobis evidenter per lectionem constitut earundem, nolumus quod earum exhibito in judicio vel extra judicium exigatur, sed statuimus ut perpetuo adhibeatur presentibus super premissis

omnibus et singulis ad probationem et rei evidentiam plena fides. Nulli etc. nostre approbationis, constitutionis et precepti etc. Dat. Anagnie, XII kalendas augusti, anno primo. »

563

Anagni, 21 juillet 1255.

Episcopo Meldensi notificat confirmationem praedictam et mandat, ne permittat ut Ottobonus s. Hadriani diaconus cardinalis et ii qui isti in archidiaconatu Remensi successerint, contra praefatae confirmationis tenorem ab aliquibus indebet molestetur. (REG. 24, c. 464², f. 69; POTTHAST 15939.)

« ... episcopo Meldensi. Cum olim super —. Dat. ut supra. »

564

Anagni, 21 juillet 1255.

Eidem mandat, ne de CC libris parisiensium in setelagio civitatis Remensis ab archidiacono percipiendis nihil molestari permittat. (REG. 24, c. 464³, f. 69.)

« *Eidem*. Licet in alia ordinatione que super jurisdictione ac juribus archidiaconi Remensis dudum apud Sedem apostolicam felicis recordationis I. papa predecessor nostro vivente factam esse dinoscitur, ordinatum sit, venerabili fratri nostro .., archiepiscopo Remensi pro bono pacis consentiente, ut archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit altaria primo vacatura in Remensi diocesi ad collationem dicti archiepiscopi nunc spectantia, tot videlicet quod ipsorum redditus ducentas libras parisienses valeant annuatim. in perpetuum habeat et proventus semper percipiat eorundem. nichilominus tamen postmodum super ordinatum extitit, quod hujusmodi ducentarum librarum parisiensium redditus archidiaconus qui nunc est et qui pro tempore fuerit tam diu in setelagio quod idem archiepiscopus in civitate Remensi obtinet in infra scriptis terminis, videlicet in festo sancti Remigii centum, et in festo Resurrectionis dominice subsequenti alias centum libras parisiensium percipiat annuatim, quo usque altaria predicta vacaverint et archidiaconus illorum habuerit possessionem pacificam et quietam. Ordinatum insuper fuit, ut dictum setelagium et collectores ipsius archidiaconi qui nunc est et qui pro tempore fuerint pro premisso anno ducentarum librarum redditu maneant obligata. Ita tamen quod si aliquod vel aliqua de predictis altaribus interim vacare et illorum possessionem eundem archidiaconum habere con-

tigerit, tantum de summa predictarum ducentarum librarum percipiendarum ab archidiacono annis singulis in prescriptis terminis in memorato setelagio ducatur, quantum annuatim valere constiterit altare vel altaria quorum possessionem archidiaconum ipsum contigerit obtainere. Estimatio vero redditum hujusmodi altarium fiat per unum de officialibus archiepiscopi et per ... officiale archidiaconi, ac per guardianum fratrum Minorum Remensium, qui pro tempore fuerint, ut in ordinatione alia prius facta plenius continetur. Prefatus autem predecessor eorundem archiepiscopi et archidiaconi supplicationibus inclinatus, ordinationes hujusmodi quas advertit et intellexit diligenter gratas et ratas habens, ipsas auctoritate apostolica confirmavit, decernens et precipiens eadem auctoritate quod dicte ordinationes ab ipsis archiepiscopo et archidiacono et eorum successoribus inviolabiliter observentur, quas siquidem, non obstante quod hiis consensus Remensis capituli non est habitus, habere robur voluit firmitatis: supplens hujusmodi defectum consensus ejusdem capituli de plenitudine potestatis. Ideo autem ordinationem hujusmodi de premissis ducentis libris percipiendis in prefato setelagio de verbo ad verbum seriatim suis litteris conscribi et adnotari ad perpetuam memoriam idem predecessor fecit, ut per talēm conscriptionem et annotationem sua bulla munitam plena fides et certitudo de ipsa ordinatione absque alterius scripture vel instrumenti amminiculo seu probatione in perpetuum habeatur. Nos igitur premissa etc. usque: .., cardinalem et eos qui sibi in archidiaconatu Remensi successerint non permittas super hiis contra confirmationis, constitutionis et precepti predictorum ac nostre approbationis tenorem ab aliquibus indebet molestari. Molestatores etc. Non obstante si jam dictus archiepiscopus vel aliqui alii ex induito apostolico excommunicari aut interdici nequeant vel suspendi. Dat. Anagnie, XII kalendas augusti, anno primo. »

565

Naples, 13 mars 1255.

Abbati monasterii s. Theofredi, Aniciensis diocesis, indutget, ut dispensationem nonnullorum statutorum gravium, a Gregorio IX, legatis etc. additorum, accipiat a priore monasterii sui concessam. (REG. 24, c. 465, f. 69v.)

« .., abbati monasterii sancti Theofredi ordinis sancti Benedicti, Aniciensis diocesis, capellano nostro. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione etc. usque: fuerintque postmodum tam per felicis recordationis G.

papam predecessorem nostrum quam per locorum metropolitanos et diocesanos ac legatos Sedis apostolice vel delegatos ipsius nonnulla peraddita statuta gravia et precepta diversarum penarum adjectione vallata ne contingat etc. usque : facultas. Priori nichilominus tuo ac successoribus ejus concedendi tibi tuisque successoribus hujusmodi dispensationis et absolutionis beneficium, si oportunum fuerit, indulgentes auctoritate presentium potestatem. Non obstantibus aliquibus litteris ad metropolitanos vel diocesanos tuos, seu quoscumque —. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli; III idus martii. anno primo. »

566

Anagni, 19 juin 1255.

Raynaldo, canonico ecclesiae s. Mariae Majoris de Ferentino, concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad summam LXX librarum proviuenientium pro expediendis negotiis conventus monasterii s. Theofredi, Aniciensis diocesis, apud Sedem apostolicam et obligandi propter hoc creditoribus conventum. (REG. 24, c. 466, f. 69^v.)

« Raynaldo, canonico ecclesie sancte Marie Majoris de Ferentino, procuratori dilecti filii .., abbatis monasterii Theofredi, Aniciensis diocesis. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus pro expediendis negotiis dilectorum filiorum .., abbatis, et conventus monasterii sancti Theofredi, Aniciensis diocesis, pro quibus ad Sedem apostolicam accessisti, te subire oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem inexpedita remanere contingat, nos tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum usque ad summam LXX^{ta} librarum provenientium et obligandi propter hoc creditoribus usque ad summam hujusmodi abbatem et conventum predictos ac successores eorum et bona monasterii predicti ac renunciandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum necnon et conventioni judicum, si ipsorum creditorum nomine apostolicas litteras cujuscumque tenoris in posterum impetrari contigerit, auctoritate tibi presentium concedimus facultatem. Ita tamen quod iidem abbas et conventus et successores eorum teneantur ad hujusmodi pecuniam persolvendam et ad penam, dampna, expensas et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam non persolverint memoratam, sublata ipsis creditoribus necessitate probandi quod pecunia eadem sit conversa in utilitatem ipsius monasterii, pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis. Non obstantibus aliquibus privilegiis seu indulgentiis de quibus in nostris litteris fieri oporteat

mentionem et per que iidem abbas et conventus et successores eorum valeant se tueri. Dat. Anagnie, XIII kalendas julii, anno primo. »

567

Naples, 14 mai 1255.

Priori fratrum Praedicatorum Glasguensi committit, ut episcopi Glasguensis votum abstinentiae ab esu carnium propter ejus senectutem in opera misericordiae commutare possit. (REG. 24, c. 467, f. 69^v; POTTHAST 15861.)

« ... priori fratrum Predicatorum Glasguensi. Ex parte venerabilis —. Dat. Neapoli, II idus maii, anno primo. »

568

Anagni, 26 juin 1255.

Episcopo Magalonensi scribit, LI libras turonensem Raynaldo canonico s. Mariae Majoris de Ferentino, nomine conventus monasterii s. Theofredi Aniciensis diocesis mutuatas fuisse; si dictus conventus denegaverit summam in utilitatem suam conversam fuisse, illum excommunicet. (REG. 24, c. 468, f. 69^v.)

« ..., episcopo Magalonensi. Cum dilecti filii Hugo et Duleis de Burgo, socii, cives et mercatores Florentini, pro se et Iluguitone et Spinello Symoneti ac ceteris eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentinis, dilecto filio Raynaldo, canonico ecclesie sancte Marie Majoris de Ferentino, nomine dilectorum filiorum .., abbatis, et conventus monasterii sancti Theofredi Aniciensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, renuncianti constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et omnibus litteris et indulgentiis a Sede apostolica impletatis ac etiam impetratis, LI libras turonensem auctoritate litterarum nostrarum apud Sedem apostolicam pro expediendis dictorum abbatis et conventus ac monasterii negotiis mutuarint certis loco eis et termino persolvendas, prout in instrumento publico exinde confectum plenius continetur; mandamus quatinus, si dicti abbas et conventus et successores eorum in statutis loco et termino juxta instrumenti predicti tenorem, ita quod nulla alia probatio vel certitudo super hujusmodi debito exigatur, mercatoribus ipsis quibus pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis aut cujuscumque privilegii vel indulgentie, de quibus plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem probandi necessitas incumbere nolumus, quod pecunia ipsa in utilitatem prefatorum abbatis et conventus et monasterii sit conversa de pecunia non satisficerint memorata, tu in dictos abbatem et successores

ipsius qui erunt pro tempore excommunicationis sententiam proferas, conventum ipsum sublato appellationis obstaculo subicias ecclesiastico interdicto, et tamdiu abbatem et successores ipsius excommunicatos facias publice nunciari singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec prefatis mercatoribus de predicta pecunia cum justis et moderatis expensis ac debita refectione danipnorum usura omnino cessante fuerit satisfactum. Si vero dictus abbas et conventus in hujusmodi sententiis per duos menses permanserint, ab administratione spiritualium et temporalium suspendas eodem, prefigens ipsis terminum peremptorium competentem quo abbas personaliter, conventus vero per procuratores idoneos, nostro se conspectu representent, penam debitam pro meritis recepturi. Contradictores. Non obstante constitutione predicta vel si dictis abbatii et conventui aut aliquibus aliis ex eisdem quod excommunicari, suspendi vel interdici aut conveniri extra septa diocesis, vel ad solutionem aliquorum debitorum nisi creditores legitime probaverint ea in utilitatem predictorum abbatis, conventus aut monasterii fuisse conversa compelli non valeant a Sede apostolica sit indulatum, et universis privilegiis vel litteris apostolicis generalibus et specialibus sub quacumque forma verborum obtentis et obtinendis, et quibuslibet aliis per que id impediri vel differri valeat, et de quibus et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam fieri oporteat in presentibus mentionem, vel si dicti abbas et conventus crucesignati sint vel crucesignari eos contigerit et iudicantur que a predicta Sede crucesignatis generaliter vel eorum aliquibus specialiter sint concessae vel imposterum concedentur. Dat. Anagnie, VI kalendas julii, anno primo. »

569

Anagni, 21 juin 1255.

Nobili viro Sergio Siginulfi, civi Neapolitano, feudum quod quondam Johannes Thesonus, miles Aversanus, tenuit in Aversa, ad Curiam per excadentiam devolutum et ipsi ab Octaviano s. Mariae in Via Lata diacono cardinali concedit, confirmat, non obstante feudi concessionem Bartholomeo de Bursis, militi Aversano, a quondam Conrado et Manfredo facta. (Reg. 24, c. 469, f. 70; RODENBERG, t. III, n° 401.)

« Nobili viro Sergio Siginulfi, civi Neapolitano (1). Et ratio postulat et quietas persuadet, ut nostrorum devotionem fidelium apostolice benignitatis favoribus pro-

(1) En marge du f. 70 : « hic incipe. »

sequamur. Sane por[er]ecta nobis ex parte tua petitio continebat, quod dilectus filius noster O., sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, merita tue devotionis attendens, feudum quod quondam Johannes Thesonus, miles Aversanus, tenuit in Aversa et ejus pertinentiis ad Curiam per excadentiam devolutum cum omnibus juribus et pertinentiis suis, de speciali mandato nostro sueque legationis auctoritate, tibi et tuis heredibus duxit in perpetuum concedendum et fecit te in ipsius feudi corporalem possessionem induci, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Tuis igitur devotis precibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam habentes et gratam, dictum feudum, non obstante quod quondam Conradus et Manfredus, nati quondam Fr. imperatoris, Bartholomeo de Bursis, militi Aversano, qui propter indevolutionem suam de mandato Sedis apostolice carceri detinetur, dictum feudum concessisse dicuntur, et quod felicis recordationis I. papa predecessor noster, dum idem Bartholomeus in Ecclesie devotione persisteret, castra, feuda et alia que idem Fr. et Conradus eidem B. contulerat, ut dicitur, confirmavit; cum idem B. minime in ejusdem Ecclesie devotionem persistiteret, tibi in devotione Ecclesie persistenti auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, XI kalendas julii, anno primo. »

570

Anagni, 7 juillet 1255.

Abbati s. Mariae de Corona, ordinis s. Augustini, Engolismensis diocesis, in ecclesiis curam animarum habentibus, quas in Bituricensi et Burdegatensi provinciis monasterium obtinet, institutionem et destitutionem confirmat rectorum. (Reg. 24, c. 470, f. 70.)

« .., abbati et conventui monasterii sancte Marie de Corona, ordinis sancti Augustini, Engolismensis diocesis. Cum, sicut ex parte vestra nobis extitit intimatum, in ecclesiis curam animarum habentibus quas in Bituricensi et Burdegatensi provinciis obtinetis, ad abbates monasterii vestri qui sunt pro tempore rectorum institutio et destitutio, etiam irrequisitis episcopis in quorum diocesibus ecclesie predice consistunt, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine plene pertinere noscuntur, nos obtentu religionis vestre cupientes vobis vestra jura integra et illibata servare, illa vobis auctoritate apostolica confirmantes, districtius inhibemus, ne quis vos et monasterium vestrum super predictis institutione et destitutione taliter

ad vos spectantibus contra predictam consuetudinem molestare vel quomodolibet perturbare presumat. Nulli etc. nostre confirmationis et inhibitionis etc. Dat. Anagnie, nonis julii, anno primo. »

571

Anagni, 22 juin 1255.

Supplicationibus O., episcopi Tusculani, cui Johannes dominus de Jonville, senescallos Campaniae, in transmarinis partibus multum obsequiosus fuit per sex annos, inclinatus, dispensat, ut Symon de Jonville, miles, Johannis frater, et Leoneta jam per triennium uxor ejus, filio procreato, in matrimonium remaneant, liceat in quarto consanguinitati gradu. (REG. 24, c. 470², f. 70.)

« Symoni de Jonville, militi, et Leonete, uxori sue. Petatio vestra nobis exhibita continebat, quod vos in facie Ecclesie matrimonium contraxistis et per triennium et amplius insimul permanentes filium procreastis. Quia vero intellexistis, post contractum matrimonium, a quibusdam vos in quarto gradu consanguinitatis ex utraque parte ad invicem attinere, supplicastis nobis, ut super hoc dispensare vobis de solita benignitate Sedis apostolice curaremus. Licet igitur in quarto consanguinitatis et affinitatis gradu conjugalem copulam sacri concilii constitutio interdicat, venerabilis tamen fratris nostri O., episcopi Tusculani, cui, sicut asserit, dilectus filius nobilis vir Johannes dominus de Jonville, senescallos Campanie, frater tuus, filii S., in transmarinis partibus multum obsequiosus fuit per sex annos et amplius Ihesu Christi obsequiis immorando, et vestris precibus inclinati, auctoritate vobis presentium concedimus dispensando, ut, impedimento hujusmodi non obstante, libere possitis in sic contracto matrimonio remanere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie. X kalendas junii, anno primo. »

572

Anagni, 22 juin 1255.

Johanni domino Jonvillae indulget, ut, cum generale terreae fuerit interdictum, divina officia per capellanum celebranda audire possit. (REG. 24, c. 471, f. 70.)

« Nobili viro Johanni domino Jonville, senescallo Campanie. Ad faciendam tibi gratiam specialem, venerabilis fratris nostri O., episcopi Tusculani, et tuis precibus inclinati, auctoritate presentium indulgemus, ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat tibi audire divina officia per capellanum tuum, dummodo januis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, non

pulsatis campanis, submissa voce, divina eadem celebrentur, tuque causam non dederis interdicto et id non contingat tibi specialiter interdicti. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

573

Naples, 21 mai 1255.

Beneventanis confirmat relaxationem taxati bullae pretij, quod solet ab hiis exigi qui litteras apostolicas impetrant, ab Honorio papa datain, sicut in regesto ejusdem papae perspexit contineri. (REG. 24, c. 472, f. 70.)

« Clero, consulibus et populo Beneventanis. Dignum est valde conveniens, ut huius quos ab antiquo Romana Ecclesia spirituales interi sui filios recognovit, eam sibi propiciam sentiant per materne dilectionis affectum et ejus favorem et gratiam gaudeant se habere. Cum igitur, sicut in regesto felicis recordationis Honorii pape predecessoris nostri perspeximus contineri, idem predecessor in signum spiritualis dilectionis et gratie taxatum bulle precium quod solet ab hiis exigi qui litteras apostolicas impetrant vobis duxerit misericorditer relaxandum: nos ipsius predecessoris inherentes vestigiis et compatientes ex intimo vestris angustiis quas directe propter eandem Ecclesiam passi estis, vobis universis et singulis presentium auctoritate concedimus, ut pro litteris apostolicis quas vos vel quoscumque vestrum super vestris propriis negotiis spiritualibus vel generalibus impetrare contigerit, nichil de cetero pro bulla solvere teneamini, sed a solutione hujusmodi maneat semper liberi et exempti. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, XII kalendas junii, anno primo. »

574

Anagni, 19 juin 1255.

Amedeo Ravori domicello et Aelis uxori ejus, Viennensis diocesis, dispensat, ut in matrimonio contracto remaneant, non obstante quod quondam Petrus Valline, maritus Aelis, Amedeo attinebat quarto consanguinitatis gradu. (REG. 24, c. 473, f. 70.)

« Amedeo Ravori domicello et nobili mulieri Aleis uxori ejus, Vien[nen]sis diocesis. Cum summus pontifex collatis etc. usque: circa quosdam. Cum itaque, sicut nobis accepimus intimantibus, matrimonium clandestine per verba de presenti ad invicem duxeritis contrahendum, ignari quod quondam Petrus Valline, maritus tuus, filia Aelis, tibi, filii Amedee, attinebat quarto consanguinitatis gradu, nos vestris supplicationibus inclinati, ut in sic contracto matrimonio, impedimento non obstante

predicto, possitis licite remanere, vobiscum auctoritate apostolica dispensamus. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Anagnie, XIII kalendas julii, anno primo. »

575

Anagni, 20 juin 1255.

Abbati Arroasiae, Atrebatenensis diocesis, cuius in monasterio annis singulis celebratur generale abbatum ordinis capitulum, confirmat ordinationem ab H. s. Sabinae presbytero cardinali super visitatione ordinis ejusdem editam. (REG. 24, c. 474, f. 70; POTTHAST 15900.)

« .., abbati Aroasie, ordinis sancti Augustini, Atrebatenensis diocesis. Cum sicut te —. Dat. Anagnie, XII kalendas julii, anno primo. »

In e. m. eidem, usque : quidam abbates et conventus tui ordinis contribuere in expensis que interdum fiunt pro communi utilitate ipsius ordinis indebitate contradicunt. Nos igitur, dilecti filii, etc. usque : dictos abbates et conventus ut in expensis ipsis ut tenentur contribuant secundum proprias facultates, iibi et duobus de diffinitoribus etc. ut in alia usque in finem. (POTTHAST 15899.)

576Anagni, 1^{er} juillet 1255.

Magistro Gamelino, electo S. Andreæ in Scotia, quem, tunc capellanum pontificalem et Alexandri Scotiae regis cancellarium, prior et capitulum S. Andreæ in episcopum canonice postulaverant, significat se, non obstante defectu ejus natum, hanc postulationem admittere, eique mandat, ut ad præfamat ecclesiam absque dispendio tarditatis accedat. (REG. 24, c. 475, f. 70v; POTTHAST 15907.)

« Magistro Gamelino, electo Sancti Andree in Scotia. Recete tunc ecclesiarum —. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno primo. »

In e. m. ..., priori et capitulo Sancti Andree in Scotia usque : concedentes, verbis competenter mutatis. Ideoque universitati vestre mandamus, quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, sibi obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam etc. usque : observari.

In e. m. clero civitatis et diocesis Sancti Andree in Scotia.

In e. m. populo civitatis et diocesis Sancti Andree in Scotia usque : suscipientes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis.

577Anagni, 1^{er} juillet 1255.

Episcopo Glasguensi mandat, ut magistro Gamelino, electo S. Andreæ et bonae memoriae Abelis episcopi successori, munus consecrationis impendat, ascitis duobus episcopis quos Gamelinus voluerit. (REG. 24, c. 475², f. 70v; POTTHAST 15908.)

« .., episcopo Glasguensi. Bone memorie Abel —. Dat. ut supra. »

578

Anagni, 20 juin 1255.

Abbati Arroasiae, Atrebatenensis diocesis, ordinationem confirmat, quam H[ugo] tituli S. Sabinae presbyter cardinalis, tunc per partes illas transitum faciens, eidem dedit, super concessione ab Innocentio papa IV facta visitandi monasteria sui ordinis : ordinatio est, ut diffinidores duos ex eis singulis annis eligerent qui una cum abbe Arroasiae per singulos annos visitarent. (REG. 24, c. 476, f. 70v.)

« .., abbati Arroasie, ordinis Sancti Augustini, Atrebatenensis diocesis. Petilio tua nobis —. Dat. Anagnie, XII kalendas julii, anno primo. »

579

Anagni, 20 juin 1255.

Eidem ordinationem confirmat, quam praefatus H[ugo] cardinalis ei ut patri abbati ordinis s. Augustini dedit, super concessione ab I[nnocentio] papa IV facta libertatis compellendi abbates, priores, canonicos etc. sui ordinis ad observandum statuta, correctiones et diffinitiones quae in generali ejusdem ordinis capitulo fiunt. (REG. 24, c. 477, f. 71; POTTHAST 15989.)

« Eidem. Petilio tua nobis —. Nos igitur etc. [ut in alia] usque in finem. »

580

Anagni, 7 juillet 1255.

Ecclesiam Ispalensem, in qua claræ memoriae Fernandi regis Castellæ ac Legionis corpus sepultum dinoscitur, honore cupiens, et precibus Alphonsi nati et successoris ejus inclinatus, sex personis capituli Ispalensis usum mitrae concedit. (REG. 24, c. 478, f. 71.)

« Capitulo Ispalensi. Pia et magnifica opera clare memorie Fernandi regis Castelle ac Legionis qui, veluti princeps catholicus et devotus ad Ecclesie obsequia se exponens, expendit laudabiliter contra Christi blasphemos ad ampliandum cultum divini nominis dies suos, neenon preces carissimi in Christo filii nostri, Alfonsi regis Castelle ac Legionis illustris, ejus nati,

qui ei sicut propagatione sanguinis sic devotionis imitatione succedit, nos ammoneant et inducunt. ut ecclesiastici vestram in qua prefati regis corpus sepultum dinoscitur honorantes, reddamus ipsam specialibus titulis insignitam. Hac igitur consideratione inducti, ut sex personae dignitates vel personatus in eadem ecclesia obtinentes ac successores earum in perpetuum mitris ut libere valeant, vobis et eisdem personis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VIII idus julii, anno primo. »

581

Anagni, 7 juillet 1255.

Episcopo Segobiensi concedit facultatem dispensandi, ut Fernandus Velasci, Segobiensis canonicus, cum dignitate in ecclesia Burgensi recipienda praebendam suam retinere valeat, non obstante consuetudine Segobiensis ecclesiae. (Reg. 24, c. 479, f. 71.)

« .., episcopo Segobiensi. Nota virtus et enitens probitas, decor morum et adjacens scientia litteralis adjecatio, quibus dilectus filius Fernandus Velasci, Segobiensis canonicus, laudabiliter enitet, ad faciendum ei gratiam nos inducunt. Hinc est quod, cum in Segobiensi ecclesia de consuetudine habeatur quod, si aliquis ipsius ecclesie canonicus in aliqua ecclesia recipit dignitatem, extunc de mansionario efficiatur extravagans in eadem, et ipse obtinuerit de apostolice Sedis gratia speciali quod de dignitate, quamprimum in Burgensi ecclesia vacare contigerit, provideatur eidem, ut sibi hujusmodi gratia fructuosa reddatur, ipsius supplicationibus inclinati, tibi quod enim eo ut canoniam et prebendam quas in eadem Segobiensi ecclesia obtinuit cum dignitate prefata, postquam eam assecutus fuerit tanquam mansionarius, licite retinere valeat, non obstante antedicta consuetudine vel statuto quolibet, juramento, confirmatione Sedis apostolice vel quacumque firmatione alia roborato, dispensare valeas, liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Anagnie, nonis julii, anno primo. »

582

Anagni, 26 juin 1255.

Magistro Godefrido de Rupella, rectori ecclesiae s. Luciani de Haqueville, Rothomagensis diocesis, indulget, ut, praeter beneficia ecclesiastica quae obtinet curam animarum habentia, super quibus dispensationem apostolicae Sedis habet, unicum

aliud beneficium ecclesiasticum, etiam personatum, recipere valeat. (Reg. 24, c. 480, f. 71.)

« Magistro Godefrido de Rupella, rectori ecclesie sancti Luciani de Haqueville, Rothomagensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, VI kalendas julii, anno primo. »

583

Anagni, 28 juin 1255.

Thomae dicto Macharel, rectori ecclesie de Stoke Gummer, Bathoniensis diocesis, idem dispensat. (Reg. 24, c. 481, f. 71.)

« Thome dicto Macharel, rectori ecclesie de Stokgummer. Bathoniensis diocesis. Licet nequis plures —. Dat. Anagnie, IIII kalendas julii. anno primo. »

584

Anagni, 11 juillet 1255.

Guillelmo abbatii s. Martini Eduensis et successoribus ejus usum mitrae, annuli, cirothecarum, sandaliorum, tunicae ac dalmaticae concedit. (Reg. 24, c. 482, f. 71.)

« Guillelmo, capellano nostro, abbatii et conventui monasterii sancti Martini Eduensis, ordinis sancti Benedicti. Ut pulchra et decora etc. usque: decus proprium et decorum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris precibus inclinati, usum mitre et anuli, cirothecarum, sandaliorum, tunice ac dalmatice tibi, fili abbas, et successoribus tuis in perpetuum duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, V idus julii, anno primo. »

585

Anagni, 11 juillet 1255.

Eidem abbatii et conventui ejus indulget, ut parrochiis et locis pro ea portione qua veteres percipiunt novalium quoque decimas percipere valeant. (Reg. 24, c. 482², f. 71.)

« Eisdem. Solet annuere etc. usque: impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut parrochiis et locis pro ea portione qua veteres percipiatis novalium quoque decimas percipere valeatis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

586

Anagni, 9 juillet 1255.

Henrico, guardiano ordinis fratrum Minorum de Morreo, Soranae dioecesis, mandat, ut, si electionem monialium monasterii s. Mariae de Apamia, ordinis s. Benedicti, Marsicanae dioecesis, de Jndicta moniali in abbatissam canonice celebratam invenerit, eandem confirmet. (Reg. 24, c. 483, f. 71; POTTHAST 15912.)

« *Fratri Henrico guardiano ordinis fratrum Minorum de Morreo, Soranae dioecesis. Dilecte in Christo —. Dat. Anagnie, VII idus julii, anno primo.* »

587

Anagni, 4 juillet 1255.

Archidiacono et capitulo Traguriensibus mandat, ut Columbanu, episcopo Traguriensi, poenitentiario suo ordinis Minorum, quem eis praefecit in episcopum et pastorem, impendant reverentiam tam debitam quam devotam. (Reg. 24, c. 484, f. 71v; POTTHAST 15909.)

« *.., archidiacono et capitulo Traguriensibus. Licit continuata supervenientium —. Dat. Anagnie, IIII nonas julii, anno primo.* »

In e. m. clero civitatis et diocesis Traguriensium.
In e. m. militibus et populo Traguriensibus usque : devote.

588

Naples, 16 avril 1255.

Electo Toletano mandat, ut Fernando Velasci, canonico Burgensi, scholasticis studiis insistendo, fructus praebendae in Burgensi ecclesia obtentae cum integritate faciat exhiberi. (Reg. 24, c. 485, f. 71v.)

« *.., electo Toletano. Cupientes eos maxime qui clericali sunt ascripti militie, nobili scientie dilati thesauro liis qui ad scientiam dirigunt vota sua, libentur favorem impendimus oportunum quo affectatum in hoc sui desiderii consequantur effectum. Cum itaque dilecte fili, Fernandus Velasci, Burgensis canonicus, amore scientie inardescens litteralibus cupiat sicut asserit profectibus insudare, nos ipsius supplicationibus inclinati, mandamus qualius eidem scolasticis studiis insistendo fructus prebende quam in Burgensi ecclesia obtinet cum ea integrilate facias exhiberi qua ipsos percipiunt alii canonici ejusdem ecclesie studio immorantes. Non obstantibus quibuslibet ipsius ecclesie constitutionibus —. Contradictores. Dat. Neapoli, XVI kalendas maii, anno primo.* »

589

Anagni, 6 juillet 1255.

Episcopo Narniensi mandat, ut electionem magistri Andreac de Narnia, canonici Sabinensis, in archipresbyterum ejusdem ecclesiae, si canonice celebrata sit, confirmet. (Reg. 24, c. 486, f. 71v.)

« *.., episcopo Narniensi. Dilectus filius magister Andreas de Narnia, canonicus Sabinensis, nobis humiliiter supplicavit, ut, cum canonici ecclesie sancte Marie in Casali, Sabinensis dioecesis, ipsum, ecclesia ipsa vacante, in suum archipresbyterum, prout spectabat ad eos, canonice ac concorditer elegissent, electionem eandem dignaremur auctoritate apostolica confirmare. Quia vero nolis non constitut de premissis, mandamus quatinus, si ele[c]tionem eandem inveneris de persona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate nostra confirmare procures, faciens ei a suis subditis exhiberi obedientiam et reverentiam debitam ac de ipsius ecclesie iuribus integre responderi. Contradictores. Alioquin, ea rite cassata, facias eidem ecclesie de persona idonea provideri. Dat. Anagnie, II nonas julii, anno primo.* »

590

Anagni, 7 juillet 1255.

Branchaleoni de Andelo, senatori Urbis, mandat, ut Bassum scrinarium Camerae, Bontempum, Berardum dictum Longum et alios tam servientes quam cursores s. Sedis, secundum privilegium familiarium papae consuetum, ad publica praestanda servitia coarctari non permittat. (Reg. 24, c. 487, f. 71v; RÖDENBERG, t. III, n° 403).

« *Nobili viro Branchaleoni de Andelo, senatori Urbis. Cum hui de familia nostra, tam servientes quam cursores, domicilium habentes in Urbe, qui nostris insistunt obsequiis, ad eundum in exercitum vel ad alia civitatis publica prestanda servitia non consueverint coarctari, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, mandantes quatinus Bassum, scrinarium camere nostre, Bontempum et Berardum dictum Longum et alios tam servientes quam cursores nostros contra consuetudinem hujusmodi pro reverentia nostra non permittas super liis ab aliquibus molestari et exinde habeas excusatos. Dat. Anagnie, nonis julii, anno primo.* »

591

Naples, 22 avril 1255.

Rectori et fratribus hospitalis s. Leonardi Eboracensis, in quo multi pauperes et languidi collocantur et infantes aliquando exponuntur, ecclesiam de Neutone super Usam, Ebo-

racensis diocesis, usibus propriis applicandam concedit.
(REG. 24, c. 488, f. 71^v.)

« ... rectori et fratribus hospitalis sancti Leonardi Eboracensis. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod, cum in hospitali vestro multi pauperes et languidi collocentur et infantes inibi aliquando exponantur, quibus vos oportet necessaria ministrare, nobis humiliter supplicastis, ut ecclesiam de Neutone super Usam, Eboracensis diocesis, in qua jus vos habere proponitis patronatus, vobis concedere de benignitate solita curarimus. Nos igitur devotionis vestre precibus inclinati, prefatam ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis applicandam usibus vestris auctoritate presentium de gratia vobis concedimus speciali, concedentes nichilominus ut, cedente vel decadente ipsius rectore, possessionem ejusdem auctoritate nostra libere ingredi, archiepiscopi vel cuiuslibet alterius assensu minime requisito, ac in ea per presbyteros valeatis idoneos deservire; ita tamen quod animarum cura nullatenus negligatur in ipsa, jure nichilominus dioecesani in aliis que ad ipsam pertinent semper salvo. Non obstantibus aliquibus litteris —. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, X kalendas maii, anno primo. »

592

Anagni, 30 juin 1255.

[Henrico,] episcopo Sambiensi et Guillelmo, canonico ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, scribit nonnullos prelatos et clericos in partibus Poloniae denegavisse ut P., s. Georgii ad Volum Aureum diacono cardinali et in ipsis partibus legato satisfacerent, et excommunicatos in denegatione perstisset : praefatis ergo mandat, ut infra tempus praefixum a prelatis et clericis supradictis procurations P. cardinalis persolvi faciant. (REG. 24, c. 489, f. 71^v; RODENBERG, t. III. n° 402.)

« ... episcopo Sambiensi, et Guillelmo, canonico ecclesie sancti Dionisii Leodiensis. Exposuit nobis dilectus filius noster P., sancti Georgii ad Volum Aureum diaconus cardinalis, quod, cum olim in partibus Poloniae legationis fungeretur officio et nonnulli prelati et clerici ecclesiarum parvum earundem seculares et religiosi de suis procurationibus ei satisfacere pro suo libito denegarent, licet idem cardinalis in plerosque ipsorum fecerit ob id excommunicationis sententiam promulgari, dicti tamen prelati et clerici dampnabiliter in eadem sententia, sub appellationis velamine, in quam ad nos prorupisse dicuntur, persistere non verentes, adhuc procurations easdem solvere contradicunt, nichilominus presumentes immiscere se divinis officiis sic

ligati. Nos autem sententiam ipsam, quam usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari volumus, ratam et gratam habentes, ac eandem appellationem frivolam reputantes, mandamus, quatinus dictos prelatos et alios, cujuscunque dignitatis vel ordinis fuerint, moneatis vel moneri faciatis, ut infra tempus, quod eis duxeritis prefigendum, vobis et aliis, qui ad hoc deputandi nomine cardinalis ejusdem, dictas procurations cum integritate persolvant : contradictores, in quos non fuerat eadem sententia promulgata, ad id per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo. Illos autem et alios contumaces per vos aut alios ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duos menses post citationem vestram personaliter nostro se conspectui representent, quod ipsorum contumacia meruit recepturi. Quod si forte per inobedientie vitium citationi parere contempserint, prelatos eosdem tamdiu excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus artius evitari, donec ad presentiam nostram accesserint, parituri mandatis apostolicis in premissis. Alios vero beneficiis ecclesiasticis, que in predictis partibus obtinent, privare ac ea personis idoneis et obedientibus et devotis, quibus expedire videritis conferre curetis. Contradictores sublato cuiuslibet appellationis obstaculo censura simili compellendo. Non obstante si aliquibus dictarum partium a Sede apostolica sit indultum, quod excommunicari vel interdici nequeant aut suspendi et constitutione de dualibus dietis edicta in concilio generali. Diem vero citationis et quicquid inde feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentis fideliter intimetis. Quod si non ambo etc. Dat. Anagnie, II kalendas julii, anno primo. »

In e. m. eisdem contra .., episcopum et clerum civitatis et diocesis Pataviensium.

In e. m. .., abbatu sancti Martini, et .., decano sancti Andrei Coloniensis, contra nonnullos prelatos et clericos ecclesiarum partium Alamanie seculares et religiosos.

In e. m. .., episcopo Sambiensi, et Guillelmo canonico ecclesie sancti Dionisii Leodiensis, contra .., electum et clericum Salzburgensem civitatis et diocesis.

In e. m. eisdem usque : quod cum olim in partibus Datie legationis officio fungeretur, venerabilis frater noster .., Lundensis archiepiscopus, et nonnulli suffraganei partium earundem etc. ut in alia usque in finem.

593

Anagni, 10 juillet 1255.

Magistro Roberto de Melkeley, capellano suo, ex nobilibus orto natalibus, dispensat ut, praeter duo beneficia ecclesiastica

curam animarum habentia, super quibus per Sedem apostoli-
cam dispensatur, unicum aliud beneficium, etiam personatum
aut dignitatem, recipere valeat. (REG. 24, c. 490, f. 72.)

« *Magistro Roberto de Melkeleya, capellano nostro.* Hiis
potissime liberales —. Dat. Anagnie, VI idus julii,
anno primo. »

594

Anagni, 11 juillet 1255.

Episcopo Plonatensi mandat, ut Guillelmo, Ampuriensi
electo, munus consecrationis impendat, qui per Turritanum
archiepiscopum et metropolitanum nequit consecrari. (REG. 24,
c. 491, f. 72.)

« ... *episcopo Plonatensi.* Ex parte dilecti filii Guillelmi
Ampuriensis electi, fuit nobis humiliter supplicatum,
ut, cum ipse per venerabilem fratrem nostrum .., Tur-
ritanum archiepiscopum, metropolitanum suum, utpote
in remotis agentem, nequeat consecrari, consecrationem
ipsius. maxime cum de mora diutina ejusdem archie-
piscopi dubitetur, aliis committere curaremus. Geren-
tes itaque de circumspectione tua fiduciam in Domino
pleniorem, mandamus quatinus, associato tibi legitimo
numero episcoporum, eidem electo auctoritate nostra
munus consecrationis impendas ac facias ei a suis sub-
ditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi.
Contradictores etc. Nolumus autem ut per hoc juri met-
ropolitico ipsius archiepiscopi in posterum aliquatenus
derogetur. Dat. Anagnie, V idus julii, anno primo. »

595

Anagni, 12 juillet 1255.

Magistro Bernardo, canonico Bononiensi, capellano suo,
mandat, ut Bonacursum, abbatem monasterii s. Proculi Bononiensis,
quem conventus monasterii de Nonantula in abbatem
et successorem Cirsacci abbatis concorditer postulavit, in cor-
poralem dicti monasterii possessionem inducat et defendat in-
ductum. (REG. 24, c. 492, f. 72.)

« *Magistro Bernardo, canonico Bononiensi, capellano nos-
tro.* Intellecto dudum quod —. Dat. Anagnie, IIII idus
julii, anno primo. »

596

Anagni, 13 juillet 1255.

Bonacurso, abbatи monasterii de Nonantula, curam et ad-
ministrationem monasterii s. Proculi Bononiensis, quod sollicite

gessit, usque ad biennum in spiritualibus et temporalibus
duxit committendam. (REG. 24, c. 492², f. 72.)

« *Bonacurso abbatи monasterii de Nonantula, ordinis
sancti Benedicti.* Cum de persona —. Dat. Anagnie,
III idus julii, anno primo. »

597

Anagni, 13 juillet 1255.

Conventui monasterii s. Proculi Bononiensis mandat, ut
Bonacurso quondam eorum abbatи, licet translato in monaste-
rium de Nonantula ad biennum, usque ad illud tempus inten-
dant et obedient, eisque inhibet ne interim ad electionem vel
postulationem alicujus procedant. (REG. 24, c. 492³, f. 72^v;
POTTHAST 15917.)

« *Conventui monasterii sancti Proculi Bononiensis.* Cum
de persona —. Dat. ul supra. »

598

Anagni, 13 juillet 1255.

Cirsacci, abbatis monasterii de Nonantula, cessionem regi-
minis ab ipso factam approbat, eique provisionem trecentarum
librarum Bononiorum pro sustentatione annuatim de bonis
dicti monasterii ipsi exhibendam, habitationem quarundam
domorum et usum vasorum quorumdam ipsius coenobii quoad
vixerit confirmat. (REG. 24, c. 493, f. 72^v; POTTHAST 15916.)

« *Cirsacco, quondam abbati monasterii de Nonantula,
ordinis sancti Benedicti.* Intellecto dudum quod —. Dat.
ut supra. »

599

Anagni, 9 juillet 1255.

[Przemislae Otakaro], regi Boemiae, indulget, nt a nullo de-
legato vel subdelegato etc. possit excommunicari absque spe-
ciali mandato Sedis apostolicae. (REG. 24, c. 494, f. 72^v; POT-
THAST 15913.)

« .., regi Boemie illustri. Apostolicae Sedis benignitas
—. Dat. Anagnie, VII idus julii, anno primo. »

600

Anagni, 11 juillet 1255.

Conventui monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis in-
dulget, ut per illam generalem clausulam « quidam alii » litte-
ris apostolicae Sedis insertam conveniri ab aliquo non possit.
(REG. 24, c. 495, f. 72^v.)

« .., abbatи et conventui monasterii sancti Germani de

Pratis Parisiensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Vestre pacis querentes commodum et quietis, libenter illa vobis concedimus per que materia summota gravaminis vestri status tranquillitas procuretur. Hinc est quod nos vestris supplicationibus annuentes, ut per illam generalem clausulam « quidam alii », que litteris nostris vel legatorum apostolice Sedis inseri consuevit, conveniri ab aliquo non possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus, nisi littere apostolice ficerent de hac indulgentia mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Anagnie, V idus julii. anno primo. »

601

Anagni, 23 juin 1255.

Magistro Roberto de Prebenda, decano Dumblanensi, et Symoni de Kinros clero ac fratribus Helyae de Sancto Andrea et Alano de Midford, in praesentia sua constitutis pro expediendis negotiis prioris et capituli S. Andreae in Scotia, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam quingentiarum librarum sterlingorum novorum, et electum S. Andreae ac ipsos priorem et capitulum ac successores ipsorum et bona ecclesiae predictae episcopalia et alia creditoribus obligandi. (REG. 24, c. 496, f. 72v.)

« Magistro Roberto de Prebenda, decano Dumblanensi, et Symoni de Kinros clero ac fratribus Helye de Sancto Andrea et Alano de Midford, procuratoribus dilectorum filiorum... prioris et capituli ecclesie Sancti Andree in Scotia. Cum sicut in —. Dat. Anagnie, VIII kalendas julii. anno primo. »

602

Anagni, 11 juillet 1255.

Abbatu s. Stephani Yporiensis mandat, ut, secundum litteras Innocentii papae IV capitulo ecclesiae Vercellensis directas, Petro clero, nato nobilis viri Jacobi de S. Sebastiano, de praebenda in ecclesia Vercellensi provideat, non obstante constitutione apostolica de IIII canonicis in quacumque ecclesia solum recipiendis. (REG. 24, c. 497, f. 72v.)

« ... abbatu sancti Stephani Yporiensis. Dilectus filius Petrus clericus, natus nobilis viri Jacobi de Sancto Sebastianu, nolis exposuit quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster capitulo ecclesie Vercellensis suis dederit litteris in mandatis, ut eidem in ecclesia ipsa receptio in fratrem et canonicum, auctoritate litterarum dilecti filii G. de Monte longo, electi Aquilegensis, tunc in partibus illis apostolice Sedis le-

gati, de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providerent. dilecto filio .., electo Taurinensi, sibi super hoc executore concesso. idem Petrus, licet tertiam partem preventuum unius prebende ex quadam compositione inter ipsum et Brexanum ecclesie prediche canonicum postmodum inita percipiat in eadem, nondum tamen est in ea prebendam aliquam assecutus. Cum enim receptiones factas in quibuscumque ecclesiis, IIII^r dumtaxat exceptis, per quandam constitutionem super hoc a nobis editam decernimus irritas et inanes, ita quod recepti auctoritate litterarum Sedis ejusdem sint aliis jure ac tempore potiores et in prefata ecclesia ipsius Sedis auctoritate IIII^r in canonicos sint recepti, propter quod secundum constitutionem eamdem ejus receptio cassata videtur, dictus Petrus nobis humiliter supplicavit, ut cum nullus eum in receptione precedat, providere sibi super hoc de benignitate Sedis apostolice curaremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, constitutione non obstante predicta, per quam receptioni ejusdem P. non intendimus derogare, ipsi P. de prebenda, si qua in ecclesia predicta vacat ad presens vel quamcito vacare contigerit, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, faciens eum receptis eujuscumque auctoritate post ipsum in prebende assecutione preferri. Contradictores. Non obstante si —. Nos enim decernimus irritum —. Dat. Anagnie. V idus julii, anno primo. »

603

Anagni, 15 juillet 1255.

Raynero de ordine Minorum, episcopo Mainensi, concedit facultatem, ut ex bonis ecclesiae suae aliqua pauperibus elargiri valeat. (REG. 24, c. 498, f. 73; POTTHAST 15923.)

« Raynero de ordine fratrum Minorum, episcopo Mainensi. Licet ea que —. Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

604

Anagni, 15 juillet 1255.

Eidem concedit, ut in fratrum Minorum ac sororum ordinis s. Damiani domibus pontificali more divina officia celebrare etc. possit. (REG. 24, c. 498², f. 73; POTTHAST 15924.)

« Eidem. Devotionis tue precibus —. Dat. ut supra. »

605

Anagni, 15 juillet 1255.

Eidem concedit, ut, cum in ecclesia ejus propter discrimina

guerrarum etc. nequeat commorari, « apud sedem apostolicam vel alibi per Italiā quousque impedimenta hujusmodi cessaverint » morari possit. (REG. 24, c. 498³, f. 73; POTTHAST 15925.)

« *Eidem*. Cum sicut in —. Dat. ut supra. »

606

Anagni, 12 juillet 1255.

Priori hospitalis s. Johannis Jerosolymitani et plebano s. Marci Acconensis scribit, se mandavisce conventui s. Sabbati Acconensis, ut domum ipsius in Acconensi vico Catene Januensi communi venderet: eisque mandat, ut venditionem hujusmodi, quae in grave ipsius monasterii dispendium redundaret, inhibere curent. (REG. 24, c. 499, f. 73.)

« ... priori hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et ..., plebano sancti Marci Acconensis. Ad supplicationem dilectorum filiorum communis Januensis, dilectis filiis ..., abbatii et conventui monasterii sancti Sabbati Acconensis, nostris sub certa forma dedisse litteris dicitur in mandatis, ut domum, quam in civitate Acconensi in vico Catene juxta domum ipsius communis habere noscuntur, venderent eisdem vel concederent ad perpetuum censem annum aut pro concambio monasterio utili memorato, certo eidem communis super hoc executore concessso. Quia vero, sicut intelleximus, hujusmodi venditio seu alienatio, si fieret, in grave ipsius monasterii dispendium redundaret et alias ex ea nimium scandalum oriretur, mandamus quatinus, si est ita, eidem executori ex parte nostra, ne ad executionem mandati super hoc apostolici procedat, inhibere curetis. Quod si post inhibitionem vestram processerint, vos ejus processum denuncietis irritum et inanem. Si vero ad hujusmodi executionem jam processit, processum ipsius, nisi partes eidem processui infra terminum a vobis presigendum eisdem renunciaverint, vos ipsum auctoritate nostra penitus revocetis. Contradictores. Quod si non ambo etc. Dat. Anagnie, III idus julii, anno primo. »

607

Anagni, 15 juillet 1255.

Magistro Johanni Romano dispensat, ut, loco archidiaconatus Richemundiae libere resignati, licite thesaurarium Eboracensis ecclesiae retineat. (REG. 24, c. 500, f. 73.)

« *Magistro Johanni Romano, thesaurario ecclesie Eboracensis*. Affectu benivolentie specialis illos debemus prosequi, qui nobis et Ecclesie per operis evidentiam sunt devoti, cum ex hoc sit provenire solitum quod eorum devotio in augmentum deducitur et alii ad fidelitatem

obsequendam fortius animantur. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod felicis recordationis I. papa predecessor noster tecum auctoritate apostolica dispensavit, ut archidiaconatum Richemundie, Eboracensis diocesis, quem tunc obtinebas, cum aliis beneficiis tuis posses licite retinere. Quia vero propter liberam resignationem ipsius archidiaconatus thesaurarium Eboracensis ecclesie es adeptus, nobis humiliter suppliasti, ut tibi concedere curaremus quod thesaurarium eandem loco dicti archidiaconatus posses retinere. Nos itaque attendentes tue devotionis affectum, ut dictam thesaurarium loco ejusdem archidiaconatus possis cum aliis beneficiis tuis et curam animarum habentibus juxta predicte dispensationis ipsius tenorem licite retinere, constitutione generalis concilii super hoc edicta non obstante, tecum auctoritate apostolica dispensamus, proviso quod thesauraria et beneficia hujusmodi debitum etc. usque: negligatur. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

608

Anagni, 20 juillet 1255.

Priori et capitulo cathedralis ecclesiae S. Andree in Scotia, indulget, ut, pro eo quod in electione beate memorie David episcopi S. Andree duos de Kaledois [Culdees] ecclesiae s. Mariae de Kiltemont, civitatis S. Andree, ac totidem in electione magistri Gamelini electi S. Andree admiserunt cum protestatione tunc facta de consensu Katedorum ipsorum, nullum eis praejudicium generetur. (REG. 24, c. 501, f. 73; POTTHAST 15938.)

« ... priori et capitulo cathedralis ecclesie sancti Andree in Scocia, ordinis sancti Augustini. Desideriis vestris in —. Dat. Anagnie, XIII kalendas augusti, anno primo. »

609

Anagni, 14 juillet 1255.

Magistro Roberto de Petra, Castelli clericu, indulget, ut duo beneficia ecclesiastica curam animarum habentia recipere valeat. (REG. 24, c. 502, f. 73.)

« *Magistro Roberto de Petra, Castelli clericu*. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, II idus julii, annoprimo. »

610

Anagni, 14 juillet 1255.

Eadem licentia infrascripto. (REG. 24, c. 503, f. 73.)

« *Magistro Johanni de Monte Luelli, rectori ecclesie de*

*Halleya, Norwicensis diocesis. Etsi propter ambitiones —.
Ut in alia usque in fine. »*

611

Anagni, 15 juillet 1255.

Modum processus generalis capituli ordinis Cartusiensis restituit in integrum. (REG. 24, c. 504, f. 73v.)

« ... *sacriste Lugdunensi*. Dilecti fili, universitatis priorum ordinis Cartusiensis petitio nobis exhibita continet, quod, cum olim circa modum processus generalis capituli dicti ordinis, quedam de speciali mandato et auctoritate felicis recordationis pape predecessoris nostri ordinatio facta fuerit, que postmodum per predecessorem eundem ac demum per nos extitit confirmata; tandem super ordinatione ipsa inter dictos priores ex parte una et ..., priorem et conventum Cartusienses ex altera emergente materia quavis, procurator dictorum priorum occasione ipsius cause ad Sedem apostolicam destinatus, limitatum ab eis habes mandatum, quamdam cum priore et conventu predictis compositionem (*sic*) ordinationi prefate derogantem quamplurimum in grave dicti generalis capituli prejuditium et ejusdem ordinis observantie dispendium et lesionem enormia iniit, super quo procurator idem ex vi procurationis ipsius potestatem aliquam non habebat. Quare pro parte universitatis dictorum priorum, fuit nobis humiliter supplicatum, ut eis super hoc dignaremur per beneficium restitutionis in integrum paterna sollicitudine subvenire, verumque nobis non constitit de premissis, mandamus quatinus, vocatis etc. usque : observari. Testes autem etc. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

612

Anagni, 14 juillet 1255.

Episcopo Lexoviensi declarat, quod Romanus pontifex, mandans alicui clero de beneficio alicujus ecclesiarum alicujus civitatis vel diocesis provideri, ad cathedrali ecclesiam intentionem suam non extendit. (REG. 24, c. 505, f. 73v.)

« ... *episcopo Lexoviensi*. Fraternitati tue presentium tenore duximus declarandum, quod, cum romanus pontifex mandat alicui clero de competenti ecclesiastico beneficio prebendali vel alio in aliqua ecclesiarum alicujus civitatis vel diocesis provideri, ad cathedrali ecclesiam de qua expressum non fuerit se mandatoris intentio non extendit. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

613

Anagni, 14 juillet 1255.

Rectorem infrascriptum in suum recipit capellatum. (REG. 24, c. 506, f. 73v.)

« *Magistro Henrico de Summa, capellano nostro, rectori ecclesie sancti Johannis de Berewike, Saresbiriensis diocesis*. Attendentis tue merita probitatis et per hoc volentes te prosequi prerogativa favoris et gratie specialis, presentium tenore in nostrum recepimus capellatum, has tibi super hoc litteras in testimonium concedentes. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

In e. m. pro Magistro Johanni de Burtone, capellano nostro, rectori ecclesie de Hakeburne, Saresbiriensis diocesis.

614

Anagni, 3 juillet 1255.

Episcopo Maltensi mandat, quatinus, amoto Mathaeo de Panormo, Syracusano canonico, Frederici fauatore, in possessionem praebendae Johannem dictum Saccum inducat. (REG. 24, c. 507, f. 73v.)

« ... *episcopo Maltensi*. Cum dilectus filius, Magister Johannes Spata, subdiaconus et capellanus noster, de speciali mandato et auctoritate felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, privans sententialiter paratum dignitate, prebendis et ecclesiasticis beneficiis universis Magistrum Matheum de Panormo, Siracusum canonicum, pro eo quod ille se indignum reddiderit insistendo servitiis quandam Fr. olim imperatoris, etiam post depositionem ipsius, ea omnia, eadem auctoritate, de speciali gratia et mandato ipsius predecessoris, dilecto filio Johanni dicto Sacco, canonico Panormitano, conferre curarit et idem predecessor sibi ea omnia confirmarit, nosque postmodum, quod ab eisdem capellano et predecessor factum extitit in hac parte, per nostras duxerimus litteras confirmandum; non obstantibus aliquibus collationibus, confirmationibus et litteris a Sede apostolica vel legatis ipsius sub quacunque forma in ejus prejudicio postmodum impetratis, vel etiam in posterum impetrandis : fraternitati tue, ad instar prefati predecessoris pape, apostolica Sede mandamus, amoto ipso Matheo et detentore quolibet illicito ab omnibus supradictis, etiam si per Fr. prefatum, natos aut officiales seu fautores eorum aliis sunt collata vel teneantur predicta omnia, aut eorum aliquo occupata, dictum Johannem vel procuratorem suum ejus nomine in predictorum possessionem inducas vel induci facias corporalem et tuearis inductum, sibi de fructibus eorumdem a tempore collationis prefati ca-

pellani faciens integre responderi. Non obstante quod idem Johannes alias beneficiatus existat et qui buslibet litteris apostolicis super aliquorum provisionibus in Regno Sicilie generaliter vel specialiter impetratis seu etiam impetrandi, aut quibuscumque indulgentiis vel privilegiis a Sede apostolica obtentis sive in posterum obtainendis, de quibus speciale et expressam fieri oportet in nostris litteris mentionem, aut contrariis constitutionibus, consuetudinibus vel statutis quacumque firmitate vallatis, ex quibus hujusmodi gratia impediri possit vel etiam retardari. Contradictores, invocato etc. Constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali non obstante. Dat. Anagnie, V nonas julii, anno primo. »

615

Anagni, 7 juillet 1255.

Infrascriptae concedit facultatem habendi altare portatile, in quo sibi et familiae sua per capellanum proprium divina faciat celebrari. (REG. 24, c. 508, f. 73v.)

« *Nobili mulieri Amicie, comitisse de Novien et domini Insule sorori, nobilis viri .., comitis Glodone, vidue. Benigno sunt illa —. Dat. Anagnie, nonis julii, anno primo.* »

616

Anagni, 7 juillet 1255.

Conventui monasterii Jottrensis, Meldensis diocesis, indulget, ut in parrochiis illis in quibus decimas percipere consuevit, novalium quoque decimas de quibus aliquis bactenus non percepit, percipere valeat. (REG. 24, c. 509, f. 73v.) »

« *.., abbatisse et conventui monasterii Jottrensis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Meldensis diocesis. Vestre devotionis precibus inclinati, ut, in parrochiis illis in quibus decimas percipere consuevislis ab eo tempore cuius memoria non existit, pro ea portione qua veteres percepistis, novalium quoque decimas de quibus aliquis lactenius non percepit, percipere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, nonis julii, anno primo.* »

617

Anagni, 25 juin 1255.

Priori et fratribus s. Salvatoris de Fultignano et s. Leonardi de Silva de Lacu significat, se unionem eremi s. Leonardi cum eremo s. Salvatoris de Fultignano per adjutum generalem visi-

tatem fratrum Eremitarum ordinis s. Augustini factam confirmare. (REG. 24, c. 510, f. 73v; POTTHAST 15904.)

« *.., priori et fratribus sancti Salvatoris de Fultignano et sancti Leonardi de Silva de Lacu, ordinis sancti Augustini, Senensis diocesis. Ex parte vestra —. Dat. Anagnie, VII kalendas julii, anno primo.* »

618

Anagni, 21 juillet 1255.

Magistro Rogerio de Thansavere, rectori ecclesiae de Cadby, Lincolnensis diocesis, indulget, ut, praeter ecclesiam praedictam, cuius proventus V marcarum sterlingorum valorem annuum non excedunt, possit adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium retinere. (REG. 24, c. 511, f. 73v.)

« *Magistro Rogerio de Thansavere, rectori ecclesie de Cadby, Lincolnensis diocesis. Gum sicut dicaris —. Dat. Anagnie, XII kalendas augusti, anno primo.* »

619

Anagni, 16 juillet 1255.

Infrascriptis, qui de consensu Maguntini archiepiscopi stauerant, ut quicunque in ecclesia de Moystat decanatum obtinisset, capellam s. Blasii in Moystat, cedente vel decedente ipsius rectore, cum decanatu obtineret, neconon ut quicunque praebendam quam magister Arfogus ejusdem ecclesiae canonicice obtinebat habuisset, scholasticum officium gerens scholas per se vel per alium in dicta ecclesia gereret, statutum confirmat. (REG. 24, c. 512, f. 74.)

« *.., decano et capitulo ecclesie de Moystat, Maguntine diocesis. Justis petentium etc. —. Dat. Anagnie, XVII kalendas augusti, anno primo.* »

620

Anagni, 14 juillet 1255.

Rogerio, rectori ecclesiae Omnia Sanctorum de Melton Peverel, Norwicensis diocesis, devotionem Magistri Roberti de Melkeley, capellani sui, germani dicti Roberti, attendentes, indulget, ut, praeter ecclesiam praedictam, unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere et retinere possit. (REG. 24, c. 513, f. 74)

« *Rogerio, rectori ecclesie Omnia Sanctorum de Melton Peverel, Norwicensis diocesis. Apostolica Sedes sibi —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo.* »

621

Anagni, 17 juillet 1255.

L., episcopum Mothonensem, quamdiu vixerit, a jurisdic-

tione Gaufridi, Patracensis electi, metropolitani, eximit. (REG. 24, c. 514, f. 74.)

« *L., episcopo Mothonensi.* Debite providentie oculo — : favore igitur personam tuam prosequi precipuo intendentes, quam inter celeros prelatos principatus Achiae ac Moree amoris privilegio complectimur singularis, tue fraternitatis precibus inclinati, te ac demanum tuum ecclesie Mothonensis et que de demanio ipso existunt, quamdui ipsi ecclesie prefueris, a jurisdictione dilecti lilii Gaufridi. Patracensis electi, metropolitani tui, auctoritate presentium eximimus, tibi eadem auctoritate personaliter indulgendo. ut ipse G. in Iuani precise et ., vicarii tui, occasione predicta personas excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias auctoritate ordinaria proferre non possit absque nostra speciali licentia plenam et expressam facientem de exemptione ac indulto hujusmodi mentionem. Nulli etc. nostre exemptionis et concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kal. augusti, anno primo. »

In e. m. eidem usque : a jurisdictione venerabilis fratris Pantaleonis, patriarche Constantinopolitani, apostolice Sedis legati, auctoritate presentium eximimus; tibi eadem auctoritate personaliter indulgendo, quod idem Pantaleo alias tibi per se vel per suos collectas impouere, teque quacumque occasione ad exhibitionem et prestationem urgere ipsarum, et quod interdicti, suspensionis aut excommunicationis in personam tuam auctoritate sue legationis vel ordinaria sententias proferre non possit etc. ut in alia usque in fine.

622

Naples, 8 avril 1255.

Petro, episcopo Castellanetensi, indulget, ne dilectus filius, Huguitio, capellanus suus, in Massa trabaria legationis fungens officio, in personam ejus excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententias valeat promulgare, absque mandato Sedis apostolice speciali. (REG. 24, c. 515, f. 74.)

« *Petro, episcopo Castellanetensi.* Sinceritatis tue meritis —. Dat. Neapol. VI idus aprilis, anno primo. »

623

Anagni, 14 juillet 1255.

Conventibus Cisterciensis ordinis, moerentibus ut ecclesiasticis prelati et judices, virtute litterarum Sedis apostolicae generaliter continentum quod non obstant aliqua privilegia seu indulgentiae jurisdictionis explicationi, jurisdictionem erga ipsos exerceant, indulget, ne conveniri per hujusmodi litteras

de cetero seu ad judicium evocari possint, quae de ordine Cisterciensis non fecerint mentionem. (REG. 24, c. 516, f. 74.)

« ... abbatii Cisterciensis, ejusque coabbatis et conventibus universis, Cisterciensis ordinis. Meritis vestre sacre —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

624

Anagni, 20 juillet 1255.

Magistro Henrico de Sceptone, rectori ecclesiae de Epeworth, Lincolnensis diocesis, qui in artibus meruit cathedralm ascendere magistram et in theologica facultate studens diutius laudabiliter profecit, gratia speciali dispensat, ut, praeter duo beneficia sui ecclesiastica, curam animarum habentia, unicum beneficium similem eorum habens possit adhuc recipere. (REG. 24, c. 517, f. 74v.)

« *Magistro Henrico de Sceptone, rectori ecclesie de Epewirrohe, Lincolnensis diocesis.* Adjutos tuorum et scientie —. Dat. Anagnie, XIII kalendas augusti, anno primo. »

625

Anagni, 15 juillet 1255.

Episcopo et capitulo Astoricensibus mandat, quatinus Petro Dominici, clero eorum diocesis, praebendam primo vacaturam conferant. (REG. 24, c. 518, f. 74v.)

« ... episcopo et capitulo Astoricensibus. Ad provisiorum illorum libenter intendimus, qui ad eam obtinendam se propriis student meritis coaptare. Hinc est quod nos dilectum filium Petrum Dominici, clericum de vestra diocesi oriundum, cui de litterarum scientia et honestis moribus landabile testimonium perhibetur, favore benivolo prosequentes, universitatem vestram rogamus. monemus et hortamur attente, qualinus eundem clericum pro vestra et apostolice Sedis reverentia recipientes in canonicum et in fratrem, prebendam, si qua in ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, sibi liberaliter conferatis. Non obstante statuto ipsius ecclesie de certo canonicorum numero, juramento, vel confirmatione Sedis apostolice aut quamcumque firmatione alia roborato, sive quod idem clericus, sicut asserit, quoddam beneficium obtinet, quod triunn marcarum valentiam annis singulis non excedit: Preces nostras in hac parte taliter impleturi, ut idem clericus assecutum se gaudeat quod intendit nosque proinde vestre devotionis promptitudinem merito commendemus. Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

626

Anagni, 9 juillet 1255.

Abbati Compondiensi, Suessionensis dioecesis, mandat, ut excommunicationes contra homines, servientes, molendinarios et coquos monasterii s. Germani de Pratis a nonnullis prelatis et eorum officialibus, invidentibus monasterii libertatibus, latas relaxet. (REG. 24, c. 519, f. 74v.)

« ... abbati Compendiensi, Suessionensis dioecesis. Dilecti filii .., abbas, et conventus monasterii sancti Germani de Pratis Parisiensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, gravem ad nos querimoniam destinarunt. quod nonnulli prelati et corum officiales ipsorum libertatibus invidentes, cum non possint in ipsos excommunicationis suspensionis vel interdicti sententias promulgare . pro eo quod super hoc apostolicis privilegiis sunt muniti , in ementes et vendentes seu communicantes eisdem necnon homines et servientes ipsorum ac illos qui moriunt in molendinis seu coquunt in fornis eorum presumunt huiusmodi sententias promulgare, ex quo illud accidit inconveniens, ut ipsi quantum ad hoc judicentur judicio judeorum et qui eis communicant in predictis majorem excommunicationem incurvant quam excommunicatis participando fuerant incursum, siveque sit ut exemptis concessa eis causa solatii et quietis sit ipsis causa dispendii et laboris. Cum igitur nobis principaliter injuriari probentur, qui privilegia Sedis apostolice vel irreverenter impugnant vel contra ipsorum gesti intellectum et privilegiatos privilegiorum commodis privare conantur, nos nolentes tam abusivas enormitates seu tam enormes abusns non absque injuria Sedis apostolice excogitas equanimiter tolerare, discretioni tue ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri per apostolica scripta mandamus quatinus, inquisita super premissis diligenter veritate, sententias si quas inveneris sic prolatas sine qualibet difficultate relaxes , illos quos eas tulisse constiterit ad satisfaciendum eisdem abbati et conventui et hiis in quos late fuerant de dampnis et expensis que occasione huiusmodi subierunt et quod tam ipsi quam alii de cetero a talium sententiarum promulgatione omnino desistant, monitione premissa, distinctione qua convenit, appellatione remota compellas. Dat. Anagnie. VII idus julii, anno primo. »

627

Anagni, 15 juillet 1255.

Prior de Hextildesham, Eboracensis dioecesis, indulget ut, in ecclesia de Hextildesham [Hexham] in qua personaliter residens Domino deservit, nullus vicarium de novo instituere

secutarem aut dictum priorem ad ipsum instituendum ibidem compellere valeat. (REO. 24, c. 520, f. 74v.)

« .., priori et conventui de Hextildesham, ordinis Sancti Augustini, Eboracensis dioecesis. Devotionis vestre sinceritas —. Dat. Anagnie. idus julii, anno primo. »

628

Anagni, 14 juillet 1255.

Priori de Botavilla, Xanetonensis dioecesis, indulget, ut pro hominibus ipsius a nobilibus et laicis Xanetonensis, Pietavensis et Engolismensis diocesum damnatis agere valeat. (REG. 24, c. 521, f. 74v.)

« .., priori de Botavilla, Xanetonensis dioecesis. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli nobiles ac alii laici Xanetonensis, Pietavensis et Engolismensis civitatum et diocesum hominibus tuis dampna frequenter inferunt et jacturas, ac prefati homines quamquam propter timorem, interdum vero propter eorum penuriam, suam non possunt justiciam prosequi contra illos. Quare nobis humiliter supplicasti, ut, cum propter hoc tua ecclesia dampnum non modicum patiatur, providere tibi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, ut, quatinus tua interest, agere valeas pro eisdem , auctoritate tibi presentium indulgeamus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

629

Anagni, 20 juillet 1255.

Conventui monasterii de Tyronio, Carnotensis dioecesis, decimas per XL annos possessas confirmat. (REG. 24, c. 522, f. 74v.)

« .., abbati, et conventui monasterii de Tyronio, ordinis sancti Benedicti, Carnotensis dioecesis. Sincere devotionis affectus quem ad nos et Romanam Ecclesiam habere noscimini laudabiliter promeretur etc. usque : annuamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut decimas quas per XL annorum spacium vos et membra vestra volbis immediate subjecta, sicut asseritis, rationabiliter possedistis, eas volbis et eisdem membris percipere ac retinere licet, auctoritate praesentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XIII kalendas augusti, anno primo. »

630

Anagni, 15 juillet 1255.

Ricardo, abbati Westimonasterii, concessam a rege Angliae

facultatem ut libere testetur de bonis mobilibus monasterii ad mensam abbatis spectantibus confirmat. (REG. 24, c. 523, f. 74^v.)

« Riccardo, capellano nostro, abbatii Westimonasterii, ordinis sancti Benedicti, Londoniensis diocesis. Solet annuere etc. impertiri. Sane petitio tua nobis exposita continebat quod, cum bona abbatis a bonis conventus Westimonasterii penitus sint divisa et ad carissimum in Christo filium nostrum .., regem Anglorum illustrem, bona mobilia abbatum regi Anglie decedentium de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pervenire noscantur propriis usibus applicanda, idem rex, quod de bonis mobilibus ejusdem monasterii ad tuam duntaxat mensam spectantibus, quae te decedente secundum eandem consuetudinem pertinere ad fiscum regium videbuntur, libere testari et disponere valeas, consuetudine hujusmodi non obstante, concessit per suas litteras facultatem. Nos itaque tuis precibus inclinati, concessionem hujusmodi sicut pro vide facta est ratam habentes et (1) gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : concedimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

631

Anagni, 15 juillet 1255.

Universitati Salamantine indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor seu et conservator possit, auctoritate Sedis apostolice vel legatorum ipsius, in Universitatem dictam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente de indulgentia hujusmodi mentionem. (REG. 24, c. 524, f. 75.)

« Universitati magistrorum, rectorum et scolarium Salamantine. Illos qui in —. Dat. ut supra. »

632

Anagni, 15 juillet 1255.

Eisdem concedit, ut commune sigillum habere valeant. (REG. 24, c. 524², f. 75.)

« Eisdem. Petitionibus vestris benignum —. Dat. ut supra. »

(1) Au bas du feuillett 74 v°, on lit la mention « gratam » et, au-dessous : « Illic cessavit scribere Johannes de Novaria, clericus de Gabella. » La marge supérieure du feuillett 75 contient cette autre mention : « Usque hic scripsit Johannes de Novaria de Gabella. Incepit ibi scribere... »

633

Anagni, 23 juillet 1255.

Abbati et conventui monasterii Malleacensis concedit facultatem uniendi simul binos et binos prioratum subjectorum, quorum proventus non sufficiunt ad sustentationem duorum monachorum. (REG. 24, c. 525, f. 75.)

« ... abbati et conventui monasterii Malleacensis, ordinis sancti Benedicti, Pictaviensis diocesis. Illa libenter devotioni vestre concedimus, per quae status vestri tranquillitas procuretur. Sane petitio vestra nobis exposita continebat, quod vos quamplures prioratus habetis quorum proventus sunt adeo tenues et exiles, quod non sufficiunt ad sustentationem duorum monachorum et familie competentis. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, uniendi simul binos et binos hujusmodi prioratum, devotissimi vestre liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Ita tamen quod diocesani locorum in eisdem prioratibus sic unitis illa jura percipient que consueverant pereipere haec tenus ante hujusmodi unionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie. X kalendas augusti, anno primo. »

634

Anagni, 17 juillet 1255.

Eisdem indulget, ut extra dioeceses eorum trahi non possint in causam. (REG. 24, c. 525², f. 75.)

« Eisdem. Inducunt nos vestre devotionis merita, ut nos prosequainur benivolentia grata. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut vos seu priores prioratum vestro monasterio subjectorum extra vestras dioeceses trahi non possitis in causam per litteras Sedis apostolice vel legatorum ipsius, nisi Sedis ejusdem littere de indulgentiis hujusmodi plenam et expressam fecerint mentionem. Presentibus post quinquennium etc. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas augusti, anno primo. »

635

Anagni, 18 juillet 1255.

Eisdem indulget facultatem novalium decimas percipiendi in parochiis eorum. (REG. 24, c. 525³, f. 75.)

« Eisdem. Meritis vestre religionis inducimur, ut quamdigne possumus vobis libenter gratiam faciamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in parochiis illis, in quibus veteres decimas haec tenus percepis-

tis, pro ea portione quam veteres vos contingunt, novarium quoque decimas de quibus aliquas hactenus non percepit, percipere legitime valeatis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno primo. »

636

Anagni, 17 juillet 1255.

In singulis prioratibus eorumdem, quos saeculares clerici loco monachorum deserviunt, mandat archiepiscopo Burdegalensi, ut quisque clericus duobus monachis monasterii Malleacensis provideat. (REG. 24, c. 525⁴, f. 75.)

« .., archiepiscopo Burdegalensi. Petatio dilectorum filiorum ... abbatis et conventus monasterii Malleacensis, ordinis sancti Benedicti, Pictaviensis diocesis, nobis exposita continebat, quod predecessores eorum quosdam prioratus ipsius monasterii, in quorum quolibet consuevit per duos monachos ejusdem monasterii deserviri a tempore cuius memoria non existit. secularibus clericis contulerunt, sicque in prioratibus ipsis per monachos non impeditur Domino consuetus et debitus famulatus. Quia vero ex hoc possit eisdem abbati et conventui ac dicto monasterio grave prejudicium generari, dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis et eidem monasterio super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, quemlibet clericorum ipsis, ut in prioratu quem obtinet duos de monachis dicti monasterii relinere debeat et eis de bonis prioratus ipsius honeste in necessariis providere, cum ad id prout asseritur eundem prioratum sufficient facultates, monitione presentium per censuram ecclesiasticae appellatione remota compellas. Non obstantibus aliquibus litteris vel indulgentiis eisdem clericis sub quacumque forma verborum ab apostolica Sede concessis. Dat. Anagnie, XVI kalendas augusti, anno primo. »

637

Anagni, 27 juillet 1255.

Eidem mandat, ut conventum Malleacensem, qui diversis affligitur injuriis et jacturis, molestari non permittat. (REG. 24, c. 525⁶, f. 75.)

« *Eidem*. Pium esse dinoscitur —. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, anno primo. »

638

Anagni, 23 juillet 1255.

Inhibet ne aliqua ecclesiastica saecularisve persona feuda

quac a monasterio Malleacensi tenet alienare aut onerare praesumat. (REG. 24, c. 525⁶, f. 75.)

« .., abbatii et conventui monasterii Malleacensis, ordinis sancti Benedicti, Pictaviensis diocesis. Desideriis vestris in hiis affectu benivolo debemus annuere, que vos et monasterium vestrum possint a dispendiis preservare. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, ne aliqua ecclesiastica secularisve persona feuda que a monasterio ipso tenet vel aliquid de feudis ipsis absque vestro assensu vendere, distrahere seu quolibet modo alienare aut imponere ipsis feudis vel feudalibus rebus aliqua onera de novo presumat, auctoritate presentium districtius inhibemus. Decernentes irritum et inane, si quid contra inhibitionem hujusmodi a quoquam fuerit attemptatum. Nulli etc. nostre inhibitionis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, X kalendas augusti, anno primo. »

639

Anagni, 18 juillet 1255.

Archiepiscopo Burdegalensi notificat inhibitionem superscriptam, et mandat, quatinus feuda hujusmodi, quae sic alienata vel distracta invenerit, ad jus et proprietatem predicti monasterii revocare legitimate ac onera ipsius taliter imposita studeat removere. (REG. 24, c. 525⁷, f. 75.)

« .., archiepiscopo Burdegalensi. Petatio dilectorum filiorum —. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno primo. »

640

Anagni, 17 juillet 1255.

Abbatii Malleacensis monasterii indutget, ut ipse vel priores prioratum dicto monasterio subectorum, per illam generalem clausulam « quidam aliique » in litteris apostolicis frequenter apponitur, conveniri minime valeant. (REG. 24, c. 525⁸, f. 75v.)

« .., abbati et conventui ut supra. Meritis etc. usque : procuretur —. Dat. Anagnie, XVI kalendas augusti, anno primo. »

641

Anagni, 18 juillet 1255.

Decano Xanctonensi mandat, ut impedit ne aliquis judex ordinarius vel a Sede apostolica delegatus causas monasterii Malleacensis et prioratum eidem subectorum audire praesumat. (REG. 24, c. 525⁹, f. 75v.)

« .., decano Xanctonensi. Meritis religionis dilecti —. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno primo. »

642

Anagni, 16 juin 1255.

Monasterium Malleacense et prioratus eidem subjectos sub beati Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem decimas, redditus, terras, possessiones et alia bona quae juste possident, confirmat. (REG. 24, c. 525¹⁰, f. 75v.)

« ... abbatii et conventui ut supra. Sacrosancta Roniana Ecclesia —. Dat. Anagnie, XVI kalendas julii, anno primo. »

643

Anagni, 16 juin 1255.

Eorumdem supplicationibus inclinatus, ne aliquis judex ordinarius vel delegatus ab eadem Sede seu legatis ipsius infra septa ejusdem monasterii sive prioratum illi subjectorum causas audire aut tractare praesumant, auctoritate praesentium districtus inhibet. (REG. 24, c. 525¹¹, f. 75v.)

« Eisdem. Meritis vestre religionis —. Dat. ut in alia. »

644

Anagni, 15 juillet 1255.

Magistro Guillelmo dicto Chaperon, abbatis Malleacensis monasterii clero, dispensat, ut duo beneficia ecclesiastica, etiam si personatus existant, possit licite recipere et retinere. (REG. 24, c. 525¹², f. 75v.)

« Magistro Guillelmo dicto Chaperon, clero Pictaviensis diocesis. Licet ne quis plures ecclesias etc. usque : adjuvari. Hinc est quod nos attendentes tue merita probitalis, ac per hoc et consideratione dilecti filii .., abbatis monasterii Malleacensis cujus existis clericus, volentes tibi gratiam facere specialem. ut duo beneficia ecclesiastica, etiam si curam habeant animarum et personatus existant ac tibi canonice offerantur, possis licite recipere ac libere retinere, constitutione non obstante predicta, tecum auctoritate apostolica dispensamus, proviso quod beneficia et personalis hujusmodi debitibus etc. usque : negligatur. Nulli etc. nosre dispensationis etc. Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

645

Anagni, 18 juillet 1255.

Abbatis et conventui Malleacensis monasterii indutget, ut, de possessionibus seu novalibus ipsorum quae propriis manibus aut sumptibus colunt, non teneant alicui decimas exhibere, districtus inhibens, ne quis de possessionibus et novalibus

hujusmodi decimas ab ipsis exigere vel extorquere presumat. (REG. 24, c. 525¹³, f. 75v.)

« ... abbatii et conventui ut supra. Religionis vestre meretur —. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno primo. »

646

Anagni, 17 juillet 1255.

Eisdem indulget, ne quis aliquod de feudis vel decimis ad monasterium spectantia acquirere possit, sine licentia et assensu ipsorum. (REG. 24, c. 525¹⁴, f. 75v.)

« Eisdem. Desideriis vestris in hiis affectu benivolo libenter annuimus, que vobis et monasterio vestro profutura speramus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgimus, ne cui liceat feuda que ad idem monasterium vel prioratus ipsius seu decimas parochialium ad idem monasterium vel patronatum ipsius spectantium, nec aliquod de ipsis feudis vel decimis quoquomodo acquirere sine vestra licencia et assensu. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas augusti, anno primo. »

647

Anagni, 14 juillet 1255.

Abbatis monasterii Vallis regiae concedit facultatem audiendi confessiones familiarium ipsius ac ministrandi eis ecclesiastica sacramenta. (REG. 24, c. 526, f. 75v.)

« ... abbatii monasterii Vallis regie, Cisterciensis ordinis, Remensis diocesis. Tuis devotis precibus inclinati, audiendi confessiones familiarium tuorum obsequiis tui monasterii immorantium, et injungendi penitentias prout videris expedire, ac ministrandi eis ecclesiastica sacramenta, auctoritate presentium tibi sine juris prejudicio alieni concedimus facultatem. Nulli etc. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

648

Anagni, 21 juillet 1255.

Infrascripto indutget, ut, praeter beneficia jam obtenta quorum proventus XX marchas sterlingorum annuatim vix exce- dunt, duo beneficia similem curam animarum habentia recipere et retinere valeat. (REG. 24, c. 527, f. 75v.)

« Magistro Rogerio de Cava, rectori ecclesie de Bernal-

*deby, Lincolnensis diocesis. Etsi propter ambitiones —.
Dat. Anagnie, XII kalendas augusti, anno primo. »*

In e. m. pro magistro Nicolao de Stanford, rectori ecclesie de Cluna, Conventrensis et Lichefeldensis dioecesum.

649

Anagni, 22 juillet 1255.

Conventui Bellae Vallis, Praemonstratensis ordinis, et rectori ecclesiae de Baricort, Remensis diocesis, qui hominibus ville de Baricort opponentibus minutis decimas, oblationes et res alias percipere non poterant, quorumque materia quaestio[n]is jam a Mathaeo de Alperino et postea a Jacobo de Sabello, capellani papae, judicata fuerat, sententiam Willelmi de S. Martino, archidiaconi Roffensis, confirmat, litteras Willelmi Neapoli XI^a die mensis januarii exeunte anno MCCLV° datas inserendo. (Reg. 24, c. 528, f. 76.)

« ... , abbatii, et conventui Belle Vallis, Premonstratensis ordinis, et .., rectori ecclesie de Baricort, Remensis diocesis. Cum olim inter vos ex parte una et communitatem ac homines ville de Baricort, Remensis diocesis, ex altera, super minutis decimis, oblationibus et rebus aliis orta fuisset materia questionis, tandem felicis recordationis I. papa predecessor nosfer dilecto filio magistro Matheo de Alperino, capellano nostro, hujusmodi causam commisit; qui cognitis cause meritis pro vobis contra communitatem et homines dicte ville super hiis quasdam diffinitivas sententias promulgavit. Sed quia pro communitate ipsa dumtaxat nullus autem predictis hominibus circa hec comparuit in judicio procurator, ex quo hujusmodi sententie prefatos homines non ligabant, idem predecessor ad instantiam procuratoris ejusdem communatis dilectum filium Jacobum de Sabello, subdiaconum et capellanum nostrum, dedit super hoc partibus auditorem; qui, auditis hinc inde propositis, dictas sententias contra prefatos homines latas . pro eo quod pro ipsis in judicio procurator extitit qui jus ipsorum in judicium deducere potuisse, pronunciavit sententialiter nullas esse. Deinum vero procurator vester, attendens hujusmodi sententias quoad prefatos homines revocatas ex causa premissa et petens ex eadem causa quasdam alias sententias contra vos pro communitate ipsa et eisdem hominibus super benedictionibus nubentium, mortuorum sepulturis, baptismate parvolorum et rebus aliis per eundem magistrum Matheum prolatas, quantum ad ipsos homines revocari, dilectum filium magistrum Willelmum de Sancto Martino, capellanum nostrum, archidiaconum Roffensem, ab eodem predecessore dari super hoc sibi obtinuit auditorem; qui, habito peri-

torum consilio, quia in neutro judiciorum pro dictis hominibus aliquis comparuit procurator, hujusmodi sententias latas pro ipsis decrevit sententialiter fore nullas, ceteris contentis in eisdem sententiis in suo roboe duraturis, prout in litteris inde confectis et ipsius archidiaconi sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque vestris precilus inclinati, quod super hiis ab eodem archidiacono provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Naples, 21 janvier 1255.

« In Dei nomine Domini, amen. Willelmus de Sancto Martino, domini pape capellanus, archidiaconus Roffensis ac felicis recordationis domino I. papa IV concessus auditor partibus infrascriptis, ad perpetuam rei memoriam. Orta dudum coram magistro Matheo de Alperino, domini pape capellano et ab ipso domino partibus auditore concesso inter ... abbatem et conventum Bellevallis, Premonstratensis ordinis, Remensis diocesis, et rectorem ecclesie de Baricort ex parte una, ac communitatem et homines ville de Baricort ex altera, super minutis decimis, oblationibus et rebus aliis materia questionis, datum idem magister M., cognitis cause meritis et pro abbate et conventu ac rectore predictis contra communitatem et homines predice ville super hujusmodi decimis, oblationibus et rebus aliis coram eo petitis persolvendis abbatii et conventui ac rectori predictis, quasdam diffinitivas sententias promulgavit, sicut in litteris ipsius magistri M. super hoc confectis dicitur plenius contineri. Geterum quia pro hominibus memoratis nullus comparuit procurator in judicio ex parte, procurator jam dicte communatis petitus fuit super hoc et concessus auditor a domino papa predicto dominus Jacobus de Sabello, domini pape subdiaconus et capellanus; coram quo contra prefatas sententias plura per procuratorem communatis fuere proposita, dum easdem pars altera rationibus suis defendere niteretur. Tandem vero idem dominus Jacobus, hiis qui fuerunt coram eo proposita fideliter domino pape relatis et ab ipso domino ad pronunciandum super hiis obtenta licentia, partibus in sua presentia constitutis, sententialiter promulgavit in eo dumtaxat memoratas sententias fore nullas que late fuerunt contra homines dicte ville, pro eo quod nec ipsi per se comparuerunt nec procurator pro eis in judicio extitit qui jus

» ipsum in judicium deducere potuisset, prout in
 » litteris ipsius domini I. super hoc confectis plenius
 » continetur. Procurator autem abbatis et conventus
 » ac rectoris ipsorum sententias antedictas quoad dictos
 » homines videns esse correctas ac eupiens eorum-
 » dem dominorum suorum indemnitati quoad quas-
 » dam alias sententias pro eisdem communitate et
 » hominibus super benedictionibus nubentium, mor-
 » tuorum sepulturis, baptismate parvolorum et rebus
 » aliis contra abbatem, conventum et rectorem predi-
 » cos per dictum magistrum Matheum prolatas salu-
 » briter provideri, nos, predictum Guillelmum, super
 » hoc impetravit ab ipso domino sibi auditorem concedi,
 » eoram nolis in judicio multipliciter persuadens,
 » quod, sicut sententie late contra homines corrigi me-
 » ruerunt ex causa superius assignata, eodem modo et
 » late sententie pro eisdem correctioni subjacere debe-
 » bant. Et licet pars adversa multa in contrariam pro-
 » poneret et diversa, nos tamen attendentes quod, ubi
 » eadem est ratio, esse debeat idem ju[ri]s et in simi-
 » libus eadem sit tenenda censura, quia in neutro
 » judiciorum comparuit aliquis pro prefatis hominibus
 » procurator, habita super hoc sedula deliberatione
 » nobiscum et de mandato domini pape quesito simili-
 » ter et obtento juris consilio peritorum, memoratas
 » sententias pro hominibus antedictis prolatas presen-
 » tibus partibus sententialiter decrevimus fore nullas,
 » ceteris contentis in ipsis sententiis in suo robore
 » duraturis. In ejus rei testimonium presens publi-
 » cum instrumentum per magistrum Bonum de Are-
 » tio, notarium nostrum, fieri fecimus et nostro sigillo
 » muniri. Actum Neapoli, in hospitio nostro, anno
 » Domini M^oCC^oLV^o, indictione XIII^a, XI^o die mensis
 » januarii exeunte, pontificatus domini Alexandri
 » pape IV anno primo : presentibus magistro Rogero
 » Lowel procuratore illustris ... regis Anglie, Roberto
 » de Nascentone, Jannino de Taypo et magistro Petro
 » de Nigrinis, testibus ad hoc vocatis. Et ego Bonus de
 » Aretio notarius, filius quondam Raynerii notarii, su-
 » pradicte prolationi sententie interfui et de mandato
 » dicti domini Willelmi auditoris scripsi et in publicam
 » formam redigi. »

Nulli ergo etc. hanc paginam nostre confirmationis
 infringere. Si quis autem etc. Dat. Anagnie, XI^o kalen-
 das augusti, anno primo. »

650

Anagni, 15 juillet 1255.

Magistro Conrado de Friburg confirmat ecclesiam de Wol-
 ve[n]willer, quam ipsi Hugo, tituli s. Sabinae presbyter cardi-

nalis, de speciali mandato Innocentii IV, post mortem Gebe-
 hardi, fratri nobilis viri C[onradi] comitis de Friburg, capellaoi
 papalis, concessit. (REG. 24, c. 529, f. 76^v; BERNOULLI, *Acta
 pontif. helvet.*, t. I, n° 648.)

« Magistro Conrado de Friburg, rectori ecclesie de Wol-
 ve[n]willer, Constantiensis diocesis. Justis petentium etc. —.
 Dat. Anagnie, idibus julii, anno primo. »

651

Anagni, 15 juillet 1255.

Decano Metensi curam committit magistrum Conradum de
 Friburg in possessionem ecclesiae de Wolfe[n]willer mittendi,
 non obstante praesentatione Conradi, nati C. dicti Snewelin
 militis friburgensis, ad eamdem ecclesiam facta a priore Cellae
 Vilmaris, Cluniacensis ordinis, patronatum habente. (REG. 24,
 c. 529², f. 76^v; BERNOULLI, *Acta pontif. helvet.*, t. I, n° 649.)

« ... , decano Metensi, capellano nostro. Sicut dilectus
 filius —. Dat. ut supra. »

652

Anagni, 27 juillet 1255.

Gentilis de Luculensi, auctoritate litterarum Innocentii pa-
 pae IV, in canonicum ecclesiae Florentinae receptionem con-
 firmat, non obstantibus litteris de quatuor dumtaxat canoniciis
 in quibuscumque ecclesiis recipiendis. (REG. 24, c. 530, f. 76^v.)

« Gentili de Luculensi, canonico Florentino. Lecta coram
 nobis tua petitio continebat, quod te olim cum Viviano,
 clericu Florentino, super prioratu secularis ecclesie
 sancti Bartholomei de Fichino, Fesulane diocesis, quem
 uterque vestrum ad se spectare dicebat, coram dilecto
 filio Andrea de Lavania, capellano nostro, quem felicis
 recordationis I. papa. predecessor noster, dederat par-
 tibus auditorem apud Sedem apostolicam litigantem, ac
 eodem capellano dicto V. auctoritate predecessoris
 ipsius per quamdam ordinationem prioratum adjudicante
 predictum, tu a dicto predecessore aliquam tibi
 recompensationem fieri humiliter postulasti. Qui di-
 lecto filio magistro Johanni de Sancto Germano, sub-
 diacono et notario nostro, tunc capellano Sedis ejusdem,
 suis dedit litteris in mandatis, ut tibi in aliqua ecclie-
 siarum Florentine vel Fesulane civitatum vel diocesium
 de plebanatu, archipresiteratu aut alio ecclesiastico
 beneficio prebendali vel alio, etiam curam animarum
 habente, quod duceres acceptandum, providere curaret,
 faciens te extunc in ecclesia in qua tibi provideri con-
 tingeret, etiam si cathedralis existeret. recipi in cano-
 nicum et in fratrem, ac tibi cotidianas distributiones

sicut uni ex aliis ejusdem ecclesie canonicis cum stallo in choro et loco in capitulo assignari. Contradictores. Quarum auctoritate, tu in ecclesia Florentina receptus es in canonicum et in fratrem, tibi stallo in choro et loco in capitulo assignatis. Verum quia receptiones factas in quibuscumque ecclesiis, quatuor primis duntaxat exceptis, decrevimus irritas et inanis. et in ipsa ecclesia ante te plures quam quatuor sint recepti, provideri tibi super hoc per apostolice Sedis remedium humiliter supplicasti. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati ac nobilitati et paupertati tue super hoc paterno compatientes affectu, receptionem ipsam gratam et ratam habentes, ut, constitutione hujusmodi non obstante, tua receptio in sua firmitate perduret et per constitutionem eamdem ipsi receptori non valeat in aliquo derogari, tibi auctoritate presentium indulgemus, cum intentionis nostre non fuerit illum ejusdem constitutionis laqueis comprehendi, per quod recompensationis beneficium in aliqua ecclesia sit receptus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti. anno primo. »

653

Anagni, 18 juillet 1255.

Episcopum Majoricensem, transitum maris timentem quem piratae frequenter impediunt, a visitatione Sedi apostolicae debita pro instanti triennio absolvit. (REG. 24, c. 531, f. 76v.)

« ... episcopo Majoricensi. Retulit coram nobis dilectus filius Pontius, procurator tuus, per quem nuper apostolicam Sedem pro triennio proximo preterito, sicut prestito juramento teneris, cum debita reverentia visitasti, quod Majoricensis ecclesia propter maliciam temporum precedentium est in bonis temporalibus plurimum diminuta. Nos itaque tum propter hoc, tum etiam periculose prout asseritur ad predictam Sedem de tam remotis partibus medio maris transitu, quem pirate frequenter impediunt, pervenitur, tuis supplicationibus inclinati, te a visitatione debita pro instanti triennio, auctoritate presentium de speciali gratia duximus absolvendum. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno primo. »

654

Anagni, 28 juillet 1255.

Priori et capitulo Lateranensis ecclesiae indulget, ut, si coram priore basilicae ad Sancta Sanctorum et archipresbyteros. Cyri et Johannis de Urbe parati fuerint exhibere justitiae

complementum, coram aliis judicibus nequeant convenire. (REG. 24, c. 532, f. 76v.)

« ... priori et capitulo Lateranensis ecclesie. Lecta coram nobis devotionis vestre petitio continebat, quod non nulli clericci et laici diversarum partium interdum non ut suam justitiam prosequatur, sed ut litibus cedere vel dampnos inire cogamini pactiones laboribus et sumptibus fatigati, vos coram diversis judicibus delegatis et etiam ordinariis conveniunt fraudulenter. Nos autem quibus de vobis utpote specialis Ecclesie Romane filiis tenet cura propensior, volentes vobis et ecclesie vestre consulere in hac parte. auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, quamdiu de vobis conquerentibus coram dilecto filio ... priore basilice ad Sancta Sanctorum, vel .., archipresbitero sanctorum Cyri et Johannis de Urbe, parati fueritis exhibere justitie complementum, quisquam vos coram aliis quibuscumque judicibus auctoritate apostolica vel etiam ordinaria in causis aliquibus, nisi in eis litis contestatio jam sit facta, nequeat convenire, beneplacito vicarii nostri qui pro tempore in Urbe fuerit semper salvo. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, anno primo. »

655

Anagni, 24 juillet 1255.

Infrascriptis mandat, quatinus provisionem Stephani de Ponte, canonici basilicae Principis Apostolorum de Urbe, de beneficiis ecclesiasticis adimpleant in Cantuariensi provincia, juxta continentiam litterarum Innocentii papae. (REG. 24, c. 533, f. 76v.)

« ... archidiacono Norwicensi, et magistro Bernardo de Nympha, capellano nostro, in Anglia commoranti. Significavit nobis dilectus filius Stephanus de Ponte, canonicus basilicae Principis apostolorum de Urbe et rector ecclesie de Rystone, Norwicensis diocesis, quod felicis recordationis I. papa predecessor noster dudum dilecto filio magistro Berardo de Secia, scriptori nostro, et Johanni, canonico sancte Marie de Piperno, in Anglia commorantibus, primo, et postmodum magistro Silvestro [canonico] Sancti Johannis de Duce Anagnino moram ibidem trahenti, et quandam magistro Petro de Dephan, Saresbiriensibus canoniciis, ac tandem tibi, fili archidiacone, et dilecto filio magistro Alejandro, canonico ecclesie sancte Marie Majoris de Ferentino, capellano nostro, tunc in Anglia commoranti, super provisione Stephano facienda predicto de beneficiis ecclesiasticis uno vel pluribus que secundum communem extimationem pa-

trie XL marcarum summam ad minus attingeret in Cantuariensi provincia facienda, super certa forma suas duxit litteras dirigendas. Et licet tu, fili archidiacone, et idem magister A., eodem predecessore vivente, in commisso vobis negotio procedentes, eidem S. de ecclesia de Rystone, Norwicensis dioecesis, que summam non attingit predictam, duxeritis providendum, non tamen ad provisionem dicti Stephani finaliter secundum mandatum apostolicum est processum. Super quibus, idem S. apostolice providentie remedium imploravit. Quocirca mandamus, quatinus provisionem predictam adimpleatis per vos vel alios, juxta presentium continentiam litterarum. Non obstante constitutione de duabus dictis edicta in concilio generali. Quod si non ambo etc. Dat. Anagnie, VIII kalendas augusti, anno primo. »

656

Anagni, 31 juillet 1255.

Magistro Gamelino, electo S. Andreae in Scotia, omnia beneficia ecclesiastica, quae tempore postulationis suae obtinebat, usque ad biennium a die quo consecratus fuerit computandum pro expediendis ecclesiae S. Andreae debitis et atiis ejusdem necessitatibus relevandis reservat. (REG. 24, c. 534, f. 77; POTTHAST 15963)

« Magistro Gamelino, electo Sancti Andree in Scotia. [Q]uamvis postulationem de —. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »

657

Anagni, 30 juillet 1255.

Sententiam Guillelmi s. Eustachii diaconi cardinalis, quae senescalchiam civitatis Lugdunensis, a capitulo ejusdem civitatis illegitime contestatam, Bartholomeo de Fuer tribuit, confirmat, sententiam dictam Anagniae idibus juli anno MCCLV latam inserendo. (REG. 24, c. 535^t, f. 77.)

« Bartholomeo de Fuer civi Lugdunensi. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane orta dudum inter te ex parte una, et ... decanum, et H., precentorem, Lugdunenses, super senescalchiam civitatis Lugdunensis et omnibus ad ipsam spectantibus, ex altera, questione, ac lite in ea coram felicis recordationis I. papa predecessor nostro legitime contestata, tandem idem predecessor dilectum filium nostrum G., sancti Eustachii diaconum cardinalem, concessit in illa partibus auditorem; qui, demum cognitis cause meritis et juris ordine observato, ac utraque parte citata, ut decuit, ad sententiam audiendam, cum tuus presens existeret procurator, et intellecto decano nature debitum solvisse,

contra eundem precentorem, ipsius absentia, Dei repleta presentia, pro te diffinitivam sententiam promulgavit, prout in ipsius cardinalis litteris confectis exinde suoque sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, sententiam ipsam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem predictarum litterarum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Anagni, 15 juillet 1255.

« In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen.
» Guillelmus, miseratione divina sancti Eustachii dia-
» conus cardinalis, omnibus in perpetuum. Inter Bar-
» tholomeum de Fuer, civem Lugdunensem, ex parte
» una, et discretos viros bone memorie Arnulphum,
» tunc decanum, et Hugonem de Vallibus, precentorem,
» Lugdunenses, tenentes tunc comitatum Lugdunensem
» pro tribus partibus ipsius comitatus contingentibus
» capitulum Lugdunensi, ex altera, orta dudum, dum
» adhuc Lugdunensis Curia resideret, materia questio-
» nis. coram felicis recordationis domino I. papa III
» in presentia fratrum libellus porrectus extitit conti-
» nentie talis :

« Dicit et proponit Bartholomeus de Fuer, civis Lug-
» dunensis, contra .., decanum, et .., cantorem, Lug-
» dunenses, quod cum ad ipsum pertineat jus quoddam,
» quod dicitur senescalchia, in civitate Lugdunensi,
» cum omnibus ad ipsam spectantibus, ut jure concessa
» patri suo, cui ipse in ea successit, qua etiam usus fuit
» pater ipsius et ipse et in cuius etiam possessione vel
» quasi fuit tam pater ipsius quam ipse, et ratione ejus
» pars proventuum et obventionum comitatus Lugdu-
» nensis et jura, sicut omnia inferius exprimuntur et
» declarantur, decanus et cantor contra justitiam im-
» pediunt, quominus idem B. uti possit libere dicta se-
» nescalchia et predicta percipere; et aliqua de dictis
» obventionibus idem decanus et cantor perceperunt.
» Quare petit predictis decano et cantori sententialiter
» inhiberi, quod de cetero noui impediant quominus pos-
» sit uti dicta senescalchia ac predicta ratione senes-
» calchie percipere, ac ipsos condemnari et compelli
» ad cavendum, ne impediant in futurum. Petit quo-
» que dictos decanum et cantorem condemnari ad ea
» sine earum extimationem que perceperunt et ad ex-
» timationem dampnorum que dictus B. propter impe-
» dimentum eorum incurrit, que omnia extimat M et
» quingentas libras fortium veterum. Et hec petit, salvo
» jure etc.

« Ea vero que spectant ad dictam senescalchiam
» sunt hec, scilicet : quod, in causis que ventilantur in

» curia archiepiscopali vel senescalcii pertinentibus ad archiepiscopum et comitatum quando dies assignantur, prepositus comitatus debet certiorari, et per eum senescalcus et uterque eorum si voluerit judicis et concordiis interesse. et in omnibus que inde ad partem comitatus pervenient, tertiam partem idem senescalcus percipit. In omnibus clamoribus et bannis ad archiepiscopum et comitatum pertinentibus, habet in parte comitatus tertiam partem, excepto banno pedagii, furati et leide retente. In pladiamentis ripariarum, atriorum, scalariorum et platearum, debet senescalcus comitatus interesse et tertiam partem in parte comitatus percipere. In omnibus rebus que ad comitatum tantum pertinent, si aliquid vendatur, vel obligetur, vel permutetur, aut laudes pro hiis rebus dentur, quando laudes fiunt, debet senescalcus comitatus interesse et inde tertiam partem percipere, preter quam in clauso, quod dicitur comitale, et in hiis laudibus nichil percipit prepositus comitatus, preter drualia. Sciendum quoque quod prepositus comitatus debet homagium facere et fidelitatem senescalco comitatus, salva fidelitate domini comitatus. Hanc autem sepedictus senescalcus habet libertatem, quod, si in domo sua quam inhabitat aliquid furatum fuerit, bannum insolidum ejus est, sicut canonici hoc habent et domus claustrorum.

» Et facta coram eodem domino litis contestatione, idem dominus nos in eodem negotio concessit partibus auditorem. Comparentibus igitur partibus coram nobis, juratum extitit de calumpnia per eundem B. ex una parte et dictos decanum et precentorem ex altera, et facte positiones hinc inde ac responsiones ad eas, per quas nichil efficax probatum extitit pro alterutra partium. Confessus fuit tamen decanus, quod inhibuerat et inhibebat Bartholomeum percipere ratione senescachie ea que in libello expressa sunt et declarata; et cantor, quod inhibuit aliquibus, et adjicit uterque causam, scilicet quia non est senescachia. Et ideo utraque pars usus est probationibus aliis. Et dati fuerunt articuli, ad quos prolianos utraque pars testes induxit, curia existente Lugduni. Pendente autem examinatione, contigit decano debitum nature persolvere. Et discretus vir Antelmus Rigaldi in decanatu ac parte quam in comitatu tenebat extitit substitutus eidem. Dicto vero Antelmo substituto decano allegante per mortem predecessoris sui finitum judicium quod cum eo fuerat inchoatum, pars Bartholomei contrarium asserebat, potens ipsum substitutum decani compelli ad procedendum in causa. Cumque super hiis fuisse aliquamdiu alter-

» catum, nos, facta relatione summo pontifici in fratreum presentia, et habita inter ipsos discussione plenaria, de speciali domini pape mandato, decanum substitutum et precentorem necnon et capitulum Lugdunense ac executores defuncti decani vocari fecimus coram nobis et, de predicti domini similiter speciali mandato, inter cetera pronunciavimus judicium non finitum et ipsum substitutum judicium debere subire.

» Predicto Antelmo igitur substituto decano subeunte et prefato Hugone precentore prosequente judicium, induxit Bartholomeus duo instrumenta ad suam intentionem fundandam, sigillo archiepiscopi Ragynaldi et capituli Lugdunensis sigillata. Per quorum alterum, inter cetera probari videbatur Durandum, patrem ipsius Bartholomei, acquisivisse senescalchiam, de qua agitur, cum juribus et pertinentiis suis, titulo emptionis, de voluntate et consensu Ragynaldi tunc archiepiscopi et totius capituli Lugdunensis; per reliquum vero, illa esse jura senescalchie que Bartholomeus in suo libello expressit.

» Pars vero decani et cantoris dicta instrumenta multipliciter impugnabat, asserens sigilla predictis instrumentis appensa vera non esse. Propter quod nos etiam per comparationis indaginem, vocatis ad hanc discussionem sigillorum fabricatoribus, presentibus partibus, diligenter circa hoc inquisivimus veritatem. Cumque nichil inveniremus efficax contra sigilla ipsis instrumentis appensa, quia pars Bartholomei asserebat sibi imminere periculum propter viarum discrimina, cum imminaret recessus Curie de Lugduno. nos ad ipsius instantiam, post predictam examinationem, instrumenta ipsa sub sigillo nostro fecimus publicari. Sane examinatores testium deputati a nobis in commisso sibi negotio procedentes, receperunt omnes testes quos pars Bartholomei et quos pars decani et cantoris, Curia adhuc existente Lugduni, produxit.

» Demum Curia veniente Perusium, procuratoribus partium comparentibus coram nobis, petebat instanter procurator Bartholomei publicari attestations et in causa procedi; procuratore predictorum decani et cantoris allegante in contrarium ac petente adhuc ad testes producendos admitti.

» Et licet super hoc fuisse primo coram nobis, ac demum coram prefato domino summo pontifice litigatum, tandem idem dominus Lugduni duos tabelliones de Curia destinavit, dans eis inter cetera suis litteris in mandatis, ut infra tres menses et octo dies postquam Lugduni pervenirent, super articulos quos

» nos una cum interrogatoriis partis adverse sub nos-
 » tro sigillo fecimus assignari, recipere ac diligenter
 » examinare curarent, assignaturi eis infra septem dies
 » postquam Lugduni pervenirent, si vellent reprobare
 » testes ab altera parte productos, spaciun octo dierum
 » ad exceptiones in personas testium proponendas, et
 » tune demuin infra spaciun aliorum duorum mensium
 » quos terminos eis peremptorie assignari mandabat,
 » testes quos super hujusmodi reprobatione produce-
 » rent, reciperent et examinarent, secundum interrogato-
 » ria que pars adversa daret eisdem. Et si partes
 » vellent positiones aliquas facere, ipsis ab eisdem
 » partibus facerent responderi per juramenta ipsarum.
 » Prefati vero examinatores, Lugduni accedentes, pre-
 » dictos terminos assignarunt juxta traditam sibi for-
 » mam. Sed pars decani et cantoris, licet duos testes
 » super principali produxerit et exceptiones contra tes-
 » tes adverse partis obtulerit, nullos tamen testes cu-
 » ravit inducere ad probationem ipsarum nec partis
 » adverse positionibus respondere; propter quod dieti
 » examinatores, lapsis omnibus terminis partibus as-
 » signatis, peremptorie citaverunt partes, ut in crasti-
 » num apostolorum Philippi et Jacobi tunc proximo
 » futurum, quem eis peremptorium assignarunt, per se
 » vel procuratores idoneos, eum actis, privilegiis, ju-
 » ribus, rationibus et munimentis earum, coram nobis
 » comparerent, juxta domini pape mandatum. Deposi-
 » tiones etiam duorum testium predictorum nobis dicti
 » examinatores remittere curaverunt. Quibus receptis
 » et adveniente termino ab eisdem examinatoribus
 » partibus assignato, comparuit coram nobis magister
 » Johannes de Lemovicis, domini pape subdiaconus,
 » procurator predicti Bartholomei, pro parte decani et
 » precentoris nemine comparente. Et ideo citari plu-
 » ries fecimus in audiencia publica partem eorundem
 » decani et cantoris diutius expectatam.

» Cumque, post citationes varias et peremptorias.
 » nullus coram nobis pro eis comparere curaret, nos.
 » vocatis ex habundanti et comparentibus coram nobis
 » advocatis, ipsorum attestations fecimus publicari; et
 » rubricas pro parte ipsorum decani et precentoris per
 » personas fide dignas juratas fieri, et tam ipsas quam
 » rubricas partis adverse examinari fecimus diligenter.
 » Pro quibus omnibus, tam illi qui rubricas fecerit quam
 » etiam examinatori earundem satisfieri fecimus a pro-
 » curatore dicti Bartholomei consentiente in hoc ne
 » causam contingeret hac occasione differri. Predictas
 » vero rubricas utriusque partis et cetera acta curiose
 » discussimus, neenon et quedam alia instrumenta que
 » prefatus procurator Bartholomei produxit, per que

» probari videtur, quod ipse Bartholomeus patri suo
 » in dicta senescalchia successit, et quod coheredes sui
 » omne jus si quod haberent in dicta senescalchia ces-
 » serunt ac quittaverunt eidem et ratum habuerunt
 » et habent judicium ab ipso Bartholomeo super ipsa
 » senescalchia suo solum nomine inchoatum.

» Super quibus omnibus et aliis causam contingentibus pro utraque parte, habita diligentie deliberatione
 » ac discussione plenaria cum prudentibus viris juris
 » peritis de Curia, de ipsorum consilio citationes per-
 » remptorias in audiencia publica fieri fecimus, ut si
 » aliquis esset in Curia pro dictis decano et cantore
 » compareret coram nobis ad sententiam audiendam.
 » Et licet pro eis nullus comparuerit, nos, a sanctissimo patre nostro Alexandro papa IIIº recepto spe-
 » ciali mandato ad sententiam proferendam, quia au-
 » divimus predictum Antelimum substitutum decanum
 » humane sortis subisse judicium, quantum ad ipsum
 » decanum ad presens procedere distulimus; predicti
 » vero Hugonis precentoris Lugdunensis absentia Dei
 » repleta presentia; quia constitit nobis intentionem
 » dicti Bartholomei fore plene fundatam, nullo efficaci
 » pro altera parte probato, sententialiter declaramus
 » senescalchiam de qua agitur et ratione dicte senes-
 » calchie jura in libello designata ad dictum Bartholo-
 » meum seu procuratorem nomine ipsius spectare.
 » Sententialiter etiam inhibemus dicto Hugoni pre-
 » centori, quod de cetero non impedit quominus idem
 » Bartholomeus seu procurator predictus ejus nomine
 » libere possit uti senescalchia, de qua agitur, et per-
 » cipere jura in libello designata. Condemnamus
 » etiam ipsum Hugonem precentorem ad cavendum
 » dicto procuratori, ipsius Bartholomei nomine, seu
 » ipsi Bartholomeo, ne ipsum impedit in futurum.
 » Sane petitius dietus procurator, nomine preceptorum
 » de dicta senescalchia et dampnorum que dictus Bar-
 » tholomeus incurrerat, que omnia mille quingentas li-
 » bras fortium veterum et longe amplius extimabat, dic-
 » tum precentorem pro medietate ipsum contingente
 » sententialiter condemnari et ad condemnationem ex-
 » pensarum post litem contestatam factarum, quas ex-
 » timabat mille quingentas libras Turonensi, contra
 » ipsum cantorem pro medietate similiter ipsum con-
 » tingente ex officio nostro procedi. Nos autem, licet
 » aperta dicti cantoris convinci videretur calumpnia,
 » in eo etiam quod instrumenta prefata sigillis .., ar-
 » chiepiscopi, et capituli Lugdunensis sigillata ca-
 » lumpnose impugnaverat et causam tamdiu malitiose
 » protactam, ut ex defectu probationum appareret, tan-
 » dem contumaciter deseruit, elegimus tamen, quan-

» tum sine gravi offensa dicti Bartholomei potuimus
» benigne procedere contra ipsum, et nomine dampno-
» rum que dictus B. incurrit, et preceptorum de dicta
» senescalchia, necnon et expensarum post litem con-
» testatam factarum, usque ad quingentas libras for-
» tium veterum pro parte cantore contingente taxa-
» tione premissa et ab eodem procuratore habente ad
» hoc mandatum usque ad eandem quantitatem pres-
» tito juramento, eundem Hugonem de Vallibus, pre-
» centorem Lugdunensem, pro rata ipsum contingente
» dicto Bartholomeo seu magistro Johanni ipsius pro-
» curatori ejus nomine in quingentas libras fortium
» veterum sententialiter condempnamus.

» Lata est hec sententia per predictum dominum car-
» dinalem Anagnie in hospitio ejus, idibus julii, anno
» Domini M^oCC^oLV^o, pontificatus domini Alexandri
» pape IIIIⁱ anno I^o, indictione XIII^a, in presentia mei
» Helye Brunot, publici notarii, qui prolationi ejusdem
» sententie interfui ac meo signo signavi. Presentibus
» etiam venerabili patre domino .., electo Parmensi,
» .., abbate sancti Victoris Massiliensis, domino Hu-
» gone Rubeo preposito Remensi, magistro Aymerico
» Cortini, magistro R., decano Pictaviensi, domino
» Gerardo Cossa Doca, domini pape capellanis, magis-
» tro Juliano, cantore Legionensi, et magistris Antonio
» de Mediolano et Maitietto, capellanis ejusdem domini
» cardinalis, et pluribus aliis ad hoc vocatis et rogatis.
» Idem autem dominus cardinalis ad majorem caute-
» lam presentis sententie suum sigillum mandavit ap-
» poni. Ego qui supra Helyas Brunot publicus notarius
» prolationi predicte sententie interfui, de mandato do-
» mini cardinalis et eam scripsi et in publicam formam
» de ejusdem cardinalis mandato redigi. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
III kalendas augusti, anno primo. »

658

Anagni, 31 juillet 1255.

Abbatii Clarevallensi mandat, quatinus sententiam supradic-
tam executioni debitae mandare procuret. (Reg. 24, c. 535²,
f. 78.)

« .., abbatii Clarevallensi, Lingonensis diocesis. Orta du-
» dum interdilectum filium Bartholomeum de Fuer, civem
» Lugdunensem, ex parte una, et .., decanum, ac Hugo-
» nem de Vallibus, precentorem Lugdunensem, ex altera,
» super senescalchia civitatis Lugdunensis et omnibus
» ad ipsam spectantibus etc. usque : ratam habentes, eam
» auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quocirca
» mandamus, quatinus sententiam ipsam per te vel per

alium auctoritate nostra executioni debite mandare pro-
» cures. Contradictores. Non obstante si aliquibus a Sede
» apostolica sit indulsum, quod suspendi, vel interdicci, aut
» excommunicari non possint per litteras apostolicas, nisi
» de indulso hujusmodi plena et expressa in eis mentio
» habeatur. Et constitutione de duabus dietis edicta in
» concilio generali, dummodo ultra terciam vel quar-
» tam etc. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno
» primo. »

659

Anagni, 31 juillet 1255.

Rectori et fratribus Poenitentiae Jesu Christi concessionem
regulæ s. Augustini, a Benedicto, Massiliensi, et Rostagno,
Tholonensi episcopis, de mandato Innocentii papae IV factam,
confirmat, instrumentum publicum concessionis Massiliae VI
idus maii MCCLI confectum et litteras Innocentii IV datas
Lugduni II kalendas aprilis anno pontificatus VIII continens
inserendo. (Reg. 24, c. 536, f. 78.)

« .., rectori et fratribus Penitentie Jhesu Christi, ordinis
» sancti Augustini. Ut que fiunt auctoritate Sedis aposto-
» lice permaneant futuris temporibus inconcussa, non
» incongrue muniuntur apostolici roboris firmitate. Cum
» igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram no-
» bis, venerabiles fratres nostri .., Massiliensis, et ..,
» Tholonensis, episcopi, auctoritate felicis recordationis
» I. pape predecessoris nostri, vobis beati Augustini re-
» gulam duxerint concedendam, prout in instrumento
» publico inde confecto cuius tenorem de verbo ad ver-
» bum presentibus inseri fecimus plenius continetur, nos
» ad instar predecessoris ejusdem vestris devotis suppli-
» cationibus benignius annuentes, quod super hoc ab eis-
» dem episcopis provide factum est, ratum habentes et
» gratum, auctoritate apostolica confirmamus et presen-
» tis scripti patrocinio communimus. Tenor autem ipsius
» instrumenti talis est :

Marseille, 10 mai 1251.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno In-
» carnationis ejusdem M^oCC^oLI^o. Noverint universi
» presentem paginam inspecturi, quod sanctissimus
» papa Innocentius IV litteras suas delegavit nobis
» Benedicto, Massiliensi, et Rostagno, Tholonensi Dei
» gratia episcopis, sub hac forma :

Lyon, 31 mars 1254.

» Innocentius etc. venerabilibus fratribus .., Massi-
» liensi, et .., Tholonensi episcopis, salutem. Debet ex
» nostri providentia qui vicem in terris Jhesu Christi
» gerimus provenire, ut ipsius servulis qui, mundi spre-

» tis honoribus et divitiis derelictis, sanctorum Patrum
 » nituntur sequi vestigia in veritatis spiritu et habitu
 » paupertatis, ordo detur et certa regula qua regantur,
 » per quam etiam sibi et aliis proficiant ad salutem.
 » Cum igitur dilecti filii .., rector et fratres Penitentie
 » Jhesu Christi. abrenunciantes vanitatibus hujus
 » mundi et omnibus pompis ejus desiderent sub beati
 » Augustini regula patris luninum vivere, obsequi et
 » facere penitentie dignos fructus, cum nulli regulam
 » observantie sint astrieti, nos honestis et piis eorum
 » desideriis, ex quibus grande lucrum animarum quod
 » ex nobis inter cetera carius sequi poterit. benignius
 » annuentes, mandamus quatinus regulam predictam
 » auctoritate nostra eisdem rectori et fratribus conce-
 » datis, ipsos benigni favoris, oportuni consili et auxi-
 » lii presidiis confoventes. Dat. Lugduni, II kalendas
 » aprilis, pontificatus nostri anno octavo. »

« Cum autem nos Rostagnus, Dei gratia Tholonensis
 » episcopus, non posseimus personaliter ad generale
 » capitulum dictorum fratrum de Penitentia Jhesu
 » Christi venire, apud Massiliam infirmitate corporis
 » retardati, venerabili patri B., Dei gratia Massiliensi
 » episcopo, plenarie commisimus vices nostras: qui auc-
 » toritate domini pape et nostra executus fuit manda-
 » tum apostolicum, concedendoregulam beati Augustini
 » rectori et fratribus Penitentie Jhesu Christi congre-
 » gatis ad hoc apud Massiliam in capitulo generali, et
 » nos ipsi approbavimus et confirmavimus quod actum
 » fuerat per eundem. Sed cum postea, necessitate ducti,
 » venissemus apud Massiliam personaliter, durante
 » adhuc capitulo generali dictorum fratrum, ne vide-
 » retur aliquid diminutum, ad requisitionem dicti ve-
 » nerabilis patris Massiliensis episcopi et dictorum fra-
 » trum de Penitentia Jhesu Christi, nos ipsi venimus
 » cum eodem dicto domino episcopo in capitulo dicto-
 » rum fratrum et mandatum apostolicum cum eodem
 » domino episcopo fuimus insimul executi, concedentes
 » ambo pariter auctoritate apostolica regulam beati
 » Augustini rectori et fratribus de Penitentia Jhesu
 » Christi. Actum est hoc anno quo supra, VI idus maii,
 » apud Massiliam, in refectorio supradictorum fratrum
 » de Penitentia Jhesu Christi, in presentia et testimo-
 » nio Gaufridi prepositi, Hugonis Ottoboni operarii,
 » Bertrami Agarati canonorum Tholonensium, Go-
 » fridi de Melsagiis, rectoris ecclesie Paradisi apud Mas-
 » siliam, et universorum fratrum de Penitentia Jhesu
 » Christi in capitulo generali congregatorum, scilicet
 » fratris G. rectoris, fratris P. Lombardi prioris Tenolei,
 » fratris G. prioris Massiliensis, fratris Hugonis prioris
 » Aquensis, fratris R. Lauterii prioris Barioli, fratris

» provincialis prioris Roenensis, fratris G. Guigonis
 » prioris Lucii, fratris G. Lebrete prioris Draguignani,
 » fratris P. Lombardi tenentis locum prioris Tholonen-
 » sis, fratris Bertranni prioris de Coriis, fratris prioris
 » Insularum de Porecaloriis, fratris I. prioris de Bello-
 » monte, fratris Garsie prioris Tarasconi, fratris Ray-
 » mundi Athenulli tenentis locum prioris Montispesu-
 » lani, qui omnes predictam concessionem regule beati
 » Augustini, qua regantur et per quam sibi et aliis pro-
 » ficiant ad salutem, devote ac humiliter acceptantes et
 » inde Deo gratias referentes exultantesque corde et
 » animo *te Deum laudamus* unanimiter cantaverunt, et
 » in presentia mei Thome, publici notarii Massiliensis,
 » qui mandato dictorum dominorum episcoporum et
 » precibus fratrum jadidictorum hanc cartam scripsi
 » et mei signi signaculo insignivi. In cuius rei memo-
 » riam, supradicti domini episcopi eandem concesse-
 » runt sigillorum suorum munimine roborari. »

Nulli ergo etc. hanc paginam nostre confirmatio-
 nis etc. Dat. Anagnie, II^o kalendas augusti. anno primo. »

660

Anagni, 26 juillet 1255.

Willelmo de Valentia, comiti Pembroke, crucesignato,
 concedit, ut ipse, uxor ipsius, filii ac etiam familiares fratrem
 Petrum de Rupe, presbyterum ordinis fratrum Minorum, pos-
 sint in suum, de diocesani tamen licentia, eligere confessorem.
 (Reg. 24, c. 536^a, f. 78^v; PORTHAST 15949.)

« Nobili viro Willelmo de Valentia, comiti Pembracie,
 crucesignato. Tua et carissimi —. Dat. Anagnie, VII ka-
 lendas augusti. anno primo. »

661

Anagni, 3 août 1255

Episcopo Botuntino mandat, quatinus Lucae in abbatissam
 s. Mariae Agnetis de Urbe electae munus benedictionis im-
 pendat. (Reg. 24, c. 537, f. 78^v.)

« .., episcopo Botuntino. Presentatam nobis electionem
 celebratam de dilecta in Christo filia Lucia, moniali
 sancte Marie Agnetis de Urbe, in abbatissam ejusdem
 tune abbatisse regimine destituti, facientes examinari
 prout convenit diligenter, quia eam invenimus de per-
 sona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate
 apostolica duximus confirmandam. Ideoque fraternitati
 tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem
 electe munus benedictionis impendas et facias sibi a
 subditis suis obedientiam et reverentiam debitam exhibi-
 beri, recepturus ab ea postmodum pro nobis et Romana

Ecclesia fidelitatis solite juramentum secundum formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam : Contradictores. Formam autem juramenti etc. usque : destinare. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno primo. »

662

Anagni, 10 juillet 1255.

Postulationibus fratrum Amatonis et Baronis, heremitarum commorantium in ecclesia s. Cathaldi sita in territorio Castri de Patria, Ferentinatis diocesis, grato concurrens assensu, dictam ecclesiam in jus et proprietatem beati Petri et Sedis apostolicae assumit, ita quod nec episcopus Ferentinas, nec quaevis alia persona ecclesiastica ipsos aut servos Dei futuris temporibus inibi servituros interdicere, suspendere vel excommunicare valeat. (REG. 24, c. 538, f. 78v.)

« *Fratribus Amatoni et Baroni, heremitis commorantibus in ecclesia sancti Cathaldi, sita in territorio Castri de Patria, Ferentinatis diocesis. Etsi universe —. Dat. Anagnie, VI idus julii, anno primo. »*

663

Anagni, 23 juillet 1255.

Roger Luvello de Withetone, clero regis Angliae, indulget ut, dum theologicae studio facultatis Parisius vel Oxonie aut alibi vacaverit, redditus beneficiorum ejus tamen percipere possit. (REG. 24, c. 539, f. 79.)

« *Roger Luvello de Withetone, capellano nostro, clero carissimi in Christo filii nostri ... regis Anglie illustris. Sicut honestum, sic digne quasi debitum est censendum, ut quos familiari conversatione clam experimur probitate acceptos et morum predictos honestate, prerogativa donentur apostolice gratie ac favoris. Hoe igitur tue suffragari persone laudabiliter attendentes teque properea intendentis benivolentia prosequi speciali, tibi, ut, dum theologicae studio facultatis Parisius vel Oxonie aut alibi ubi sollempne studium facultatis habeatur ejusdem vacaveris, ad quod sicut asseris desideras te transferre, personalem residentiam facere in ecclesiis in quibus beneficiatus existis minimie tenearis, neque ad id compelli, quodque interim redditus et proventus beneficiorum tuorum integre percipere, distributionibus dumtaxat colidianis exceptis, quoecumque statuto vel consuetudine contrariis, juramento, confirmatione apostolica vel alia quacumque firmitate vallatis, aut qui-buscumque indulgentiis vel litteris apostolicis de quibus quorumque tenore plenam et expressam in litteris nostris fieri mentionem oporteat nequaquam obstanti-*

bus, valeas, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quadriennium etc. : proviso quod interim in predictis ecclesiis per idoneos vicarios faciant deserviri. Dat. Anagnie, X kalendas augusti, anno primo. »

664

Anagni, 31 juillet 1255.

Statuta nuper in generali capitulo Heremitarum s. Augustini pro recto totius ordinis gubernio, praeципue de visitatoribus, facta confirmat. (REG. 24, c. 539¹, f. 79 ; POTTHAST 15965.)

« *Generali et ceteris prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini, tam presentibus quam futuris. Hiis que pro —. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »*

665

Anagni, 28 juillet 1255.

Archiepiscopo Treverensi concessionem Innocentii IV, ut, propter mensae archiepiscopalies tenuitatem, dignitates et beneficia ecclesiastica tempore promotionis obtenta retinere posset, usque ad biennium prorogat. (REG. 24, c. 540, f. 79.)

« *... archiepiscopo Treverensi. Ex tue devotionis —. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, anno primo. »*

666

Anagni, 4 août 1255.

G., electum Veronensem, praeficit in episcopum. (REG. 24, c. 541, f. 79v.)

« *G., electo Veronensi. Debitum officii nostri requirit etc. usque : incrementum. Sane bone memorie ... episcopo Veronensi, viam universe carnis ingresso, nos ad personam tuam, de cuius probitate ac meritis nobis et fratribus nostris plenam fidem tuorum operum experientia prebuit, conversis mentis nostre oculis, electionibus si quas post inhibitionem dilectis filiis capitulo Veronensi de mandato apostolico factam ne ad electionem futuri episcopi procederent et litteris impetratis a Sede apostolica super obtainendis episcopatibus et processibus per eas habitis irritis penitus nunciatis, te, de ipsorum fratrum consilio et apostolice plenitudine protestatis, ecclesie Veronensis prefecimus in episcopum et pastorem, spe nolis proposita quod, cum sis conversationis et vite laudabilis, litterarum scientia preditus ae in spiritualibus et temporalibus circumspectus, dieta ecclesia per industrie tue studium, Deo propitio, et aug-*

mentum honoris consequi et in prosperis debeat ampliari. Quocirca discretionem tuam monemus et hortamur attente mandantes quod ecclesie tibi commisste taliter preesse studeas et prodesse, quod dignam Deo exinde reddere valcas rationem. Dat. Anagnie, II nonas augusti, anno primo. »

In e. m. capitulo Veronensi usque : ampliari, verbis competenter mutandis. Rogamus itaque universitatem vestram, monemus et hortamur attente mandantes quatinus ipsum, cui plenam ipsius ecclesie in spiritualibus et temporatibus administrationem commisimus, cum ad vos pervenerit, admittentes ylariter et devote, sibi tanquam patri et pastori animarum vestiarum debitam obedientiam et reverentiam impendatis, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac efficaciter adimplendo ; ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis ; alioquin sententiam quam idem rite tulerit etc. usque : observari. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et diocesis Veronensem.

In e. m. populo civitatis et diocesis Veronensem usque : per venerit, recipientes ylariter et honeste tractantes, ipsi tanquam patri et pastori animarum vestiarum plene ac humiliiter intendatis et exhibeatis honorificentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac inviolabiliter observando. Ita quod ipse etc. usque : gaudeatis. Dat. ut supra.

667

Anagni, 29 juillet 1255.

Rectori et prioribus Poenitentiae Ihesu Christi concedit licentiam tribuendi fratribus ordinis in theologica facultate proiectis praedicationem verbi Dei. (REO. 24, c. 542, f. 79v.)

« ... rectori, et prioribus Penitentie Ihesu Christi, ordinis sancti Augustini. Cum in ore peritorum religiosorum, maxime quorum vita predicationi concordat, verbum Domini esse non debeat alligatum, presentium vobis auctoritate concedimus, ut fratribus vestri ordinis in theologica facultate proiectis, proponendi de licentia diocesanorum populis verbum Dei concedatis liberam, prout honestati Ecclesie ac animarum saluti expedire videatis, facultatem. Dat. Anagnie, IIII kal. augusti, anno primo. »

668

Anagni, 3 août 1255.

[Alberto], archiepiscopo Rigensi, licentiam concedit sine jure praecudicio alieni, ut, cum pagani Wathlandiae, Ingriae et Careliae provinciae suae, idolorum cultu relictu, baptismi velint suscipere sacramentum, praeficiat eis, postquam bapti-

zati fuerint, aliquem virum ad hoc idoneum in episcopum. (REG. 24, c. 543, f. 79v; POTTHAST 15972.)

« ... archiepiscopo Rigensi. Ex parte tua —. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno primo. »

669

Anagni, 3 août 1255.

Philippo Luvello, thesaurario regis Angliae, indulget, ut, praeter obtenta ex dispensatione apostolica, unicum adhuc beneficium seu personatum vel dignitatem ecclesiasticam, etiam si curam animarum habeat, licite recipere valeat. (REO. 24, c. 544, f. 79v.)

« Phylippo Luvello, capellano nostro, thesaurario carissimi in Christo filii nostri, regis Anglie illustris. Etsi propter ambitiones —. Dat. ut supra. »

670

Anagni, 31 juillet 1255.

Archiepiscopo Bisuntino mandat, quatinus Guidoni, rectori ecclesiae de Corcellis in Bosco Cabilonensis diocesis, ecclesiam de Bergilles Bisuntinae diocesis assignet, Herardo rectore de Bergilles ecclesiam de Corcellis cum vineis Guidonis recipiente, si episcopi ordinarii permutationi consensisse noscantur. (REO. 24, c. 545, f. 79v.)

« ... archiepiscopo Bisuntino. Sua nobis dilecti filii Guido et Herardus presbiteri petitione monent quod, cum idem G. ecclesiam de Corcellis in Bosco, Cabilonensis diocesis, cuius tune erat rector, cum dicto II. ecclesiam de Bergilles, tue diocesis, tunc temporis obtinebat de licentia et auctoritate tua et venerabilis fratris nostri Cabilonensis episcopi, in quorum diocesibus ecclesie ipse consistunt et ad utriusque collationem pertinent, adinvicem permittantur, idemque G. quasdam vineas ad aliquam dietarum ecclesiarum nullatenus pertinentes preter conscientiam tuam et episcopi memorati ad vitam suam, contulerit dicto II. ut permutatione hujusmodi libentius acceptaret, nec dicti presbiteri dubitantes ne propter hoc impingi possit eis nota symonie, nobis humiliiter supplicarunt, ut, ecclesiarum ipsarum ab eis libera resignatione recepta, prefatam ecclesiam de Corcellis cum vineis antedictis eidem G. ac dictam ecclesiam de Bergilles prefato II. conferri de nostra gratia faceremus. Quocirca mandamus quatinus, si permutatione hujusmodi tu et prefatus episcopus noscamini consensisse, libera ipsarum ecclesiarum ab eisdem presbiteris resignatione recepta et injuncta eis penitentia salutari, cum eos remordeat conscientia eo-

rumdem, ecclesiam de Corcellis cum vineis dicto G. et predictam ecclesiam de Bergilles prefato H. conferas et assignes. Dat. Anagnie, II kalendas angusti, anno primo. »

671

Anagni, 13 juillet 1255.

[Widukindo], Mindensi, et [Gerbardo], Verdensi episcopis et thesaurario ecclesiae Hammemburgensis, Bremensis diocesis, mandat, ut causam audiant et judicio vel concordia terminare studeant conventus s. Jobannis evangelistae Lubicensis, ordinis s. Benedicti, qui a visitatoribus archiepiscopi Bremensis et episcopi Lubicensis diocesani, Adolfo de ordine fratrum Minorum et collegis suis, extra monasterium suum ejactus fuit et qui supplicat ut Sedes apostolica, cum propter adversae partis potentiam causam suam jam per septennium et amplius durantem prosequi nequeat conventus, ipsi provideat. (REG. 24, c. 546, f. 79v; PORTHAST 15918.)

« ... Mindensi, et .., Verdensi episcopis et dilecto filio ... thesaurario ecclesie Hammemburgensis, Bremensis diocesis. Exhibita nobis dilecti —. Dat. Anagnie, III idus julii, anno primo. »

672

Anagni, 7 août 1255.

Decano et capitulo Cenomannensibus notificat Gaufridum bona memoriae Cenomannensem episcopum, tunc apud Sedem apostolicam constitutum et infirmantem ibidem, Guidoni clero suo praebendam in ecclesia Cenomannensi contulisse; deinde episcopum Tusculanum investituram praebendae per suum pileum Guidoni fecisse. Eisdem mandat, ut Guidoni canonicatum assignent, et officiali Turonensi injungit ut ad id per censuram ecclesiasticam compellat. (REG. 24, c. 547, f. 80.)

« ... decano, et capitulo Cenomanensibus. Bone memorie Gaufridus, Cenomanensis episcopus. apud Sedem apostolicam constitutus, dum infirmaretur ibidem, probitate dilecti filii Guidonis, clerici sui, necnon et gratis obsequiis que ipse Guido sibi et ecclesie Cenomanensi impenderat, provida deliberatione pensatis, prebendam si qua vacaverit in eadem ecclesia, postquam idem episcopus iter ad predictam Sedem arripuit veniendi, eidem Guidoni contulit, nobis humiliter supplicans, ut, ne sua intentio circa promotionem ipsius in predicta ecclesia suo frauderetur effectu, conferri sibi canonicatum in eadem ecclesia de benignitate solita mandaremus. Nos igitur, eodem episcopo viam universe carnis ingresso, volentes ejus in hac parte ratum pio adimplere favore,

venerabili fratri nostro .., episcopo Tusculano, injunxi-
mus viva voce, ut hujusmodi canonicatum ipsi G. auctoritate nostra conferre curaret : qui canonicatum ipsum eidem G. conferens, investivit eum per suum pileum de eodem. Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente mandantes quatinus eundem Guidonem ob reverentiam Sedis apostolice et nostram in fratrem et canonicum admittentes, sibi prebendam si vacat ad presens vel quameilo vacaverit assignare curetis. Non obstante statuto de certo canonicorum numero, juramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roborato vel si vobis a Sede apostolica sit indulatum quod ad receptionem alicujus minime teneamini quodque ad id compelli, aut interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de induleto hujusmodi mentionem, vel quod idem G. alias beneficialius existit. Alioquin dilecto filio .., officiali Turonensi, litteris nostris injungimus, ut vos ad id monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota. compellat. Dat. Anagnie, VII idus augusti, anno primo. »

673

Anagni, 2 août 1255.

Priori et conventui monasterii de Valzenis, Cameracensis diocesis, indulget, ut ad receptionem alicujus in beneficiis eorum compelli minime valeant. (REG. 24, c. 548, f. 80.)

« ... priori, et conventui monasterii de Valzenis, Cluniacensis ordinis, Cameracensis diocesis. Paci et trauilitati vestre ac monasterii vestri paterna volentes sollicitudine providere, ut per litteras apostolicas vel legatorum apostolice Sedis impetratas. dummodo per eas non sit jus alicui acquisitum, et etiam impetrandas beneficia ad vestram collationem seu patronatum spectantia conferri non possint alicui, vosque ad receptionem vel provisionem alicujus compelli minime valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus, nisi eadem impetrande plenam et expressam de induleto hujusmodi fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, IIII nonas augusti, anno primo. »

674

Anagni, 7 août 1255.

Priori et conventui monasterii de Parco b. Mariae, Cenomannensis diocesis, confirmat et refert donationem anni XX librarum turonensium redditus in festagio Montis Trichardi, Turonensis diocesis, a Mathildi, vicecomitissa Bellimontis,

domina Ambaziae et Montis Trichardi mense maii MCCXLIII factam. (Reg. 24, c. 549¹, f. 80.)

... priori, et conventui monasterii de Parco beate Marie. Cartusiensis ordinis, Cenomanensis diocesis. Solet annuere etc. usque : impertiri. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat, quod quondam Matildis, vicecomitissa Bellimontis, domina Ambazie et Montis Trichardi, in festagio suo Montis Trichardi, Turonensis diocesis, annum XX librarum Turonensium redditum vobis pia et provida liberalitate concessit, prout in ipsius litteris confectis exinde plenius continetur. Nos itaque vestris precibus inclinati, concessionem hujusmodi ratain habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Litterarum predictarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Mai 1243.

Universis presentes litteras inspecturis. Matildis,
» vicecomitissa Bellimontis. domina Montis Trichardi
» et Ambazie. salutem in omnium Salvatore. Noverint
» universi quod ego, considerans et attendens pauper-
» tam seu inopiam ecclesie beate Marie de Parco,
» Cartusiensis ordinis, de novo fundate in terra et do-
» minio vicecomitis Bellimontis, Cenomanensis dioce-
» sis. adeo quod propter sui tenue fundamentum et
» proventuum penuriam debitus fratrum numerus se-
» cundum statuta Cartusiensis ordinis ibidem nequeat
» commode sustentari. pro remedio et salute inclite
» recordationis Richardi, quondam vicecomitis Belli-
» montis. mariti mei, et anime mee, et animarum pa-
» rentum et antecessorum meorum. dedi et concessi
» irrevocabiliter et etiam inter vivos in puram et per-
» petuam elemosinam ecclesie memorare .., priori, et
» fratribus pro tempore ibidem existentibus, ad suspen-
» sationem duorum fratrum in prefata ecclesia sub ha-
» bitu regulari perpetuo Domino famulantium, quorum
» specialius orationibus et aliis bonis operibus necnon
» et aliorum religiosorum ejusdem loci, immo et totius
» Cartusiensis ordinis predictum Richardum, maritum
» meum. et me, parentes et predecessores meos, expecto
» facilis peccatorum veniam obtinere. XX libras Tu-
» ronensium anni redditus perpetuo a priore vel fra-
» tribus prenominata ecclesia pro tempore existentibus
» sive eorum procuratore, syndico, vel yemono aut
» certo nuncio eorundem percipiendas annis singulis
» et habendas in octabis Omnium Sanctorum in pro-
» ventibus seu redditibus primo perceptis sive percipi-
» endis in festagio meo de Monte Trichardi integre,

» pacifice et quiete; precipiens, ut quicunque in dicto
» festagio michi successerint, sive jure hereditario,
» sive jure legati aut fide commissi vel donationis ti-
» tulo. ad solutionem nominatarum XX librarum se-
» cundum tenorem superius ennarratum, absque ullo
» subterfugio teneantur, sub pena unius marce argenti
» pro qualibet hebdomada solutionis dilate ultra ter-
» minum superius nominatum. In cuius rei testimo-
» nium et munimen, dedi predictis fratribus presentes
» litteras sigilli mei caractere roboratas. Dat. anno
» Domini M^oCC^oXLIII^o, mense Maii. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
VII idus Augusti, anno primo. »

675

Anagni, 7 août 1255.

Eisdem annum XX librarum turonensium redditum ab episcopo Cenomannensi Gaufrido datum super decimis de Mayroliis Leberaut, de manu laicali extractis, confirmat, litteras mense septembri MCCLIII Gaufridi inserendo. (Reg. 24, c. 549², f. 80.)

« Eisdem. Solet annuere etc. usque : impertiri. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat, quod bone memorie .., Cenomanensis episcopus, paupertatem ac religionem monasterii vestri quod noviter est fundatum diligenter attendens, annum XX librarum turonensium redditum in decimis de Mayroliis Liberaut Cenomanensis diocesis. quas de manu extraxerat laicali, vobis, capituli sui ad hoc accidente consensu, pia et provida liberalitate concessit, prout in litteris eorumdem episcopi et capituli confectis exinde plenius continetur. Nos itaque etc. usque : gratain. prefatum redditum vobis et per vos vestris successoribus et eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Litterarum etc. usque : inspecturis :

Septembre 1254.

» Gaufridus, Dei gratia Cenomanensis episcopus,
» salutem in Domino. Quicquid habet ecclesia tempo-
» rale ad hoc est specialiter deputatum. ut exinde sus-
» tineatur spiritualitas et cum locus fuerit augmen-
» tetur. Quare nos considerantes tenuitatem nimiam
» redditum domus beate Marie de Parco, nostre dio-
» cesis. Cartusiensis ordinis, que de novo fundata est
» in maxima paupertate. advertentes etiam personarum
» sub tam stricto ordine ibidem commorantium sancti-
» tatem, et timentes ne future inopie magnitudo eos
» egestate oppressos cogeret ad recessum. XX librarum
» turonensium anni redditus super decimis, quas in

» parrochia de Mayrolis Liberaut de manu retraximus
» laicali, de consensu et voluntate totius nostri capituli
» quod ad hoc invenimus favorable et benignum, pre-
» dicto tam religioso loco liberaliter in perpetuo assi-
» gnamus. In cujus rei memoriam et munimen, nos et
» dictum capitulo sigilla nostra presentibus litteris
» duximus apponenda. Dat. mense septembris, anno
» Domini M^oCC^oLIII^o. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

676

Anagni, 9 août 1255.

Eisdem indulget, ut decimas ad valorem XXX librarum Turonensium annui redditus de manibus laicorum redimere valeant et retinero. (REO. 24, c. 549³, f. 80^v.)

« *Eisdem*. Cum domus vestra multa ut asseritur paupertate gravata utpote novella in sacre religionis orto plantatio apostolice pietatis indigeat fulcimento, nos volentes vobis gratiam facere que vestris noscitur necessitatibus plurimum oportuna, ut vobis liceat in parrochiis alienis decimas usque ad valorem triginta librarum Turonensium annui redditus de manibus redimere laicorum qui a tempore cujus memoria non existit tenuerunt easdem, diocesani loci accedente consensu, ipsasque decimas libere in usus proprios perpetuo retinere, devotioni vestre auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno primo. »

677

Anagni, 7 août 1255.

Eosdem molestari ne permittat super concessionem XX librarum turonensium (v. n° 674), officiali Cenomannensi mandat. (REG. 24, c. 549⁴, f. 80^v.)

« ... officiali Cenomanensi. Exhibita nobis dilecti filii ..., prioris, et conventus monasterii de Parco beate Marie, Cartusiensis ordinis, Cenomanensis diocesis, petitio continebat, quod quondam Matildis, vicecomitissa Bellimontis, domina Ambazie et Montis Trichardi, Turonensis diocesis, annum XX librarum Turonensium redditum eis pia et provida liberalitate concessit, prout in ipsius vicecomitis litteris confectis exinde plenus continetur. Nos itaque ipsorum prioris et conventus precibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam habentes et gratiam, illam auctoritate apostolica duximus confirmandam, litterarum predictarum tenorem de verbo ad verbum nostre confirmationis litteris inseri

facientes. Quocirca mandamus, quatinus prefatos priorem et conventum non permittas super hiis contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores etc. Non obstante si aliqui ex indulto apostolico excommunicari, suspendi vel interdicti non possint seu ipsorum terra ecclesiastico subici interdictio. Dat. Anagnie, VII idus augusti, anno primo. »

678

Anagni, 14 juillet 1255.

Wolrado, electo Halberstadensi, concedit facultatem privandi dignitatibus fautores Ludulfi de Sladen administrationi episcopatus ejusdem se ingerentis, non obstantibus prohibitibibus Innocentii papae. (REO. 24, c. 550¹, f. 80^v; RODENBERG, t. III, n° 405¹.)

« *Wolrado, electo Halberstadensi*. Sicut te intimante nobis innotuit, felicis recordationis I. papa predecessor noster, electione presuma in Halberstadensi ecclesia de Ludulfo de Sladen ecclesie prediche canonico irrita penitus nuntiata, electionem de te canonice celebratam de fratrum suorum consilio confirmavit. Verum dictus predecessor ipsius Ludulfi personam, ut mandatis ejus in hac parte parere[1] pluribus decorans gratiis et beneficiis, per suas litteras injunxit eidem, ut administrationi episcopatus Halberstadensis se nequaquam ingerens nec intromittens de illo, dictum episcopatum et civitatem Halberstadenses necnon castra, oppida et alia ad te spectantia cum fructibus medio tempore perceptis exinde tibi dimitteret pacifice et quiete, nullam tibi super premissis per se aut alios molestiam inferendo. Dedit etiam dictus predecessor ..., preposito ecclesie in Germorode, Maguntine diocesis, suis litteris in mandatis, ut si predictus L. mandato apostolico in hoc contempneret obedire, idem prepositus per se vel per alium hujusmodi gratias et beneficia revocans, ipsum L. tamquam ingratum illis privatum nuntiare stuperet, injungendo nichilominus per alias litteras suas ..., abbatii monasterii de Ballenstade, et ..., preposito ecclesie sancte Marie in Erfordia, ut [in] nominatum L. parere super hoc mandatis apostolicis renitentem et in omnes in hoc adherentes ei excommunicationis et in terras eorum interdicti sententias appellatione postposita proferentes ac utramque sollempniter publicantes sententiam, facerent eas usque ad satisfactionem condignam sublatu appellationis obstaculo inviolabiliter observari. Invocato etc. Processuri alias contra eos, prout exigeret protervitas corundem. Sed predictus L. non solum mandatis apostolicis parere contempsit, verum etiam iniquitatem iniquitati accumulans, quemdam

nuntium, qui ei super hiis monitionis detulit litteras, exoculari et aures amputari fecit eidem, ac unum ministerialem ipsius ecclesie, nullis suis culpis exigentibus, morte turpissima condemnari. Unde dicti executores in sepedictum L., quia mandatis eisdem obedire contumaciter renuit, et in adherentes eidem in hoc canonica monitione premissa excommunicationis sententiam exigente justitia promulgarunt, ac dictus prepositus in Germerode gratias et beneficia revocans eadem, ipsum L. tamquam ingratum illis privatum juxta formam sibitraditam nuntiavit, in contradictores excommunicationis sententia promulgata; tu etiam in abbatibus, priores, prelatos, canonicos et clericos Halberstadensium civitatis et diocesis, neconon et vassallos ac ministeriales ipsius ecclesie Halberstadensis, quia tibi non intendebant set potius contra te favebant Ludulfo predicto, canonica monitione premissa tam ipsius predecessoris auctoritate quam propria, similes sententias protulisti. Quia vero dicti abbates et alii a sua propter hoc pertinacia minime resipiscunt, ut pena docente cognoscant, quam temerarium sit prelati non obedire mandatis, eos si a te moniti diligenter tibi ut patri et pastori animarum suarum non obedierint ac intenderint et destiterint prorsus a prestatione favoris Ludulfo jamdicto, privandi suis dignitatibus, prelaturis, prebendis et beneficiis, que in monasterio et ecclesiis earundem civitatis et diocesis obtine[n]t, neconon et compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, concessa nichilominus potestate illis, ad quos hujusmodi dignitatum, prelaturarum, prebendarum et beneficiorum collatio pertinet, ea post privationem hujusmodi tamquam vacantia personis idoneis conferendi. Non obstante si aliquibus a Sede apostolica est indulatum quod interdici —; nullis litteris veritati et justicie prejudicantibus a Sede apostolica impetratis et etiam impetrandis. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

679

Anagni, 14 juillet 1255.

Universis clericis Halberstadensis diocesis mandat quatinus obedient Wolrado. (Reg. 24, c. 550², f. 81.)

« ... decano, et capitulo Halberstadensis, neconon abbatis, prioribus, prelati, canonici et clericis universis civitatis et diocesis Halberstadensium. Dilectus filius Volradus, electus Halberstadensis, sua nobis petitione monstravit, quod cum dudum in Halberstadensi ecclesia due fuissent electiones, videlicet de ipso tunc sco-

lastico et de Ludulfo de Sladen canonico ipsius ecclesie, celebrate, quia felicis recordationis I. papa predecessor noster, procuratoribus partium propter hoc in ejus presentia constitutis et auditis que fuere hinc inde proposita eoram ipso, invenit electionem de prefato L. qui postmodum a venerabili fratri nostro ... archiepiscopo Maguntinensi, loci metropolitano, munus sibi confirmationis et consecrationis impendi obtainuerat, utpote adhuc non vacante dicta ecclesia fore presumptam, M. quondam episcopo Halberstadensi nondum obtinente cedendi licentiam, licet eam cum instantia postulasset a dilecto filio nostro H. tituli sancte Sabine presbitero cardinali, tunc in partibus Alamannie apostolice Sedis legato, post generalem etiam inhibitionem ab ipso legato emissam, ut nulla electio in regno Alamannie fieret ejus irquisito assensu, super quibus dictus cardinalis ab eodem predecessore speciale mandatum habebat, denuntiavit electionem hujusmodi penitus irritam et electionem postmodum de ipso Volrando celebratam canonice de fratribus suorum consilio confirmavit. Verum etc. usque : promulgata, verbis competenter mutatis. Porro idem L., hujusmodi sententias dampnabiliter vilipendens et maledictionem bibens ut aquam, divinis officiis tenere se immiscat in anime sue periculum, ipsius electi prejudicium et ecclesiastice discipline contemptum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus universi et singuli eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum intendentis et obedientes humiliter et devote, sibi contra dicti L. proterviam prestetis per vos ac vestros consilium, auxilium et favorem, ita quod obedientie filii comprobemini et de filiali devotionis affectu ipsi electo a vobis exhibito possitis non iminere commendari. Nos enim privandi precepti nostri super hoc contemptores dignitatibus, prelaturis, prebendis et beneficiis que a monasteriis et ecclesiis civitatis et diocesis Halberstadensium obtinet et compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, prefato electo concessimus per nostras litteras facultatem, concessa nichilominus potestate illis ad quos predictorum collatio pertinet ea post privationem hujusmodi tamquam vacantia personis idoneis conferendi. Provideatis itaque vobis prudenter ne in illius difficultatis articulum incidatis, de quo exire facile non possetis. Dignum est enim, ut, cum velit non valeat, qui noluit cum valebat. Dat. Anagnie, ut supra. »

In e m. vassallis et ministerialibus Halberstadensis eccl-

sie, usque : contemptum. Quocirea universitatem vestram rogamus et monemus attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus universi etc. usque : intendentes humiliter etc. usque : ita quod de filiali devotionis affectu etc. usque : privandi mandati nostri super hoc contemptores feudos que ab eadem Halberstadensi ecclesia obtinent etc. usque in finem.

In e. m., populo civitatis et diocesis Halberstadensium.

680

Anagni, 14 juillet 1255.

Archiepiscopo Magdeburgensi mandat, quatinus Ludulfum se administrationi episcopatus praedicti ingerentem, chrisma conficentem solemniter et alia pontificalia exerceantem, necnon fautores ejus excommunicet. (REG. 24, c. 550³, f. 81^v; RODENBERG, t. III, n° 405^{III}.)

« ... archiepiscopo Magdeburgensi. Dilectus filius Volradus etc. usque : contemptum [cf. le n° 679]. Et licet jamdictus predecessor eidem L. inter alias gratias concessisse dicatur. ut si se administrationem non ingereret episcopatus ejusdem, pontificali dignitate gauderet, idem tamen L. contra mandatum ipsius predecessoris, post privationem gratiarum hujusmodi et latam in ipsum excommunicationis sententiam, se administrationi dicti episcopatus ingerens, crisma presumpsit confidere sollempniter et alia, que ad officium pontificale pertinent, dampnabiliter exercere. Cum igitur publice utilitatis intersit, ut excessus vindicta coercat et pena limitentur offense, mandamus, quatenus. nisi sepedictus L. infra XV dies post monitionem tuam mandatis apostolicis ab eodem predecessor super hiis sibi factis curaverit obedire, extunc eum prives omni officio et beneficio ecclesiastico, quibus reddidit se indignum, et in abbates, priores, prelatos, canonicos et clericos civitatis et diocesis Halberstadensis neenon vassallos et ministeriales ipsius ecclesie Halberstadensis. nisi eidem [Volrado] intenderent et obedierint ac ei ut patri et pastori animarum suarum astiterint contra illum. monitione premissa excommunicationis ferens sententiam ac terras eorum supponens ecclesiastico interdicto, ipsos et dictum L. tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuncies et ab aliis nunciari facias ac ab omnibus artius evitari, donec resipuerint a premissis. Ceterum ad ipsius proterviam edomandam, civitatem Halberstadensem et alia loca sibi assistantia in ipsa pertinacia existentia seu ad que ipsum devenire contigerit supponas ecclesiastico interdictione, ita quod nullum in eis divinum celebretur officium et exhibeat ecclesiasticum sacramentum

preter penitentias morientium, et baptismata parvulorum. Contradictores. Invoco etc. Non obstante si aliquibus — : nullis litteris veritati —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno primo. »

681

Anagni, 24 juillet 1255.

Eidem mandat quatinus collationes, venditiones, infeudationes mensae Halberstadensis indebita a Ludulfo factas decernat irritas. (REG. 24, c. 550⁴, f. 81^v; RODENBERG, t. III, n° 405^{IV}.)

« ... archiepiscopo Magdeburgensi. Dilectus filius Volradus etc. usque : confirmavit [cf. le n° 679]. Set dictus L. administrationi episcopatus Halberstadensis se ingerens et intromittens de illo, propter quod fuerunt in eum auctoritate dictorum predecessoris et cardinalis exigente justitia excommunicationum sententie promulgatae, personatus, dignitates, ecclesias et beneficia ecclesiastica ad collationem dicti electi spectantia conferre, necnon et castra, villas, possessiones et alia bona episcopalies mense fame sue prodigus et salutis oblitus de facto vendere, infeudare et obligare presumpsit in anime sue periculum, plurimorum scandalum et ipsorum electi et ecclesie non modicum detrimentum. Quocirea mandamus, quatinus, si de collatione, venditione, infeudatione ac obligatione hujusmodi tibi constiterit eas auctoritate nostra decernens penitus non tenere, ac denuntians irritas et inanes. eis, quibus idem L. personatus, dignitates ecclesias, et beneficia ipsa contulit et illis in quibus castra, villas, possessiones et bona predicta taliter vendidit, infundavit et obligavit, ab eis prorsus amotis, castra, villas, possessiones et bona eadem ad jus et proprietatem dicte mense studeas legitime revocare. Contradictores. Non obstante si aliquibus —, ac qualibet alia indulgentia euicunque persone vel loco sub quacumque forma vel expressione verborum a dicta Sede concessa, per quam hujusmodi mandati executio impediri valeat vel differri et de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Nullis litteris veritati etc. usque : impetrandis. Dat. Anagnie, XII kalendas Augusti, anno primo. »

682

Anagni, 5 août 1255.

Michaeli Passalewe presbytero, rectori ecclesiae de Hutzchale, Norwicensis diocesis, quae XV marcarum argenti in annuis redditibus non excedit, dispensat, ut cum ea ecclesiam

de Duseby, Lincolniensis diocesis, sibi a diocesano episcopo commendatam et X marcas valentem annuatim, libere recipere valeat. (Reg. 24, c. 551, f. 81v.)

« Michaeli Passalewe presbytero, rectori ecclesie de Hutechale, Norwicensis diocesis. Hiis precipue liberales —. Dat. Anagnie, nonis augusti, anno primo. »

683

Anagni, 4 août 1255.

Rectori ducatus Spoletoni mandat, ut Spoletonis licentiam castrum eorum quod Turris de Narnata vulgariter dictum est reaedificandi tribuat, nisi exinde possit grave scandalum exoriri. (Reg. 24, c. 552, f. 81v; POTTHAST 15977.)

« .., rectori ducatus Spoletoni. Significarunt nobis dilecti —. Dat. Anagnie, II nonas augusti, anno primo. »

684

Anagni, 3 août 1255.

Episcopo Vicanus mandat, quatinus fratrem Alferium auctoritate metropolitani C., Beneventani electi, ecclesiae Lucerinae praefectum, quanquam ad Sedem apostolicam fuerit ipsius provisio devoluta, eumdem de novo ecclesiae Lucerinae praeficiat auctoritate Sedis apostolicae. (Reg. 24, c. 553, f. 81v.)

« .., episcopo Vicanus. Cum ecclesia Lucerina, sicut accepimus, per octo annos et amplius hactenus vacavisset, dilectus filius C., Beneventanus electus, loci metropolitanus, de fratre Alferio, tunc decano monasterii sancte Sophie de Benevento, eidem ecclesie auctoritate propria nuper, quanquam ad Sedem apostolicam fuerit ipsius provisio devoluta, providit et mandavit ipsum a tribus suis suffraganeis in episcopum ejusdem ecclesie consecrari, licet autem dictus electus id facere de jure nequiverit et propter hoc deliquerit non modicum, jurisdictionem sibi ad Romanam Ecclesiam per lapsum longi temporis devolutam usurpans; quia tamen de dicto episcopo laudabile nobis a pluribus testimonium perhibetur, mandamus quatinus, si de plano et absque judicij strepitu cognita veritate inveneris ita esse, tu ipsum eidem ecclesie Lucerine auctoritate nostra de novo presicias, premissis nequaquam obstantibus, in pastorem, faciens sibi a suis subditis obedientiam et reverentiam exhiberi debitam et ei de suis juribus integre responderi. Contradictores. Non obstante constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno primo. »

685

Anagni, 9 aout 1255.

Magistro Roberto de Londoniis, rectori ecclesiae de Herlege, Wintoniensis diocesis, indulget, ut duo alia beneficia ecclesiastica similem curam animarum habentia in regno Angliae recipere valeat. (Reg. 24, c. 554, f. 82.)

« Magistro Roberto de Londoniis, rectori ecclesie de Herlege, Wintoniensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno primo. »

686

Anagni, 30 juillet 1255.

Adhemaro, electo Wintoniensi, nondum tricesimum annum attinendi, indulget, ut consecrationis munus infra sex menses post electionem minime teneatur. (Reg. 24, c. 555, f. 82.)

« Ademaro, electo Wintoniensi. Quia plurimi in cathedralium ecclesiarum electos assumpti consecrationem suam non absque ecclesiarum suarum periculo suscipere differunt et procelant, propter quod grave passe fuerunt ecclesie dispendium in utrisque, nos, sub cuius cura ecclesie ipse consistunt, volentes ipsarum indempnitatis occurere ut tenemur, de fratrum nostrorum consilio, terminum sex mensium omnium cathedralium ecclesiarum electis duximus statuendum, infra quem munus consecrationis suscipient reverenter: alioquin, nisi legitimo impedimento detenti fuerint, ab administratione spiritualium et temporalium neverint se suspensos; quod si, non suscepto consecrationis munere ultra predictum terminum, retinuerint ecclesias aliis sex mensibus viduatas, extune eisdem ecclesiis auctoritate apostolica neverint se privatos ac capitula et collegia et conventus ad que pertinet electio predictorum sibi providendi de aliis habeant auctoritate nostra liberam facultatem. Non obstante indulgentia eis a quocumque et sub quacumque forma verborum concessa per quam adversus statutum hujusmodi possent in aliquo se tueri. Verum quia personam tuam nobis acceptam volumus prosequi gratiouse, tibi maxime cum tricesimum annum nondum attigisse dicaris, quod, eodem non obstante statuto, hujusmodi consecrationis munus recipere minime tenearis usque ad nostre beneplacitum voluntatis, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, III kalendas augusti, anno primo. »

687

Anagni, 13 juillet 1255.

Johanni de Soliaco, decano ecclesiae s. Austregisilii Bituri-

censis et priori saecularis ecclesiae Vastinensis, Bituricensis dioecesis, cui magister Albertus, notarius apostolicus, tunc in regno Franciae apostolicae Sedis legatus, ut nomine aliud beneficium seu personatum libere recipere, duxit dispensandum, hanc dispensationem confirmat. (REG. 24, c. 556, f. 82.)

« Johanni de Soliaco, decano Bituricensi. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, III idus julii, anno primo. »

688

Anagni, 23 juillet 1255.

Eidem dispensat, ut deeanatum Bituricensis ecclesiae et alia beneficia retinere valeat. (REG. 24, c. 556², f. 82.)

« *Eidem*. Tua nobis devotio supplieavit, ut. cum tecum, preter ecclesiastica beneficia que tunc ex dispensatione apostolica obtinebas, unicum personatum vel dignitatem, etiam si curam animarum haberet annexam, recipere libere et licite retinere valeres, si tibi canonice offerretur, constitutione generalis concilii non obstante, de speciali gratia duxerimus dispensandum, et per aliquot dies deeanatum Bituricensis ecclesie ante imprestationem dispensationis ipsius alias tamen canonice fueris assecutus, providere tibi super hoc de solita Sedis apostolice clementia curaremus; fructum igitur quem ex prefata nostra dispensatione te assequi volebamus, in retentione tam licita quam libera deeanatus ejusdem assequi te volentes, quod ipsum deeanatum una cum prediculis obtentis licite valeas retinere, tuis precibus inclinati, tecum auctoritate presentium dispensamus, dummodo pretextu dispensationis ipsius non sis dignitatem vel personatum alium assecutus vel in posterum assequaris; proviso quod beneficia et deeanatus predicta debitum etc. usque: negligatur. Dat. Anagni, X kalendas augusti, anno primo. »

689

Anagni, 9 juillet 1255.

Eidem indulget, ut unus de canoniciis ecclesiae s. Austregislili Bituricensis quem elegerit, insistens obsequiis ipsius, possit per quinquennium fructus praebendae ipsius ecclesiae cum integritate percipere, ac si in ea personaliter resideret. (REG. 24, c. 556³, f. 82.)

« *Eidem*. Tua merita sinceritatis —. Dat. Anagni, VII idus julii, anno primo. »

690

Naples, 12 avril 1255.

Praeposito et capitulo Fesulanis confirmat et refert confir-

ALEXANDRE IV, t. I.

mationes et donationes eis a Rodulpho loci episcopo anno MCLXXIII VI kalendas junii factas. (REG. 24, n° 556⁴, f. 82.)

« .., preposito, et capitulo Fesulanis. Oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, quod bone memorie R., Fesulanus episcopus, olim in honore beate Marie ac sancti Romuli, apud quendam locum qui Figinum dicitur, Fesulane dioecesis, plebem et baptismalem ecclesiam apostolice Sedis auctoritate construens, subjicit ei, de consensu capitulo sui, quasdam ecclesias et cappellas cum decimis, molendinis, possessionibus et omnibus aliis pertinentibus ad easdem. Postmodum quoque dictus episcopus plebem et ecclesiam supradictam habendam et ordinandam ac instituendam per vos vestrosque clericos et laicos gubernandam, libere ac sine contradictione ipsius episcopi vel successorum ejusdem, tam in spiritualibus quam in temporalibus pleno jure vobis et per vos canonice Fesulane concessit, prout in litteris inde confectis et ejusdem episcopi sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque, devotionis vestre supplicationibus inclinati, quod in hac parte per eundem episcopum provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum presentibus inseri facientes, qui talis est.

Fréjus, 27 mai 1174.

« Rodulphus, ecclesie Fesulane Dei gratia episcopus, dilecto filio presbitero Raynero, preposito et ejusdem ecclesie canonico, et universis fratribus eorumque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Debita actionis officium quisque prelatus prosequitur quotiens fratribus ecclesie, cui. Domino dispensante, noscitur presidere, beneficia studet largiri, ut Deo in cotidianis officiis attentius et devotius serviant et sibi laudes ac gratias ubiores fidelius exolvant. Eapropter, in Christo dilecti filii, vestram vitam Omnipotenti placitam totamque conversationem ab hominibus non inmerito laudandam attentissime conspicientes atque ad religionis perseverantiam propensius exhortantes, pie a predecessoribus nostris vobis vestrisque antecessoribus oblata confirmamus, et si quid supererogamus, a retributore omnium bonorum premium nobis reddi majus meliusque indubitanter speramus. Plebem itaque sancti Romuli et sancte Marie de Figino, quam construximus noviter, auctoritate apostolica suffulti, et episcopali munimine roboravimus, cui sane, ad usum clericorum et laicorum eidem domui constanter in Christo deservientium, ecclesiam quondam et monasterium sancte Marie

» ipsius loci cum suis capellis de Galianella et de Castellovechio et sancti Laurentii, atque canonicanum beati Angeli de Pavelli cum suis capellis, videlicet, sancte Marie de Pavelli et sancte Marie de Panicalia seu desuper Portam et sancti Michaelis de Castello Atti, et capellam beate Marie de Tartillise, cum omnibus pertinentiis supradictarum ecclesiarum penes vestrum deliberatum consilium assignavimus : supposimus etiam sibi alias ecclesias, sicut in privilegio a nobis facto continetur, suprascriptam seilicet plebem et plebatum et ejus populum et dictas assignatas sibi ecclesias cum universis earum pertinentiis, terris cultis et incultis, decimis, primitiis, oblationibus, molendinis omnibusque mobilibus et immobilibus, cunctisque ad eam pertinentibus, illis tamen exceptis que de pertinentiis quondam dicti monasterii sancte Marie reservavimus, ulterius habendam, ordinandam, per vos vestrosque clericos ac laicos gubernandam et libere instituendam, sine nostra nostrorumque successorum contradictione, tam in spiritualibus quam in temporalibus pleno jure tractandam. nichil in ea vel de ea nobis servantes, nisi circula[m] episcopo qui pro tempore Fesulisi fuerit per manum prepositi Fesulanii vel ejus minnici annis singulis offerendam, ita videlicet ut, de circula quam plebes sancti Romuli et sancti Viti hactenus dare consuevit, episcopalibus sedes nullam sentiat minorationem, vobis recipientibus vice canonice Fesulane, et Deus nostre anime ac nostrorum predecessorum misereri dignetur, concedimus, et episcopalibus apicibus roboramus. Salva in omnibus apostolice Sedis auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino nostrorum subditorum licet huic nostre concessioni contradicere vel aliquatenus contraire. Si quis autem id attemptare presumpserit vel aliquid malitiose egerit, nisi requisitus emenda verit, eum excommunicationi, donec satisfaciat, innotatum esse censemus. Cunctis eam servantibus sit pax Domini nostri. Amen. Ego Rodulphus, ecclesie Fesulane Dei gratia episcopus, a me facto; ego presbiter Raynerius prepositus, ego presbiter Angelus, ego presbiter Manfredus, ego presbiter Raynaldus, ego Guido presbiter, ego Lanfrancus diaconus, ego Bennitendens (*sic*) diaconus, ego Bernoetus subdiaconus, ego Bonacursus subdiaconus subscriptissimus. Scriptum Fesulisi manu propria magistri Rolandi, ejusdem ecclesie subdiaconi. anno dominice incarnationis M^oC^oLXXIII^o, VI kalendas junii. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Neapoli, II idus aprilis, anno primo. »

691

Naples, 19 mai 1255.

Universis Christi fidelibus per Tusciam constitutis, ad aedificationem ecclesiae s. Romuli Fesulanae contribuentibus centum dies de poenitentia relaxat. (Reg. 24, c. 556^s, f. 82^v.)

« Universis Christi fidelibus per Tusciam constitutis. Quoniam ut ait apostolus etc. usque : vitam eternam. Cum igitur, sicut ex parte dilectorum filiorum .., prepositi, et capituli ecclesie Fesulane fuit propositum coram nobis, iidem ecclesiam ipsam in honorem beati Romuli sociorumque ejus edificare incepint opere plurimum sumptuoso et ad consumationem ipsius .., operario ejusdem ecclesie, proprie non suppetant facultates, nos ad ea que ad salutem animarum vestrarum respiciunt vos inducere satagentes, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, universitatem vestrarum rogamus et hortamur in Domino in remissionem vobis etc. usque : adjutricem, centum dies de injuncta etc. usque : relaxamus. Has autem mitti per questuarios etc. usque : decernentes. Dat. Neapoli, XIII kalendas junii. anno primo. »

692

Anagni, 20 juillet 1255.

Priori Insulae Barbarae, Lugdunensis diocesis, mandat, quatinus Guilelmum Gautherii clericum de mandato Innocentii papae in ecclesia Claromontensi recipiendum, in assecutione praebendae receptis praeferriri faciat. (Reg. 24, c. 557, f. 82^v.)

« ... priori Insulae Barbarae, Lugdunensis diocesis. Exposuit nobis dilectus filius Guilelmus Gautherii, clericus, quod felicis recordationis I. papa predecessor noster dilecto filio Petro Fodras. canonico ecclesie sancti Justi Lugdunensis, suis sub certa forma dedit litteris in mandatis, ut eundem clericum recipi faceret in ecclesia Claromontensi in canonicum et in fratrem, eique de prebenda, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat vel quamprimum se offeret facultas, auctoritate apostolica provideret. Contradictores. Cumque venerabilis frater noster .., episcopus, .., decanus, et capitulum Claromontenses dictum clericum ad mandatum executoris ipsius recipere ex malitia differentes, auctoritate litterarum suarum precessit, in canonicos receperint, demum iidem capitulum eundem clericum reepperunt in canonicum et in fratrem : propter quod idem episcopus pro se et sibi adherentibus vocem appellationis ad Sedem apostolicam emisit. Mota igitur apud Sedem predictam super hiis, inter episcopum et adherentes pre-

dictos ex parte una et clericum ipsum ex altera, questione, tandem dilectus filius magister Rostandus, capellanus noster, a nobis partibus deputatus auditor, cognito cause meritis et juris ordine observato, diffinivam pro jamdicto clero sententiam promulgavit. Quare dictus electus humiliter postulavit a nobis, ut eum in assecutione prebende preferri receptis hujusmodi faceremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, prefatum clericum in prebende assecutione auctoritate nostra preferri facias sic receptis. Contradictores autem si qui fuerint et rebelles auctoritate nostra appellatione remota compescas. Non obstante si dicto episcopo vel quibuscumque aliis a Sede sit indulatum —. Dat. Anagnie, XIII^o kalendas augusti, anno primo. »

693

Naples, 20 mars 1255.

Nobili viro Albrio de Romano, suo et Ecclesiae Romanae devoto, omnes concessiones eidem ab I[nnocentio] IV papa, a W[ilhelmo] rege Romanorum et a se ipso factas de bonis Ezelini de Romano confirmat, tenorem litterarum sumptum de regesto Innocentii IV Lugduni V kalendas decembri anno VIII: Asisii VIII idus maii anno XI, et Withelmi regis processus super biis habitos in castris ante Geylenhusene VI nonas octobris indictione IX^a, anno Domini M^oCCCL^o, regni vero anno II^o, inserendo. (REG. 24, c. 558, f. 83; POTTHAST 15758.)

« Nobili viro Albrio de Romano, nostro et Ecclesie Romane devoto. Exigentibus tue devotionis —. Dat. Neapoli, XIII kalendas aprilis, anno primo. »

694

Anagni, 3 août 1255.

Gerardo Cossae d'ochae, electo Veronensi, indulget, ut beneficia ecclesiastica, quae obtinebat ante promotionem suam, possit donec pacificam bonorum ecclesiae Veronensis administrationem habuerit, decurso tempore de consecrandis episcopis, libere retinere. (REG. 24, c. 558², f. 84; POTTHAST 15973.)

« Gerardo Cossadochae, electo Veronensi. Quia dignus es —. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno primo. »

695

Anagni, 3 août 1255.

Eidem, qui « propter maliciam temporis ad presens in civitatem Veronensem morari non » potest, in Curia Romana seu alibi existenti, concedit facultatem cognoscendi de causis quas inter subditos suos moveri contigerit, committendi eas aliis ac statuendi de ecclesiis ac instituendi et destituendi clericos Ve-

ronensis diocesis secundum quod utilius expedire viderit, capitulo Veronensi minime requisito. (REG. 24, c. 558³, f. 84; POTTHAST 15974.)

« *Eidem. Sincere devotionis affectus —. Dat. ut supra.* »

696

Anagni, 27 juillet 1255.

Magistro Guillelmo de Saon, canonico Lexoviensi, indulget, ut beneficium unicum in regno Franciae licite recipere et cum ecclesia de Bernecti [Bernay], Baiocensis diocesis, curam animarum habente, libere retinere valcat. (REG. 24, c. 559, f. 84.)

« *Magistro Guillelmo de Saon, canonico Lexoviensi. Constitutioni canonice qua —. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, anno primo.* »

697

Anagni, 2 août 1255.

Phylippo, thesaurario Lexoviensi, indulgentia hujusmodi. (REG. 24, c. 559², f. 84.)

« *Phylippo, thesaurario Lexoviensi. Constitutioni etc. —. Dat. Anagnie, IIII nonas augusti, anno primo.* »

698

Anagni, 2 août 1255.

Johanni Rustici, canonico Baiocensi, indulget, ut ecclesiam suam de Socrehe, Norwicensis diocesis, per capellanum valeat describere. (REG. 24, c. 559³, f. 84.)

« *Johanni Rustici, subdiacono nostro, canonico Baiocensi. Cum, sicut tua nobis exhibita petitio continebat, in ecclesia Baiocensi personaliter residens, in ecclesia tua de Socrehe, Norwicensis diocesis, qua te canonice proponis adeptum, residentiam nequeas facere personnelum, nos tuis supplicationibus favorabiliter annuentes, ut usque ad triennium eidem ecclesie de Socrehe per idoneum capellanum valeas deservire et fructus ipsius integre percipere ac si in ea personaliter resideres et superiores ordines invititus suspicere non cogaris, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra.* »

699

Anagni, 2 août 1255.

Abbati de Longis, Baiocensis diocesis, indulgentiam Johanni Rustici concessam notificans, mandat quatinus eidem can-

nico in Baiocensi ecclesia residenti fructus ipsius ecclesiae de Socrehe faciat integre ministrari. (REG. 24, c. 559^v, f. 84^v.)

« ... abbatii de Longis, Baiocensis diocesis. Cum dilecti filii —. Dat. ut supra. »

700

Anagni, 10 août 1255.

Indulgentiis jam ab I. papa visitantibus ecclesiam Burgensem concessis, addit indulgentiam unius anni et XL dierum a dominica qua cantatur *Letare Jerusalem* usque ad octavas Resurrectionis Dominicæ. (REG. 24, c. 560, f. 84^v.)

« ... episcopo, et dilectis filiis .., decano, et capitulo Burgenibus ac successoribus eorumdem. Cum felicis recordationis I. papa predecessor noster omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam vestram peccatorum, veniam a Domino humiliter petituri, a festo Natalis Domini usque ad octavas Epiphanie, et a dominica Palmarum usque ad octavas Pasee, neenon a festo Ascensionis usque ad octavas Pentecostes, et etiam a festo sancti Johannis Baptiste usque ad octavas apostolorum Petri et Pauli, ac in festo Omnium Sanctorum, et in die dedicationis ipsius ecclesie et per ejus octavas, et in gloriose Virginis Dei genitricis Marie sollempnitatibus universis et usque ad octavas earum accesserint annuatim, indulgentiam unius anni et XL dierum duxerit concedendam, prout in ipsius predecessoris litteris super hoc obtentis plenius continetur, nos, quod ab eodem predecessor factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, ac volentes vobis et eidem ecclesie hujusmodi gratiam ampliare, omnibus talibus qui a Dominica qua cantatur *Letare Jerusalem* usque ad octavas Resurrectionis dominice prefatam ecclesiam annis singulis visitarint de omnipotentis Dei etc. usque : confisi, eandem unius anni et XL dierum indulgentiam conceamus gratiose. Dat. Anagnie, IIII idus augusti, anno primo. »

701

Anagni, 13 août 1255.

Abbatis et conventui monasterii s. Gregorii de Urbe induget, ut a creditoribus eorum romanis ad judicium trahi non possint inviti, jurisdictionem archipresbyteri ss. Cyri et Johannis [de Urbe] accipientes. (REG. 24, c. 561, f. 84^v.)

« ... abbatis, et conventui monasterii sancti Gregorii de Urbe, ordinis sancti Benedicti. Meritis vestre devotionis —. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, ut, per litteras Sedis apostolice vel legatorum

ipsius seu per judices ordinarios, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam et expressam de hac indulgentia mentionem, a creditoribus vestris Romanis ad judicium trahi non possitis inviti, quamdiu coram dilecto filio .., archipresbytero sanctorum Cyri et Johannis, parati eritis de vobis conquerentibus facere justitie complementum, auctoritate vobis presentium indulgemus. Presentibus post triennum etc. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno primo. »

702

Anagni, 31 juillet 1255.

Abbatis et conventui de Borneto, Engolismensis diocesis, indulget, ut ad aticujus provisionem in pensionibus aut beneficiis eorum minime teneantur. (REG. 24, c. 562, f. 84^v.)

« ... abbatis, et conventui de Borneto, ordinis sancti Benedicti, Engolismensis diocesis. Vestre pacis querentes —. Hinc est quod nos, devotionis vestre supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, per apostolice Sedis vel legatorum ipsius litteras, ad alicujus provisionem in pensionibus aut beneficiis ad vestram collationem seu presentationem spectantibus minime teneanini nec compelli possitis, nisi eidem littere apostolice speciale et expressam de indulto hujusmodi fecerint mentionem. Nos enim nichilominus processum et sententiam, si circa premissa secus haberet contigerit, decernimus non tenere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »

703

Anagni, 4 août 1255.

Statuta in ecclesiis Leodiensis diocesis ab H., tituli s. Sabinae presbytero cardinali, tunc in partibus Alamanniæ legato, edita, confirmat, nonnulla inserendo. (REG. 24, c. 563, f. 84^v.)

« ... electo Leodiensi. His que apostolice —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod olim dilectus filius noster II., tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, tunc in partibus Alamaniæ dicte Sedis legatus, volens in ecclesiis Leodiensium civitatis et diocesis, ut ipsarum canonici eo sollicitius ministeriis invigilant divinorum quo inde sibi pinguis provenire beneficium senserint, providere, deliberatione provida ordinavit, ut, quicquid canonicis foraneis ecclesiarum civitatis et diocesis predictarum subtrahitur, inter

illos earumdem ecclesiarum canonicos qui horis intersunt canoniceis in fine ipsarum horarum cotidie dividatur, quodque quelibet collegiata ecclesia indumenta ecclesiastica sufficientia, casulam videlicet, dalmaticam et tunicam sericas, adminus habeat, albo colore ac rubeo coloratas. Insuper etiam ad ipsarum ecclesiarum decorem, cardinalis ordinavit predictus, ut singuli eorum qui extunc in ipsarum canonicos admittentur, nichil de proventibus suarum percipient prebendarum, donec unam capam sericam faciant in ecclesiis in quibus recepti fuerint IIII^{or} marcarum argenti adminus valentiam attingentem. Idem quoque cardinalis quedam alia statuta edidit salubria et honesta, que mandavit in predictis ecclesiis inviolabiliiter observari, prout in litteris inde confectis et ipsius cardinalis sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis precibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostri confirmationis, etc. Dat. Anagnie, II nonas augusti, anno primo. »

704

Anagni, 6 août 1255.

Fratri Bartholomeo de Bohemia, ordinis fratrum Minorum, mandat, ut contra Lithuanos et Jentuesones et alias Echnicos paganos qui christianorum provincias finitimas invaserunt et multos ex populo christiano interfecerunt aut captivitatи dede- runt, in Polonia, Bohemia, Moravia et Austria verbum crucis praedicet et per fratres sui ordinis idoneos praedicari faciat. (REG. 24, c. 564, f. 84^v; POTTHAST 15981.)

« Fratri Bartholomeo de Boemia, ordinis fratrum Minorum. Nuper ad audientiam —. Dat. Anagnie, VIII idus augusti, anno primo. »

705

Anagni, 7 août 1255.

Archiepiscopis et episcopis per Poloniam, Bohemiam, Moraviam et Austriam constitutis mandat, ut ad praedicationem mittant quos ad hoc idoneos noverint (REG. 24, c. 564³, f. 85; POTTHAST 15983.)

« Archiepiscopis et episcopis per Poloniam, Boemiam, Moraviam et Austriam constitutis. Nuper etc. usque : co- gitanius —. Dat. Anagnie, VII idus augusti, anno primo. »

706

Anagni, 7 août 1255.

Fratri Bartholomeo de Bohemia mandat, ut Christi fidelibus Crucis signaculum suscepturis, non solum qui hujusmodi negotium in propriis personis subierint, verum etiam qui adversus paganos miserint in expensis suis bellatores idoneos juxta proprias facultates, illam indulgentiam idemque privilegium concedat, quae transeuntibus et de bonis suis congrua suffragia mittentibus in Terrae Sanctae subsidium conceduntur. (REG. 24, c. 564³, f. 85^v; POTTHAST 15983.)

« Fratri Bartholomeo de Boemia, ordinis fratrum Minorum. Quia crucis negocium —. Dat. Anagnie, VII idus augusti, anno primo. »

707

Anagni, 6 août 1255.

Eidem concedit facultatem absolvendi clericos et laicos, « qui in illis provinciis, in quibus contra paganos tibi praedicationem Crucis commisimus, pro violenta injectione manuum in canonem inciderunt. » (REG. 24, c. 564⁴, f. 85; POTTHAST 15982.)

« Eidem. Ut eo gratiosior — Dat. Anagnie, VIII idus augusti, anno primo. »

708

Anagni, 2 août 1255.

Petente episcopo Fernensi, qui de consensu capituli sui de- canatus dignitatem de novo in ecclesia Fernensi creavit, sta- tuens ut de cetero in eadem ecclesia sit decanus, hanc crea- tionem confirmat. (REG. 24, c. 565, f. 85.)

« ... episcopo Fernensi. Justis petentium etc. usque : complere. —. Dat. Anagnie, IIII nonas augusti, anno primo. »

709

Anagni, 31 juillet 1255.

Magistro Gamelino, electo S. Andreae in Scotia, omnia be- neficia ecclesiastica, quae tempore postulationis sua obtine- bat, usque ad biennium a die quo consecratus fuerit compu- tandum, pro expediendis ecclesiae S. Andreae debitis et aliis ejusdem necessitatibus relevandis reservat. (REG. 24, c. 566, f. 85; POTTHAST 15963.)

« Magistro Gamelino, electo Sancti Andrei in Scotia. Quamvis postulationem de —. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »

710

Anagni, 13 août 1255.

Universis eremitis ordinis s. Augustini indulget, ut nequeant super aliquibus negotiis per apostolicas Sedis litteras conveniri quae de ordine eorum speciale non fecerint mentionem. (Reg. 24, c. 567, f. 85.)

« *Generali et universis prioribus atque fratribus heremitarum, ordinis sancti Augustini. Pacis vestre querentes —. Cum igitur vix credatur ab hiis qui contra vos litteras impetrant vestris ordinis titulis sine malicia subticeri, nos et illorum obviare fraudibus et vestram innocentiam favorabiliter confovere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nequeatis universaliter seu singulariter super aliquibus negociis per apostolicas Sedis litteras conveniri, que de ordine vestro speciale non fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno primo.* »

711

Anagni, 28 juillet 1255.

Dominico Petri dispensat, ut, praeter canonicatus Bracharensem et Ulixbonensem, duo beneficia curam animarum habentia libere recipere et retinere valeat, non obstantibus constitutionibus generalis concilii et bonae memoriae Sabinensis episcopi, tunc in partibus illis apostolicas Sedis legati, super hoc editis. (Reg. 24, c. 568, f. 85.)

« *Dominico Petri, canonico Bracharensi et Ulixbonensi, nepoti dilecti filii Martini, prioris Wimaranensis, capellani nostri. Eo tibi libertius —. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, anno primo.* »

712

Anagni, 28 juillet 1255.

Johanni Roderici dispensat, ut, praeter canoniam Bracharensem et rectoriam ecclesiae de Nantes, unicum aliud beneficium curam animarum habens recipere valeat. (Reg. 24, c. 568^a, f. 85.)

« *Johanni Roderici, canonico Bracharensi, rectori ecclesie de Nantes, Bracharensis diocesis. Vite laudabilis et — valeas etc. ut in alia usque in finem.* »

713

Anagni, 28 juillet 1255.

Gunsalvo Gometii dispensat, ut, praeter canoniam Compos-

tellanam, duo beneficia curam animarum habentia recipere valeat. (Reg. 24, c. 568^a, f. 85.)

« *Gunsalvo Gometii, canonico Compostellano. Qui propriè probitatis — canonice etc. ut in alia usque in finem.* »

714

Anagni, 20 août 1255.

Fratrum de Poenitentia Jesu Christi in Provincia constitutorum statuta, possessiones libertatesque confirmat privilegio. (Reg. 24, c. 569, f. 85.)

« *Generali, rectori et fratribus de Penitentia Jhesu Christi in Provincia constitutis, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam etc. usque : infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et domos vestras, in quibus divino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, etc. usque : communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in domibus ipsis auctoritate apostolica institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem domus in presentiarum juste ac canonice possident aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis loca ipsa in quibus prefate domus site sunt, cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos, e seculo fugientes ad conversionem, recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem fas sit, sine rectoris sui licentia, de eisdem locis nisi artioris religionis obtentu discedere. Discedentem vero, absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non debereatis interdicto. Oleum vero sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et com-*

munionem sacrosancte Romane Sedis habuerit et ea
vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Ad hec,
novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, epis-
copis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ec-
clesiasticis secularibusve personis a vobis fieri prohi-
bemus. Obeunte vero generali rectore vestro, nullus
vobis qualibet surreptionis astutia seu violentia prepo-
natur, nisi quem fratres communi consensu vel fratum
major pars consilii sanioris secundum Deum et beati
Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque
et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitu-
dine providere volentes, auctoritate apostolica prohibe-
mus, ut infra clausuras domorum vestrarum nullus rati-
pinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem
fundere. hominem temere capere vel interficere seu
violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates
et immunitates a predecessoribus nostris Romanis
pontificibus domibus ipsis concessas, necnon libertates
et exemptiones secularium exemptionum a regibus et
principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis in-
dultas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque :
communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino homi-
num liceat prefatas domos temere perturbare, aut ejus
possessiones afferre vel ablatas retinere, minuere seu
quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre
conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sus-
tentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura.
Salva Sedis apostolice auctoritate et diocesani epis-
copi canonica justitia. Si qua igitur in futurum eccl-
esiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis
paginam sciens, etc. usque : ultioni. Cunctis autem
etc. usque : inveniant. Amen. Amen. Amen.

Dat. Anagnie per manum Guillelmi magistri scola-
rum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vice[cancellarii], XIII kalendas septembbris, indictione XIII^a, in-
carnationis dominice anno M^oCC.LV, pontificatus vero
Domini Alexandri pape IIII anno primo. »

715

(Reg. 24, c. 570, f. 85v.)

Expositus nobis (1) (*sic*).**716**

Anagni, 21 août 1255.

Decano Pictaviensi mandat, ut ad providendum magistro

(1) Un blanc a été laissé pour l'enregistrement de la bulle.

Johanni dicto Sarraceno in diocesi Lemovicensi procedat.
(Reg. 24, c. 571, f. 85v.)

« ... decano Pictaviensi, capellano nostro. Dilectus filius
magister Johannes, dictus Sarracenus, subdiaconus
noster, canonicus Lemovicensis, in nostra proposuit
presentia constitutus, quod, licet felicis recordationis I.
papa predecessor noster dilecto filio .., decano Engolismensi,
super provisione ipsi magistro in civitate vel
diocesi Lemovicensi facienda litteras executorias des-
tinasset, dictus tamen subdiaconus, pro eo quod idem
predecessor morte preventus extitit, nullum ex hujus-
modi litteris est commodum assecutus. Ideoque manda-
mus quatenus, si est ita, ad providendum eidem sub-
diacono in predicta civitate vel diocesi, procedas juxta
predictarum continentiam litterarum. Dat. Anagnie,
XII kalendas septembbris, anno primo. »

717

Anagni, 9 août 1255.

Donationes Bolezlai, Cracovie et Sandomiriae ducis, hospi-
tali per ipsum constructo in oppido Zawichost monasterioque
pauperum dominarum ordinis s. Damiani, ejusdem oppidi,
factas Zawichost XIII kalendas maii MCCLV, inserendo con-
firmat. (Reg. 24, c. 572, f. 85v; POTTHAST 15986.)

« Nobili viro B., Cracovie et Sandomiri duci. Ex parte
tua fuit propositum coram nobis, quod tu, pro celestibus
felici commercio terrena commutans, cuidam hospitali
per te in opido tuo in Eavichast, Cracoviensis diocesis,
constructo ad opus infirmorum et pauperum, ac etiam
pro relevandis necessitatibus monasterii pauperum
donnarum ordinis sancti Damiani positi in opido su-
pradicte, quasdam villas, possessiones et redditus ad
te de jure spectantes, pro tua et tuorum salute, in per-
petuum contulisti, dictum hospitale ac homines et co-
lones (*sic*) ipsius multis libertatibus muniendo, prout
in litteris inde confectis et tuo sigillo munitis plenius
continetur. Nos itaque, devotionis tue precibus incli-
nati, quod super hiis a te pie et provide et sine alieni
juris prejudicio factum est, ratum habentes et gra-
tum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc.
usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de
verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis
est :

Zawichost, 18 avril 1255.

« In nomine Domini, amen. Quoniam omnes mori-
» mur et quasi aque dilabimur, ne mortalium gesta,
» celebri et perpetua memoria semper digna, temporum
» decursu in oblivionem adducta queant apud posteros

» nostros pati ex ambiguitate discriminis, digne solent
 » perpetuate res instrumentorum, minime cum expres-
 » sione testium, peremptari. Hinc est quod nos Bolez-
 » laus, Dei gratia Cracovie et Sandomiri dux, univer-
 » sis Christi fidelibus in omne solum presens pariter
 » et futurum presentibus, facimus manifestum, quod
 » pro remedio felicis anime patris nostri, clare memorie
 » illustris Cracovie et Sandomiri ducis Lestkonis, et
 » incolumitate nostra et nostre ingenue genitricis, Gri-
 » mizlave, et Chunegundis, nostre generose sororis,
 » semper proponentes Deum in conspectu nostro, a quo
 » habemus quod vivimus et paternorum principatum
 » gubernacula possidemus, constructo per nos in Zavi-
 » chost opido nostro Cracoviensis diocesis hospitali, ad
 » usum monasterii ordinis pauperum domnarum sancti
 » Dainiani Asisii, auctore Deo, per nos etiam consu-
 » mandi in opido supradicto, et sustentationem etiam
 » infirmorum et egenorum in perpetuum libere duxi-
 » mus conferendum : Venderevice, X. Saulowice, et
 » Breszani, et Wangerce et Dambeni, et Chottou, et
 » Wosceniki, et Winare, et Sobotku, et Weseunice
 » que nunc Ostrou dicitur, villas et VI mansos circa
 » Zavichost supradictum, et duas sortes in Prezwod et
 » ecclesiam in Tarnowez, cum omnibus pertinentiis
 » suis, et de sale in Bohna XL marcarum puri argenti
 » et totum valorem alvei salis qui Corito vulgariter ap-
 » pellatur, in loco qui Magnum Sal communiter nun-
 » cupatur, et marcum auri de theloneo populariter
 » dicto Brona annuos redditus specialiter pro necessi-
 » tatis dicti monasterii relevandis, eidem secundum
 » conventionis formam, prout taxatum fuerit. certis
 » temporibus persolvendos.

» Decernentes ut rectores dicti hospitalis qui eidem
 » pro tempore aut perpetuo fuerint deputati, juxta dis-
 » positionem venerabilis sponse Christi, germane nos-
 » tre, quondam Galitie regine, sororis Salomee, monas-
 » terii et ordinis predictorum degentes sub obedientia
 » abbatisse monasterii et ordinis corundem, firmiter
 » teneantur de prenotati facultatibus hospitalis indi-
 » gentias relevare monasterii sepdicti, eidem per nos
 » memorati hospitalis et omnium honorum ad idem per-
 » tinentium proprietatis et possessionis juribus reser-
 » vatis; et, ut supradicti hospitalis bona que idem [per]
 » nostram taliter, ut pretactum est, donationem obtinet
 » in presenti et que in futurum est, auctore Deo, jus-
 » tis modis et legitimis adepturum. possint sufficere ad
 » sustentationem monasterii memorati et aliorum
 » Christi pauperum cum infirmis, dignum duximus om-
 » nia eadem pro se et omnibus incolis et colonis suis
 » absolvere indistincte ab omni servitio terre, sive sit

» ordinarium, sive casuale, et astrosa, et powolowe, et
 » peradelve, et naramb, et thargove, et mito, quod latine
 » theloneum dicitur, et aliis etiam omnibus omnium
 » expensarum principis solutionibus, et aprewad, et
 » powoz, et stan, et aliis servitis et procurationibus ip-
 » sius principis et nuntiorum ejusdem et venatorum
 » ipsius, quibuscumque ipse servitutes et procuratio-
 » nes et solutiones nominibus censeantur : etiam hoc
 » adjecto quod corundem incole et coloni predicti, per
 » nos in omni causa exempti a palatinorum et castella-
 » norum et judicium provincialium et quorumlibet nos-
 » trorum officiatorum judiciis, ad nostram et nostrorum
 » posteriorum dumtaxat per litteram valeant presen-
 » tiam provocari, pecuniaria pena hospitali prefato ex
 » nostra vel nostrorum posteriorum sententia reservata.
 » Decernimus etiam, ut supradicti exempti ad edifica-
 » tionem et reparationem castrorum et ad expeditiones
 » venire aut aliqua servitia vel subsidia impendere
 » nullatenus teneantur. Quibus etiam construendi mo-
 » lendina et locandi soluturas censem sepdicto hos-
 » pitali tabernas, liberam concedimus facultatem. Tes-
 » tes autem hujusmodi rei sunt huius : Fulco noster
 » cancellarius, Lesota Scarbimiriensis prepositus. Lau-
 » rentius beati Floriani in Cracowia et Wernerus
 » sancte Marie in Zavichost canonici et alii quam-
 » plures Cracoviensis diocesis clericorum. Ex laicis
 » autem, Clemens, Cracovie, et Sengnevus. San-
 » domiri palatini, Sulco Wisliciensis et Petrus de
 » Woyniz castellani et quamplures alii curiales. Dat.
 » in Zavichost, anno dominice incarnationis M°CC°LV,
 » inductione XIII^a. XIIII kalendas maii. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie.
 V idus augusti, anno primo. »

718

Anagni, 3 août 1255.

Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Regalis in
 suburbio Burgensi, Cisterciensis ordinis, licentiam concedit
 postulatam faciendi processionem, saecularibus exclusis, infra
 septa monasterii, singulis annis in festivitate Omnium Sanc-
 torum et etiam in sequenti die cum celebratur defunctorum
 officium. (REG. 24, c. 573, f. 86.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii sancte Marie Re-
 galis in suburbio Burgensi, Cisterciensis ordinis. Ex parte
 vestra —. Dat. Anagni, III nonas augusti, anno primo. »

719

Anagni, 21 août 1255.

Fratri Rufino, vicario in Sicilia et Calabria O[ctavian]i s.

Mariae in Via Lata diaconi cardinalis et legati, mandat, ut nobilem Rogerium Finecte de Lentino in corporalem possessionem castrorum Bizini, Modiae, Sieli et Palatioli, Syracusanae diocesis, inducat et tueatur inductum (REG. 24, c. 574¹, f. 86; POTTHAST 15994.)

« *Fratri Rufino, capellano et penitentiario nostro, vicerio in Sycilia et Calabria dilecti filii nostri O., sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati. Eximia dilecti filii nobilis viri Rogerii Finecte de Lentino, fidelis nostri, merita sic preminent et prefulgent, quod, dum precellentiam et claritatem ipsorum attendimus, tot illa digna gratiis et beneficiis arbitramur, quod vix aliquis nobis modus retributionis ocurrat, per quem eorum altitudinem condigno possimus premio compensare; propter quod, accincti sedulo sumus et vigiles et circa hoc frequenter cogitatio nostra versatur, ut pro talibus tantisque meritis personam suam et oportunis fulciamus munificentis et congruis honoribus exaltemus. Cum igitur intendamus ad presentes eidem nobilem in regno Sicilie de aliquibus bonis ad demanum seu excadentias Curie pertinentibus, ex quibus sibi redditus valentes circa ducentas uncias auri annuatim proveniant, providere, ipsius supplicationibus inclinati, Bizini, Modice, Sicli et Palatioli castra. Siracusane diocesis, cum, sicut asserit, ipsorum redditus seu proventus circa hujusmodi unciarum suminam annuatim attingat, cum hominibus infeudatis et non infeudatis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus et cum omnibus juribus, honoribus, justitiis, jurisdictionibus et pertinentiis ad predicta castra spectantibus sibi ejusque successoribus in devotione Romane Ecclesie persistentibus, de fratum nostrorum consilio et assensu, in feudum concessimus de gratia speciali. Quocirca mandamus quatenus eundem nobilem in corporalem possessionem dictorum castrorum per te vel per alium inducas et tuearis inductum, faciens sibi ab hominibus corundem castrorum fidelitatis juramenta prestari, fidelitate predilecte Romane Ecclesie semper salva, et de redditibus ac proventibus que curam inibi consuevit habere integre responderi. Contradictores et rebelles (districte contra) distinctione qua convenit appellatione postposita compescendo. Dat. Anagnie, XII kalendas septembbris, anno primo.* »

720

Anagni, 23 août 1255.

Nicotao de Sanducia, ad fidelitatem Ecclesiae redeunti,
ALEXANDRE IV, t. I.

casale Scordiae Suttanae situm in territorio Lentini concedit. (REG. 24, c. 574², f. 86^v.)

« *Nobili viro Nicolao de Sanducia, sororio nobiles viri Rogerii de Lentone, fidieli nostro. Matris Ecclesie multa benignitas illum circa filios servat pietatis affectum, ut hiis qui eam devotione continua reverentur ut matrem, beneficia grandia largiatur, et illos qui post indevolutionem et inobedientiam ad ipsius redeunt beneplacatum et mandatum a sua gratia non repellat. Attenden tes igitur quod ad devotionem et fidelitatem ipsius Ecclesie, de tua salute sollicitus, rediisti, dulci et suavi ejus dominio humiliter te summittens, ac volentes te in hujusmodi devotione congruis firmare favoribus et condignis gratiis confovere, tuis supplicationibus inclinati, casale Scordie Suttane, scitum (sic) in territorio Lentini, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, cuius proventus quindecim unciarum auri sumمام annis singulis valere dicuntur, tibi tuisque hereditibus in fidelitate ipsius Ecclesie persistentibus in feudum sub debitis et consuetis servitiis concedimus de gratia speciali. Nulli etc. Dat. Anagnie. X kalendas septembbris, anno primo.* »

721

Anagni, 23 août 1255.

Praefato fratri Rufino mandat, ut nobilem Nicotaum de Sanducia in corporalem possessionem casalis Scordiae Suttanae inducat et tueatur inductum. (REG. 24, c. 574³, f. 86^v.)

« *Fratri Rufino, penitentiario et capellano nostro, vicerio dilecti filii nostri O.. sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati in Sicilia et Calabria. Matris Ecclesie etc. usque : non repellat. —. Dat. ut supra.* »

722

Anagni, 23 août 1255.

Electo Zamorensi mandat, ut Sebastiano, pauperi clero chori ecclesiae Zamorensis, nullum sicut asserit adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, de aliquo beneficio in civitate vel diocesi studeat providere. (REG. 24, c. 575, f. 86^v.)

« *... electo Zamorensi. Dilectus filius Sebastianus —. Dat. ut supra.* »

723

Anagni, 21 août 1255.

Abbati et conventui monasterii s. Pauli Virdunensis, visi-

tatione ordinarii, episcopi scilicet Catalaunensis, exemptis, ab ipso autem episcopo excommunicatis, nolentibus visitari, et litigantibus, absolutionem ad Hugone tituli s. Sabinae presbytero cardinali sententialiter latam Anagniae die nona mensis augusti MCCLV confirmat. (Reg. 24, c. 576, f. 86v)

« .., abbatii et conventui monasterii sancti Pauli Virdunensis, Premonstratensis ordinis. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane oblata nobis vestra petitio continebat, quod olim inter vos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum .., Cathalaunensem episcopum, super eo quod idem episcopus visitationem et correctionem neenon et procuracyem ratione visitationis in domo de Wanou sue diocesis, pertinente ad vestrum monasterium, exigebat, orta materia questionis, eaque coram diversis judicibus agitata, tandem ipsa remissa ad Curiam, felicis recordationis I. papa predecessor noster dilectum filium nostrum O., sancti Adriani diaconum cardinalem, concessit partibus auditorem. Coram quo lite legitime contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, facta etiam commissione super testibus producendis et eorum dictis una cum transcriptis indulgentiarum quarundam, juxta mandatum predecessoris ejusdem, remissis ad apostolice Sedis examen, nos cum cardinalis predictus examinationi cause hujusmodi vacare non posset, aliis negotiis occupatus, dilecto filio nostro fratri H., tituli sancte Sabine presbitero cardinali, causam eandem duximus committendam. Qui, publicatis testibus coram ipso sumptisque rubricis ex eis et diligenter examinatis eisdem necnon auditis et intellectis que partes super causa ipsa proponere voluerunt, eis quoque concludentibus in eadem, habito peritorum consilio et recepta a nobis licentia de sententia proferenda diffinitivam pro vobis sententiam, procuratoribus utriusque partis presentibus, promulgavit, prout in instrumento publico inde confecto sigillo cardinalis ejusdem signato plenus continetur : quam petiistis apostolico munimine roburrari. Vestris igitur supplicationibus inclinati, sententiam ipsam provide latam, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem ipsius instrumenti presentibus inseri facientes, qui talis est :

Anagni, 9 août 1255.

« In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem M^oCC^oLV^o, indictione XIII, mense augusti, die nona, pontificatus domini pape Alexandri III anno primo. In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum, ve-

» nerabilis pater dominus Hugo, tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, tulit sententiam in hunc modum.
 » Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, frater Hugo, miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, salutem in Domino semperiternam. Ex primi parentis occasibus traxit infirmitatis humane conditio, ut alterne caritatis glutino dissoluto questionibus immisceretur et litibus ac multiformium contentionum stimulis urgeretur.
 » Unde superne dispositionis provisio judicii trutinam stabilivit in populis, qua causarum meritis equalance pensatis, ut servaretur status humani generis pacificus sua unicuique iustitia sententie calculo ministretur. Sane dilectis in Christo filiis ... abbate, et conventu monasterii sancti Pauli Virdunensis, Premonstratensis ordinis, dudum contra venerabilem patrem dominum Petrum, Cathalaunensem episcopum, apud Sedem apostolicam moventibus questionem, coram venerabili patre domino O., sancti Adriani diacono cardinali, a felicis recordationis domino I. papa IIII partibus auditore concesso, ex parte ipsorum abbatis et conventus libellus oblatus extitit in hunc modum.

» Coram vobis, venerande pater, domino O. sancti Adriani diacono cardinali partibus auditore concesso, proponit Renaldus de Gallene, canonicus Liberensis, procurator abbatis et conventus sancti Pauli Virdunensis, Premonstratensis ordinis, nomine eorumdem, contra reverendum patrem ..., episcopum Cathalaunensem, quod, cum ordini Premonstratensi a Sede apostolica sit indultum, ut tam dicta Premonstratensis ecclesia quam alie ejusdem ordinis a Premonstratensibus et patribus abbatibus, ac visitatoribus, et aliis de ordine ipso destinatis ab eis et a nullo alio qui non sit ejusdem ordinis, nisi de mandato Sedis ipsius faciente de indulto hujusmodi mentionem, valent visitari, idem episcopus post hujusmodi induitum ad domum de Wanou, ejusdem ordinis, ad predictum monasterium sancti Pauli spectantem, Cathalaunensis diocesis, accedens, ut ibidem auctoritate propria, ut dicebat, visitationis exerceret officium. a fratribus dictae domus ipsius ordinis procuracyem, ratione visitationis sibi debitam, ut dicebat, petuit sibi dari. Ex parte vero predictorum fratrum, nomine dictae domus et ipsius monasterii sancti Pauli, fuit propositum coram episcopo supradicto, quod dictum episcopum, nullum super hoc mandatum apostolicum ostendentem ad visitationem hujusmodi sive procuracionem ratione visitationis ei dare, utpote sic priuilegiati, ut dictum est, et quantum ad hunc articu-

» lum a jurisdictione ipsius episcopi liberi et immunes
 » et in possessione libertatis erant et extiterant, ab an-
 » tiquo nullatenus admittere tenebantur; de quo pri-
 » vilegio parati erant fidem facere et de eo docere legi-
 » time eoram eo vel alias, ut debebant. Sed dictus
 » episcopus ipsos audire super hoc denegans, contra
 » justitiam in prepositum dicti monasterii et alios ca-
 » nonicos ejusdem domus excommunicationis senten-
 » tiā de facto pro sue voluntatis arbitrio promulgavit
 » et eandem domum ecclesiastico supposuit interdicto,
 » et nichilominus dictas sententias fecit aggravari et
 » pluries denunciari in ipsorum abbatis et conventus
 » prejudicium et gravamen; propter quod dicti abbas
 » et conventus dampna sustinuerunt et expensas fece-
 » runt ad valorem ducentarum marcarum argenti.
 » Quare petit dictus procurator, nomine dictorum ali-
 » batis et conventus, prefatas excommunicationis sen-
 » tentias et interdicti nullas denunciari, et quatenus de
 » facto processerunt, et quiequid ex eis secutum est vel
 » ob illas cassari, cassum et irritum nunciari. Petit
 » etiam dictas ducentas marcas, ratione dampnorū et
 » expensarum predictarum, a dicto episcopo sibi reddi.
 » Petit insuper injuriam, quam propter hoc sustinue-
 » runt dicti abbas et conventus, sibi emendari. Quam
 » injuriam et contemptum nollent sustinuisse pro cen-
 » tum marcis argenti, immo potius tantundem de suo
 » amisisse et ipsum episcopum in dictis centum marcis
 » ratione dicte injurie per vos. domine cardinal, sibi
 » condempnari. Hec dicit dictus procurator et petit,
 » salvo sibi in omnibus juris beneficio addendi, mi-
 » nuendi, mutandi, eorrigendi et etiam declarandi, si
 » opus fuerit.

» Facta igitur coram eodem cardinali litis contesta-
 » tione legitime super contentis in libello, preterquam
 » super injuria testibus hinc inde productis et ad pre-
 » sentiam domini pape attestationibus cum transcriptis
 » indulgentiarum quarumdam juxta mandatum ejus-
 » dem domini pape remissis, cum cardinalis prefatus
 » audient ac examinationi cause hujusmodi, multis
 » negotiis occupatus, cominode vacare non posset, do-
 » minus papa Alexander III nos dedit predictis par-
 » tibus auditorem. Publicatis igitur testibus coram
 » nobis factisque et examinatis rubricis, procurator
 » abbatis et conventus predictorum proposuit intentio-
 » nem suam esse de jure fundatam, et primo per privi-
 » legium domini Innocentii pape IIII, in quo Premon-
 » strati ordini indulgetur, quod eorum ecclesie sicut
 » olim sic et in posterum ab abbatibus Premonstraten-
 » sibus ac visitatoribus et aliis de ordine supradicto
 » dumtaxat et a nullo alio visitari possint aut corrigi,

» sine mandato Sedis apostolice speciali. Unde eum
 » predicta domus ac monasterium sancti Pauli, ordini
 » Premonstrensi pertinens, per abbatem et ordinem
 » supradictos et per nullum alium olim et semper visi-
 » tata fuerit et correcta et in hac possessione libertatis
 » per multa tempora fuerit, sicut testes abbatis et con-
 » ventus manifeste declarant, et contrarium pars ad-
 » versa non probet, licet hoc fuerit nisi probare, mani-
 » feste appareat, quod per eandem indulgentiam domus
 » ipsa a diocesano episcopo, quantum ad visitationis et
 » correctionis articulos, est exempta, et sic per conse-
 » quens, sententie, quas episcopus ipse in domum ean-
 » dem et fratres ejusdem ratione visitationis denegate
 » vel non recepte correctionis protulit, nulle vel saltem
 » injuste fuerunt. — Secundo. proposuit procurator pre-
 » fatus, quod, cum fratres dicte domus plures Catha-
 » launenses episcopos, volentes eos visitare aut corri-
 » gere, noluissent admittere, sed repulissent eosdem,
 » dicentes quod non per ipsos episcopos sed per abbatem
 » sancti Pauli et ordinem Premonstratensem visitari
 » debebant et corrigi. sicut per legitimos testes pro-
 » batur; et per hoc fuisse domui et fratribus ipsis
 » possessio libertatis ex personis abbatis et ordinis
 » eorundem, quantum ad visitationem et correctionem
 » diocesani, etiam si prius non habuissent possessionem
 » eandem, quesita, dicti fratres justissime possessionem
 » libertatis sue tuendo a visitatione et correctione re-
 » pulerunt episcopum, qui fratres ipsos auctoritate sua
 » eadem possessione libertatis privare volebat. Igitur
 » episcopi sententie in dictos fratres prolate, propter
 » hoc quod ab eodem se non permittebant visitari et
 » corrigi, fuerunt injuste. — Tertio, jamdictus proposuit
 » procurator quod, etiam aliis cessantibus, domus et
 » fratres predicti tamdiu in possessione libertatis quan-
 » tum ad visitationem et correctionem episcopi Catha-
 » launensis fuerunt, quod jam est contra ipsum epis-
 » copum prescriptum; quam libertatem, licet fratres
 » ipsi ex personis suis prescribere forsitan nequivis-
 » sent, ex personis tamen abbatis et ordinis predicto-
 » rum, per quos visitati et correcti a longissimo tempore
 » et nunquam per episcopum Cathalaunensem fuerunt,
 » prescribere potuerunt de jure.

» Ex parte vero episcopi propositum extitit, quod,
 » cum domus predicta in dioecesi Cathalaunensi sit sita,
 » constat intentioni ipsius episcopi, quantum ad jus
 » visitandi et corrigendi, esse de jure fundatam, et sen-
 » tentias suas, quas pro hujusmodi juribus denegatis et
 » in domum et in fratres prefatos protulit, justas esse.
 » nec obstant, ut dicebat, indulgentie, quas exhibet
 » pars abbatis. Prima enim indulgentia Innocentii

» pape tertii continet jus commune. Item non appareat
» originale ipsius. — Secunda vero indulgentia domini.
» pape Innocentii III fuit per falsi suggestionem ob-
» tenta; falso enim fuit in impetracione ipsius indul-
» gentie domino pape suggestum, quod ecclesie Pre-
» monstratensis ordinis ab abbatte Premonstratensi et
» patribus abbatibus ac visitatoribus et aliis de ipso
» ordine destinatis ab eis et a nullo alio fuerant visitate.
— Preterea, dato quod aliquibus ecclesiis seu domibus
Premonstratensis ordinis indulgentia ipsa prodesse
deberet, illis tum ecclesiis prodest tantummodo et ad
cas tamén extenditur, que per ordinem Premonstra-
tensem et non per episcopum visitate fuerunt et cor-
recte. Sed Cathalaunensis episcopus .., priorissam,
et conventum monialium que in domo de Wanou olim
fuerunt pluries visitavit, predicando ipsis et de statu
domus ejusdem querendo et procurationem reci-
piendo ibidem, sicut testes episcopi dicunt aperte. —
Preterea non probatur quod domus de Wanou vel
fratres commorantes in ea spectent ad monasterium
sancti Pauli. Ad hec, cum in libello porrecto de sen-
tentiis tam agatur, dicta indulgentia, que de visita-
tione et correctione et non de sententiis loquitur,
abbatis et fratum intentionem, quantum ad libellum
ipsum, non juvat.

Pars vero abbatis et fratum ipsorum ad hec res-
pondens et primo ad illud quod fuit objectum, quod
originale prime indulgentie non appareat, dicebat,
quod cum tenor ipsius in regesto domini Innocentii
tertii sit reppertus, originale pro nichilo querebatur.
— Ad illud vero quod contra secundam indulgentiam
domini pape Innocentii III fuit oppositum, quod
falso fuit in impetracione domino pape suggestum,
quod ecclesie Premonstratensis ordinis a nullo alio
quam ab abbatte Premonstratensi ac aliis ejusdem
ordinis visitate fuerunt, procurator abbatis respondit
quod cum abbas Premonstratensis et alii patres ab-
bates neconon visitatores destinati ab eis ecclesias
sibi subjectas de jure communi visitare ac corrigere
valeant, predicta narratio, videlicet quod prefata ec-
clesie visitate fuerunt ab ipsis, impetratori non no-
nuit, et ob hoc super probatione narrationis ejusdem
impetrans onerari non debet. In eo vero quod impe-
trans narrasse dicitur quod a nullo alio dictae ecclesie
fuerant visitate narranti probatio, cum negativam
narratio ipsa contineat, non incumbit, sed ei potius
qui ecclesias ipsas ab alio dicit visitatas fuisse. —
Ad illud vero quod procurator episcopi opponebat,
quod ista indulgentia ad domum predictam, que per
Cathalaunensem episcopum, ut dictum est, visitata

» fuerat, extendi non poterat, respondit procurator ab-
batis, quod et si predicta que de predicatione et pro-
curatione pars allegabat episcopi vera essent, non
propter hoc visitatio probaretur, et etiam si moniales,
que aliquando ibi dicuntur fuissent per episcopum
visitatae, fuissent, fratibus dictae domus et ipsi domui
que quantum ad visitationem et correctionem privi-
legiata noscuntur nequaquam obesset, cum, sicut as-
seruit pars episcopi, moniales ipse Premonstratensis
ordinis non fuissent. — Ad illud vero quod procura-
tor episcopi opponebat, quod non constat quod domus
de Wanou spectet ad monasterium sancti Pauli, pro-
curator abbatis respondit, quod licet hoc sit notorium
et super hoc alia non requiratur probatio, tot tamen
et tanta pro parte monasterii ejusdem probantur,
propter que monasterium ipsum ad agendum pro ju-
ribus dictae domus de jure debet admitti; nam, sicut
per rubricas abbatis probatur, fratres dictae domus
per abbatem sancti Pauli ponuntur in ipsa, et per
eundem removentur ab ea, et eidem abbatii obediunt
tamquam sibi immediate subjecti. et domus de
Wanou et monasterium sancti Pauli sunt unum et
idem, per que et alia que continentur in rubricis ab-
batis constat liquido quod domus ipsa, tam ratione
proprietas quam possessionis, spectat ad monaste-
rium antedictum. Et dato quod per predicta solam
domus possessionem abbas probaret, hoc abbati suf-
ficeret ut posset agere pro juribus domus ejusdem. —
Ad illud autem quod procurator episcopi allegabat
quod, cum in libello porrecto de sententiis tamen aga-
tur, dicta indulgentia, que de visitatione et corre-
ctione solum loquitur, intentioni abbatis non poterat
suffragari, pars respondebat abbatis, quod ad hoc
valet predicta indulgentia, quia, cum domus predicta
et fratres ejusdem a visitatione et correctione epis-
copi eximantur, per eam constat quod sententie, quas
episcopus propter hoc quod ad visitationem et cor-
rectionem exercendam admissus non fuit protulit, in-
juste fuerunt. Insuper proponebatur ex parte abbatis,
quod, et si predicta indulgentie non juvarent abbatem
nec donum predictam, quantum ad visitationem et
correctionem eximerent ab episcopo antedicto, liber-
tatis tamen possessio et prescriptio libertatis ejusdem
que pro parte abbatis et domus ipsius probantur, ut
superius est expressum, ad que pars episcopi non
respondit nec de jure potuit respondere, sufficiunt
intentioni abbatis et domus ipsius, cum per hoc ap-
pareat sententias ipsas esse injustas et per conse-
quens revocandas.

» Nos igitur, auditis et intellectis hiis et aliis que

» partes proponere voluerunt, habito consilio peritorum,
» et postquam fuit in causa conclusum, recepta licen-
» tia et speciali mandato a domino nostro summo pon-
» tifice super sententia proferenda, auctoritate ejus-
» dem domini, presentibus procuratoribus partium
» predictarum, sententialiter pronuntiamus injustas
» esse interdicti et excommunicationis sententias su-
» pradicatas et quatenus de facto late sunt cassamus
» easdem.

» Actum Anagnie in hospicio dicti domini cardinalis
» anno, die et inductione supradictis. Presentibus tes-
» tibus hiis, scilicet : venerabili patre ..., episcopo Pa-
» neadensi; ... abate Lesatensi, Cluniacensis ordinis,
» Tholosane diocesis; fratre Reynaldo, domini pape
» capellano et penitentiario; ..., priore monasterii Le-
» satensis; magistro Gisone, canonico Maguntino;
» Rollando, domini pape subdiacono et capellano ar-
» chidiaconi Patracensis; ..., priore de Parco beate
» Marie, Cartusiensis ordinis; fratre Lamberto, pro-
» curatore militie Templi; Georgio, canonico sancti
» Stephani Maguntini; et fratre Reynaldo, domini
» pape penitentiario. Et ego Michael, auctoritate apos-
» tolica publicus notarius, qui prolationi dicte senten-
» tie facte per dictum dominum H. cardinalem in
» scriptis interfui, de mandato cardinalis ejusdem, hoc
» presens publicum instrumentum propria manu scripsi
» ac in publicam formam redigi et signum meum ap-
» posui. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
XII kalendas septembris, anno primo. »

724

Anagni, 9 août 1255.

Martino de S. Cruce diacono, Exoniensis diocesis, indulget,
ut, praeter beneficia ecclesiastica jam obtenta, duo alia bene-
ficia similem curam animarum habentia libere recipere valeat.
(REG. 24, c. 577, f. 87v)

« Martino de Sancta Cruce diacono, Exoniensis diocesis.
Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, V idus au-
gusti, anno primo. »

725

Anagni, 21 août 1255.

Unum annum et quadraginta dies de poenitentia relaxat
vere poenitentibus operi sumptuoso cathedralis ecclesiae b.
Petri Pictaviensis praebentibus subsidium. (REG. 24, c. 578,
f. 87v)

« Universis Christi fidelibus per Burdegalensem, Turo-

nensem et Senonensem provincias constitutis. Quoniam,
ut ait apostolus, etc. usque : vitam eternam. Sane ad
cathedralis ecclesie beati Petri Pictaviensis consu-
mandum officium, quod, sicut accepimus, a longis
temporibus extitit inchoatum, per dilectos filios magis-
trum Radulfum de Mirabello, capellanum nostrum,
decanum et capitulum ejusdem ecclesie insistitur
opere sumptuoso, ad quod fidelium subsidium esse di-
noscitur plurimum oportunum. Rogamus itaque uni-
versitatem vestram et hortamur in Domino in remis-
sionem vobis peccaminum, injungentes quatinus de
bonis etc. usque : adjutricem, unum annum et qua-
draginta dies de injuncta sibi penitentia misericordi-
ter relaxamus. Presentibus post triennium minime
valituris. Quas etc. Dat. Anagnie, XII kalendas sep-
tembris, anno primo. »

726

Anagni, 28 août 1255.

Capitulo Pactensi mandat, ut B[artholomaeo] de ordine
Praedicatorum, iam ab Innocentio papa IV in episcopum
praefecto et a se Alexandro papa consecrato, obediatur, Phy-
lippo qui se falso pro Pactensi gerebat episcopo viam univer-
sae carnis ingresso: nuntians insuper cassam et irritam Matthaei,
nati Leonardi de Aldiecio civis et capitanei Messanensis,
promotione, cui ecclesiam Pactensem ejusque administratio-
nem frater Rufinus, O[ctavianus], S. Mariae in Via Lata diaconi
cardinalis, apostolicae Sedis legati in Sicilia et Calabria, vica-
rius, commiserat. (REG. 24, c. 579, f. 88; POTTHAST 16001.)

« Capitulo Pactensi. Olim felicis recordationis —. Dat.
Anaguie, V kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Pactensium, usque : ob-
servari. Dat. ut supra.

In e. m. populo civitatis et diocesis Pactensium, usque :
quatinus, verbis competenter mutatis : eundem episcopum
cum ad eandem ecclesiam pervenit etc., usque : impendatis
honorificientiam debitam et devotam, ac ejus salubribus man-
datis etc. usque : gaudeatis. Dat. ut supra.

In e. m. Messanensi et magistro Margarito Panormitano ar-
chidiaconis, usque : cassum et irritum nucentes, mandamus
quatinus, amoto a prefata Pactensi ecclesia dicto Matheo et
quolibet alio detentore, eundem B. episcopum in ipsius epis-
copatus ac bonorum ad ipsum spectantium corporalem posses-
sionem per vos vel per alium auctoritate nostra inducatis et
defendatis inductum. Contrafictores. Invocato etc. Non obs-
tante si aliquibus —. Quod si non ambo. Dat. ut supra.

In e. m. populo Pactensium et Lipariensium civitatis et dio-
cesis.

727

Anagni, 30 juillet 1255.

Ademaro Assayni, clero Engolismensis diocesis, indulget, ut duo beneficia ecclesiastica, etiam si curam animarum habent, recipere valeat. (Reg. 24, c. 580, f. 88.)

« *Ademaro Assayni, clero Engolismensis diocesis.* Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, III kalendas augusti, anno primo. »

728

Anagni, 19 août 1255.

Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut parochianis eorum inhibeant sub anathematis et excommunicationis poena, ne bona fratrum Militiae Templi auferant. (Reg. 24, c. 581, f. 88.)

« *Archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos littere iste pervenerint.* Cum universis pene fidelibus notum existat, quot (*sic*) dilecti filii fratres militie Templi pro defensione Orientalis ecclesie labores sustineant et quomodo zelo christiani nominis inimicis Christi se ipsos opponant, decet quemlibet christianum predictos fratres speciali caritate diligere ac se et alios ab ipsorum molestiis et injuriis cohibere. Inde est quod universitati vestre, ad instar felicis recordationis H. et I. predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus parochianis vestris sub anathematis in terminatione vetitis, ne possessiones vel redditus eorum aut res alias violenter auferre vel ablatas retinere presumant, vel alias eisdem injurias irrogare. Si quis autem prohibitionis hujusmodi attemptor extiterit et secundo terciove commonitus minime respuerit, quisque parochianum suum vineculo excommunicationis astringat; et in locis in quibus preda fuerit, donec reddatur, divina prohibeat officia celebrari. Ad hec, quoniam sententia ecclesiastica in malefactores ipsorum fratrum prolata interdum sine satisfactione congrua relaxatur, unde contingit quod passi injuriam sua non recuperant, nec inferentes liberantur a culpa, presentium vobis auctoritate injungimus, ut sententiam excommunicationis vel interdicti propter jamdictos fratres in quenquam prolatam ante satisfactionem congruam non solvatis nec aliqua temeritate patiamini violari. Dat. Anagnie, XIII kalendas septembbris, anno primo. »

729

Anagni, 26 août 1255.

Episcopo Trecensi mandat, ut, recepta resignatione abbatis

monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, debilitate gravati, injungat conventui ut de abbatе per electionem studeant providere. (Reg. 24, c. 582, f. 88.)

« *.., episcopo Trecensi.* Ex parte dilecti filii .., abbatis monasterii sancti Germani de Pratis Parisiensis. ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis, nobis fuit humiliter supplicatum. ut, cum ipse tanta corporis infirmitate ac debilitate gravetur, quod ad sui prosecutione officii jam inpotens sit effectus. ne, quod absit, sub ipsius umbra jam dictum monasterium patiatur in spiritualibus et temporalibus detrimentum, ejus resignationem recipi et provideri eidem monasterio de abbatе ac fieri sibi de bonis ejusdem monasterii provisionem congruam mandaremus. Nos igitur, ejusdem abbatis precibus inclinati. fraternitati tue. de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatinus. si est ita, ipsius resignatione vice nostra recepta, injungas conventui monasterii supradicti, ut sibi de abbatе ydoneo, in spiritualibus et temporalibus circumspecto, qui hujusmodi congruat oneri et honori, infra terminum in generali concilio diffinitum per electionem canonicam studeant providere. — Prefato vero abbatи et ejus familie ejus obsequiis necessarie de bonis monasterii sepelicti juxta sufficientiam facultatum ipsius facias provisionem honorabilem et congruam assignari: ita tamen quod sub futuri abbatis obedientia perseveret. Dat. Anagnie, VII kalendas septembbris, anno primo. »

730

Anagni, 17 août 1255.

Priori de Orbaco, Suessionensis diocesis, narrat querimoniam abbatis Vallis Secretae contra Jacobum et Johannem Turrin, presbyteros s. Crispini de Castro Thenderici, Suessionensis diocesis, et ei mandat, ut de veritate inquirat. (Reg. 24, c. 583, f. 88v.)

« *.., priori de Orbaco, Suessionensis diocesis.* Sua nobis dilecti filii .., abbas et conventus Vallis Secretae, Premonstratensis ordinis, conquestione monstraverunt, quod, cum prior sancti Quintini in Insula conservator eis a Sede apostolica deputatus, in Jacobum et Johannem Turrin, presbyteros ecclesie sancti Crispini de Castro Thenderici, Suessionensis diocesis, propter manifestas injurias et offensas quas dieti presbyteri abbati et conventui predictis intulerant, monitione premissa excommunicationis sententiam exigente justitia promulgasset, tandem ipsi presbyteri. ab eodem conservatore sufficienti conficto gravamine, ad

Sedem apostolicam appellarunt. Et licet decano Remensi ejusque collegis causam appellationis hujusmodi obtinuerunt ab eadem Sede in consueta forma committi. ipsi tamen, obtentis super hoc litteris non utentes, dilectum filium magistrum Dalfinatum, cappellatum nostrum, impetrarunt per fraudem et maliciam sibi dari a Sede predicta contra dictos abbatem et conventum super hujusmodi negotio auditorem. Qui magister, prout sibi placuit, non sicut debuit .., abbati et .., priori Somensibus ac magistro Bernardo canonico, ecclesie sancte Marie in Vallibus Cathalaunensis, suas direxit litteras auctoritate propria, inter cetera continentes, ut prefatos presbyteros absolverent ad cautelam. donec foret de meritis ipsius appellationis discussum. Sed dictus magister Bernardus et Oddo de Somelan, canonicus Sosmensis, cui dicti abbas et prior commiserant super hoc totaliter vices suas, non solum eosdem presbyteros in dictorum abbatis et conventus prejudicium absolverunt, auctoritate hujusmodi litterarum, verum etiam in ipsos abbatem et conventum, in quos nullam jurisdictionem habebant, de facto excommunicationis sententiam fulminarunt, denuntiantes eos qui ligati non erant excommunicatos per diversas ecclesias, et dictos presbyteros quos adhuc predicti conservatoris tenebat sententia nichilominus absolutos. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut hujusmodi excommunicationis sententiam contra eos de facto prolatam penitus nullam esse ac eosdem presbyteros tamdiu excommunicatos mandaremus publice nunciari. donec eisdem abbati et conventui plene ab eis super hoc fuerit satisfactum. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus. vocatis etc. usque : observari. Testes etc. Dat. Anagnie. XVI kalendas septembres, anno primo. »

731

Anagni, 13 août 1255.

Droardo de Jonchereio, presbytero Remensis diocesis, concessionem XL librarum parisiensium anni redditus, a Simone, abbe s. Nicasii Remensis factam, confirmat et refert. (REG. 24, c. 584, f. 88v.)

« Droardo de Jonchereio, presbytero Remensis diocesis. Petatio tua nobis exhibita continet, quod dilecti filii .., abbas, et conventus monasterii sancti Nicasii Remensis, ordinis sancti Benedicti, devotionis tue obsequia que ipsi monasterio utiliter impendisti, propensius attendentes, tibi quamdam annuam pensionem de bonis ipsius monasterii percipiendam a te quamdiu viveres provide concesserunt, prout in litteris inde

confectis et eorundem abbatis et conventus sigillis munitis plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam habentes et gratam, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« Frater Symon, Dei permissione abbas sancti Ni-
» chasii Remensis, totusque ejusdem loci conventus,
» omnibus presentes litteras visuris, in Domino salu-
» tem. Noverint universi quod nos dilecto et fideli nos-
» tro magistro Droardo de Jonchereio, presbytero, pro
» servitiis tam suis quam suorum nobis et ecclesie
» nostre fideliter, utiliter et frequenter impensis, et
» etiam in recompensationem bonorum quamplurimum
» ab ecclesia nostra ab ipsis receptorum, concedimus
» XL libras parisiensium singulis annis percipiendas
» et habendas a nobis et in ecclesia nostra, quamdui
» vita habebit in corpore et remanebit in habitu secu-
» lari, ad duos terminos inferius annotatos, videlicet
» ad Nativitatem Domini nuper venturam XX libras
» parisiensium et ad Pascha subsequens alias XX li-
» bras, nos et ecclesiam nostram ad dicta pecunie sum-
» mam reddendam obnixius obligantes. Recognosci-
» mus etiam nos premissa fecisse diligent et discreta
» deliberatione prohibita et spontanea voluntate, con-
» siderantes etiam ecclesiam nostram in dicta conces-
» sione minime lesam nec aliquod dampnum seu in-
» commodum nobis nec ecclesie nostre propter hoc in-
» posterum profuturum, renuntiantes quantum ad pre-
» missa beneficio restitutionis in integrum et omni ju-
» ris auxilio tam canonici quam civilis et etiam juri
» consuetudinario, promittentes bona fide quod non
» queremus artem seu ingenium nec queri procurabi-
» mus nec aliquam fraudem faciemus seu aliquod aliud
» per que dicta concessio elidatur et solutio dictae pe-
» cunie retardetur. In cuius rei testimonium, presentes
» litteras eidem magistro D. sigillorum nostrorum mu-
» nimine tradidimus roboratas. »

Dat. Anagni, idibus augusti, anno primo. »

732

Anagni, 12 août 1255.

Universis praecatis Sardiniae et Corsicae mandat, ut obe-
diant L., archiepiscopo Calaritano, cui legationis officium in
illis partibus committit. (REG. 24, c. 585, f. 88v.)

« Archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis abbatibus,
prioribus exemptis et non exemptis, decanis, archidiaconis
et aliis ecclesiarum prelatis per Sardiniam et Corsicam
constitutis. De supprimis celorum ad ima mundi des-

cendens unigenitus Dei Filius, ut hominem de laqueo servitntis eriperet in quem ipsum suggestio impigerat serpentina, vestem nostre mortalitatis induit, volens proprii aspersione sanguinis incendia perpetui cruecatus extinguere, ac suos eterna morte possessos vite perempsis efficere possessores, qui commisso sibi legationis in regione peccantium exercens officium in universum mundum discipulos quos elegerat destinavit creature omni evangelium predicare, vicarium suum instituens, ut ejus exemplo nonnunquam alios in partem sollicitudinis advoearet, ubi officii sni debitum corporalis absentia solvere prohibetur. Lieet enim sit nobis potestatis plenitudo commissa, finem tamen humanae possibilitatis exceedere non valemus, ut, dum in parte una officium exercemus, injunctum illud alibi presentialiter execquamur, quia lex conditionis hominis non permittat personam eandem, simul in diversis partibus existendo, creditam sibi exequi potestatem, nec etiam patitur jus nature corpus unum eodem tempore locis pluribus comprehendendi. Unde cum suscepti cura regiminis nos universis Christi fidelibus constituit debitores, ne absentes negligentie relinquamus, ad ipsos interdum personas idoneas dirigimus vice nostra, per eas residuum sollicitudinis quam ad presens personaliter gerimus dispensando. Sane inter cetera desiderabilia cordis nostri animarum salutem libertatis ecclesiastice incrementum et pacem cunctis Christi fidelibus potissime cupientes, sedula vigilamus sollertia et quod possumus diligentie studium adhibemus, ut possint laudabiliter summotis impedimentis quibuslibet juxta nostri desiderii plenitudinem, auctore Domino provenire, ac eo ardentius in Sardinie et Corsice partibus animarum profectus adveniat, libertas ecclesiastica vigeat, ac pacis servetur tranquillitas affectamus, quo ferventius bonum statum partium appetimus earundem. Ut igitur ipse partes eo magna in Dei et Ecclesie devotione proficiant, quo specialius per Sedem apostolicam velut matrem se visitationis officio senserint confoveri, ecce venerabilem fratrem nostrum L., archiepiscopum Calaritanum, virum utique scientia preditum, morum honestate decorum et consilii maturitate preclarum, ad partes easdem tamquam pacis angelum, commisso sibi plene legationis officio, ut evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificet et plantet sicut viderit expedire, duximus destinandum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus eum, immo nos in ipso, benigne recipientes et honeste tractantes, eidem tamquam apostolice Sedis legato intendatis humiliter et devote, ipsius monita et precepta

efficaciter adimplendo. Alioquin sententias quas etc. usque : observari. Dat. Anagnie, II idus augusti, anno primo. »

733

Anagni, 12 août 1255.

L., archiepiscopo Calaritano, legationis officium in Sardinia et Corsica committit. (Reg. 24, c. 585¹, f. 89.)

« ... archiepiscopo Calaritano, apostolice Sedis legato. Illius licet immeriti vicarii constituti, qui, pro salute humani generis ad ima mundi descendens, discipulos quos elegit in universum mundum transmisit omni creature evangelium predicare, nonnunquam viros providos et discretos, cum nequeamus locis singulis corporali presentia imminentes, instructi ejus exemplo, in partem sollicitudinis evocamus pro negotiorum urgentium qualitate, qui, prava in directa et aspera convertentes in plana, rectas faciant semitas Dei nostri populumque acceptabilem sibi reddant. Sane inter cetera desiderabilia cordis nostri, animarum salutem, libertatis ecclesiastice incrementum et pacem cunctis Christi fidelibus potissime cupientes, sedula vigilamus sollertia et quod possumus diligentie studium adhibemus, ut possint laudabiliter summotos impedimentis quibuslibet juxta nostri desiderii plenitudinem auctore Domino convenire, ac eo ardentius in Sardinie et Corsice partibus animarum profectus adveniat, libertas ecclesiastica vigeat ac pacis servetur tranquillitas, affectamus, quo ferventius bonum statum partium appetimus earundem. Ut igitur ipse partes eo magna in Dei et Ecclesie devotione proficiant, quo se specialius per legati Sedis apostolice presentiam senserint confoveri; ecce tibi, de cuius probitate et industria plenam in Domino fiduciam obtinemus, in prefatis partibus, ut evellas et destruas, dissipes et disperdas, edifices et plantes, sicut expedire videris, plene legationis officium duximus committendum. Quocirca mandamus quatenus legationem sic studeas juxta datam tibi a Domino gratiam laudabiliter exercere, ut exinde penes Deum meritum et apud homines comparés nomen bonum nosque devotionis tue promptitudinem dignis in Domino laudibus commendemus. Dat. ut supra. »

734

Anagni, 12 août 1255.

Infrascriptis repetit bullam « De supremis » (n° 732). (Reg. 24, c. 585², f. 89)

« Nobilibus viris Guillelmo, judici Arborensi et comiti de

Capraria, et Chianni. marchioni Masse et judici Calaritano, nobilibus mulieribus A., regine Turritane et Gallurensi, ac Johanni, judici Gallurensi. De supremis etc. ut in prima usque ad finem. »

735

Anagni, 18 août 1255.

L., archiepiscopo Calaritano, mandat, ut paelatos Sardiniae et Corsicae litterarum patientes defectum citet ut coram papae compareant. (Reg. 24, c. 585¹, f. 89.)

« ... archiepiscopo Calaritano, apostolice Sedis legato. Ad audienciam nostram noveris pervenisse. quod nonnulli prelati Sardinie et Corsice litterarum patientes defectum, utpote qui legere nesciunt nec proponere populo verbum Dei in ecclesias quas obtinent, se procuraverunt intrudi per potentiam secularem. Nos igitur, quibus ecclesiarum omnium est eura et sollicitudo commissa, nolentes hoc sub dissimulatione transire, mandamus quatinus prelatos ipsos ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra VI mensium spaeium post citationem tuam compareant coram nolis, eos ad id si necesse fuerit auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Diem citationis et formam et quicquid inde feceris nobis per tuas litteras presentium seriem continentes fideliter rescripturus. Dat. Anagnie, XV kalendas septembris, anno primo. »

736

Anagni, 18 août 1255.

Eidem mandat, ut ecclesiae Bosanae de pastore provideat, si electionem P. archipresbyteri in episcopum non invenerit canonice celebratam. (Reg. 24, c. 585⁵, f. 89.)

« Eide[m]. Bosana ecclesia pastoris solatio destituta, ..., archipresbiter ipsius ecclesiae, sicut accepimus, mediante symoniace vitio pravitatis, per secularem potentiam ad ipsius regimen se eligi procuravit. Cum igitur venerabilis frater noster .., Civitatis episcopus, cui electionis hujusmodi negotium est ab apostolica Sede commissum, dicatur litterarum noticiam non habere, eidem P. archipresbitero nimio favore assistere, propter quod non immerito dubitatur, ne in eodem negotio minus canonice procedatur, mandamus quatinus, si electionem candem inveneris de dicto archipresbitero taliter celebratam, ea rite cassata, eidem ecclesie provideas de persona idonea in pastorem. Dat. ut supra. »

ALEXANDRE IV, t. I.

737

Anagni, 1er septembre 1255.

Ad monasterium Farfense, Sabinensis dioecesis, quod defecatum monachorum patitur, transmissionem monachorum aliorum monasteriorum praecipit (Reg. 24, c. 586, f. 89.)

*« I., tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali. Cum, sicut ad aures apostolatus nostri pervenit. monasterium Farfense, Sabinensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo pertinens mediante, in quo hactenus consuevit ordo vigere monastieus et observantia regularis, ad eum *'sic'* sit monachis et personis regularibus constitutum. quod, propter hujusmodi personarum defectum, divinis non modicum obsequiis defraudatur, nos volentes eidem monasterio per remedium apostolice providentie subveniri, discretioni tue, dilecti filii .., abbatis ipsius monasterii precibus inclinati, correctionem et reformationem ejusdem monasterii tibi duximus committendum, ut vice nostra illud de monachis monasterii de Cava Salernitani, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, et aliorum etiam monasteriorum, prout elegeris, dictum Farfense monasterium valeas ordinare, abbates et conventus monasteriorum ipsorum quod aliquos de monachis suis discretos et providos, prout expedire videris, propter hoc ad ipsum monasterium Farfense transmittant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si dictis abbatibus et conventibus vel aliquibus eorum a Sede apostolica sit indultum, quod —. Dat. Anagnie, kalendas septembris, anno primo. »*

738

Anagni, 3 septembre 1255.

Archipresbitero Parmensi mandat, ut Cirsacum, quondam abbatem monasterii de Nonantula, senectute ac infirmitate incurabili praegravatum, inducat in usum domorum et vasorum monasterii ab episcopo Imolensi et Bernardo canonico Bononiensi de mandato papae concessorum. (Reg. 24, c. 587, f. 89.)

« .., archipresbitero Parmensi. Intellecto dudum quod dilectus filius Cirsaceus, quondam abbas monasterii de Nonantula, ordinis sancti Benedicti, senectute ac infirmitate incurabili praegravatus, insufficiens erat regimini monasterii de Nonantula, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, venerabili fratri nostro .., episcopo Imolensi, et dilecto filio magistro Bernardo, canonico Bononiensi, capellano nostro, dedimus nostris litteris in mandatis, ut, si ipse senectuti

ac anime sue consulens vellet cedere regimini monasterii memorati, dictus episcopus et capellanus vice nostra et hujusmodi cessionem admitterent et facerent ipsi monasterio de persona idonea, quam sine ipsorum assensu nolebamus eligi, decernentes si secus fieret irritum et inane, per electionem canonicam provideri, electionem hujusmodi pro confirmatione ipsius presentari nostro conspectui facientes, assignaturi ei de bonis ejusdem monasterii pro sustentatione sua provisionem congruam et honestam. Contradictores etc. Cum autem in eorundem episcopi et capellani manibus sponte cesserit regimini monasterii antedicti, prefati episcopus et capellanus, hujusmodi litterarum auctoritate, in trecentis libris Bononiensium pro sustentatione sua exhibendis ei annuatim de bonis dicti monasterii et de habitatione quorumdam domorum et usu vasorum quorundam ipsius monasterii sibi quoadvixerit providebunt, prout in instrumento publico confecto exinde dicitur plenus contineri. Nos itaque, ipsius supplicationibus inclinati, provisionem hujusmodi ratam habentes et gratiam, auctoritate apostolica confirmantes, mandamus quatenus dictum C. in corporalem possessionem domorum et vasorum eorundem per te vel per alium auctoritate nostra inducens et defendens inductum, facias ei juxta confirmationis nostre tenorem provisionem hujusmodi exhiberi. Contradictores. Non obstante si aliquibus —. Dat. Anagnie, III nonas septembris, anno primo. »

739

Anagni, 12 août 1255.

Danieli de Bechles dispensat, ut, cum ecclesia de Witintone, Norwicensis diocesis, perpetuam vicariam ecclesiae de Ixninge, ejusdem diocesis, etiamque curam animarum habentem, retinere valeat. (REG. 24, c. 588, f. 89v.)

« Danieli de Bechles, rectori ecclesie de Wi(n)tintone, Norwicensis diocesis. Tue probitatis merita —. Dat. Anagnie, II idus augusti. anno primo. »

740

Anagni, 8 août 1255.

Episcopo Suellensi mandat, ut clerici Sardiniae, nonnullis exceptis, in sumptibus Castri Grapallae, Arborensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam pertinentis, proportionaliter contribuant. (REG. 24, c. 589, f. 89v.)

« ... episcopo Suellensi. Sua nobis venerabilis frater noster ... archiepiscopus Arborensis. petitione mo-

nebat, quod castrum Grapalle, Arborensis diocesis, quod ad Romanam Ecclesiam pertinet, custodie sue ab apostolica Sede commissum, pro sui munitione ac custodibus tot expensas exigit quod fere tertia pars proventuum archiepiscopatus sui vix sufficit pro ipsis castri sumptibus subeundis. Quare hujusmodi gravatus expensis, petiti sibi super hoc per dicta Sedis providentiam subveniri. Cum itaque onera divisa per partes levius supportentur, ipsius archiepiscopi supplicationibus inclinati, mandamus quatinus prelatos et clericos insule Sardinie tam regulares quam seculares, exemptos et non exemptos, Cisterciensibus, Templariis et Hospitalariis Jerosolymitanis et de Alto passu dumtaxat exceptis, ad contribuendum proportionaliter in sumptibus dicti castri, prout pensatis ecclesiarum suarum facultatibus videris expedire. Non obstante si eorum aliquibus —, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam etc. usque : trahatur, monitione premissa parte vel alium appellatione remota auctoritate nostra compescas. Dat. Anagnie, VI idus augusti. anno primo. »

741

Anagni, 28 août 1255.

Archiepiscopo Nicosiensi et episcopo Famagustano mandat, ut irritent matrimonium contractum inter Placentiam reginam Cypri, et Balianum, natum Johannis domini de Arsuro, tertio consanguinitatis gradu se contingentes. (REG. 24, c. 590, f. 89v; POTTHAST 16005.)

« .., archiepiscopo Nicosiensi, et .., episcopo Famagustano. Inter alia que nobis ex injuneto apostolatus incumbunt officio animarum, precipue nos convenit vigilare salutem. ut eas Regi regum, qui nos illorum licet immeritos voluit preesse regimini, lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. Ad hoc enim nostra tendit intentio. hoc totis amplectimur desideriis. eirea id continue meditatio nostra versatur et ad id operam justa insufficientie nostre possibilitatem efficaciter adhibemus. ut singuli, erectis ad Deum oculis affectibusque directis totis ad ipsum, sub conscientie pure fiducia tendant gressibus secum sine fine vite peremptis gloriam potituri, qui ad ipsos ne absque termino morarentur accessit. Sane. sicut ex parte carissime in Christo filie nostre Placentie, illustris regine Cypri, reliete clare memorie Henrici regis Cypri, fuit propositum coram nobis, ipsa jamdudum cum nobili viro Baliano, nato nobilis viri Johannis domini de Arsuro, prefatum regem virum suum tertia consanguinitatis linea contingente, matrimonium de facto quin potius

dampnabile contubernium contraxit, non sine proprio salutis dispendio et scandalo plurimorum. Postmodum vero temporis oportunitate captata, quia conscientia ipsam super hujusmodi facinore remordebat, a cohabitatione predicti Baliani, sollicita de anime sue salute, discessit. Sed nichilominus idem B., hujusmodi contubernii pretextu et eujusdam dispensationis apostolice que ad ipsius regine notitiam, postquam a eisdem B. cohabitatione discessit, pervenit, bona sua et dilecti filii nobilis viri Hugonis nati sui pupilli avide detinet occupata, in ejus et predicti pupilli prejudicium et gravamen. Unde nobis humiliter supplicavit, ut providere in hac parte sibi apostolica sollicitudine curaremus. Cum igitur ad nostrum spectet officium viduas maxime devolas esse ac pupillos munimine protegere congruo eisque in suis necessitatibus favoris presidio assistere oportuni, fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, si est ita, vos vel alter vestrum per vos vel per alios hujusmodi matrimonium. immo contubernium, taliter inter ipsam reginam et prefatum Balianum predictum regem virum suum, ut premissum est, tertia consanguinitatis linea contingentes contractum, auctoritate nostra penitus reprobantes ac nullum esse nullumque fuisse omnino censemtes, quicquid ex eo secutum est vel ob ipsum decernatis irritum et inane. Contradictores. Non obstante dispensatione predicta super hoc obtenta, que ad ipsius regine notitie, antequam a memorali cohabitatione discederet, nullatenus dicitur pervenisse, aut si personis aliquibus a Sede apostolica sit indulatum et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Preceptum autem super hoc nostrum sic celeriter sique efficaciter considerata hujusmodi negotii qualitate adimplere curetis, quod de negligentia nequaquam redargui sed commendari potius de diligentia valeatis. Dat. Anagnie, V kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. eisdem, usque : coram nobis, eadem cum nobili viro B., nato nobili viri Johannis domini de Arsuro, predictum regem virum suum tertia consanguinitatis etc. usque : oportuni vobis per alias injongimus litteras ut, si est ita, etc. usque : inane. Non obstante dispensatione predicta super hoc obtenta etc. usque : pervenisse. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, postquam ad reprobationem predicti matrimonii et alia premissa processeritis, vos hujusmodi processum vestrom per vos vel per alium seu alios in locis in quibus expedire videritis publicare curetis. Verum quia in memoratus Balianus, pretextu talis contubernii ac dispensationis, pretendens atque contingens se tamquam balium dilecti filii nobilis viri Hugonis pupilli, nati predicte regine, regnum Cypri ad opus eisdem pupilli velle

servare, illud sub hujusmodi balive spem in grave ac evidens ipsius regine ac dicti pupilli prejudicium temere detinere dicitur occupatum; volumus et presentium vobis auctoritate districte precipimus quatinus vos vel alter vestrum eundem B. ex parte nostra requiratis et moneatis, quod de cura seu balio aut custodia vel regimine dicti regni se de cetero nullatenus intromittat, sed illud sine mora dimittens, fructus medio tempore perceptos ex eo ipsis regno et pupillo restituens, permitat prefatam reginam libere gubernare, tenere ac regere regnum ipsum, nullum impedimentum nullamque molestiam seu turbationem eidem regine seu ejus officialibus super hoc inferens vel offensam. Quod si difficilem in hoc se reddiderit vel rebellem, vos ipsum ad hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Universis communitatibus civitatum et castrorum, baronibus et cunctis de regno prefato injungendo firmiter, ut dictae regine tamquam predicti pupilli balie ac ipsius regni gerenti curam et regnum pareant humiliter et intendant, eis nichilominus districtius inhibendo, ne predicto B. aliquod contra reginam ipsam tribuant consilium, auxilium vel favorem, nec ipsi B. vel ejus balivis seu officialibus de cabellis, balivis redditibus, obventionibus seu quibuscumque proventibus et juribus ejusdem regni que ipsi domino vel ejus curie consuevere persolvi respondere presumant, cum si eis de talibus forsitan responderent, non ex hoc apud ipsam reginam et predictum pupillum libertati existenter sed remanerent nichilominus obligati.

Si qui vero contra hujusmodi preceptum et inhibitionem vestram venire presumpserint, hujusmodi censura simili compescere procuretis. Non obstante si predicto Baliano vel personis aliquibus a Sede apostolica sit indulatum, quod interdici etc. usque : generali. Invocato ad hoc, tam contra ipsum quam contra communitates et barones et alios supradictos, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Preceptum autem super hoc nostrum etc. usque in finem.

742

Anagni, 5 septembre 1255.

Civitati Panormi confirmat omnes libertates ejus, coasuetudines observatas tempore Willelmi II, siclamque pro cedula moneta tempore Rogerii jam babitam. (REG. 24, c. 591, f. 90; RODENBERG, t. III, n° 410.)

« *Populo civitatis Panormi, fidelibus nostris.* Quia civitas vestra prima inter alias Sicilie de vili subjectione, ad quam illam diutius impia manus depresserat, ad optate libertatis gaudium vexillo pure devotionis explicito ferventis vigore spiritus exurrexit, conceptum jamdum sublienci se dulci et suavi Ecclesie Romane dominio laudabile propositum in partum habita oportunitate producens, nos, hec diligenti consideratione pensantes ac volentes propterea ipsius civitatis honorem apostolice Sedis condignis gratiis ampliare, vestris sup-

plicationibus inclinati, omnes libertates, dignitates, honores et quelibet alia jura ex quacumque concessione sive regum, imperatorum, seu principum, sive Romanorum pontificum vobis vestreque competentia civitati, neenon rationabiles consuetudines approbatas dudum in civitate ipsa et pacifice observatas tempore clare memorie Willelmi secundi Sycilie regis, siem quoque pro cuncta moneta, prout illam inclite recordationis Rogerii ac Willelmi primi et predicti Willelmi secundi regum Sycilie temporibus usque ad tempus quondam F. olim Romanorum imperatoris habuisse noseimini, vobis et prefate civitati auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, nonis septembbris, anno primo. »

743

Anagni, 21 août 1255.

Unionem s. Anastasii de Urbe et s. Justi Tuscanensis dioecesis monasteriorum statuit. (Reg. 24, c. 592, f. 90.)

« ... abbatii et conventui sancti Anastasii de Urbe et sancti Justi Tuscanensis dioecesis monasteriorum, Cisterciensis ordinis. Exposuit coram nobis dilectus filius noster I., tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, quod, cum monasterium sancti Justi, Tuscanensis dioecesis, olim ordinis sancti Benedicti, graviter esset in spiritualibus et temporalibus deformatum ac in bonis adeo diminutum, ut ibidem non nisi V vel VI monachi residerent, tandem ipsum de Cisterciensi ordine reformatum fuit et una cum juribus ac pertinentiis suis non ab alio quam ab abbatte monasterii sancti Anastasii de Urbe usque nunc, quantum permisit conditio temporis, salubriter et provide gubernatum, vobis, filii abbas et conventus jamdicti monasterii sancti Anastasii, pro eodem monasterio sancti Justi ac predictis juribus et pertinentiis ipsius certam episcopo diocesano loci solventibus annuam pensionem. Ut autem premissa gubernatio eorumdem sancti Anastasii et sancti Justi monasteriorum ac predictorum jurium et pertinentiarum semper in suo rolore perseveret, nos, obtentu cardinalis ejusdem, auctoritate presentium duximus statuendum, quod monasteria ipsa cum juribus et pertinentiis memoratis a te, filii abbas sancti Anastasii, tuisque successoribus perpetuis futuris temporibus gubernentur eorumque bona sint communia et conventus sub tua et successorum ipsorum obedientia moraturus in prefato sancti Justi monasterio habeatur ac in ipso viagat observantia regularis, prefata tamen pensione diocesano episcopo semper salva. Nulli etc. nostre consti-

tutionis etc. Dat. Anagnie, XII kalendas septembbris, anno primo. »

744

Anagni, 3 septembre 1255.

Capitulo Tervisino, clero civitatis et diocesis Tervisinorum mandat, ut fratrem Albertum ordinis Minorum, lectorem ejusdem ordinis, quem eis in episcopum praefecit, devote suscipiant eique obedientiam debitam impendant. (Reg. 24, c. 593, f. 90; POTTHAST 16008.)

« Capitulo Tervisino et clero civitatis et diocesis Tervisinorum. Cuni nos venerabilem —. Dat. Anagni, III nonas septembbris, anno primo. »

745

Anagni, 25 avril 1255.

Rodericum, archidiaconum Legionensem, de archidiaconatu de Maliayo et praestimoniis aliquibus in ecclesia Ovetensi provisum, confirmat. (Reg. 24, c. 594, f. 90.)

« Roderico, archidiacono Legionensi. Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis etc. usque : exaudimus. Cum igitur, sicut te referente accepimus, felicis recordationis I. papa, predecessor noster, dilecto filio nostro O., sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, sub certa forma suis dederit litteris in mandatis, ut tibi in aliqua ecclesiarum regni Legionensis vel Castelle cathedrali vel alia de aliquo personatu vel dignitate cum canonica, prebenda et prestimoniis consuetis, personatus vel dignitates habentibus, assignari, cum cura vel sine cura, seu alio ecclesiastico beneficio prebendali vel alio, etiam si curam aniarum haberet et tunc vacaret vel quamprimum ad id se facultas offerret, per se vel per alium provideret, faciens te in ecclesia in qua tibi providendum duceret, si prebendalis vel collegiata foret, recipi in canonicum et in fratrem ; idem cardinalis de archidiaconatu de Maliayo et prestimoniis que dilectus filius, ... electus Legionensis, in ecclesia Ovetensi obtinuit, et canonica et prebenda cum prestimoniis que Petrus Joannis, quondam canonicus Ovetensis, in eadem ecclesia obtinuit, tibi, capellano suo, predictarum litterarum auctoritate, providit et te de predictis per suum annum investivit : et si cardinalis ipsius provisio aliquo casu debitum de jure non sortiretur effectum, personatum vel dignitatem, canoniam cum prebenda et prestimoniis consuetis personatus habentibus assignari, si qua tunc vacarent vel quamprimum ad id se facultas offerret, donationi sue tibi conferendam per eum, cardinalis ipse, donec tibi cum effectum juxta mandatum

predecessoris ejusdem provisum existeret, reservavit : decernens irritum et inane, si secus de predictis personatu cum canonica, prebenda et prestimoniis per quemcumque fuerit attemptatum, prout in ipsius cardinalis litteris suo sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Supplentes defectum de plenitude potestatis qui in provisione hujusmodi extitit ex eo quod infra tempus de consecrandis episcopis facta fuit. Collationem de prefato archidiaconatu cuicunque alii et a quo cumque infra idem tempus factam. nullam esse penitus nunciantes. Nulli etc. nostre confirmationis. suppletionis et nuntiationis etc. Dat. Anagnie, VII kalendas maii, anno primo. »

746

Anagni, 4 septembre 1255.

Patronae, mulieri Burdegalensi, quae dudum in annis puerilibus constituta per verba de praesenti cum quondam Willelmo Gondomerii laico sponsalia contraxit, nulla inter se et ipsum carnali copula subsecuta, quae autem, dicto Willelmo se cuidam alii mulieri quam cognovit carnaliter matrimonialiter copulante ac eo tandem viam universae carnis ingresso, cum Petro de Rokerio in ille matrimonium in facie ecclesiae contraxit, ignorans quod idem Petrus praefatum Willelum quaria consanguinitatis linea attingeret, indulget, ut in sic contracto matrimonio libere remanere possit. (REG. 24, c. 595, f. 90v.)

« Patrone, mulieri Burdegalensi. Ex parte tua —. Dat. Anagnie. II nonas septembbris, anno primo. »

747

Anagni, 6 août 1255.

Infrascriptis mandat, ut irritam denuntient ordinationem bonae memoriae E., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, ad beneficia Salamantinae diocesis extendentem privilegium clericorum diocesis habendi beneficia Salamantinae ecclesiae : suspecta enim videtur, quia sigillum cardinalis, post obitum non fractum, a quibusdam adhiberi potuit. (REG. 24, c. 596, f. 90v.)

« ... episcopo, et .., archidiacono de Merel, et .., magistro scolarum Legionensi. Significavit nobis venerabilis frater noster ... Salamantinus episcopus, quod bone memorie E., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, olim de speciali mandato felicis recordationis

I. pape predecessoris nostri, viva voce ut dicitur sibi facto, quamdam ordinationem in Salamantina ecclesia faciens, duxit inter alia statuendum, ut nullus, nisi de civitate vel diocesi Salamantinensis oriundus, quamdiu idonei invenirentur, ibidem in portionarium, canonicum, archidiaconum, decanum vel in personam alicujus administrationis in eadem ecclesia assumatur. Decernens, si aliquid secus actum fuerit, irritum et inane, quod postmodum predecessor ipse ratum habens. illud per suas litteras confirmavit. Sed et nuper quoque nonnulli asserentes dictum cardinalem, de speciali mandato predecessoris ejusdem, quoad hunc articulum, ordinationem interpretatam fuisse predictam, ut, quod in Salamantina ecclesia ordinaverat, hoc idem deberet in aliis Salamantinarum civitatis et diocesis ecclesiis observari, super hoc litteras cardinalis ejusdem, post ipsius obitum in illis partibus, ostenderunt. Verum quia in partibus ipsis, pro eo quod sigillum prefati cardinalis non fractum post ipsius obitum apud quosdam remansisse dicitur, hujusmodi littere admodum sunt suspecte, supplicavit nobis dictus episcopus, ut ordinationem et interpretationem easdem revocare de benignitate Sedis apostolice curaremus. Licet autem cardinalis predictus maturitate consilii in agendis suis claruisse noscatur, quia tamen quandoque nonnulla tum propter occupationem, tum propter aliquorum importunam conceduntur instantiam, que nec justum exigit nec suadet honestum, mandamus quatinus, si vobis constiterit de premissis, ordinationem et interpretationem prefatas auctoritate nostra denuntietis penitus non tenere; cum in omni gente qui facit justitiam acceptus sit Deo nec sanctuarium Dei jure conveniat hereditario possideri. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie VI idus augusti, anno primo. »

748

Anagni, 18 août 1255.

Scolastico Argentinensis ecclesiae mandat, ut [Adolfum VI], comitem de Monte, Waleramum fratrem [Wittelmi IV], comitis Juliensis, et quosdam alios nobiles, qui per incendia et rapinas ecclesiis Coloniensis civitatis et diocesis tam regularris quam saecularibus, occasione belti cum [Conrado], Coloniensi archiepiscopo, gesti gravia damna intulerint, moneat ad impendendum satisfactionem plenariam; alioquin, eos excommunicet. (REG. 24, c. 597, f. 90v; POTTHAST 15990; RODENBERG, t. III, n° 409.)

« .., scolastico Argentinensis ecclesie. Ex parte dilectorum —. Dat. Anagnie, XV kalendas septembbris, anno primo. »

749

Anagni, 18 août 1255.

Eidem repetit idem mandatum, occasione dissensionis inter Coloniensem archiepiscopum et dictos nobiles « vel tantum inter nobiles ipsos » exortae. (REG. 24, c. 597², f. 90^v.)

« *Eidem*. Ex parte dilectorum —. Dat. nt supra. »

750

Anagni, 18 août 1255.

Eidem scribit de petitione praelatorum, religiosorum ac cleri Coloniensis diocesis, qui Sedi apostolicae notum fecerant « quod, cum aliquas terras incultas earundem civitatis et diocesis contigerit redigi ad culturam, eomes de Monte et Waleramus frater comitis Juliacensis ac quidam alii dictarum civitatis et diocesis, asserentes ad se decimas novalium hujusmodi pertinere, illas pro sue voluntatis libito occupant. » Mandat ei, ut dictos nobiles per excommunicationis et interdicti sententias compescat, ut decimas novalium eisdem ecclesiis exhibeant et illas ab eis permittant pacifice possideri. (REG. 24, c. 597³, f. 91; POTTHAST 15991.)

« *Eidem*. Exhibita nobis dilectorum —, aliquibus etc. ut in tercia usque in finem. »

751

Anagni, 18 août 1255.

Eidem mandat, ut per excommunicationis et interdicti sententias ab ecclesiarum et cleri Coloniensis diocesis injuriis omnino desistere compescat comitem de Monte et Waleramum fratrem comitis Juliacensis et quosdam alios nobiles diocesis Coloniensis qui, a clericis excommunicati, clericos capiunt et puniunt pecunaria ac corporali poena, aliosque nobiles qui bona clericorum decadentium usurpant, alios quoque nobiles qui clericos et religiosos in civilibus aut criminalibus causis trahunt, bonaque clerici qui laicos coram ecclesiastico judice evocat occupant, omnes tandem nobiles qui praefatos et clericos earundem civitatis et diocesis spoliant. (REG. 24, c. 597⁴, f. 91.)

« *Eidem*. Conquesti sunt nobis —. Dat. ut supra. »

752

Anagni, 5 septembre 1255.

Civibus Messanensibus libertates in civitate Aeconensi a Conrado, Frederici imperatoris filio, concessas confirmat. (REG. 24, c. 598, f. 91.)

« *Capitaneo, consilio et populo civitatis Messanensis, fidelibus nostris*. Sincere devotionis et fidei, quam circa Romanam Ecclesiam geratis, et inconcusse constantie, qua illi assistitis, non sumus immemores, nec prompti

desiderii. quo semper dulee ac suave ipsius Ecclesie dominium affectastis, possumus oblivisci, sed hec omnia recolentes sepius et apostolice Sedis favore vos dignos agnoscimus et ejus beneficiis vos censemus specialiter attollendos; firmo intendentes proposito et intentione stabili proponentes, ut circa vestri commodi et honoris augmentum solliciti et vigiles existamus et studeamus vobis loco et tempore pro meritis respondere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quondam C., natus quondam F., olim Romanorum imperatoris, quasdam libertates et immunitates in civitate Aeconensi vobis universis et singulis illue navigantibus duxerit concedendas, prout in ipsius C. privilegio super hoc obtento plenius dicitur contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem C. provide factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie. nonis septembbris, anno primo. »

753

Anagni, 5 septembre 1255.

Conventui monasterii s. Clementis in Piscaria, Theatinae diocesis, quod tanto tempore manserat abbatis regimine destinatum quod ipsius ordinatio ad summum pontificem juxta Lateranensis statuta concilii est devoluta, fratrem Petrum, tunc priorem Sublacensem, praeficit in abbatem, mandatque eum reverenter suscipi. (REG. 24, c. 599, f. 91.)

« *Conventui monasterii sancti Clementis in Piscaria. ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Theatine diocesis*. Inter omnes apostolice —. Dat. Anagnie, nonis septembbris, anno primo. »

754

Anagni, 5 septembre 1255.

Universis hominibus et vassallis monasterii s. Clementis in Piscaria mandat, ut abbatem ipsum ad dictum monasterium accedentem reverenter suspicere procurent, juramenta fidelitatis debitae et obsequia consueta ei impendendo. (REG. 24, c. 599², f. 91^v.)

« *Universis hominibus et vassallis monasterii sancti Clementis in Piscaria, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam etc., Theatine diocesis*. Inter omnes etc. usque : curam —. Alioquin etc. usque in finem. »

755

Anagni, 13 septembre 1255.

Nobili viro Rogerio Finecte de Lentino [Lentinio] concedit

in feudum castra Bizini, Modicae, Sicii [Scieli] et Palatioli [Palazzolo], Syracusanae diocesis : dictus autem Rogerius, quotiescumque Ecclesia Romana generalem exercitum congregaverit, teneat ad serviendum Ecclesiae decem milites armis et equis decenter munitos. (REG. 24, c. 600, f. 91^v; RÖDENBERG, t. III, n° 411.)

« Nobili viro Rogerio Finecte de Lentino, fidieli nostro. Eximia devotionis et constantie tue merita sic preminent et prefulgent, quod, dum precellentiam et claritatem ipsorum attendimus, tot illa digna gratiis et beneficiis arbitramur quod vix aliquis nobis modus retributionis occurret, per quem eorum altitudinem condigno possimus premio compensare; propter quod attenti sedulo sumus et vigiles et circa hoc frequenter cogitatio nostra versatur, ut pro talibus tantisque meritis personam tuam et oportunis fulciamus munificientiis et congruis honoribus exalteamus. Cum igitur intendamus ad presens tibi in regno Sicilie de aliquibus bonis ad demanum seu excendentias Curie pertinentibus, ex quibus tibi redditus valentes circa ducentas uncias auri annuatim proveniant, providere, tuis supplicationibus inclinati. Bizini, Modice, Sicii, et Palatioli castra. Siracusane diocesis. cum sicut asseris ipsorum redditus seu proventus circa hujusmodi unciarum summam annuatim attingant, cum hominibus infeudatis et non infeudatis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus et cum omnibus juribus, honoribus, justitiis, jurisdictionibus et pertinentiis ad predicta castra spectantibus, tibi tuisque heredibus in devotione Romane Ecclesie persistentibus, de fratribus nostrorum consilio et assensu, in feudum concedimus de gratia speciali. Volumus autem ut, quotienscumque predicta Romana Ecclesia generalem exercitum congregaverit, tu dictique heredes teneamini decem milites armis et equis decenter munitos ad serviendum eidem Ecclesie per tres menses infra dicti regni confinia in vestris sumptibus exhibere. Nulli etc. Dat. Anagnie per manum Guilhelmi magistri scolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, idibus septembribus, indictione XIII^a, Incarnationis dominice anno M^oCC^oLV^o, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII, anno primo. »

756.

Anagni, 10 septembre 1255.

G., Bethlemitani electi, in presbyterum promovendi, tempus consecrationis prorogat. (REG. 24, c. 601, f. 91^v.)

« G., Bethlemitano electo. Tuis devotis precibus incli-

nati. ut, a quocumque malueris episcopo communionem Sedis apostolice obtinente, te possis facere in proximis quatuor temporibus in presbyterum promoveri, auctoritate tibi presentium indulgemus, tue consecrationis tempus usque ad adventum Domini proximum prorogantes de gratia speciali : constitutione de consecrandis episcopis infra semestre tempus a nobis edita non obstante. Dat. Anagnie, IIII idus septembribus, anno primo. »

757

Anagni, 23 septembre 1255.

Custodi Parmensi mandat, quatinus Ambrosio, clero ecclesiae s. Nicolai Parmensis, mensam medietatemque proveniuum beneficii dictae ecclesiae faciat ministrari, qui jam in eadem ecclesia beneficium magistri Guidonis de Pontremulo, fautoris Frederici imperatoris, receperat posteaque perdidera. (REG. 24, c. 602, f. 91^v.)

« .., custodi Parmensi. Ex parte dilecti filii Ambrosii, clerici ecclesie sancti Nicolai Parmensis, fuit propositum coram nobis, quod dilectus filius Saladinus de Baratis, canonicus Parmensis, recepto a felicis recordationis I. papa predecessore nostro litteris apostolicis in mandatis, ut eidem Ambrosio de aliquo beneficiorum que clerici Parmensium civitatis et diocesis quondam Frederico olim Romanorum imperatori faventes per se vel suos contra Ecclesiam obtinebant, providere curaret, de loco et beneficio que magister Guido de Pontremulo, clericus, in eadem ecclesia sancti Nicolai habebat, ipso privato eisdem quia taliter Frederico favebat eidem, dicto A. contulit, auctoritate hujusmodi litterarum. Verum postmodum inter ipsos Ambrosium et Guidonem super loco et beneficio supradictis questione suborta, demum venerabilis frater noster Opizo, Tripolitanus episcopus, tunc prefati predecessoris capellanus, cuius ordinationi uterque ipsorum apud Sedem apostolicam voluntarie se summisit, visis et intellectis utriusque partis rationibus et eidem predecessori fideliter recitatis, de ipsis predecessoris speciali mandato, inter cetera ordinavit : ut predictus G. locum et beneficium hujusmodi que prius habuerat obtineret et dictus A. in ecclesia ipsa reciperetur in canonicum et in fratrem, habiturus extunc mensam ipsius ecclesie sicut unus ex ejusdem clericis inibi residendo, necnon et medietatem proveniuum beneficii sepediti, donec assecutus esset ibidem beneficium proximo post illud quod tunc debet batur .., archipresbitero de Gusignano, in eadem recepto ecclesia, vacaturum. Porro quia dictus predecessor, postquam ordinationem hujusmodi per suas duxit

litteras confirmandam, dilectum filium magistrum Gerardum Parmensem, scriptorem nostrum, ante ordinationem ipsam et receptionem ipsius A. receptum, mandavit omnibus receptis post ipsum in assecutione beneficij anteferri, prefatus A. per hoc et constitutionem nostram qua receptiones ultra quatuor in singulis collegiatis ecclesiis beneficia expectantium vacatura generaliter cassavimus, sibi quoad perceptionem predice medietatis quoisque beneficium integrum immediate post scriptorem assequatur eundem, et assecutione beneficij hujusmodi metuens prejndicium generari, apostolice in hac parte provisionis remedium implorayit. Cum igitur prefati predecessoris intentionis fuisse videatur, ut, juxta ordinationis predice necnon et confirmationis sue tenorem, idem A. mensam tamquam ecclesie predice clericus et hujusmodi medietatem perciperet, donec foret antedictum beneficium assecutus, quamvis de receptionibus aliorum mentio facta non fuerit in ordinatione et confirmatione predictis, nec per hoc quod dictum scriptorem ipsi A. pre tulit, jus ipsius minui voluit in predice medietatis perceptione, quoisque sequens beneficium post illud quod eidem scriptori debetur, quod supradicto A. ex ordinatione predicta ante prelationem hujusmodi debebatur, obtineat in ecclesia supradicta: nos, ejusdem A. precibus inclinati, quod per memoratam revocationem nostram seu aliam, per quam in ecclesiis ubi est quaternarius canonicorum seu clericorum numerus, unus tantum de receptis et prebendis expectantibus jus ibidem debeat obtainere, et alia predicta circa mensam et medietatem predictas, in quarum possessione pluribus annis fuisse dicitur, ac etiam assecutionem beneficij post illud quod predicto debetur scriptori proximo vacaturi nullum prejudicium sibi generetur, auctoritate presentium decernentes, mandamus quatinus memorato A. mensam et medietatem predictas facias per te vel alium ministrari et de beneficio sibi ut dictum est debito, si vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, provideas seu etiam provideri procures. Contradictores etc. Nos enim decernimus irritum et inane, si quid contra nostrum in hac parte mandatum a quoquam contigerit attemptari. Dat. Anagnie, IX kalendas octobris, anno primo. »

758

Anagni, 12 septembre 1255.

Infrascriptis mandat, ut, abbatis monasterii s. Victoris in Caleto, Rothomagensis diocesis, cessione recepta, eidem et

uni monacho de bonis monasterii congrua sustentationem provideant. (Reg. 24, c. 603, f. 92.)

« ... abbatii, et .., priori monasterii Fiscanensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, et magistro Johanni de Ros, subdiacono nostro, canonico Lexoviensi. Ex parte dilecti filii .., abbatis monasterii sancti Victoris in Caleto, ordinis sancti Benedicti. Rothoniagensis diocesis, fuit propositum coram nobis, idem regimini predicti monasterii cedere desideret senio jam confectus, quia dictus abbas eidem monasterio laudabiliter ac utiliter dicitur prefuisse, mandamus quatinus, si est ita, ejus libera cessione recepta, provideatis eidem bonis ipsius monasterii, de quibus cum uno monacho valeat congrue sustentari. Contradictores. Non obstante si aliquibus quod excommunicari, suspendi vel interdicte non valeant a Sede apostolica sit indulxum. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, II idus septembbris. anno primo. »

759

Anagni, 10 septembre 1255.

Berengariae, moniali monasterii s. Mariae Regalis, in suburbio Burgensi, indulget, ut oblata recipere valeat ad pauperibus succurrentum. (Reg. 24, c. 604, f. 92.)

« Berengarie, moniali monasterii sancte Marie Regalis, Cisterciensis ordinis, in suburbio Burgensi. Ex tue devotionis procedit meritis, ut tibi benignius quantum cum Deo possumus assistamus, in hiis maxime que opus respiciunt pietatis. Sane, sicut accepimus, a nobilibus et ignobilibus pauperibus pro suis relevandis inopiosis ad te frequenter recurritur, sed eorum necessitatibus et tuo in hac parte desiderio, absque fratrum consanguineorum et amicorum tuorum subventione, per te satisfieri nequit, cum a te proprium penitus abdicaris. Cum igitur plim sit favorabiliter prosequi pietatis operibus, intendentes, quod licite que tibi pro causa hujusmodi gratis offerri contigerit, hac intentione recipere ac recepta in hujusmodi pios usus convertere valeas, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. vestre concessionis etc. Dat. Anagnie, IIII idus septembbris, anno primo. »

760

Anagni, 12 septembre 1255.

Abbatissae et couventui monasterii s. Trinitatis Cadomensis indulget, ut de laboribus, hortis, virgultis et animalium ipsa-

rum nutrimentis nullus decimas exigere valeat. (REG. 24, c. 605, f. 92.)

« ... abbatisse et conventui monasterii sancte Trinitatis Cadomensis, ordinis sancti Benedicti, Baiocensis diocesis. Exigentibus vestre devotionis —. Vestris itaque supplicationibus benignum impertientes assensum, ut de laboribus vestris quos propriis sumptibus colitis sive de ortis et virgultis vestris aut vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere valeat, vobis auctoritate presentium indulgenus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II idus septembres, anno primo. »

761

Anagni, 26 juin 1255.

Officiali majoris archidiaconi Remensis mandat, quatinus procedat ad provisionem magistri Thonae de Remis in ecclesia Suessionensi, juxta litteras I[nnocenti] papae IV. (REG. 24, c. 606, f. 92.)

« ... officiali majoris archidiaconi Remensis. Dilectus filius magister Thomas de Remis, dilecti filii nostri O. sancti Adriani diaconi cardinalis capellanus, in nostra proposuit presentia constitutus, quod, cum ipse super receptione ac provisione sua in ecclesia Suessionensi ad venerabilem fratrem nostrum .., episcopum Sues- sionensem. felicis recordationis I. pape predecessoris nostri sub certa forma litteras impetrasset, idem magister nullum ex eisdem litteris commodum reportavit, licet eas ipsi episcopo ante dicti predecessoris obitum presentasset; quare nobis humiliiter supplicavit, ut providere sibi in hac parte de benignitate Sedis apostolice curaremus. Volentes igitur ut, quod idem predecessor de dicto magistro, de cuius conversatione laudabili. honestate morum et litterarum scientia laudabile nobis testimonium perhibetur, pie incepit, ad optatum perducatur effectum. mandamus quatinus auctoritate nostra per te vel per alium ad provisionem ipsius procedas, juxta ejusdem predecessoris continentiam litterarum. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, anno primo. »

762

Anagni, 2 août 1255.

Magistro Thonae, rectori ecclesiae de Condeto, Remensis diocesis, dispensat, ut nullus, praetextu juramenti sacros ordines recipiendi ab ipso praestiti, non antem observati, contra ipsum perjurii notam impingere valeat. (REG. 24, c. 607, f. 92.)

« Magistro Thome, rectori ecclesie de Condeto, Remensis

ALEXANDRE IV, t. I.

diocesis. Petatio tua nobis exhibita continebat, quod, cum de suscipiendis successive sacris ordinibus jura- mentum corporaliter ratione dicte ecclesie prestitissem, nisi hoc per superiorum tibi relaxatum existeret vel alias impedimento esses legitime prepeditus, tu, impe- dimento quamvis occulto detentus legitimo, non suscep- pisti ordines memoratos. Quia vero dubitas ne quis emulus occasione hujusmodi in te aliquid detractionis impingat, Sedis apostolice clementiam implorasti, ut providere tibi super hoc de benignitate solita curaremus. Tuis igitur supplicationibus inclinati, te in hoc tue conscientie relinquentes, ut nullus praetextu praefati juramenti contra te perjurii notam impingere valeat, tecum ad cautelam auctoritate presentium dispen- samus. Nichilominus tamen sub eadem forma volumus ad susceptionem ordinum te teneri, si te dictam ecclesi- am contigerit retinere. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Anagnie, IIII nonas augusti, anno primo. »

763

Anagni, 27 août 1255.

Scolastico ecclesiae s. Johannis Leodiensis mandat, ut Ste- pbano, in canonico ecclesiae s. Timothei Reinensis recepto, nondum tamen in ipsa praebendam aliquam assecuto, praebendam in ipsa ecclesia primo vacaturam conferat et assignet. (REG. 24, c. 608, f. 92.)

« ... scolastico ecclesie sancti Johannis Leodiensis. Ex parte dilecti —. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, anno primo. »

764

Anagni, 9 août 1255.

GUILTELMO de Bruilleio indulget, ut, praeter eccliam de Casneio, Abrincensis diocesis, unicum aliud beneficium simi- lem curam animarum habens recipere valeat. (REG. 24, c. 609, f. 92v.)

« Guillelmo de Bruilleio, clericu, rectori ecclesie de Cas- neio, Abrincensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno primo. »

In c. m. Gaufrido de Bruilleio, clericu, rectori Sancti Vigo- ris de Carolo, Abrincensis diocesis.

765

Anagni, 12 septembre 1255.

Abbati monasterii Fisanensis et successoribus ejus in per-

petuum utendi mitra, annulo, tunica, dalmatica, cirothecis et sandalis ac benedicendi pallas altaris et alia ornamenta ecclesiastica, conferendi primam tonsuram ac minores ordines plenam concedit facultatem. (REG. 24, c. 610, f. 92v; POTTHAST 46014.)

« .., abbatii, et conventui monasterii Fiscanensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Ut pulera etc. usque : decorem. —. Dat. Anagnie, II idus septembbris, anno primo. »

766

Naples, 28 janvier 1255.

Nobili viro Thomasio, militi Anagnino, pro Ecclesia Romana castrum de Fumnone custodienti, feudum sive tenutam Johannis Obtinelli proditoris confirmat, jam concessum a se, tunc Ostiensi et Velletrensi episcopo, S., tituli s. Mariae presbytero, et R., s. Angeli diaconus cardinalibus per litteras Anagniae MCCXLV, mense septembbris, die tertio intrante, dat s. (REG. 24, c. 611, f. 92v.)

« Nobili viro Thomasio, militi Anagnino. Prompte fidei et prone devotionis affectus, quem olim in fideli custodia castri nostri de Fumnone erga Romanam exhibuisti Ecclesiam laudabiliter per effectum, digne meretur, ut personam tuam speciali benivolentia prosequentes, tuis supplicationibus favorabiliter annuamus. Cum itaque nos olim, dum in minori eramus officio constituti, et bone bo. [sic] S., tituli sancte Marie Transtiberim presbiter, et dilectus filius noster R. sancti Angeli diaconus cardinales, in Campania et Maritima auctoritate apostolice Sedis vicarii, pensatis omnibus sumptibus, laboribus et expensis que dilectus filius S.. frater tuus, capellanus noster, et tu predicti castri et roce subieras subsidio, feudum sive tenutam Johannis Obtinelli proditoris, cum hiis que tenuit et habuit de bonis Riccardi socii sui in castro Fumnoni et ejus territorio, quibus idem Johannes Obtinelli privatus extiterat, exigentibus culpis suis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate felicis recordationis I. pape predecessoris nostri qua tunc temporis fungebamur, tibi et heredibus tuis in perpetuum libere ac cum integritate concesserimus ad habendum, sicut alii milites ipsius castri habere noscuntur, prout in nostris et dictorum cardinalium litteris indeconfectis plenius continetur; humiliter suplieasti, ut concessionem hujusmodi auctoritate apostolica confirmare de benignitate solita curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, concessionem eandem

gratam habentes et ratam, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus.

Tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

Anagni, 3 septembre 1255.

« Miseratione divina R.. Ostiensis et Velletrensis episcopus, S., tituli sancte Marie Transtiberim presbiter, et R., sancti Angeli diaconus cardinales, in Campania et Maritima apostolice Sedis vicarii, dilecto in Christo .., archipresbitero sancte Marie de Fumnone, salutem in Domino. Cum gratia tribuenda sit meritis et retributione condigna carere non debeat sedulitas obsequentis, dignum est et consonum rationi ut, qui Ecclesie Romane obsequis totis viribus toto mentis affectu se tribuunt, eis premiorum vicissitudine debita rependatur. Proinde discreti viri dilecti nostri Stephani de Anagnia, domini pape cappellani, constantiam, necnon ejus et germani sui Thomasi militis Anagnini studium, sollicitudinem et diligentiam, que prompta devotione impenderunt hactenus et impendunt pro custodia castri et arcis Fumnonis, consideratione qua convenit, attendentes, pensatis etiam et inspectis oneribus, sumptibus, laboribus et expensis, que pro predictorum castri et arcis subsidio et obsequio subierunt, dicto Thomasio militi et ejus heredibus in perpetuum feudum sive tenutam Johannis Obtinelli proditoris vel alio quocumque nomine censeatur, cum hiis que tenuit et habuit de bonis Riccardi quandam socii sui in castro predicto et territorio ejus, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate domini pape qua fungimur, libere ac cum integritate de conscientia certa concedimus ad habendum, sicut alii milites ipsius castri habere noscuntur. Quocirca presentium tibi auctoritate precipimus et mandamus quatinus, visis litteris, eundem Thomasi de fendo predicto sive tenuta, sicut dicunt est, cum sollempnitate qua convenit, studeas investire in corporalem possessionem ipsius inducendo eundem. Dat. Anagnie, anno Domini M^oCC^oXLV^o, pontificatus domini I. pape III^o, indicione III^a, mense septembbris, die tertio intrante. »

Ut autem tu, Stephanus et Jacobus, filii tui legitimi, quos nunc habes, plenius jus in feudo seu tenuta predictis possitis vobis in posterum vendicare, ea cum omnibus juribus et pertinentiis suis de novo tibi et eisdem Stephano et Jacobo ac eorum heredibus in perpetuum concedimus de gratia speciali. Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Neapoli, V kalendas februarii, anno primo. »

767

Anagni, 1er septembre 1255.

Archiepiscopo Arelatensi mandat, quatinus Aymericum de Robiano, clericum Narbonae, compellat, ut a molestatione capituli secularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis conquiescat, frustra receptionem impetrans praeter quatuor canonicos jam receptos. (Reg. 24, c. 612, f. 92^v.)

« ... archiepiscopo Arelatensi. Ex parte dilectorum filiorum ..., abbatis et capituli secularis ecclesie sancti Pauli Narbonensis, fuit propositum coram nobis, quod, licet ad mandatum apostolicum quatuor ad prebendas vacaturas in canonicos receperint et in fratres. Aymericus tamen de Robiano, clericus de Narbona, contra statutum a nobis nuper editum super revocatione omnium receptionum preter quatuor priores anctoritate apostolica factas in ecclesiis quibuscumque, eos super receptione sua in ecclesia ipsa, occasione quarundam litterarum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, post receptionem predictorum in ecclesia representatarum eadem, multipliciter inquietat, asserens non quidem litteras sed receptiones dumtaxat ultra numerum supradictum fore per statutum hujusmodi revocatas, super quibus dicti abbas et capitulum apostolice providentie remedium implorarunt. Cum igitur nostre intentionis existat, ut ecclesie, in quibus ad mandatum apostolicum quatuor sunt recepti, occasione quarumcumque litterarum predecessoris ejusdem super aliquorum receptionibus, amplius non graventur, mandamus quatinus prefatum clericum et executorem ejusdem, quod ab eorundem abbatis et capituli super hiis molestatione indebita conquiescat, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, revocans irritum quicquid per hujusmodi litteras inveneris attemptatum. Contradictores et molestatores per censuram eandem appellatione postposita compensendo. Non obstante si aliquibus —, et constitutione de duabus dietis etc., dummodo ultra tertiam vel quartam etc. usque : trahatur. Dat. Anagnie, kalendis septembribus, anno primo. »

768

Anagni, 13 septembre 1255.

Electo Lugdunensi mandat, quatinus Sinibaldum, capellum suum, nepotem felicis recordationis Innocentii papae IV, non permittat in beneficiis et praebendis in regno Franciae obtentis molestari. (Reg. 24, c. 613, f. 93.)

« ... electo Lugdunensi. Quia mundo posito in maligno, nonnulli ceca cupiditate sedneti, tanto ad rapiendum et invadendum bona ecclesiastica irreverentius improbas

manus extendunt, quanto rariores, quia ea eripiant inveniunt objectores, expedit ut hujusmodi pravorum conatibus resistamus. Cum igitur, sicut dilectus filius Synibaldus, capellanus noster, nepos felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, prepositus Chableiarum, nolis exposuit, ipse a nonnullis tam clericis quam laicis super beneficiis et praebendis suis, que in regno Francie obtinet, necnon et jurisdictionibus que ratione beneficiorum et praebendarum hujusmodi sibi competunt, graves patiatur injurias et jacturas, nos, volentes et ejusdem capellani tranquillitati consulere et molestantium malitiis obviare, mandamus quatinus dicto capellano defensionis presidio efficaciter assistens, non permittas eum super premissis ab aliquibus indebito molestari, molestatores hujusmodi cum cognitione cause, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compensendo. Non obstante constitutione contraria super hoc a nobis edita, et si aliquibus de partibus illis generaliter vel specialiter a Sede apostolica est indultum quod interdicti, suspendi et excommunicari seu extra suam diocesim in judicium trahi non possint, nisi coram certo vel competenti iudice per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi et toto tenore ipsius de verbo ad verbum plenam et expressam non fecerint mentionem, necnon et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Testes etc. Dat. Anagnie, idibus Septembribus, anno primo. »

769

Anagni, 13 septembre 1255.

Praefato Sinibaldo indulget, ut praeposituram Chableiarum sine diminutione tenere ac possidere valeat. (Reg. 24, c. 613^v, f. 93.)

« Sinibaldo, preposito Chableiarum, capellano nostro, nepoti felicis recordationis I. pape predecessoris nostri. Volentes tibi jura prepositione Chableiarum integre sine diminutione servari, ut piscariam et nemus Bellimonitis ac alia jura ad dictam praeposituram pertinentia, que predecessores tui tenuisse noseuntur, libere tenere ac possidere eisque, prout predecessores tui usi sunt, uti valcas, ad instar ejusdem predecessoris, tibi auctoritate presentium indulgenus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

770

Anagni, 13 septembre 1255.

Cantori Eduensi mandat, ut non permittat praefatum Sinibaldum super juribus praepositurae Chableiarum contra hu-

jusmodi concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestari.
(Reg. 24, c. 6133, f. 93.)

« ... *cantori Eduensi*. Cum dilecto filio —. Dat. ut supra. »

771

Anagni, 7 septembre 1255.

Decano et capitulo ecclesiae ss. Apostolorum Coloniensis, qui administrationem praebendarum ecclesiae suae praepositis negligentibus abstulerunt et, de consensu Henrici, tunc praepositi, atque Coloniensis archiepiscopi, statuentes, administrationem istam ad se de cetero retinuerunt, certis redditibus praeposito assignatis, confirmat. (Reg. 24, c. 614, f. 93.)

« ... *decano, et capitulo ecclesie sanctorum Apostolorum Coloniensis*. Leeta nobis vestra —. Dat. Anagnie, VII idus septembbris, anno primo. »

772

Anagni, 6 septembre 1255.

Fratribus Militiae Templi in Francia indulget, ut ad solvendas legatis apostolice Sedis pecuniarias procurations compelli non possint invitii. (Reg. 24, c. 615, f. 93.)

« ... *preceptor, et fratribus domus Militie Templi in Francia*. Dignum esse conspicimus et necessarium arbitramur, ut hii favore Sedis apostolice foveantur, qui, consanguineorum snorum affectu deposito, Dei, non hominis, prelium preliantur. Sane porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat, quod vos, in exhibendis procurationibus legatis et nunciis apostolice Sedis, ex eo gravamini. quod ipsi non contenti procurationibus quas eisdem in virtualibus et aliis necessariis estis exhibere parati, a vobis et ecclesiis ac domibus vestris, occasione proenrationum hujusmodi, frequenter non modicam pecunie summam exigunt et extorquent, propter quod vestrum quantoque plium propositum impediti et negotium Terre Sancte noscitur deperire: quare nobis humiliiter supplicastis, ut providere vobis in hac parte misericorditer curaremus. Volentes igitur indemnitati vestre super hoc, quantum cum Deo possumus, precavere, ut legatis et nunciis apostolice Sedis, fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus dumtaxat exceptis, ad solvendas ipsis procurationes pecuniarias compelli inviti aliquatenus non possitis, dummodo parati sitis eisdem legatis et nunciis, sicut premissum est, procurationes in virtualibus et aliis necessariis exhibere, auctoritate vobis presentium indul-

gemuſ. Nulli etc. nostre concessioſis etc. Dat. Anagnie, VIII idus septembbris, anno primo. »

773

Anagni, 9 septembre 1255.

Abbi Moyssiaccensi mandat, quatinus asperitatem poenitentiae, Aymerico de Bressolis de Castro Sarraceno, laico Tolosanae diocesis, a pravitatis hereticae inquisitoribus impositae, temperare procuret. (Reg. 24, c. 616, f. 93.)

« ... *abbati Moysiacensi, Cluniacensis ordinis, Caturicensis diocesis*. Dilectus filius Haimericus de Bressolis de Castro Sarraceno, laicus Tholosane diocesis, nobis significare curavit, quod, cum, dudum errore pravitatis heretice irretito, inquisitores super hujusmodi errore in civitate ac dioecesi Tholosanis a Sede apostolica deputati dicto A., qui ab orthodoxe fidei articulis dampnabiliter oberrarat, jam Domino faciente, ad illam corde contrito devote ac laudabiliter reversus, gravem, prout viderint super hoc expedire, penitentiam injunxerunt pro hiis que ipse comiscerat in heretica pravitate. Et licet ipse hujusmodi penitentiam devote ac reverenter susceptam pro magna parte peregerit, residuum tamen ipsius penitentie, propter eventum imbecille senectutis senio jam propinquus ac visus defectum, non potest juxta suum propositum adimplere. Cum igitur relinquere aliquem taliter impeditum in senectam et senium sit indignum, nos, in hac parte benigno sibi compatientes affectu ac volentes super hoc eidem paterna sollicitudine providere, mandamus quatinus asperitatem ipsius penitentie sibi sic auctoritate nostra temperare ac in alia vota pietatis commutare procures, quod et corpus pene non perdatur angustia et ejusdem familiaritatis contagio non sit aliquibus occasio corruptele, provisurus attentius et prudenter que ad munimentum fidei faciunt et integratatem ecclesiastice unitatis. Dat. Anagnie, V idus septembbris, anno primo. »

774

Anagni, 31 août 1255.

Fidelibus de Confratia minima ecclesiae s. Thomae apostoli Mediolanensis, oblationes facientibus ad provisionem sumptusque funeris pauperum, indulget, ut tempore generalis interdicti, in eadem ecclesia divina officia audire va cant. (Reg. 24, c. 617, f. 93^v.)

« *Universis Christi fidelibus de confratia seu scola minime ecclesie sancti Thome apostoli Mediolanensis*. Justis petentium etc. usque: completere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos ad eccl-

siam sancti Thome apostoli Mediolanensis ad audienda ibidem divina officia in altari sancti Petri martiris et certas oblationes ibidem offerendas convenire certis diebus disposueritis, ut ex hujusmodi oblationibus providere possitis infirmis et pauperibus et in sepeliendis eorum corporibus facere sumptus funeris cum sollempnitatibus et exequiis consuetis, nos, pium in hac parte vestrum propositum commendantes, ut, tempore generalis interdici, liceat vobis in ipsa ecclesia, diebus in quibus ex predicta causa conveneritis in eadem, audire divina officia, januis clausis, non pulsatis campanis, sumissa voce, omnibus excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, auctoritate vobis presentium indulgemus, dummodo causam non dederitis interdicto vel id non contingat vobis specialiter interdici. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas septembbris. anno primo. »

775

Anagni, 5 septembre 1255.

Fratri Rufino, in Catabria et Sicilia O[ctavian]i cardinalis tegati vicario, mandat, ut Benedictam, abbatissam monasterii s. Mariae Syraensi, a Mattheo effecto Syracusano destitutam, quia ad monasterii regimen eadem Benedicta immediate succederet matri ipsius, restituat. (Reg. 24, c. 618, f. 93v; POTTHAST 16010.)

« Fratri Rufino, penitentiario et capellano nostro, in Catabria et Sicilia dilecti filii nostri O. sancte Marie in Viatata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati vicario. Dilicta in Christo filia Benedicta, monialis monasterii sancte Marie monialium Syracu[sa]ni, ordinis sancti Benedicti, transmissa nobis petitione, monstravit, quod olim Margarita matre sua, abbatissa ipsius monasterii, viam universe carnis ingressa, bone memorie .., Syracusanus episcopus, ipsam B., prout spectabat ad eum, abbatissam eidem monasterio deputavit, in quo per triennium laudabiliter dicitur ministrasse. Verum dicto episcopo rebus humanis exempto, Matheus, Syracusanus electus, proponens quod ad ipsius monasterii regimen eadem B. immediate succedere non poterat matri sue, eam destituit a regimine monasterii supradicti. Quare fuit nobis ex parte ipsius humiliter supplicatum, ut subvenire sibi super hoc de consueta Sedis apostolice providentia euraremus. Attendentes igitur laudabilia testimonia quibus industriam ipsius B. multipli- citer audivimus commendari, ac volentes eam propter hoc favore prosequi ac gratia speciali, mandamus quantumcum ea, si alias est idonea, ut, impedimento hujusmodi non obstante, ad regimen ejusdem monasterii,

si Deus dederit, assunni valeat, auctoritate nostra studias dispensare, prout pensatis circumstantiis universis videris expedire. Dat. Anagnie, nonis septembbris, anno primo. »

776

Anagni, 17 septembre 1255.

Magistro Johanni de S. Germano, subdiacono et notario suo, mandat, quatinus Jacobo Grosso, capellano suo, de XL marci argenti annuatim faciat providere in ecclesia s. Petri de Syntria, ei ab Innocentio papa IV collata, retenta autem ad mensam ab episcopo Ulixbonensi. (Reg. 24, c. 619, f. 93v.)

« Magistro Johanni de Sancto Germano, subdiacono et notario nostro. Olim felicis recordationis I. papa predecessor noster ecclesiam sancti Petri de Syntria, Ulixbonensis diocesis, dilecto filio Jacobo Grosso, capellano nostro, conferendam providit. Sed venerabili fratri nostro .., Ulixbonensi episcopo, ad suam spectantem mensam prefatam ecclesiam asserente, ac super hoc inter eundem episcopum et ipsum capellanum orta materia questionis, tandem inter eos hujusmodi compo- sitio intercessit, ut videlicet idem episcopus, ad eandem mensam ecclesiam retinens memoratam, tamdiu capellano eidem annuam XX marcarum pensionem solvere teneretur, donec sibi de beneficio ecclesiastico, enjus proventus XL marcas sterlingorum valerent annis singulis, provideret; dictusque predecessor postmodum nolens quod hujusmodi provisio per triennium tunc dilata ejusdem capellani affligeret animam, detinente ipsam dicto episcopo diutins in suspenso, eidem in virtute obedientie districte suis dedit litteris in preceptis, ut eidem capellano de pensione predicta juxta compositionem eandem et de personatu vel dignitate seu uno vel pluribus beneficiis sue civitatis et diocesis in ecclesia cathedrali vel aliis XL marcarum sterlingorum valorem attingentibus annuatim, omni mora et difficultate cessantibus, provideret. Quod si episcopus ipse prefato capellano de personatu vel dignitate seu beneficiis uno vel pluribus juxta predictum valorem attin- gentibus providere postponeret infra annum computandum, ab eo tempore quo litteras ipsius predecessoris super provisione memorata XL marcarum eidem capellano prestanda episcopus predictus receperit, extune ad pensionem dictarum XL marcarum sterlingorum sibi annuatim eo usque sine difficultate aliqua persolven- dam memoratus predecessor voluit ac decrevit teneri episcopum supradictum, quousque sibi per eum de pre- fatis personatu vel dignitate seu beneficio vel beneficiis hujusmodi efficaciter provisum existeret et corundem

fructus pacifice posset percipere ac quiete. Non obstante si eidem episcopo specialiter vel in suis ecclesiis generaliter idem predecessor pro aliis direxerat scripta sua, et personatum, dignitatem, beneficium seu beneficia hujusmodi prefatus predecessor donationi apostolice, si tunc vacabant vel cum vacarent, sepedicto capellano conferenda, servavit et decrevit irritum et inane, si secus de illis quacunque auctoritate contineret attemptari, dans tibi nichilominus sub certa forma per alias suas litteras in mandatis, ut, si dictus episcopus super premissis mandatum negligenter adimplere, tu illud exequi procurares. Quocirca mandauis. quatinus in hujusmodi negotio per omnia procedas. juxta dietarum predecessoris ejusdem directarum ad te continentiam litterarum. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »

777

Anagni, 8 septembre 1255.

Abbati monasterii Brantoniensis, Petragoricensis diocesis, concedit, ut, super observantia statutorum quae de substantia regulae s. Benedicti non existunt, monachis monasterii dispensationes valeat conferre. (Reg. 24, c. 620, f. 93v.)

« ... abbati monasterii Brantolanensis, ordinis sancti Benedicti, Petragoricensis diocesis. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione multum sit rigida et difficilis ad ferendum, fuerintque postmodum per felicis recordationis G. papam predecessorem nostrum supradicta statuta gravia diversarum penarum adjectione vallata, ne contingat sub tantis oneribus deficere oneratos, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Attendentes igitur quod expedit calatum quassatum non conteri et in erasione eruginis vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, super observantia statutorum ipsorum que de tua substantia regule non existunt, tu et successores tui cum tui monasterii ejusque in membrorum monachis tam presentibus quam futuris libere valeas dispensare : hiis casibus dumtaxat exceptis, super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super penis adjectis et irregularitatibus quas tui subditi ob hoc hactenus incurserunt vel incurrent de cetero, eosque absolvendi ab interdicti, suspensionis aut excommunicationis vinculo quo ipsos ob transgressionem predictorum statutorum involvi contigit vel contingat, injuncta sic absolutis penitentia salutari, libera sit tibi et eisdem successoribus de nostra permissione facultas; ... priori

nichilominus monasterii tui ac ipsius successoribus hujusmodi dispensationis et absolutionis beneficium, si fuerit oportunum, concedimus auctoritate presentium potestatem. Non obstante aliquibus litteris diocesano tuo vel cuicunque alii ab apostolica Sede sub quocumque tenore directis et processibus habitis per easdem, de quibus forsitan oporteret in presentibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum fieri mentionem et etiam ohtinendis. Dat. Anagnie, VI idus septembbris, anno primo. »

778

Anagni, 11 septembre 1255.

Christi fidelibus, qui ad ecclesiam b. Stephani protomartyris Capuanam in duabus festivitatibus protomartyris memorati, scilicet in revelatione et natali ejusdem, ac in die anniversario dedicationis ipsius ecclesiae et usque ad octavum diem eamdem festivitatem et dedicationis causa devotionis accesserint annuatim, unum annum et duas quadragenias de poenitentia relaxat. (Reg. 24, c. 621, f. 94; POTTHAST 16015.)

« Marino, electo, et capitulo Capuanis. Consecrationes altarium in —. Dat. Anagnie, III idus septembbris, anno primo. »

779

Anagni, 17 septembre 1255.

Universitati hominum Capuanorum indulget, ut ubique per regnum Siciliae, ac per Campaniam et Maritimam, neconon per omnes terras Ecclesiae Romanae subjectas, a pedagiis et quibuslibet aliis exactionibus perpetuo sint liberi et immunes. (Reg. 24, c. 621², f. 94; RÖDENBERG, t. III, n° 412.)

« ... potestati, consilio et communi Capuanis. De meritorum vestrorum —. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »

780

Anagni, 12 août 1255.

Episcopo et capitulo Fernensibus, qui triginta quinque marcas magistro Johanni de Frisinone, capellano papae, de mandato Sedis apostolicae annis singulis exhibent, indulget, ut, quousque nominatam provisionem capellano assignaverint memorato, ad receptionem vel provisionem alicujus in ecclesia ipsorum minime teneantur et nulli de beneficiis ad collationem ipsorum spectantibus valeat provideri, nisi de praesenti induito mentio habeatur. (Reg. 24, c. 622, f. 94.)

« ... episcopo, et capitulo Fernensibus. Libenter petitonibus vestris —. Dat. Anagnie, II idus augusti, anno primo. »

781

Naples, 27 mai 1255.

Abbatii et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis, ecclesiam de Prestone in usus proprios concedit. (REG. 24, c. 623, f. 94; POTTHAST 15888.)

« ... *Abbatis, et conventui monasterii sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Sincere devotionis affectus —. Vestris igitur precibus inclinati, ecclesiam de Prestone, Captuariensis diocesis, in qua jus patronatus habetis. cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vobis in usus proprios auctoritate presentium concedimus de gratia speciali, vobis nichilominus indulgentes, ut corporalem ipsius ecclesie possessionem, cum cedente vel decedente illius rectore vel quovis alio modo legitimo vacaverit, auctoritate propria, non obstante constitutione contraria, per vos vel aliquem vestrum seu alium ingredi libere valeatis, ac proventus ipsius integrum percipere in usus convertendos eosdem, dioecesani episcopi vel archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito. Proviso attentius quod vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro, quem dioecesano canonice presentabitis, competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus portionem. de qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera supportare, jure dioecesano quoad institutionem et destitutionem, correctionem et visitationem ejusdem vicarii semper salvo. Nos enim, quicquid contra presentis indulti tenorem de dicta ecclesia cum juribus et pertinentiis suis in prejudicium vestrum nostra vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuerit, irritum decernimus et inane. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapoli, VI kalendas junii, anno primo.* »

782

Naples, 29 mai 1255.

Abbatibus de s. Eadmeno et de Waltham mandat, ut abbatem et conventum s. Augustini Cantuariensis in ecclesiae de Prestone possessionem defendere proculent. (REG. 24, c. 623¹, f. 94.)

« ... *de sancto Eadmeno, et ..., de Waltham abbatibus, sancti Benedicti et sancti Augustini ordinum, Norwicensis et Londoniensis diocesum. Sincere devotionis affectus —. Dat. Neapoli. IIII kalendas junii, anno primo.* »

783

Naples, 18 mai 1255.

Abbatii et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis,

ecclesiam de Sellinges, Cantuariensis diocesis, in propriis usus concedit. (REG. 24, c. 623³, f. 94; POTTHAST 15868.)

« *Eisdem abbatii et conventui, ut supra. Equitatis ratio persuadet —. Dat. Neapoli, XV kalendas junii, anno primo.* »

784

Naples, 31 mai 1255.

Praefatis abbatibus de s. Eadmeno et de Waltham mandat, ut abbatem et conventum monasterii s. Augustini Cantuariensis in ecclesiae de Sellinges possessionem defendere proculent. (REG. 24, c. 623⁴, f. 94^v.)

« *Eisdem .., de sancto Eadmeno. ut supra. Equitatis ratio persuadet, ut gratia dilectis filiis .., abbatii, et conventui monasterii sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, ab apostolica Sede facta continuo vigore perduret, et si, quando in proviso casu etc. usque : in qua iidem abbas et conventus jus patronatus habent ad vestitum monachorum predicti monasterii ascriptam ab eis in usus eosdem ipsis per suas litteras duxerint confirmandam, nos, volentes eisdem in hac parte gratiam facere ampliorem, ecclesiam ipsam cum juribus et pertinentiis suis eis in usus eosdem per nostras litteras de gratia concessimus speciali. Non obstante quod iidem ecclesiam ipsam auctoritate propria in usus hujusmodi sibi ascribere nequivierunt, seu quod in eorundem predecessorum litteris continetur ecclesiam ad eos pleno jure spectare, et quod Alexander quondam etc. usque : semper salvo. Nos enim, quicquid contra premissa vel eorum aliquod nostra vel quavis auctoritate fieri contigerit, irritum decernimus et inane. Quocirca mandamus quatinus predictos abbatem et conventum in ejusdem ecclesie possessionem ipsius cedente etc. ut in prima, usque : semper salvo. Nos enim, quicquid contra premissa vel eorum aliquod nostra vel quavis auctoritate fieri contigerit, irritum decernimus et inane. Quocirca mandamus quatinus predictos abbatem et conventum in ejusdem ecclesie possessionem etc. ut in tertia superiori, usque : Datum Neapoli, II kalendas junii, anno primo.* »

785

Naples, 25 mai 1255.

Abbatii et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis ecclesiam de Plumsted, Roffensis diocesis, cum omnibus juribus in usus proprios concedit. (REG. 24, c. 623⁵, f. 94^v.)

« *Eisdem abbatii et conventui, ut supra. Devotionis ves-*

tre merita exigunt et hospitalitas quam servatis in inonasterio vestro requirit, ut votis vestris favorabiliter annuentes, faciamus vobis gratiam speciali. Cum igitur felicis recordationis G. papa predecessor noster super deputanda in usus pauperum et hospitum ecclesiam de Plumsted, Roffensis diocesis. in qua jus patronatus habetis, vobis suas litteras duxerit concedendas, nos, volentes in hac parte vobis facere gratiam ampliorem, ecclesiam ipsam cum juribus et pertinentiis suis vobis in prefatos usus apostolica auctoritate concedimus de gratia speciali, nichilominus vobis auctoritate presentium indulgemus, ut ejusdem ecclesie possessionem corporalem cum cedente etc. ut in prima usque : Dat. Neapoli, VIII kalendas junii, anno primo. »

786

Naples, 30 mai 1255.

Abbati et priori S. Eadmundi mandat, ut praefatos in praeftae ecclesiae possessionem defendere procurent. (Reg. 24, c. 523⁴, f. 94^v.)

« ... abbatii, et ... priori sancti Eadmundi, ordinis sancti Benedicti, Norwicensis diocesis. Devotionis dilectorum tiliarum —. Dat. Neapoli. III kalendas junii, anno primo. »

787

Naples, 28 mai 1255.

Abbati et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis ecclesiam de Tentwarden, Cantuariensis diocesis, cum omnibus juribus in usus proprios concedit. (Reg. 24, c. 523⁷, f. 94^v; POTTHAST 15889.)

« ... abbatii, et conventui, ut supra. Etsi ex injuncto —. Dat. Neapoli, V kalendas junii, anno primo. »

788

Naples, 31 mai 1255.

Abbati et priori s. Eadmundi mandat, ut praefatos in praeftae ecclesiae possessionem defendere procurent. (Reg. 24, c. 523⁸, f. 94^v.)

« ... abbatii, et ... priori. ut supra. Etsi ex injuncto —. Dat. Neapoli, II kalendas junii, anno primo. »

789

Anagni, 18 septembre 1255.

Priorissae et monialibus domus s. Mariae Magdalae Metensis, ordinis s. Augustini, quae tenentur, secundum ordinis

sui statuta, pellicias deferre agninas praecipue tempore hiemali nec possunt tales habere pellicias propter nimiam paupertatem, indulget, quod aliis pelliciis vilioris pretii, non tamen praetendentes minoris habitum honestatis, ut libere valeant. (Reg. 24, c. 624, f. 94^v.)

« ... priorisse, et conventui domus sancte Marie Magdalene Metensis, ordinis sancti Augustini, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis. Cum itaque sicut —. Dat. Anagnie, XIII kalendas octobris, anno primo. »

790

Anagni, 16 septembre 1255.

Conventui monasterii s. Trinitatis Cadomensis indulget, ut nulla non de legitimo matrimonio procreata ei in abbatissam praefici possit. (Reg. 24, c. 625, f. 95.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii sancte Trinitatis Cadomensis, ordinis sancti Benedicti, Baiocensis diocesis. Exigentibus vestre devotionis —. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut in monasterio vestro nulla prefici valeat in abbatissam, que non sit de legitimo matrimonio procreata. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas octobris, anno primo. »

791

Anagni, 13 septembre 1255.

Abbati monasterii s. Thomae Dublinensis indulget, ut capis sericis uti possit. (Reg. 24, c. 626, f. 95.)

« ... abbatii, et conventui monasterii sancti Thome Dublinensis, ordinis sancti Augustini. Vestris devotis precibus benignum impertientes assensum, ut in duplicitibus festivitatibus in divinis officiis capis sericis uti possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, idibus septembribus, anno primo. »

792

Anagni, 16 septembre 1255.

Archiepiscopo Bituricensi, consiliario regis Franciae, quater in anno in Curiam regiam pro disponendis arduis ejusdem negotiis eunti, indulget, ut diocesim suam per personas idoneas visitare faciat. (Reg. 24, c. 627, f. 95.)

« ... archiepiscopo Bituricensi. Cum, sicut ex parte tua

fuit propositum coram nobis, ordinarie quater in anno ac alias etiam Curiam carissimi in Christo filii nostri .., illustris regis Francie, cuius consiliarius diceris, pro disponendis arduis ejusdem negotiis oporteat te adire, nos. tuis supplicationibus inclinati, ut semel cum visitationis officio tua diocesis et provincia indignerit et te pro causis hujusmodi abesse contigerit ab eisdem, ipsas visitare diocesim et provinciam per personas idoneas ac procurationes ratione visitationis ejusdem, constitutione non obstante contraria, recipere valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Ita tamen quod de loco quolibet visitato duabus marcis tantummodo sis contentus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas octobris, anno primo. »

793

Anagni, 13 septembre 1255.

Eidem mandat, quatinus magistro Radulpho de Senereco, canonico ecclesiae s. Mariae Medii Monasterii Bituricensis, de aliqua ecclesia diocesis ejus provideat, juxta litteras Innocentii papae IV. (Reg. 24, c. 628, f. 95.)

« *Eidem. Sua nobis dilectus filius magister Radulphus de Senereco, capellanus dilecti filii nostri O., sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, canonicus ecclesie sancte Marie Medii Monasterii Bituricensis, petitione monstravit, quod, licet felicis recordationis I. papa predecessor noster tibi sub certa forma suis dedit litteris in mandatis, ut eidem magistro in aliqua ecclesiarum tue civitatis vel diocesis de beneficio ecclesiastico competenti providere curares, tu tamen ante predecessoris ipsius obitum per hujusmodi litteras minime processisti, propter quod de gratia sibi facta nullum commodum est adeptus. Quare ad Sedem apostolicam habens recursum, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur, obtentu tui, eidem clero, pro quo nobis per litteras tuas supplicasti, hujusmodi gratiam conservare volentes, mandamus quatinus provideas ei in aliqua ecclesiarum civitatis vel diocesis Bituricensis, juxta priorum continentiam litterarum. Dat. Anagnie, idibus septembbris, anno primo. »*

794

Anagni, 13 juillet 1255.

Rogerio Luvello, clero regis Angliae, concedit facultatem construendi capellam in proprio fundo et in ea capellanum et campanam habendi. (Reg. 24, c. 629, f. 95.)

« *Rogerio Luvello, capellano nostro, clero carissimi in*

ALEXANDRE IV, t. 1.

Christo filii nostri .., regis Anglie illustris. Salutaria vota digne apostolico favore prosequimur, quorum affectus et ad divini cultus augmentum et in subsidium fidelium potest cedere animarum. Tue igitur devotionis precibus inclinati, construendi capellam in proprio fundo et in ea ad tuum dumtaxat successorumque tuorum opus proprium capellatum ac campanam habendi, dummodo tot de bonis tuis eidem capellano per te redditus assignentur quod de hiis congrue valeat sustentari, requisita super hoc et obtenta diocesani licentia, tibi auctoritate presentium concedimus, sine alterius prejudicio, facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, III idus julii, anno primo. »

795

Anagni, 17 septembre 1255.

Abbatii et conventui monasterii s. Mariae Ayulcurtensis, Atrebatenensis diocesis, concedit, ut in refectorio eorum tribus diebus in hebdomada carnibus uti possint. (Reg. 24, c. 630, f. 95.)

« *.., abbatii, et conventui monasterii sancte Marie Ayulcurtensis, ordinis sancti Augustini, Atrebatenensis diocesis. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod, cum vos extra refectorium certis diebus in cameris consueveritis vesci carnibus a tempore cujus memoria non existit, nonnulli clerici et laici ad vestrum monasterium declinantes, interdum vobis invitis, ad mensam vestram se ingerunt, quos si vitari contingeret, non sine vestro fieret scandalo ac ipsius monasterii lesionem. Quare nobis humiliter supplicasti, ut super hoc providere vobis et eidem monasterio de benignitate Sedis apostolice curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, ut in refectorio vestro tribus diebus in ebdomada carnibus uti possitis juxta regulam vestri ordinis, dummodo id statutum aliquod non repugnet, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »*

796

Naples, 21 décembre 1255.

O., s. Adriani diacono cardinali, cui Granata mulier, soror quondam judicis Petri de Vinea, domos et bona ipsius Petri in Sicilia concessit, donationem istam confirmat. (Reg. 24, c. 631, f. 95.)

O., sancti Adriani diacono cardinali. Convenit ut nos, qui generaliter omnibus pro suorum conservatione iuriis certa providemus remedia et extraneis etiam in-

terdum apostolice gratie januam apperimus, exhibeamus libertatem nostram fratribus nostris qui in apostolatus officio seduli nostri cooperatores et coadjutores existunt in talibus promptiores. Cum igitur dilecta in Christo filia Granata, mulier, soror quondam judicis Petri de Vinea, domos et alia bona ipsius Petri ad ipsam ex testamento vel ab intestato seu quocumque jure spectantia mera et spontanea tibi liberalitate donarit, nos, tuis providere profectibus cupientes, donationem hujusmodi ratam et gratam habemus, eamque non obstante quacumque sententia contra mulierem eandem seu dictum P. super eisdem domibus et bonis a quondam Frederico olim Romanorum imperatore ac rege Sicilie excommunicationis innodato vinculo et imperio ac regnis sententialiter destituto seu a quocumque alio de ipsius mandato prolata, auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus etc. usque : communimus; defectum, si quis in donatione ipsa vel ex eo quod legitimam quantitatem excessit, vel quia sine insinuatione legitima facta fuit, aut alias extitit, supplentes de apostolica plenitudine potestatis; et, si quod jus Romane Ecclesie in rebus predictis competit, ex eadem potestate de novo conferimus et donamus; concedentes tibi intrandi et apprehendendi per te vel per alium auctoritate propria possessionem domorum et honorum ipsorum liberam facultatem; ac decernentes eos qui domos et bona prefata tenent vel possident, exinde fore penitus admovendos, ipsosque nullum omnino jus per detentionem vel possessionem hujusmodi acquisisse seu posse acquirere vel habere, ac nullum tibi per hoc vel juri tuo super hiis factum esse prejudicium vel posse in aliquo generari. Nulli etc. nostre confirmationis, concessionis et constitutionis etc. Dat. Neapol. XII kalendas januarii, anno primo. »

797

Anagni, 23 septembre 1255.

Episcopo Avinonensi, ad instar Innocentii papae IV, indulget, ut usque ad biennium metropolitanus archiepiscopus Arelatensis in eum suspensionis vel excommunicationis sententias non valeat promulgare. (Reg. 24, c. 632, f. 95v.)

« ... , episcopo Avinonensi. Ex tenore tue petitionis acceptimus, quod felicis recordationis I. papa, predecessor noster, personam tuam a jurisdictione venerabilis fratris nostri .., archiepiscopi Arelatensis, metropolitani tui, primo usque ad certum tempus eximens, postmodum tibi de gratia speciali suarum litterarum auctoritate indulxit, ut idem archiepiscopus usque ad biennium, postquam decursum fuisset dictum tempus,

in te suspensionis et excommunicationis vel interdicti sententias promulgare aut interdicere tibi ingressum ecclesie non posset, absque speciali mandato Sedis apostolice faciente de indulgentia hujusmodi mentionem; decernendo irritum et inane quicquid per eundem archiepiscopum contra tenorem ejusdem indulgentie contingenter attemptari. Nos itaque, tuis devotis supplicationibus annuentes, ut idem archiepiscopus usque ad proximum futurum biennium in te dictas sententias promulgare aut ingressum predictum interdicere tibi nequeat, fraternitati tue, ad instar predecessoris ejusdem, auctoritate presentium indulgemus, ac etiam irritum et inane decernimus, si secus contigerit attemptari per archiepiscopum memoratum. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, IX kalendas octobris, anno primo. »

798

Anagni, 20 septembre 1255.

Abbatii et conventui monasterii s. Martini de Spernaco, Remensis diocesis, indulget, ut eorum capella de Igniae Jardo in manerio regis Navarre sita, quae per LX annos onera proactionum non subiit, in perpetua immunitate permaneat. (Reg. 24, c. 633, f. 95v.)

« ... , abbatii, et conventui monasterii sancti Martini de Spernaco, ordinis sancti Augustini, Remensis diocesis. Justis petentium etc. usque : complere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, capella vestra de Igniaco Jardo curam animarum non habens, sita in manerio quod carissimus in Christo filius noster ... , rex Navarre illustris, in Suessionensi diocesi habere dinoscitur, onera proactionum ab ejus foundatione non subierit, LX annis et amplius jam transactis, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut, si premissis veritas suffragatur, quod dicta capella de cetero in hujusmodi libertate ac immunitate permaneat, vobis usque ad nostre voluntatis beneplacitum auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XII kalendas octobris, anno primo. »

799

Naples, 11 mai 1255.

Petro Vigerii, canonico Xanctonensi, dispensat, ut duo beneficia ecclesiastica recipere possit. (Reg. 24, c. 634, f. 95v.)

« Petro Vigerii, canonico Xanctonensi, juris civilis professori. Adjutos virtutum meritis digne prosequimur dono gratie specialis, ut, dum votiva perceptione bonorum perspexerint se facundos, virtutum adjectione con-

tinua se reddere gaudeant insignitos. Cum itaque, sicut accepimus, morum et scientie vacando studiis te gratia favoris precipui dignum reddere videaris, nos, propter hoc, ac etiam intuitu affectionis quam gessimus circa bone memorie R., patriarcham Jerosolimitanum, cuius tu nepos fuisse dinoscereis, tuis supplicationibus inclinati, tecum auctoritate apostolica dispensamus, ut duo beneficia ecclesiastica, etiam si curam habeant animarum et unum eorum dignitas vel personatus existat, dummodo tibi canonice offerantur, licite possis recipere ac libere retinere : non obstante constitutione concilii generalis. Ita tamen quod beneficia hujusmodi debitibus etc. usque : negligatur. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Neapoli, V idus maii, anno primo. »

800

Anagni, 26 août 1255.

Priori et conventui Elyensibus ecclesias de Stapelford, Lakinghed et Wineston, Elyensis et Norwicensis diocesum, in usus proprios pro sustentatione fratrum, hospitum ac pauperum concedit. (REO. 24, c. 635, f. 95v.)

« .., priori et conventui Elyensibus, ordinis sancti Benedicti. Religionis vestre meretur —. Cum igitur, sicut oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, felicis recordationis Celestinus papa, predecessor noster, de Stapelford, Lakingheda et Wineston ecclesias, Elyensis et Norwicensis diocesum, quarum proventus sicut asseritis XXX marcarum valentiam secundum communem et antiquam estimationem patrie annis singulis non excedunt, et in quibus jus patronatus habetis, olim ecclesie vestre usibus pro sustentatione fratrum et hospitum ac pauperum deputarit, prout in ejusdem predecessoris litteris plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut ecclesias ipsas, non obstante quod eas locorum diocesani in vestrum prejudicium pluribus clericis post concessionem predecessoris ejusdem in beneficium concessisse dicuntur, cedentibus vel decedentibus rectoribus earundem, ad manus vestras ob hospitalitatis gratiam que in ecclesia vestra vigore dinoscitur licite retinere, ac possessionem ipsarum auctoritate nostra per vos vel per procuratorem vestrum, diocesanorum vel archidiaconorum locorum seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito, libere intrare possitis fructusque ipsarum percipere in usus proprios convertendos. Proviso quod in ecclesiis ipsis per dictos diocesanos ad presentationem vestram idonei et perpetui vicarii statuantur, quibus pro episcopalibus et archidiaconalibus aliisque oueribus supportandis de-

ipsarum ecclesiarum proventibus portio competens assignetur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VII kalendas septembbris, anno primo. »

801

Anagni, 22 septembre 1255.

Eisdem confirmat de Metdeburn, Wretinge, Haukeston, Stapelford, Steuecheiworth, Lakinghed, Wineston et Wichford ecclesias eis a Celestino papa, Eustachio, Willermo, Johanne et Hugone et W., Elyensibus episcopis, in usus proprios collatas. (REO. 24, c. 635², f. 95v.)

« *Eisdem.* Solet annuere etc. usque : impertiri. Sane vestra nobis exhibita petitio continebat, quod felicis recordationis Celestinus papa, predecessor noster, duxit volis per suas litteras concedendum, ut de Meldeburne, Wrettinger, Haukestone, Stapelford, Steuecheiworcha, Lakingheda et Wineston ecclesias, Elyensis et Norwicensis diocesum, vestris usibus pro sustentatione fratrum ac hospitum et pauperum possitis cum vacarent libere deputare, assignato vicariis unde honeste viverent et in spiritualibus locorum diocesanorum et eorum officiali responderent : ac bone memorie Eustachius, ecclesiam de Steuocheworcha; Willmus, tunc apostolice Sedis legatus, ecclesiam de Wrettinger; Johannes, ecclesiam de Wichford; et Hugo, episcopi Elyenses, ecclesiam de Haverkestone; ac venerabilis frater noster W. episcopus, tunc electus Elyensis, ecclesiam de Meldeburne eisdem usibus postmodum deputarent. prout in eorundem predecessoris et episcoporum litteris super hoc confectis plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod super hiis per predictos predecessorum nostrum et episcopos factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

802

Anagni, 22 septembre 1255.

Eisdem de Molre, Impetun, Witefeseyc, Suttun, Swafham, Wintewrt, Wicham et S^u Andreae ecclesias eis a Nigello, Gaufrido, Johanne et Hugone et W., episcopis Elyensibus, in usus proprios collatas confirmat. (REO. 24, c. 635³, f. 95v.)

« *Eisdem.* Solet etc. usque : impertiri. Vestra sane nobis exhibita petitio continebat, quod bone memorie Nigellus, Gaufridus, Johannes et Hugo, episcopi Elyenses, et venerabilis frater noster W. episcopus, tunc electus Elyensis, de Molre, Impetune, Witeleseyc,

Suttune, Swafham, Wintewrchi, Wichiam et Sancti Andree de Cantebrigia ecclesias usibus vestris pro sustentatione fratrum et hospitum ac pauperum deputarunt, prout in litteris episcoporum ipsorum plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod super hiis per dictos episcopos factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

803

Anagni, 18 septembre 1255.

Magistro Henrico de Kalkenni indulget, ut, praeter duo beneficia curam animarum habentia et praebendam Cicestrensem quae nunc obtinet, unicum aliud beneficium similem curam habens in regno Angliae recipere valeat. (Reg. 24, c. 636, f. 96.)

« *Magistro Henrico de Kalkenni, canonico Cicestrensi.* Cupientes proni ad —. Dat. Anagnie, XIII kalendas octobris, anno primo. »

804

Anagni, 22 septembre 1255.

Waltero, nato Gaufridi de Rudbam, clero Norwicensis diocesis, indulget, ut unum de beneficiis suis curam animarum habens pro alio in regno Angliae commutare valeat. (Reg. 24, c. 637, f. 96.)

« *Waltero, nato Gaufridi de Rudham, clero Norwicensis diocesis.* Tue devotionis sinceritas —. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

805

Anagni, 13 septembre 1255.

Archiepiscopo Remensi mandat, ut Petrum de Morancellis, sibi carum, capellatum I. s. Laurentii in Lucina cardinalis, in priorem claustralem monasterii s. Remigii Remensis praeficiat, amoto priore post elapsum electionis tempus electo. (Reg. 24, c. 638, f. 96.)

« .., archiepiscopo Remensi. Ad nostram noveris audentiam pervenisse, quod prioratus claustralum monasterii sancti Remigii Remensis, ordinis sancti Benedicti, tanto tempore jam vacavit, quod ejus collatio per lapsus temporis juxta canonica instituta est ad Sedium apostolicam devoluta, licet per abbatem et conventum ipsius monasterii quidam monachus, elapsu tempore infra quod poterant et debebant ipsi prioratu

providere, de facto temere in eodem fuerit institutus. Volentes igitur eidem prioratui talem presici personam de cuius vita et morum honestate nobis plene constat, mandamus quatinus, si tibi sine judicii strepitu constiterit de premisis, prioratum ipsum dilecto filio Petro de Morancellis, monacho ejusdem monasterii, capellano dilecti filii nostri I. tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, quem experita nobis familiaritas carum et acceptum reddit, amoto ab eodem prioratu prefato monacho et quolibet alio detentore, per te vel per alium auctoritate nostra conferas et assignes. Contrariis etc. Invocato etc. Non obstante si dicto abbatii et conventui suo conjunctim vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod ad receptionem seu provisionem alicujus minime teneantur, seu quod excommunicari, vel suspendi, vel interdici per litteras dictae Sedis in quibus de indulto hujusmodi plena et expressa inserto ipsius tenore mentio non habetur, etiam si continentur in eis quod ipsarum impetratoribus quelibet dictae Sedis indulgentia non obsistat. Nos insuper decernimus irritum et inane, si secus de ipso prioratu quavis auctoritate contigerit attemptari. Dat. Anagnie. idibus septembribus, anno primo. »

806

Anagni, 22 septembre 1255.

Episcopo Auriensi mandat, ut cessionem Fernandi, abbatis monasterii Cellae novae, ordinis s. Benedicti, ipsius diocesis, si rationabilis causa subsit, admittens, ei provideat secundum quod sibi videbitur expedire. (Reg. 24, c. 639, f. 96.)

« .., episcopo Auriensi. Ex parte dilecti —. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

807

Naples, 12 avril 1255.

Magistro Radulpho de Mirabello, decano Pictaviensi, capellano suo, cui Innocentius papa IV indulxit, ut duo beneficia ecclesiastica, etiam curam animarum habentia, cum beneficiis jam obtentis curam similem non habentibus, retinere valeret, concedit facultatem commutandi unum ex praedictis beneficiis pro alio. (Reg. 24, c. 640, f. 96.)

« *Magistro Radulpho de Mirabello, decano Pictaviensi, capellano nostro.* Petitio tua nobis —. Dat. Neapoli, II idus aprilis, anno primo. »

808

Anagni, 15 juillet 1255.

Eidem indulget, ut, praeter decanatum Pictaviensem et ec-

clesiam de Bunclera, Wintoniensis diocesis, unicum aliud beneficium similem curam animarum babens recipere valeat. (REG. 24, c. 640², f. 96.)

« *Eidem. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie. idibus julii, anno primo.* »

809

Anagni, 31 août 1255.

Archidiacono Vallis Positae in ecclesia Burgensi mandat, quatinus Garsiae Roderici de Lavega in aliqua ecclesiarum Legiuensis vel Ovetensis diocesium provideat, juxta litteras Innocentii papae Anagniae II kalendas octobris anno pontificatus XII^o datas, eas de regesto ejusdem sumptas inserendo. (REG. 24, c. 641, f. 96.)

« ... archidiacono Vallis Posite in ecclesia Burgensi. Dilectus filius Garsias Roderici de Lavega, pauper subdiaconus clericus chori ecclesie Ovetensis, in nostra proposuit presentia constitutus, quod ipse felicis recordationis I. papa predecessore nostro ad te super pro- visione sua litteras executorias sub infrascripta forma, quam de regesto ejusdem predecessoris sumi et presentibus inseri mandavimus, impetrarit. Forma autem talis est :

Anagni, 30 septembre 1254.

« Innocentius etc., dilecto filio ... archidiacono Vallis Posite in ecclesia Burgensi, Salutem etc. Desundantibus scientie litterarum libenter oportuna subsidio procuramus, ut, ad prosecutionem studii illorum minime sustentati, fortius animentur, et pro necessariorum defectu retrospicere non coacti, ad perceptio- nem quesite scientie facilius valeant pervenire. Hinc est quod nos, dilecto filio Garsie Roderici de Lavega, subdiacono, clero chori ecclesie Ovetensis, nullum prout asserit ecclesiasticum beneficium assecuto, nisi quedam adeo vilia quod vix potest de ipsorum proventibus per medietatem temporis susten- tari. volentes facere gratiam specialem, mandamus quatinus eum in aliqua ecclesiarum Legionensis vel Ovetensis civitatum et diocesum cum eura vel sine cura, etiam si collegiata existat, per te vel per alium recipi facias in canonicum seu clericum et in fratrem, et de beneficio, si quod ibidem vacat ad pre- sens vel quameito ad id se facultas obtulerit, provi- deri. Non obstante si in ecclesia, in qua sibi duxeris providendum, certus sit clericorum seu canonicorum numerus institutus, juraimento, confirmatione apos- tolica vel alia qualibet firmitate vallatis, aut si in ca-

» direximus pro aliis scripta nostra quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, aut si alias beneficiatus existit, sive alia qualibet indulgentia cuiuscumque persone, loco vel dignitati de partibus illis ab apostolica Sede concessa, quod suspendi aut interdici vel excommunicari quodque ad receptionem vel provisionem alicujus compelli non pos- sint, nisi de indulgentia ipsa plena et expressa in nostris litteris mentio habeatur. Contradictores etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, pontificatus nos- tri anno duodecimo. »

Sed licet idem subdiaconus hujusmodi tibi litteras presentarit, eodem tamen predecessore morte pre- vento, nullum ex ipsis litteris commodum est adeptus. Unde nobis humiliter supplicavit, ut hujusmodi prose- qui gratiam de benignitate apostolica curaremus. Ideoque mandamus quatinus, si est ita, predicto sub- diacono juxta predictum tenorem studeas providere. Dat. Anagnie, II kalendas septembribus, anno primo. »

810

Naples, 12 avril 1255.

Electo Parmensi mandat, ut Jacobino de Galegana, pauperi clero diocesis suae, de aliquo ecclesiastico beneficio compe- tenti nulli alii de jure debito in aliqua ecclesiarum suae dio- cesis providere procuret, faciens eum in dicta ecclesia recipi in clericum et in fratrem. (REG. 24, c. 642, f. 96^v.)

« ... electo Parmensi. Dilectus filius Jacobinus —. Dat. Neapol, II idus aprilis, anno primo. »

811

Anagni, 26 septembre 1255.

Abbati monasterii de Monte S. Michaelis de Periculo maris usum mitrae, annuli etc. concedit. (REG. 24, c. 643, f. 96^v.)

« ... abbati, et conventui monasterii de Monte Sancti Michaelis de Periculo maris, ordinis sancti Benedicti, Abrin- censis diocesis. Ut pulera et decora etc. usque : decorem. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicatio- nibus inclinati, tibi, fili abbas, et successoribus tuis in perpetuum, utendi mitra, anulo, tunica, dalmatica, cyrothecis et sandaliis ac benedicendi pallas altaris et alia ornamenta ecclesiastica, conferendi primam ton- suram ac minores ordines et dandi benedictionem sol- lempnem tam in divinis officiis quam in mensa, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno primo. »

812

Anagni, 27 septembre 1255.

Eisdem abbatii et conventui indulget, ut de terris, vineis etc. nullus ab illis decimas exigere valeat. (REO. 24, c. 643², f. 96v.)

« *Eisdem. Devotionis vestre merita —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, ut de terris, vineis, et aliis laboribus vestris quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de ortis et virgultis vestris ac vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere valeat, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno primo. »*

813

Anagni, 26 septembre 1255.

Eisdem decimas clargitur. (REO. 24, c. 643³, f. 96v.)

« *Eisdem. Devotionis etc. usque : inclinati, ut in parrochiis in quibus veteres decimas habere noscimini, pro ea portione qua ipsas ibidem juste percipitis, novatum quoque de quibus aliquis hactenus non percepit, percipere libere valeatis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presentium indulgeamus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno primo. »*

814

Anagni, 12 septembre 1255.

Guillelmo, abbatii monasterii Fiscannensis, dandi in missa et praedicatione indulgentiam X vel XX dierum concedit facultatem. (REO. 24, c. 644, f. 96v.)

« *Guillelmo, abbatii, et conventui monasterii Fiscanensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Devotionis etc. usque : annuentes, monasterium vestrum, quod specialis juris beati Petri existit, specialibus insignamus titulis dignitatum. Ut igitur eo potius apostolice Sedi teneamini quo ab ipsa dona reepperitis potiora, tibi, fili abbas, quoad vixeris, dandi in missa et predicatione indulgentiam decem vel XX dierum, prout expedire videris, in ecclesiis volis pleno jure subjectis, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II idus septembbris, anno primo. »*

815

Anagni, 24 septembre 1255.

Infrascriptis mandat, quatinus de mille libris proventuum Virdunensis episcopatus satisfaciant Thibaldo], comiti Barri,

et quibusdam aliis se fidejussorio nomine obligantibus pro Jacobo, episcopo Virdunensi, ad Curiam veniente et inulta onera ferente, qui autem de decem millibus et quingentis ac octoginta libris debiti ecclesiam ipsius liberavit. (REO. 24, c. 645, f. 96v.)

« *G., abbatii Bellijoci, Virdunensis diocesis, et R., cantori Tullensi. Exposuit nobis venerabilis frater noster Jacobus, episcopus Virdunensis, quod ipse pro expensis faciendis in itinere nuper ad nostram presentiam veniendi et aliis necessitatibus suis mille librarum fortium Campanie duxit mutuum contrahendum, dilecto filio nobili viro Th., comite Bari, et quibusdam aliis se pro eo creditoribus fidejussorio nomine obligantibus et principales constituentibus debitores : quibus ipse promisit quod omnia dampna que pro defectu solutionis hujusmodi subierint pecunie, idem ac episcopatus Virdunensis eis restituere tenerentur, vobis ab eo in episcopatu ipso suis procuratoribus constitutis. Quare idem episcopus nobis humiliter supplicavit, ut super hoc sue ac eorundem episcopatus et fidejussorum indemnitati preceavere sollicite curaremus. Nos igitur attentes, quod, sicut a multis fidedignis per suas litteras in testimonium perhibentibus accepimus, dictus episcopus ecclesiam Virdunensem que gravata erat a suis predecessoribus in triginta duobus millibus librarum dictae monete, de decem millibus et quingentis ac octuaginta libris et amplius liberavit, diminuendo hujusmodi debitum per suam industriam et cautelam, quodque alias in edificiis et melioratione castrorum ac domorum ipsius ecclesie subiit magnos sumptus et quod ad valorem trecentarum et quinquaginta librarum fortium anni redditus et amplius de bonis dicti episcopatus que a predecessoribus suis alienata fuerant ad jus et proprietatem ipsius episcopatus per suam sollicitudinem revocavit, mandamus quatinus tantum de proventibus antedicti episcopalibus anni presentis percipere ac retinere curetis, quod ex eo creditoribus de dictis mille libris et fidejussoribus de dampnis, si qua eos forte vobis incurrisse constiterit, usuris omnino cessantibus, congrue satisfiat. Contradictores. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno primo. »*

816

Anagni, 20 septembre 1255.

Guillelmo, regi Romanorum, indulget, ut decimas, quas homines Frisiae diu contumaces se submittentes ipsi concesserint, usque ad quinquennium retineat. (REO. 24, c. 646, f. 97; RODENBERG, t. III, n° 413.)

« *Guillelmo, illustri regi Romanorum. Sicut nobis ex*

continentia tue petitionis accepimus, homines de partibus Frisiae, quos diu contumaces habueras et rebelles, se, ut tenentur, tuo dominio submittentes, decimas omnium possessionum suarum, de quibus eas aliquis hactenus non percepit, tibi ac tuis heredibus (in tui) comitatus tui Hollandie in perpetuum concesserunt. Nos igitur, devotis tue celsitudinis supplicationibus inclinati, concessionem eandem ratam habentes et gratam, quod decimorum ipsarum proventus usque ad quinquennium tu ac tui heredes percipere libere ac liceat retinere possitis, ita quod loca et persone, quibus decime ipse debentur de jure, ipsas post predictum quinquennium libere percipere valeant, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XII kalendas octobris, anno primo. »

817

Anagni, 17 septembre 1255.

Priori et conventui monasterii b. Mariae de Caritate, Antisiodorensis diocesis, indulget, ut domos haereticorum dirutas reaedificare ad utilitatem monasterii valeant, non obstante devotione ad fiscum ab inquisitoribus statuta. (REG. 24, c. 647, f. 97.)

« .., priori, et conventui monasterii beate Marie de Caritate, Cluniacensis ordinis, Autisiodorensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis accepimus, quod, cum ad vos spectet ville de Carilate jurisdiccionem temporaliter, quod inquisitores contra hereticos, in vestris partibus a Sede apostolica deputati, quasdam domos, que quorundam ejusdem ville de heresi dampnatorum extiterant, diuinendas et non reedificandas duxerunt auctoritate apostolica statuendum in vestrum prejudicium et gravamen, cum ad vos velud (sic) ad fiscum domus devolvi debeant memorare; propter quod nobis humiliiter supplicasti, ut providere super hoc vobis paterne diligentie curaremus studio. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod reedificare domos ipsas ad utilitatem monasterii vestri, non obstante si dictorum inquisitorum sententia extitit per Sedem apostolicam confirmata, aut si alicui est ab eadem Sede indultum quod reedificari nequeant domus ipse, tam libere quam liceat valcatis, auctoritate vobis presentium indulgemus: ita tamen quod dictorum hereticorum heredes in ipsis de cetero non morentur nec jus aliquod in perpetuum habere valeant in eisdem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »

818

Anagni, 27 septembre 1255.

Nobili viro Menendo Roderici et Mariae Jobannis, uxori

ejus, in quarto gradu ad invicem attingentibus, volens scandalum et gravibus inimicitias ex diremptione matrimonii oriundis obviare, dispensat, ut in matrimonio contracto remanere possint, constitutione generalis concilii ac statuto bonae memoriae Sabiniensis episcopi, tunc in partibus Hispaniae apostolicae Sedis legati, super hoc edito nequaquam obstantibus. (REG. 24, c. 648, f. 97.)

« Nobili viro Menendo Roderici et Mariae Johannis, uxori ejus. Vestra nobis exhibita —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno primo. »

819

Anagni, 21 septembre 1255.

Episcopo Lamecensi mandat, ut Dominico Petri, cui Magister Bernardus, capellanus papae, de mandato Innocentii papae IV jus canonicatus in ecclesia Brachbarensi contulit, quemque postmodum archiepiscopus et capitulum Bracharenses receperunt in canonicum, praebendam ipsi debitam conferat; « non obstante si post collationem ipsius juris factam eidem aliquam (sic) in eadem ecclesia auctoritate apostolica sint recepti, quibus cum collatio ipsius receptionem eorum processerit eum volumus anteferriri. (REG. 24, c. 649, f. 97.)

« .., episcopo Lamecensi. Exhibita nobis dilecti —. Dat. Anagnie, XI kalendas octobris, anno primo. »

820

Anagni, 27 septembre 1255.

Stephano Pettagii, canonico Brachbarensi, indulget, ut, praeter canonicatum suum et quoddam aliud beneficium quod obtinet, unicum aliud beneficium, etiam si curam animarum habet, recipere valeat. (REG. 24, c. 650, f. 97.)

« Stephano Pellagii, canonico Brachbarensi. Tua nobis exhibita —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno primo. »

821

Anagni, 24 septembre 1255.

Johanni, tituli S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, mandat, ut nonnullis mulieribus in Urbe degentibus, quae Repentitiae dicuntur et saltari pudore confusae super his quae in carnis suae corruptione gesserunt, in semitam mandatorum Dei decreverunt convertere de viis inquinationis praepteritae pedes suos, ecclesiam s. Mariae in Minerva aut aliam cum omnibus hortis, possessionibus, juribus etc. perpetuo concedat. (REG. 24, c. 651, f. 97; POTTHAST 16020.)

« I., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali. Quoniam te studiose —. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno primo. »

822Anagni, 1^{er} octobre 1255.

Communi Capuano concedit generalium celebrationem nundinarum a kalendis junii usque ad XV sequentes dies. (REG. 24, c. 652, f. 97^v.)

« .., potestati, consilio et communi Capuanis. Nostre mentis oculis illas frequenter presentamus angustias, quas vos, olim multis cumnlati divitiis et assueti delitiis, usque ad extremam penuriam et incursum etiam mortis orride pro gerenda circa sanctam Romanam Ecclesiam matrem vestram puritate devotionis et fidei pertulistis. Ex hujusmodi quidem amara consideratione procedit, quod dignum et purissimum esse perspicimus, ut vos affluentia dulcedinis perfundamus, illa complendo de facili, per que possitis in prosperis, auctore Domino, fecundari. Nos itaque, vestris devotis precibus annuentes, universitati vestre, de fratribus nostrorum consilio, presentium auctoritate concedimus, ut, a kalendis junii usque ad XV sequentes dies infra quos cathedralis Capuana ecclesia nostris fuit manibus ad honorem beati prothomartiris Stephani consecrata, generales nundinas intus in civitate vestra vel deforis, prout melius et comodius vobis esse videbitur, celebrare annis singulis perpetuo valeatis, salva Sedis apostolice auctoritate. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno primo. »

823Anagni, 1^{er} octobre 1255.

Universitati magistrorum et scolarium Salamantinorum indulget, ut aliquis eorum, examine precedente inventus idoneus ad regendum, in quolibet alio studio, Parisiensi et Bononiensi dumtaxat exceptis, regere valeat sine alio examine. (REG. 24, c. 653, f. 97^v; DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium universitatis Parisiensis*, t. I, n° 255.)

« Universitati magistrorum et scolarium Salamantinorum. Dignum arbitramur et congruum, quod hii, qui agrum studii cotidianis lectionibus excolunt ut valeant percipere scientie margaritam, in sue petitionibus invenisse nos gaudeant favorabiles et benignos, ut tanto eorum studium exerceatur liberius quanto favore apostolico se senserint communitos. Cum igitur, sicut ex tenore vestre petitionis accepimus, contingat interdum quod hii qui, semel examinati et approbati in Salamantino studio, in quacumque facultate quamquam inventi sint idonei ad regendum, nisi iteratum examen in eadem facultate subeant, alibi regere

minime permittantur, ut ne totiens examen subire oporteat eos, quotiens alibi regere ipsos contingit, provideri quieti vestre super hoc de benignitate apostolica petiistis. Nos igitur. carissimi in Christo filii nostri .., regis Castelle ac Legionis illustris, ac vestris supplicationibus inclinati, ut, postquam aliquis magistrorum vel scolarium in Salamantino studio in quacumque facultate examine legitimo precedente inventus fuerit idoneus ad regendum, in quolibet generali studio, Parisiensi et Bononiensi dumtaxat exceptis, in facultate ipsa pro qua ibi semel examen subiit sine iterato examine ac alicujus contradictione regere valeat, vobis et vestris successoribus auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno primo. »

824

Anagni, 30 septembre 1255.

Infrascriptis indulget, ut possint ad invicem matrimonialiter copulari, nou obstante quod alter reliquum quarto consanguinitatis gradu attingat. (REG. 24, c. 654, f. 94^v.)

« Nobili viro Ade de Gurdun, militi, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Constantie de Ponte longo, nate Johanni de Vernuz, Wintoniensis diocesis. Romani pontificis precellens —. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

825Anagni, 1^{er} octobre 1255.

Archidiacono Vallis Positae in ecclesia Burgensi mandat, quatinus de canonicatu ecclesiae Legionensis Marco Dominici, clero Legionensi, provideat, cui jam Egidius ss. Cosmae et Damiani diaconus cardinalis per litteras Perusii X kalendas martii MCCLIII datas canonicatum ipsu contulit, Martinus autem Johannis, Compostellanus canonicus, diripuit. (REG. 24, c. 655, f. 97^v.)

« .., archidiacono Vallis Posite in ecclesia Burgensi. In nostra constitutus presentia dilectus filius Marcus Dominici, clericus Legionensis, nobis exposuit, quod, cum felicis recordationis I. papa. predecessor noster, bone memorie E., sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, viva voce mandasset, ut dicto M. in Legionensi ecclesia de canonica cum prebenda et cum plenitudine juris canonici provideret, idem cardinalis vacantem in ecclesia ipsa prebendam per mortem Aprilis, ecclesie predictae archidiaconi, dicto M. contulit eumque de ipsa per suum annulum investivit, prout in ip-

sius cardinalis patentibus litteris inde confectis plenius continetur, quarum tenor talis est :

Pérouse, 20 février 1253.

« Egidius, divina patientia sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis. dilecto clero suo Marco Dominici, alumpno ecclesie Legionensis, salutem et gratiam. Cum nos a domino papa specialiter acceperimus in mandatis, ut tibi provideremus de canonia cum prebenda et omni plenitudine juris canonici in eadem. et nos dudum in jamdicta ecclesia aliquas canonicas donationi nostre auctoritate apostolica duxerimus reservandas, decernendo irritum et inane si contra easdem reservationes aliquid contingeret attemptari. intellecto de morte Aprilis, archidiaconi Legionensis in Ceya, canoniam cum prebenda et omni plenitudine juris canonici quam idem Aprilis in Legionensi ecclesia obtinebat, auctoritate domini pape specialiter nobis commissa. tibi presenti conferimus et te per nostrum anulum investimus de eadem. Decernentes eadem auctoritate irritum et inane, si quid de ipsa canonia per quemcumque extiterit attemptatum, ac in contradictores et rebelles excommunicationis sententiam promulgamus. Dat. Perusii, X kalendas martii, anno dominice Nativitatis M^oCCLIII^o, pontificatus domini Innocentii pape IIII anno decimo. »

Tandem Martinus Johannis. Compostellanus canonicus. nunc archidiaconus Legionensis in Ceya, collationi hujusmodi se opponens. bone memorie ..., Portuensem episcopum, et quosdam alias ac demum Andream, cantorem Saresbiriensem, capellatum nostrum. sibi dari obtinuit auditorem, qui diffinitivam pro eodem Martino contra prefatum Marcum super dictis canonia et prebenda sententiam promulgavit. Cumque idem Marchus ab eadem sententia ad nostram audientiam appellasset. nos hujusmodi appellationis causam venerabili fratri nostro .., Prenestino episcopo, commisimus terminandam : qui, auditis partium rationibus plenis et discussis, predicti capellani sententiam confirmavit. Quare sepedictus Marcus humiliter postulavit a nobis, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur. non tam nostrum quam predecessoris nostri factum prosequi favorabiliter intendentem, ne prefatus Marcus frustretur gratia dudum sibi facta, mandamus quatinus eidem Marco per te vel per alium auctoritate nostra provideas de canonico ipsius ecclesie Legionensis cum plenitudine juris canonici. assignando sibi prebendam si qua vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas. eumque vel

nuncium seu procuratorem suum ejus nomine in ipsorum corporalem possessionem inducas et tuearis inductum. Contradictores etc. Non obstante certo ipsius ecclesie canonicorum numero, consuetudinibus contrariis quibuslibet et statutis. juramento, confirmatione Sedis apostolice vel quavis alia firmitate vallatis. seu si pro aliis scripta nostra direximus quibus nolumus etc. usque : generari, vel quod idem Marcus alias beneficiatus existit, sive si venerabili fratri nostro .., episcopo. et dilectis capitulo Legionensis a Sede sit indulturn eadem, quod ad provisionem alieujus compelli quodque interdici, suspendi vel excommunicari, seu de prebendis ejusdem ecclesie per alium alicui provideri non possit per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, sive quamcumque alia indulgentia eis a dicta Sede concessa, per quam presentibus non insertam ipsius Marci gratia impediri valeat vel differri. Nos enim decernimus irritum et inane, si secus de ipsa canonia et prebenda attemptari contigeret a quocumque. Dat. Anagnie, kalandis octobris, anno primo. »

826

Anagni, 30 septembre 1255.

Ludovico, regi Franciae, indulget, ut. si eum ad loca ecclesiastico supposita interdicto declinare contigerit, possit ibidem clausis januis, etc. audire divina. (Reg. 24, c. 656, f. 98.)

« Carissimo in Christo filio, Ludovico, regi Francie illustri. Pietas regis illius cui servire regnare est, non solum te regie dignitatis insignivit titulis et fecit in claritate nominis prepollentem, sed etiam de regno terreno celestis regni officiaris possessore, sanctis desideriis, rectis consiliis et justis operibus reddidit te insiginem, pios affectus cordi tuo per dies singulos sic inspirans, ut tibi votivum existat illa semper agere que sibi complacent, et in exequendis que ad honorem Ecclesie pertinent delecteris. Ex hoc igitur digne provenit ut aliqua supplicant benigne apostolica Sedes concedat que aliis etiam concedere minime consuevit. Hinc est quod nos, tuis supplicationibus favorabiliter annuentes, persone tue auctoritate presentium indulgemus, ut, si te ad loca ecclesiastico supposita interdicto declinare contigerit, tibi lieeat ibidem, clausis januis, non pulsatis campanis, interdictis et excommunicatis exclusis, audire divina, etiam si celebrentur eademi alta voce, dummodo ea audire interdicti et excommunicati non valeant supradicti, tuque causam non dedidis interdicto nec id tibi contingat specialiter interdicci.

Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris. anno primo. »

827

Anagni, 30 septembre 1255.

Margaritae, reginae Franciae, eamdem concedit facultatem.
(REG. 24, c. 656², f. 98.)

« *Carissime in Christo filie Margarite, regine Francie illustri. Tue merita sinceritatis — minime consuevit etc. ut in alia per totum usque in finem.* »

828

Anagni, 22 septembre 1255.

Plebano ecclesiae de Wyl indulget, ut, non obstante consuetudine Constantiensis diocesis, usurarios, homicidas et incendiarios poenitentes et apud ecclesiam de Wyl sepulturam eligentes sepelire valeas. (REG. 24, c. 657, f. 98; BERNOULLI, *Acta pontif. helvet.*, t. I, n° 650)

« ... plebano ecclesie de Wile, Constantiensis diocesis. Cum, sicut nobis exponere curavisti, in civitate et diocesi Constantiensibus de consuetudine, que corruptela dicenda est potius, habeatur, ut omnes usurarii, homicide et incendiarii manifesti, quantumcunque satisfactionem plenariam et penitentiam egerint de commissis, cum deceidunt, eorum corpora tradi non debeant ecclesiastice sepulture, nobis humiliter supplicasti, ut parrocchianis ecclesie tue et aliis qui apud eandem ecclesiam sibi elegerint sepulturum, (et) providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, ut illorum corpora cum deceidunt qui se apud dictam ecclesiam elegerint sepeliri, si tibi constiterit eos super hiis que circa predicta commiserunt satisfactionem plenariam prestitisse, consuetudine hujusmodi non obstante, libere apud eandem ecclesiam facere valeas sepeliri, auctoritate tibi presentium indulgemus. Salva tanien canonica portione illarum ecclesiarum a quibus defunctorum corpora assumuntur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

829Anagni, 1^{er} octobre 1255.

Ber[nardo], electo Anitiensi, confirmat indulgentiam, ut usque ad triennium consecrationis munus recipere minime tenentur. (REG. 24, c. 658, f. 98.)

« *Ber., electo Anitiensi. Quia plurimi in cathedralium*

ecclesiarum electos assumpti consecrationem suam non absque ecclesiarum suarum periculo suscipere differunt et protelant, propter quod grave patiuntur ecclesie dispendium in nbrisque, nos, sub cujus cura ecclesie ipse consistunt, volentes ipsarum indemnitatibus occurrere, ut tenemur, de fratum nostrorum consilio, termini sex mensium omnium cathedralium ecclesiarum electis duximus statuendum, infra quem munus consecrationis suscipiant reverenter. Alioquin, nisi legitimo impedimento detenti fuerint, ab administratione spiritualium et temporalium noverint se suspensos. Quod si, non suscepto consecrationis munere, ultra predictum terminum retineant ecclesias aliis sex mensibus viduatas, extunc eisdem ecclesii auctoritate apostolica noverint se privatos, ac capitula et collegia et conventus, ad que electio pertinet predictorum, sibi providendi de aliis habeant auctoritate nostra liberam facultatem. Non obstante indulgentia eis a quocumque et sub quacumque verborum forma concessa, per quam adversus statutum hujusmodi possent in aliquo se tueri. Verum quia, sicut ex parte tua fuit propositum eoram nobis, tibi ut usque ad triennium hujusmodi consecrationis munus recipere minime tenearis, per nostras duximus litteras indulgendum, nos, volentes hujusmodi tibi gratiam integrum conservare, devotioni tue presentium tenore concedimus, ut indulgentia hujusmodi, predicto statuto nequaquam obstante, usque ad prefatum triennium suam obtineat firmitatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno primo. »

830

Anagni, 26 septembre 1255.

Episcopo Caturensi mandat, quatinus magistro Willelmo Lacosta, pauperi clero diocesis ipsius, de aliquo beneficio provideat. (REG. 24, c. 659, f. 98^v.)

« ... episcopo Caturensi. Ex parte dilecti filii magistri Willelmi Lacosta, pauperis clericis tue diocesis. fuit nobis immiliter supplicatum, ut, cum ipse, cui de litterarum scientia laudabile testimonium perhibetur, ut pote qui diu juris canonici et civilis studio instituisse dicitur et profecisse laudabiliter in codem, nullum sit adhuc ecclesiasticum beneficium assecentus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Pia igitur eum benivolentia prosequentes, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, si est ita, eidem clero secundum sue probitatis merita de aliquo ecclesiastico beneficio competenti ad cujuscumque collationem seu

presentationem spectante cum cura vel sine cura, nisi nulli alii de jure debito, si vacat ad presens vel quam cito ad id se facultas obtulerit in tua civitate vel dioecesi, dummodo sit idoneus et velit in illo personaliter residere, auctoritate nostra per te vel per alium provideas vel facias provideri. Non obstante si apostolica Sedes in ipsis civitate vel dioecesi vel tibi scripsit pro aliis quibus etc. usque : generari, seu si aliquibus est ab ipsa Sede indultum —. Contradictores etc. Preces nostras et mandatum taliter impleturus, quod amplecti negotium videaris. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno primo. »

831

Anagni, 27 septembre 1255.

Eidem concedit facultatem providendi de praebenda ecclesiae Caturcensis Petrum Barravi, juris civilis professorem, non obstante canonicorum numero. (REG. 24, c. 660, f. 98v.)

« *Eidem*. Tuam volentes honorare personam et per impensum tibi honorem alii providere, faciendi dilectum filium magistrum Petrum Barravi, juris civilis professorem, capellatum dilecti filii nostri O. sancti Adriani diaconi cardinalis, tuis obsequiis insistentem, in Caturdensi (*sic*) ecclesia, in qua collationem obtines ut dicitur prebendarum, in canonicum recipi et in fratre, ac providendi sibi per te vel per alium de praebenda, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, non obstante si ecclesia ipsa statutum habeat de certo canonicorum numero. juramento vel confirmatione Sedis apostolice seu quocumque alio munimine roboratum, aut si dictus magister alias beneficiatus existat, plenam tibi concedimus facultatem. Statuto hujusmodi post receptionem ipsius in suo robore duraturo. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno primo. »

832

Anagni, 26 septembre 1255.

Capitulo Ruthenensi concedit, ut magistrum Petrum Barravi praefatum, canonicum jam receptum, sed, quia erat de expectantibus ultra quaternarium numerum, privatum, de novo in canonicum et in fratrem recipiat, non obstante statuto de certo canonicorum numero. (REG. 24, c. 661, f. 98v.)

« *Capitulo Ruthenensi*. Exigentibus vestre devotionis —. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno primo. »

833

Anagni, 31 août 1255.

Monachis monasterii s. Stephani Basiacensis, Xanctonensis diocesis, pro expediendis negotiis monasterii praedicti et membrorum ejus ad Sedem apostolicam accendentibus et magna onera expensarum subeuntibus, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam trecentarum marcarum sterlingorum et obligandi usque ad summam bujusmodi abbatem, conventum et bona monasterii ac membrorum ejus. (REG. 24, c. 662, f. 98v.)

« *Ranulfo dicto Corrion de Drokeone et Guillelmo de Valliaco prioribus et Iterio dicto Pater Noster, monachis monasterii sancti Stephani Baciensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis*. Cum sicut in —. Dat. Anagnie, II kalendas septembres, anno primo. »

834

Anagni, 17 septembre 1255.

Infrascripto indulget, ut, praeter beneficium ecclesiasticum jam obtentum, duo alia similem curam animarum habentia recipere valeat. (REG. 24, c. 663, f. 98v.)

« *Magistro Ade de Duedone, rectori ecclesie Omnis Sanctorum juxta castrum Catteburgi, Eliensis diocesis*. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. pro magistro Ade de Lincolne, rectore ecclesie de Haruedone, Lincolnensis diocesis.

835

Anagni, 5 octobre 1255.

Conventum s. Swituni Wintoniensis, causam apud Sedem apostolicam contra electum Wintoniensem prosequentem, et nuntios ipsius sub b. Petri protectione suscipit. (REG. 24, c. 664, f. 98v.)

« *Wilhelmo de Tantone, capellano nostro, priori et conventui sancti Swituri Wintoniensis, ordinis sancti Benedicti*. Cum prosequamini apud Sedem apostolicam causam que inter vos ex parte una et dilectum filium .., electum Wintoniensem noscitur agitari, nos, vestris supplicationibus inclinati, vestras et adherentium in hoc volis personas euntes et morantes in Anglia et exinde redeuntes ac personas illorum quos, cum necesse ac vobis visum fuerit expedire, miseritis occasione cause hujusmodi sub beati Petri et nostra protectione

suscipimus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre protectionis etc. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno primo. »

836

Anagni, 22 septembre 1255.

Excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias contra Universitatem Salamantinam, absque speciali mandato Sedis apostolicae promulgatas, inanes declarat. (Reo. 24, c. 665, f. 99.)

« *Universitati magistrorum et scolarium Salamantinorum.* Non decet nos vobis apostolicum negare favorem quem nobis vestris videmini meritis comparare, dum, dantes operam sapientie que plurimum vos delectat, nostre vos gratie cooptatis. Hinc est quod, quieti vestre paterne volentes diligentia providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nullus in Universitatem magistrorum vel scolarium seu rectorem vel procuratorem aut quemquam alium pro facto vel occasione Universitatis excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias valeat promulgare, absque Sedis apostolice licentia speciali, et, si fuerint promulgatae, ipso jure sint irrite et inanes. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post triennium etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

837

Anagni, 7 octobre 1255.

Episcopo Clugiensi mandat, quatinus P., prioris s. Mariae in Portu, cessionem recipiat, ei congruam provisionem assignando. (Reo. 24, c. 666, f. 99.)

« ..., episcopo Clugiensi. Dilectus filius P., prior ecclesie sancte Marie in Portu, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Ravennatis diocesis, quieti proprie ac saluti consulere cupiens subditorum, humili nobis instantia supplicavit, ut, cum ipse languore insanabili et nimia debilitate gravatus non sufficiat hujusmodi prioratus onera supportare, ne propter ejus insufficientiam vel defectum pati contingat ad eandem ecclesiam dispensum vel jactura, cedendi ipsius regimine sibi licentiam de apostolice Sedis providentia concedere curaremus. Nos itaque, de tue circumspetionis sinceritate plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatinus cessionem ipsius recipiens vice nostra de aliqua obedientia vel de proventibus ejusdem ecclesie, consideratis ipsius facultatibus, meritis et conditione persone

que in eadem ecclesia laudabiliter dicitur ministrasse, congruam sibi provisionem assignes, de qua congrue ac honeste quoad vixerit valeat sustentari. Non obstante si eidem ecclesie sit indulatum, quod ad provisionem alicujus nequeat coartari. Contradictores. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno primo. »

838

Anagni, 17 septembre 1255.

Episcopo Mindensi mandat, ut confirmare procuret Themonem monasterii Corbeiensis, ordinis s. Benedicti, Padburnensis diocesis, abbatem, a priore, praeposito et conventu electum, faciens eidem obedientiam exhiberi et recepturus ab eo pro pontifice fidelitatis solitae juramentum. (Reo. 24, c. 667, f. 99.)

« ..., episcopo Mindensi. Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Anagnie, XV kalendas octobris, anno primo. »

839

Anagni, 30 septembre 1255.

Richardo, abbatи monasterii Montis S. Michaelis de Pericolo maris, concedit facultatem retinendi, ad manus ejus, quoad vixerit, unum de prioratibus monasterii. (Reo. 24, c. 668, f. 99.)

« Riccardo, abbatи monasterii Montis Sancti Michaelis de Pericolo maris, ordinis sancti Benedicti, Abrincensis diocesis. Volentes tua et monasterii tui gravamina paterna diligentia relevare, retinendi ad manus tuas, quoad vixeris et monasterium sancti Michaelis de Pericolo maris, ordinis sancti Benedicti, Abrincensis diocesis, prefueris, unum de prioratibus monasterio ejusdem subjectis ac compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, non obstante si eis quod suspendi, excommunicari vel interdici non valeant ab apostolica Sede concessum sit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem, proviso tamen ut eidem prioratui taliter facias deserviri quod divinis obsequiis non frandetur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

840

Anagni, 30 septembre 1255.

Abbatissae et conventui monasterii Coronae s. Mariae, Spirensis diocesis, quibus [Henricus], electus, et capitulum Spirenses concesserant, ut, propter defectum rerum naturalium ecclesiae de Haselach Spirensis diocesis, in qua jus patronatus habet conventus, cedente vel decedente ipsius rectore, possint possessionem eis irrequisitis ingredi et illam in usus proprios

retinere, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 669, f. 99; PORTHAST 16028.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii Corrone sancte Marie, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis. Religionis vestre meretur —. Dat. ut supra. »

841

Anagni, 30 septembre 1255.

Egeae, Colimbriensi episcopo, cuius proventus mensae sunt tenues et exiles, quoad vixerit conceditur facultas, ut s. Martini Montis Majoris de Perrogano et de Auco ecclesiarum proventus, qui, deductis oneribus, triginta marcarum annis singulis non excedunt, in usus praedictae mensae convertere valeat. (REG. 24, c. 670, f. 99.)

« Egee, Colimbriensi episcopo. Petitiones tuas eo —. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

842

Anagni, 5 octobre 1255.

Capitulo Virdunensi mandat, quatinus Roberto, Virdunensi electo, successori Jacobi nunc Jerosolymitani patriarchae, obedientiam impendant. (REG. 24, c. 671, f. 99r.)

« Capitulo Virdunensi. Debitum officii nostri requirit ut inter sollicitudines alias etc. usque : incrementum. Ad hoc enim nostra intendit intentio, circa id cogitatio nostra versatur et ad hoc omnem quam possumus opem et operam adhibemus, ut tales in partem sollicitudinis evocemus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrinam verbi sed operis informare, illumque prudenter regere studeant et in viam salubrium dirigere mandatorum, et qui subditis non preesse cupiant sed prodesse, ac commissas sibi ecclesias in statu pacifice et tranquillo velint et valeant gubernare. Sane venerabilis frater noster ..., patriarcha Jerosolimitanus, de Virdunensi ecclesia cui ante prefuerat ad Jerosolimitanam divina dispositione translato, nos, qui ex jugo apostolice servitutis universis sumus ecclesiis obligati, attendentes quod, si predicte Virdunensis ecclesie provisio differretur, multis subiceretur periculis et gravia in spiritualibus et temporalibus detrimenta subiret, ac volentes propter hoc eidem Virdunensi de pastore idoneo celeriter providere, dilectum filium magistrum Robertum. Virdunensem electum, tunc camerarium dilecti filii nostri I., sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, virum utique litteratum, morum honestate conspicuum, consilio providuum et in spiritualibus et temporalibus circumspectum ac-

ceptumque nobis et nostris fratribus sue probitatis merito, predicte Virdunensi ecclesie in episcopum et pastorem prefecimus, de fratrum corundem consilio et apostolice plenitudine potestatis, sperantes quod sua circumspectione laudabili et providentia circumspecta ipsa ecclesia tam circa spiritualia quam temporalia gratis tribuente Domino proficiet increnentis. Ideoque universitati vestre mandamus, quatinus eum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam etc. usque : observari. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Virdunensium.

In e. m. populo civitatis et diocesis Virdunensium usque : suscipientes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Dat. ut supra.

In e. m. universis vassallis ecclesie Virdunensis usque : suscipientes, fidelitatis sibi jumenta prestare curetis. Alioquin sententiam sive penam quam idem spiritualiter rite tulerit in rebelles ratam etc. usque : observari. Dat. ut supra.

843

Anagni, 6 septembre 1255.

Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat, quatinus paeceptor et fratribus Militiae Templi in Francia, quos nonnulli clerici et laici molestant, complementum justitiae exhibeat. (REG. 24, c. 672, f. 99v.)

« ... abbati sancte Genovefae Parisiensis. Dignum esse conspicimus et necessarium arbitramur, ut hii favore Sedis apostolice foveantur, qui, consanguineorum suorum affectu deposito, Dei, non hominis, prelum prelantur. Sane dilectorum filiorum .., preceptoris, et fratrum Militie Templi in Francia nobis exhibita petitio continebat, quod nonnulli clerici et laici, ad eos debitam reverentiam non habentes, ipsos in personis et bonis eorum presumunt indebitate molestare. Verum, cum ordinarii injuriatorum ipsorum, eisdem preceptor et fratribus ac ipsorum exemptionis libertatibus invidentes, in exhibendo justitiam, ne talibus se interdum recedant difficiles et etiam negligentes, ipsisque nimis difficile ac dispendiosum existat pro singulis injuriis apostolicam Sedem adire, nolis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis in hac parte de benignitate Sedis apostolice curaremus. Quocirca mandamus, quatinus prefatis preceptor et fratribus presidio defensionis assistens, exhibeas ipsis, cum ab eis fueris requisitus, de predictis injuriatoribus, eujusque conditionis vel dignitalis seu or-

dinis existant, per viam judicii justitie complementum, eos ad id, si necesse fuerit, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum —, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam etc. Presentibus post triennium etc. Dat. Anagnie, VIII idus septembris, anno primo. »

844

Anagni, 6 octobre 1255.

Infrascripto dispensat, ut, praeter beneficia ecclesiastica jam obtenta, unicum aliud beneficium ecclesiasticum similem curam animarum habens recipere valeat. (REG. 24, c. 673, f. 99v.)

« *Albrico de Fassampo, carissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglie clero.* Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, II nonas octobris, anno primo. »

845

Anagni, 7 octobre 1255.

Priori et conventui ecclesiae de Huntingdon, Lincolnensis diocesis, qui hospitum et pauperum ibi confluentum multitudinis causa onera gravia expensarum subire coguntur, retinendi propter hoc ecclesiam de Herefordia, ejusdem diocesis, XV marcas annuatim valentem, in usus proprios, cedente vel decedente rectore, concedit facultatem. (REG. 24, c. 674, f. 99v.)

« *., priori, et conventui ecclesie de Huntindone, ordinis sancti Augustini, Lincolnensis diocesis.* Ex devotionis vestre —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno primo. »

846

Anagni, 8 octobre 1255.

Infrascripto dispensat, ut, praeter beneficia ecclesiastica jam obtenta, duo alia beneficia similem curam animarum habentia recipere valeat. (REG. 24, c. 675, f. 100.)

« *Gilberto de Milleriis, carissimi in Christo filii nostri .., illustris regis Anglie clero.* Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, VIII idus octobris, anno primo. »

847

Anagni, 9 octobre 1255.

Infrascripto idem dispensat (REG. 24, c. 676, f. 100.)

« *Johanni dicto Le Falconer, carissimi in Christo filii*

nostri illustris regis Anglie clero. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno primo. »

848

Anagni, 7 octobre 1255.

Magistro et fratribus Hospitalis Jerosolymitani, ne Hospitale ipsum irreparabiliter in grave Terrae Sanctae periculum collabatur, concedit redemptiones voti Crucesignatorum, restitutions usurariorum in ultima voluntate, legataque a testamento in subsidium dictae Terrae extra regnum Alamauniae. (REG. 24, c. 677, f. 100.)

« *., magistro et fratribus Hospitalis Jerosolimitani.* Cun, sicut accepimus, hospitale vestrum importabili prematur sarcina debitorum, a qua per proprios redditus et proventus propter malitiam temporis nimium diminutos et vix sufficietes voragini usurarum exonerari non potest, nisi eisdem feratur presidium aliunde. nos, vestris necessitatibus paterno compatientes affectu, et ne hospitale ipsum ut timetur irreparabiliter in grave Terre Sancte periculum collabatur, remedio quo possumus sibi subvenire volentes, quod de redemptionibus votorum Crucesignatorum in predictae Terrae subsidium quos a prosecutione voti sui paupertas vel probabilis personarum debilitas seu obtenta per Seden apostolicam dispensatio communitatis in reale subsidium personale, executionem voti hujusmodi excusabat, necnon et de usuris, rapinis et alias quocumque modo illicite acquisitis que fideles mandant restitui in ultima voluntate vel dum vivunt, etiam si sospitate fruantur. restituere sunt parati, si quibus horum restitutio fieri debat inveniri omnino non possint: de testamentis quoque ipsorum fidelium que legantur in subsidium dictae Terrae, non expressis locis aliquibus vel personis, usque ac summam duorum milium marcaram argenti ubicumque locorum extra regnum Alamanie recipere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus: ita quod largientes vobis de hujusmodi ad restitutionem seu satisfactionem aliam pro hiis que vobis contulerint et eis per fraudis commentum restituta non fuerint minime teneantur, sed ad restituendum residuum, si quod fuerit, remaneant nichilominus obligati. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno primo. »

849

Anagni, 5 octobre 1255.

Archidiacono de Blavia, Burdegalensis diocesis, mandat, quatinus iterum Bertrandi se asserentem pauperem clericum

et in ecclesia saeculari s. Asterii Petragoricensis diocesis a cantore Albaterrensis ecclesiae provisum, abbatem et capitulo s. Asterii invitis, de provisione evellat. (REG. 24, c. 678, f. 100.)

« .., archidiacono de Blavia, Burdegalensis diocesis. Porrecta nobis ex parte dilectorum filiorum .., abbatis et capituli secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, petitio continebat, quod, cum Iterius Bertrandi, asserens se pauperem clericum ejusdem diocesis, nostras ad venerabilem fratrem nostrum .., Petragoricensem episcopum, super provisione sua in forma qua pro pauperibus clericis et scolaribus scribimus impetrasset litteras, inter alia continentes, ut eidem in sua civitate vel diocesi in aliqua ecclesiarum sibi subjectarum de beneficio provideret. .., cantor Albaterrensis ecclesie, Petragoricensis diocesis, cui super hoc dictus episcopus commiserat vices suas in predicta eorum ecclesia, in qua non ad dictum episcopum qui plurium beneficiorum collationem habere dinoscitur, sed ad eos dumtaxat prebendarum collatio pertinet, prefato clero eis invitis providit, auctoritate hujusmodi litterarum. propter quod ipsi ad apostolicam duxerunt providentiam recurrentem. Cum igitur intentionis nostre, cum diocesanis in hujusmodi forma scribimus, non existat, quod de beneficiis ad non suam collationem spectantibus, nisi hoc expresse habeatur nostris litteris, valeant providere, mandamus quatenus, si in litteris, quas memorato episcopo super hoc dicimur direxisse. quod de beneficio ad eujuscumque collationem spectante ipsi clero providere expressius non habetur, processibus super hoc habitis revocatis, prefatos ... abbatem, et capitulum ab eadem provisione prorsus absolvens, dictum clericum ab ipsorum super hoc molestatione, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compescas. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno primo. »

850

Anagni, 11 octobre 1255.

Decano et capitulo Briocensibus confirmat privilegia, quae singulatim recenset, scilicet : quod decanus majorem nomine ac re obtineat in Briocensi ecclesia dignitatem et vocem in capitulo ac sedem in choro primam post episcopum, necnon in recipiendis incenso et pace honorem similem habeat et sit in processionibus ultimus, eodem episcopo dumtaxat excepto, quod praefatus capitulum convocare possit ad tractandum de necessitatibus eorumdem, atque in sacerdotem si non fuerit teneatur infra annum promoveri, totiusque capitulo et clericorum chori curam gerat jurisdictionemque habeat proventibus

decimarum sibi deputatis fruendo. (REG. 24, c. 679, f. 100; POTTHAST 16045.)

« .., decano et capitulo Briocensibus. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno primo. »

851

Anagni, 30 septembre 1255.

Decano et capitulo Carnotensibus confirmat concessionem ab Innocentio papa IV datam residendi in villa Meduntae, quia nonnulli eorum familiares et cantor ecclesiae Magister Ragnaldus de Spina a burgensibus Carnotensibus interfici fuerunt. (REG. 24, c. 680, f. 100v.)

« .., decano et capitulo Carnotensibus. Ad audientiam nostram pervenit vos olim significasse felicis recordationis I. pape, predecessori nostro, quod, dudum inter burgenses Carnotenses ex parte una et servientes quorundam canonicorum ecclesie Carnotensis ex altera in festo Pentecostes contentione suborta, et duobus ex parte servientum ipsorum in contentione hujusmodi a quibusdam civibus Carnotensibus interfectis, et quibusdam canonicis ipsius ecclesie, ne punirentur ex hoc, in familiares suos recipientibus homicidas, quia quondam magister Ragnaldus de Spina, ecclesie predice cantor, quemdam ex eisdem canonicis de receptione laicum redarguit personarum, hujusmodi redargutionem idem canonicus moleste ferens ei fuit graviter comminatus, et ipse cantor sequenti nocte dum ad matutinas accederet extilit imperfectus. Cumque postmodum canonici Carnotenses id ad bone memorie .., Senonensis archiepiscopi, loci metropolitani, et suffraganeorum suorum audientiam deferre in provinciali concilio procurassent, iidem archiepiscopus et suffraganei ad civitatem Carnotensem ad inquirendum super hoc, prout ad ipsorum spectabat officium, accedentes et excommunicantes omnes illos qui excessum hujusmodi palliato-ribus quibuscumque seu fictoribus occultarent excommunicatis, prout erant, denuntiatis primitus, tam qui procuraverant quam illis quorum consilio seu auxilio vel favore fuerat scelus hujusmodi perpetratum, in detestationem ipsius criminis et pro eo quod non erat tumultum, ipsis canonicis volentibus super hoc honorem ecclesie Carnotensis prosequi, in civitate Carnotensi morari de consensu majoris partis capituli Carnotensis deliberatione provida ipsius auctoritate concilii statuerunt, ut in villa Medunte, Carnotensis diocesis, capitulum residenceat Carnotense, ac in ecclesia beate Marie loci ejusdem horas et officia sicut in ecclesia Carnotensi celebrent et faciant infra muros ejusdem

ville ipsorum singuli residentias consuetas, distributio-
nibus cotidianis et proventibus prebendarum eodem
modo et ordine ibidem ac si essent Carnoti vel abessent
ministrandis et etiam subtrahendis; nec alibi capitul-
lumi fiat neque tractetur de electionibus vel aliquibus
aliis negotiis tam spiritualibus quam temporalibus
pertinentibus ad ecclesiam Carnotensem, nec in ea
prefati canonici celebrent, antequam foret super hoc
aliter ordinatum, idem auctoritate predecessor processus
hujusmodi quem precepit firmiter observari per
suas duxit litteras approbandum. Porro cum vos, juramento
prestito secundum consuetudinem ejusdem Carnotensis ecclesie, teneremini residentias infra muros
civitatis facere Carnotensis, de quo in eisdem litteris
mentio non fiebat, ne juramentum ipsum in favorem
prefate Carnotensis ecclesie introductum in enormem
ipsius lesionem redundare ac injusmodi occasione
negotii predicti processus contingere impediri, dictus
predecessor, vestris precibus inclinatus, vobis
duxit per suas litteras indulgendum, ut juramento
et consuetudine antedictis seu quolibet statuto supradicte Carnotensis ecclesie contrario, juramento,
confirmatione Sedis apostolice aut quacunque alia
roboratione nequam obstantibus, in nominata villa
Medunte absque nota vel reatu perjurii primas et
alias residentias facere valeatis, prout consueverat hactenus
in supradicta ecclesia Carnotensi, donec super
premissis ad honorem Dei et ecclesie supradicte esset
ordinatum aliter vel provisum; nichilominus venerabili
fratri nostro H., archiepiscopo Senonensi, ab eodem
predecessore suis litteris sub certa forma injuncto, ut,
si aliqui de sepedieta ecclesia Carnotensi vel aliunde,
sive forent persone aut canonici seu clerici vel laici,
contra concessionis ejusdem predecessoris ac predicti
processus tenorem venire vel aliquid attemptare pre-
sumerent, idein archiepiscopus eos cum suffraganeorum
suorum consilio clericos monitione premissa per cen-
suram ecclesiasticam ac prebendarum seu beneficio-
rum suorum proventuum subtractionem, laicos vero
districione qua deceret ad predicti observationem
statuti appellatione remota compescens, statutum ip-
sum observantibus ac in eadem ecclesia de Medunta
residentiam facientibus supradictam, eorumdem beneficio-
rum et prebendarum proventus neonon et cotidia-
nas distributiones que consueverunt residentibus in
Carnotensi ecclesia exhiberi ac si residerent in ipsa
Carnotensi ecclesia integre faceret ministrari. Ceterum
licet supradictus predecessor vobis ut, non obstante
juramento quod prestitistis de faciendo primas et alias
residentias in supradicta Carnotensi ecclesia, possetis

easdem residentias facere in premissa ecclesia ville de
Medunta ut premissum est, duxerit indulgendum, quia
tamen in statutis ipsis Carnotensis ecclesie haberi di-
citur ut super solutione juramenti hujusmodi non
impetraretis litteras apostolicas, nec uteremini etiam
impetratis, propter quod uti concessione hujusmodi si-
cuit accepimus formidatis, auctoritate vobis presentium
indulgamus, ut litteris et concessione premissis uti li-
bere valeatis, juramento non obstante predicto, quo-
unque status ejusdem Carnotensis ecclesie in melius fue-
rit reformatus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat.
Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

852

Anagni, 7 octobre 1255.

Archiepiscopo Senonensi indulget, ut visitatio alicujus de
diocesis ejus provinciae per transitum in alteri diocesi non
debeat impediri. (Reg. 24, c. 681, f. 100v.)

« ... , archiepiscopo Senonensi. Fraternitatis tue pre-
cibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulge-
mus, ut, si, dum visitas aliquam de diocesis tue pro-
vincie, transeundo de uno monasterio ad aliud per
aliquam partem alterius diocesis transitum facere te
contingat, non debeat propter hoc, quantum ad dioce-
sim quam visitas, quasi de ipsa egressus fueris tua vi-
sitatio impediri, maxime si in alia diocesi non pernoctes
nec visites tune eandem. Nulli etc. nostre conces-
sionis etc. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno primo. »

853

Anagni, 7 octobre 1255.

Cancellario Tolosano concedit facultatem absolvendi ecclae-
siae scolares manus violentas in clericos injicientes. (Reg. 24,
c. 682, f. 100v.)

« ... , cancellario Tholosano. Cum proni sint sensus
hominis ad malum ab adolescentia sua, libenter eis re-
media procuramus quibus irruentis actores mortis sa-
lubriter valeant declinare. Hinc est quod, universitatis dilectorum filiorum magistrorum et scolarium civitatis
Tholose devotis supplicationibus inclinati, absolvendi
juxta formam ecclesie scolares hujusmodi ab excom-
municationis sententia quam inciendo manus violentas
in clericos incurrerunt vel forte incurrerent, dummodo non fuerit adeo gravis et enormis excessus quod
merito essent propter hoc ad Sedem apostolicam trans-
mittendi, auctoritate tibi presentium concedimus fa-
cultatem. Proviso quod passim injuriam facias satisfieri
competenter. Presentibus post triennium etc. Dat.
Anagnie, VII idus octobris, anno primo. »

854

Anagni, 22 septembre 1255.

Idem indulget magistro scolarum Salamantino. (REG. 24, c. 683, f. 101.)

« ... , magistro scolarum Salamantino. Consideratis circumstantiis temporum et locorum, rigor justitie debet aliquando mansuetudine temporari, ut vini mordacitas lenitate olei mitigetur, et peccator in profundum malorum non veniat et contendat, presertim cum sine dispendio ecclesiarum usque quaque servari non possit rigor ecclesiastice discipline. Sane, cum sepe contingat, ut dicitur, quod in civitate Salamantina plures doctores et scolares, propter violentas manuum injectiones in clericos excommunicati, decedant, ac alii redeuntes ad propria promoveantur ad ordines, absolutionis beneficio non obtento. Unde propter irregularitatem quam incurruunt improvide in hujusmodi multi nolentes suum confiteri delictum, paupertate vel infirmitate gravati, vel alias imbecillitate animi dormientes, ne confessi ad Sedem apostolicam transmittantur, in peccatis suis miserabiliter moriuntur. Nos igitur, super hujusmodi periculis volentes eisdem doctoribus et scolaribus paterna sollicitudine providere, quorum nolumus, sicut nec expedit, studium per absentiam impediri, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ipsis, qui ad invicem in se vel alias personas ecclesiasticas manus injecerint violentas, nisi tam gravis ac enormis fuerit excessus ut merito sint ad Sedem apostolicam destinandi, juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impeendas, mandans eis sub delito prestiti juramenti ut passis injuriam satisfaciant competenter et in similibus de cetero non excedant. Quod si satisfacere forte noluerint, ipsis in excommunicationis vinculum reinducas. Presentibus post triennium etc. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

855

Anagni, 30 septembre 1255.

Civitatem Brundusinam, ad instar Innocentii papae IV, a Tarentini principatus dominio eximit, castra Horiae, Gallipoli ac Nericone ac terram Austunii ei conferendo. (REG. 24, c. 684, f. 101)

« ... , potestati, consilio et communi civitatis Brundusine, fidelibus nostris. Quia vestre integritas fidei, devotionis sinceritas et inviolabilis constantie firmitas clare patent, omittimus liec adpresens commendatoriis explicare sermonibus, verba laudis postponimus. nunc de ipsis nec ad eorum preconium stilum producimus, sed

ALEXANDRE IV, t. I.

potius in hiis calamum quodammodo cohartamus. Quoniam, etsi digne laudare vellemus, vix forsitan possent facta exprimi plene dictis, nec ad commendationem idoneam verba suppeterent, quia re vera plus res gesta continet quam sermo posset prolixior enarrare. Tanti namque meriti magnitudo verborum tenore non capitur, nec certas suscipit laudum metas, que velud immensa quasi super egreditur facultatem. Restat igitur ut vos qui sicut fortes et constantes viriliter propugnatis pro Ecclesie matris honore ac vestra et communi patrie libertate, in ejusdem Ecclesie fidelitate persistentes, congruis firmemus favoribus et civitatem vestram condignis gratiarum titulis exalteamus. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, felicis recordationis I. papa predecessor noster vos et civitatem ipsam in demanum Ecclesie Romane receperit, prout in ipsis predecessoris privilegio super hoc obtento plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem predecessor factum est, in hac parte ratum habentes et gratum ac auctoritate apostolica confirmantes, civitatem ipsam, cum ejus districtu ac principatu Tarentino, et tam ab ipsis principatus quam Manfredi quondam principis Tarentini demanio et dominio, quamquam sicut asseritis nunquam civitas eadem de prefatis principatu et dominio fuerit, ad maiorem tamen certitudinem perpetuis temporibus duximus eximendam. Habendi quoque commune perpetuo ac assumendi potestates pro ipsis regimine civitatis, dummodo fideles et devotos Ecclesie assumatis, liberam vobis concedimus tenore presentium facultatem. Sane, ut ex affluentia beneficiorum ejusdem Ecclesie exultet ipsa civitas gaudio pleniori, Horie, Gallipoli ac Nericone castra ac terram Austunii cum omnibus juribus et pertinentiis eorundem vobis et prediecte civitati subdebitis et consuetis servitiis conferimus de gratia speciali, dummodo nulli, excepto predicto Manfredo, ex concessione hujusmodi prejudicium generetur. Stantentes ut castra et terra eadem in perpetuum de districtu vestro existant et de ipso districtu de cetero censeantur. Concedimus insuper quod cives Brundusini cum eorum mercimoniiis quascunque civitates et quemque castra et alia loca regni Sicilie tam per mare quam per terram intrare et exire ac vendere et emere ibidem mercimonia que voluerint libere valeant, ita quod ad alicujus portuatici vel plateatici, rivagii seu pedagii sive cuiuslibet alterius juris seu diricti ad nos et predictam spectantis Ecclesiam nullatenus teneantur. Nulli etc. nostre confirmationis, exemptionis, concessionis, collationis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

856

Anagni, 19 octobre 1255.

Infrascripto indulget, ut, praeter beneficia jam obtenta, quorum proventus triginta et octo marcarum argenti valentiam annuam non excedant, unicum aliud beneficium vel duo usque ad valorem annum LX marcarum argenti recipere valeat. (Reg. 24, c. 685, f. 101.)

« *Magistro Henrico dicto Samson, rectori ecclesie de Esto ne, Lincolnensis diocesis. Cum sicut exposita —. Dat. Anagnie, XIII kalendas noveinbris, anno primo.* »

857

Anagni, 30 septembre 1255.

Abbati monasterii Montis S. Michaelis de Periculo maris concedit facultatem retinendi ad manus proprias quoad vixerit duos de prioratibus monasterii. (Reg. 24, c. 686, f. 101.)

« *.., abbati monasterii Montis Sancti Michaelis de Periculo maris, ordinis sancti Benedicti, Abrincensis diocesis. Volentes tua et monasterii tui gravamina paterna diligentia relevare, retinendi ad manus tuas quoad vixeris et monasterio Montis Sancti Michaelis de Periculo maris, ordinis sancti Benedicti. Abrincensis diocesis, prefueris, duos de prioratibus monasterii eidem subjectis, ac compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, non obstante si eis quod excommunicari, suspendi vel interdici non valeant ab apostolica Sede concessum sit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Proviso ut eisdem prioratibus taliter deserviri facias quod divinis obsequiis non fraudentur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo.* »

858

Anagni, 20 octobre 1255.

Archiepiscopo Bituricensi mandat, quatinus dispensem Gaufrido de Baugenciacu et Ailidi de Gratiaco, consanguineis, in matrimonio contracto remaneant. (Reg. 24, c. 687, f. 101.)

« *... archiepiscopo Bituricensi. Attenta Sedis apostolice circumscriptio etc. usque : semper agat. Sane dilectus filius Gaufridus de Baugenciacu, miles. et Ailidis de Gratiaco, uxor ejus, tue diocesis. nobis significare curarunt, quod , cum ipsi matrimonium in facie Ecclesie sollempniter contraxissent, in quo nullo reclamante penitus longo tempore permanerunt, tandem intellexerunt quod quondam Stephanus de Manso Girardi, cuius eadem Ailidis uxor extitit, eundem militem quartam consanguinitatis linea contingebat. Quare nobis lunuliter supplicarunt ut, cum non possint sic absque ani-*

maruin periculo remanere, providere super hoc de benignitate Sedis apostolice curaremus. Nos igitur, eorum supplicationibus inclinati, mandamus quatinus cum eisdem quod, impedimento non obstante predicto, in matrimonio sic contracto remanere licite valeant, ita quod filii suscepti et suscipiendi ex eis legitimi censeantur, auctoritate nostra dispenses. Susceptos autem filios ad ea paterna bona admitti volumus, de quibus pater disponere potest pro sue arbitrio voluntatis. Dat. Anagnie, XIII kalendas noveinbris, anno primo. »

859

Anagni, 20 octobre 1255.

Abbati s. Stephani Terdonensis mandat, ut monasterio s. Alberti de Vallenitie, diocesis Terdonensis, ordinis s. Benedicti, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio dicitur pertinere cujusque duobus annis jam vacantis provisio ad Sedem apostolicam est devoluta, quod insuper, « *ejectis inde monachis, a quibusdam clericis secularibus et laicis dicitur detineri* », personam idoneam praeficiat in abbatem ac ei faciat munus benedictionis impendi. (Reg. 24, c. 688, f. 101v.)

« *... abbati sancti Stephani Terdonensis. Cum sicut accipimus —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembris, anno primo.* »

860

Anagni, 14 octobre 1255.

Infrascriptis indulget ut, non obstante quod quarto consanguinitatis gradu se attinent, ad invicem matrimonium licite possint contrahere. (Reg. 24, c. 689, f. 101v.)

« *Walterotto de Vezano militi et Milie, nate nobilis viri Marobotini de Celasco, Lunensis diocesis. Consuevit Sedes apostolica —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno primo.* »

861

Anagni, 16 septembre 1255.

Regis Castellae et Legionis precibus inclinatus, dispensat ut nobilis vir Rodericus de Medina, Salamantinae diocesis, ad sedandas graves inimicitias dudum inter se et Moreyonis de Medina militis progenitores exortas, possit contrahere matrimonium cum Ylana, nata ipsius Moreyonis, ipsum quarto gradu consanguinitatis attingente. (Reg. 24, c. 690, f. 101v.)

« *Nobili viro Roderico de Medina, Salamantine diocesis. Cum suimus pontifex —. Dat. Anagnie, XVI kalendas octobris, anno primo.* »

862

Anagni, 17 octobre 1255.

[Lupo], episcopo Marrochitano, apostolicae Sedis legato, praedicatori crucis per Hispaniam pro negotio Africæ, concedit facultatem absolvendi manuum injectores de terra [Alphonsi], regis Castellæ et Legionis, ac incendiarios, dumtaxat cruce signatos et assumentes etiam signum erucis, et commutandi in dicta terra abstinentiae ac peregrinationis vota in voto africano. (REG. 24, c. 691, f. 101v.)

« .., episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato. Cum tibi in —. Dat. Anagnie, XVI kalendas novembris, anno primo. »

863

Anagni, 19 octobre 1255.

Regi Castellæ concedit, ut apud Salamantinam civitatem in facultatibus noviter erectis jura civilia per triennium audiantur. (REG. 24, c. 692, f. 101v.)

« ... regi Castelle illustri. Quoniam ab antiquo scientia et militia concomitari se solent, quia vero strenuis et electa militia, ibi sollempne ac celebre studium habebatur, excellentie tue profecto interrerat (sic) regnum tuum amare scientia, quod militari strenuitate dinoscitur decorari. Hac siquidem ratione inductus, in regno tuo apud Salamantinam civitatem, consideratis circumstantiis universis, de consilio prelatorum ejusdem regni generale, de quo te commendamus plurimum, statuisti studium, et magistris in singulis facultatibus regentibus de anno certo salario providisti. Ut igitur idem studium optata recipiat incrementa, omnibus ibidem studere voluntibus, regularibus dumtaxat exceptis, presentium auctoritate concedimus, ut in eadem civitate jura civilia per triennium proximo venturum audire valeant, constitutione contraria non obstante. Dat. Anagnie, XIIIII kalendas novembris, anno primo. »

864

Anagni, 12 octobre 1255.

Petro Johannis, Compostellani archiepiscopi consanguineo, indulget, ut, cum thesauraria ecclesiae Auriensis, beneficium de Caldelis animarum curam habens, non obstante constitutione bonae memoriae I. Sabinensis episcopi tunc in partibus illis apostolicae Sedis tegati, retinere libere valeat. (REG. 24, c. 693, f. 101v.)

« Petro Johannis, thesaurario ecclesie Auriensis. Vite laudabilis et —. Dat. Anagnie, IIII idus octobris, anno primo. »

865

Anagni, 14 octobre 1255.

Willelmum] regem Romanorum hortatur, ut benignus et favorabilis existat Merkeleno, militi, quondam Roccae Sorellae castellano et Agneti, uxori ejus, S. Sedi devotis. (REG. 24, c. 694, f. 102; RODENBERG, t. III, n° 415.)

« W., regi Romanorum illustri. Quia inter devotos apostolice Sedis aliquos propter majora ipsorum merita uberiori complecti dilectione lenemur, digne illis, cum aliis benigni et propitii extimemus (sic), benivoli magis et favorabiles invenimur; immo, ne nosler circa tales secundus affectus defectum aliquem in effectu contineat, sed in illo exuberet ad profectum, convenit, ut congruis ipsos honoribus studeamus attollere, non solum gratie nostre gremium eis manu explicando munisca, sed eorum commoda penes alios affectuos studio procurando. Cum itaque dilectus filius Marrolinus, miles, quondam castellanus Rocce Sorelle, devotus noster, felicis recordationis I. pape predecessori nostro ac nobis poslmodum in negotio regni Sicilie adeo grandia et devota obsequia exhibuerit, quod apostolice Sedis gratiam et favorem sibi exinde merito comparavit, nos, volentes ut tuam propter hoc serenam sentiat voluntatem, excellentiam tuam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem Merkelinum (sic) et nobilem mulierem Agnetem, uxorem ejus, habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, in cunctis eorum agendis eis favorabilis et benignus existas, ita quod exinde gaudeant se nobis et prediecte Sedi fuisse devotos, nosque serenitatem tuam dignis in Domino laudibus merito commendemus. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno primo. »

866

Anagni, 16 octobre 1255.

Priorissae et conventui monasterii s. Nicolai ad Canes Argentinensis, ordinis Praedicatorum, notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum ecclesiam in festo b. Nicolai accesserint annuatim, indulgentiam XL dierum elargiri. (REG. 24, c. 695, f. 102; POTTHAST 16061.)

« .., priorisse et conventui monasterii sancti Nicolai ad Canes Argentinensis, ordinis Predicorum. In sanctorum festivitatibus —. Dat. Anagnie, XVII kalendas novembris, anno primo. »

867

Anagni, 16 octobre 1255.

Eisdem poenitentibus qui eandem ecclesiam in die suae de-

dicationis accesserint annuatim, indulgentiam XI. dierum concedit. (R^{eg}. 24, c. 696, f. 102; POTTHAST 16062.)

« *Eisdem. Si juxta divine —. Dat. ut supra.* »

868

Naples, 30 mai 1255.

Obtentu I., tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, et sicut consuevit « apostolica Sedes circa litteratos notos et alias benemeritos », Rogerio Luvello de Withetone, regis Anglorum clero, dispensat, ut, duobus de beneficiis quae nunc obtinet libere resignatis, duo alia loco ipsorum et praeter eadem alia duo quaecumque beneficia recipere valeat. (R^{eg}. 24, c. 697, f. 102.)

« *Rogerio Luvello de Withetone, clero carissimi in Christo filii nostri .., regis Anglorum, capellano nostro, rectori ecclesie de Tantone, Exoniensis diocesis. Etsi eis frenis quorumdam —. Dat. Neapoli, III kalendas junii, anno primo* » (1).

869

Anagni, 18 novembre 1255.

Commune Pennae de Luce, Theatinae dioecesis, olim in domino quondam Friderici imperatoris detentum, in domino Romanae Ecclesiae retinet. (R^{eg}. 24, c. 699, f. 102v.)

« *Communi Penne de Luce, Theatine diocesis. Ut jugiter erga Sedem apostolicam eo magis vestra fidelitas ferreat et devotione accendatur, quo ab ea, velut filii speciales uberiorem gratiam consecuti, vos leni ejus senseritis gremio favorabiliter confoveri, laudabile desiderium quo ejusdem Sedis dulce ac suave dominium affectantes, ei perpetuo cupitis obsequi famulatu benevolo considerantes affectum, petitiones vestras ad gratiam exauditionis clementer admittimus et benigne in eis annuimus votis vestris. Proinde, cum, sicut asseritis, quondam Fr. olim Romanorum imperator, dum gratiam Ecclesie obtineret, terram vestram construxerit et ad habitationem ipsius tam de imperii quam de quorundam demaniorum suorum terris hominibus convocatis, vos et terram ipsam tenuerit quandiu vixerit in suo demanio speciali, vestris supplicationibus inclinati, vos et terram eandem cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis in demanio nostro et Romane Ecclesie retinemus. Volentes ut, sicut in demanio prefati Fr. fuistis, sic vos et posteri vestri deinceps demanio ipsius Ecclesie perpetuo maneat. Nulli etc. nostre re-*

ceptionis etc. Dat. Anagnie, XV kalendas novembbris, anno primo. »

870

Anagni, 18 octobre 1255.

Suggerio, electo Zamorensi, regi Castellae oportuno, differendi consecrationem etc. facultatem concedit. (R^{eg}. 24, c. 700, f. 102v.)

« *Suggerio, electo Zamorensi. Consuevit Sedes apostolica etc. usque; impetrari. Cum igitur, sicut ex parte carissimi in Christo filii nostri .., regis Castelle et Legionis illustris, fuit propositum coram nobis, tua sit ei persona plurimum oportuna, nos, ejusdem regis supplicationibus inclinati, differendi consecrationem tuam usque ad annum, ac interim utendi mitra et anulo, et dandi benedictionem sollempnem, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Proviso quod in episcopatu Zamorensi interim facias per aliquem episcopum episcopalia exerceri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra.* »

871

Anagni, 19 octobre 1255.

Eidem, obtentu regis Castellae, beneficia quae promotionis ipsius tempore obtinebat, ad exonerationem debitorum ipsius usque ad annum, usque scilicet ad consecrationem, reservat. (R^{eg}. 24, c. 701, f. 102v.)

« *Eidem. Cum inducti precibus —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembbris, anno primo.* »

872

Anagni, 19 octobre 1255.

Episcopo Silvensi mandat, ut Suggerio, electo Zamorensi, praedicta beneficia juxta concessionis apostolicae tenorem integre faciat exhiberi. (R^{eg}. 24, c. 702, f. 102v.)

« *... episcopo Silvensi. Cum inducti precibus —. Dat. Anagnie ut supra.* »

873

Anagni, 18 octobre 1255.

[Lupo], episcopo Marrochitano, apostolicae Sedis legato, concedit ut, cum [Alphonsus], rex Castellae et Legionis, in terris per eum recuperatis de Sarracenorum manibus, tres, videlicet Carthaginem, Silvensem et Pacensem, ecclesias crexerit cat-

(1) Il n'y a pas de capitulum 698.

thedrales, easdem limitet. (REO. 24, c. 703, f. 102v; POTTHAST 16066.)

« .., episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato. Cum carissimus in —. Dat. Anagnie, XV kalendas novembris, anno primo. »

874

Anagni, 14 octobre 1255.

Potestati et populo Anagninis induget, ut pro bannis, in quibus Ecclesiae Romanae tenentur, ei X libras annuatim persolvant. (REO. 24, c. 704, f. 102v; POTTHAST 16057.)

« .., potestati, et populo Anagninis. Probata fidei vestre —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno primo. »

875

Anagni, 23 octobre 1255.

Abbati et conventui monasterii Glastoniensis, Bathoniensis diocesis, concedit in usus fabricae ecclesiae Glastoniensis proventus ecclesiarum in quo patronatus jus habent. (REG. 24, c. 705, f. 102v.)

« ... abbati, et conventui monasterii Glastoniensis, ordinis sancti Benedicti, Bathoniensis diocesis. Cum, sicut nobis significare curastis, vos ecclesiam monasterii vestri Glastoniensis olim igne consumptam jamdiu edificare ceperitis opere sumptuoso et structure ipsius fabrice continue insistatis, quia vobis ad id proprie non suppetunt facultates, apostolice Sedis auxilium implorastis. Volentes igitur tam pio operi manum porrigere adiutricem, ut proventus ecclesiarum ipsarum, in quibus jus patronatus habetis ex nunc, cum earum quelibet vacare contigerit, per annum unum possitis percipere, in usus prediecte fabrice convertendos, non obstante si super eisdem ecclesiis pro aliquibus jam littere apostolice emanarunt, quibus nolumus prejudicium generari, auctoritate vobis presentium indulgemus: proviso quod ecclesie ipse debit is etc. usque: negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, X kalendas novembris, anno primo. »

876

Anagni, 31 juillet 1255.

Hospitale s. Peregrini de Alpibus sub sua protectione suscepit, de annuali censu et ordinationibus monachorum statuendo. (REG. 24, c. 706, f. 102v.)

« .., rectori, et fratribus hospitalis sancti Peregrini de

Alpibus inter Tusciam et Lombardiam in confinio Lucane, Regine et Mutinensis dioecesum existentis. Religionis hospitalitatis loca sue protectionis fovere presidio ac specialis gratie dono munire Sedes nonnunquam apostolica consuevit, ut persone in eis Domino servientes, digne apud ipsam precipui favoris se gaudeant patrocinia invenisse, per quos ibi redduntur obsequia grata Deo et prestantur quamplura proximo beneficia pietatis. Merito itaque Sedes ipsa, que disponente Domino super hujusmodi loca quin immo et super universas orbis ecclesias ordinate potestatis obtinet principatum, aliqua de hiis, in quibus precipue virtutum celestium dona et opera caritatis exuberant, interdum specialius sibi subdit privilegia eadem exemptionis et libertatis minuens singulare sieque a cuiuslibet jurisdictione ipsa eripiens quod soli ejusdem Sedis dominio et Romano tantum letentur pontifici se subesse. Sane, sicut accepimus, nonnulli regum et principum aliorumque secularium nobilium et magnatum hospitale vestrum sancti Peregrini de Alpibus, positum in confinibus Lucane, Mutinensis et Regine dioecesum et peregrinorum aliorumque viatorum nobilium et innobilium, divitum quoque pauperum et infirmorum suspicioni communiter ac hospitalitati expositum, inter alia beneficiorum dona magna libertatum et immunitatum largitione ac concessione ampliasse dicuntur, ubi etiam, pro eo quod largitur ibi omnibus illuc accendentibus pietatis largiuntur impenedia, et alias ob merita beati Peregrini, cuius corpus ibidem fertur quiescere, circa infirmos et male habentes munera frequenter virtutis divine clarescunt. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris postulationibus grato concurrentes affectu, idem hospitale in quo divino vacatis obsequio, ecclesiam quoque, personas et bona ejusdem, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub speciali beati Petri apostolorum principis protectione suscipientes et nostra assumimus, et illa totaliter ab omni jurisdictione ac dominio ecclesiastice secularisve persone perpetuo eximimus: auctoritate presentium statuentes, ne quis, ecclesiastica persona, prefatum hospitale ejusque ecclesiam et personas interdicere, suspendere vel excommunicare valcat seu quocumque modo alias in jamdictum hospitale, ecclesiam et personas ipsius potestatem aut jurisdictionem aliquam exercere; et si forte contra presumptum fuerit, inane et vacuum habeatur. Preterea volumus, ut clerici hospitalis ejusdem unum quem maluerint de vicinis episcopis ad sacros et alios ordines promovendi, si tamen gratis ipsos et sine pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin, liceat vobis aliud quem malueritis

adire antistitem, gratiam et communionem apostolice Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod super hoc aliisque sacramentis ecclesiasticis postulatur impendat. Ad indicium autem hujus precepte a Sede apostolica libertatis, 111^{er} libras cere et duos obulos aureos nobis nostrisque successoribus annis singulis in festo Assumptionis beate Virginis personatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostre protectionis, exemptionis et constitutionis infringere etc. usque : contraire. Si quis autem etc. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »

877

Anagui, 6 octobre 1255.

Universis fratribus ordinis Minorum supplicantibus indulget, ut successores generales, statim postquam electi secundum regulam et constitutiones fuerint, eo ipso veri ejusdem ordinis effecti generales, curam animarum fratrum plene habeant et libere gerant; ipsos quoque fratres auctoritate propria figare ac solvere vafeant, neenon in eodem agere ordine quae ministri et diffinitores ad hoc electi juxta memoratas constitutiones eisdem ordini et fratribus secundum Deum viderint expedire aliasque ministerii officium lichte in omnibus exercere. (REG. 24, c. 707, f. 103 ; POTTHAST 16035.)

« .., generali, et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis fratrum Minorum. Inter alia quibus —. Dat. Anagnie, II nonas octobris, anno primo. »

878

Anagni, 7 octobre 1255.

Priori et conventui monasterii s. Salvatoris de Urs, Colocensis diocesis, ecclesiam s. Salvatoris, quam eis Strigoniensis, tunc Colocensis, archiepiscopus cum omnibus iuribus et pertinentiis contulit, confirmat. (REG. 24, c. 708, f. 103 ; POTTHAST 16042.)

« .., priori et conventui monasterii sancti Salvatoris de Urs, ordinis sancti Augustini, Colocensis diocesis. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno primo. »

879

Anagni, 19 octobre 1255.

Episcopo Cameracensi mandat, quatinus inquirat et statuat de beneficiis indebito obtentis in diocesi ipsius. (REG. 24, c. 709, f. 103.)

« .., episcopo Cameracensi. Exuberans olim in gratia felicis recordationis I. papa predecessor noster, pro negotiorum et temporum exigentia circa multos, eis super

provisione sua de beneficiis ecclesiasticis in Cameracensi vel aliis illarum partium civitatibus et diocesibus generales litteras, non expressis in eis certis ecclesiis, dicitur concessisse. Verum eorum nonnulli, facta sibi super hoc gratia ut accepimus temere abutentes, in diversis ecclesiis civitatis et diocesis Cameracensium per easdem litteras, quamvis illud ex forma non haberent earum, se recipi procurarunt. Alii vero ipsorum prebendas et alia plura beneficia etiam curam animarum habentia sunt adepti per ipsas. Alii autem, quamvis in aliquibus ecclesiis per hujusmodi litteras sint recepti et quidam eorum sufficiens beneficium assecuti, nichilominus tamen super aliis obtinendis beneficiis per ipsas litteras contra intentionem mandatoris et mandati formam et proprie salutis periculum contententes, adhuc nonnullas ecclesias fatigant et exhausti laboribus et expensis. Cum igitur non sit talium malitiis indulgendum, mandamus quatinus, inquisita super hoc diligentius veritate, si rem inveneris ita esse in civitate ac diocesi tua, libere statuas auctoritate nostra et ordines circa tales, quod secundum Deum et Ecclesie honestatem exigente justitia fuerit statuendum. Contradictores. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembbris, anno primo. »

880

Anagni, 25 octobre 1255.

Potestati et communi Forosimfroniensibus concedit, ut « qui ad habitandum seu citadantiam in civitate vestra venerunt hactenus vel venerint in futurum » in cives ipsorum civitatis recipi possint. (REG. 24, c. 710, f. 103^v; POTTHAST 16074 ; RODENBERG, t. III, n° 416^I.)

« .., potestati, et communi Forosimfroniensibus. Devotionis vestre sinceritatis —. Dat. Anagnie, VIII kalendas novembbris, anno primo. »

881

Anagni, 19 octobre 1255.

Eosdem in demanum Romanae Ecclesiae speciale et in b. Petri protectionem suscipit. (REG. 24, c. 711, f. 103^v; POTTHAST 16068 ; RODENBERG, t. III, n° 416^{II}.)

« .., potestati, et communi civitatis Forosimfroniensis. Meretur vestre devotionis —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembbris, anno primo. »

882

Anagni, 14 octobre 1255.

Dudum inter archiepiscopum et capitulum Armachanos ex

parte una et archiepiscopum Tuamensem ex altera super jure primatiae quam idem archiepiscopus Armachanus in provincia Tuamensi habere se asserit quaestione suborta, I., s. Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinale, auditore concesso, partibus interrogatis, providet papa « quod archiepiscopus Armachanus et singuli sui successores possint se vocare vel appellare si voluerint primates provincie Tuamensis et facere deferri ante se crucem per totam ipsam provinciam, quandocumque et quotiescumque ipsos transire contigerit per eandem : possint etiam dictam provinciam de quinquennio in quinqnennium visitare, ac per XX et VII dies dumtaxat visitationis officio immorari, etc. » (REG. 24, c. 712, f. 103^v, POTTHAST 16056.)

« *Ad perpetuam rei memoriam. Ecclesia Romana tamquam —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno primo.* »

883

Anagni, 4 octobre 1255.

I., archiepiscopum Auxitanum, absolvit, ut ad visitandum Sedem apostolicam non accedat. (REG. 24, c. 713, f. 104.)

« *I., archiepiscopo Auxitano. Propter paupertatem et viarum pericula impediri te asseris, quod visitare non potes Sedem apostolicam, ut teneris. Nos itaque, tue precibus sinceritatis inducti, ut ad visitandum dictam Sedem non accedas hac vice. te duximus absolvendum. Dat. Anagnie, IIII nonas octobris, anno primo.* »

884

Anagni, 1^{er} novembre 1255.

Episcopo Morinensi mandat, concedat guardiano et fratribus Minorum villae de Ypra facultatem transferendi se ad solum quod dicitur Belc situm infra predictam villam ac aedificandi super eo. (REG. 24, c. 714, f. 104; POTTHAST 16078.)

« *.., episcopo Morinensi. Ex parte dilectorum filiorum .. guardiani et fratum Minorum Ville de Ypra, Morinensis diocesis, fuit propositum coram nobis, quod dilecti filii scabini et communitas ejusdem ville, attinentes provide, quod dicti fratres in loco in quo degunt ad presens cum ea commoditate qua decet pauperes pro Christo voluntarie mendicantes non poterant commorari, pio super hoc eis compatientes affectu, ipsis .., guardiano, et fratribus quoddam solum quod dicitur Belc situm infra predictam villam, ut se transferent ad illud, dilecte in Christo filie nostre nobilis mulieris .., comitis Flandrie, que in predicta villa jurisdictionem obtinet temporalem, ad id accedente consensu, prout*

spectabat, ad eos liberaliter concesserunt, sicut in ipsorum scabinorum et communitatis ac comitis litteris confectis exinde plenius perspeximus contineri. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipentes, mandamus quatinus predictis guardiano et fratribus transferendi se ad predictum solum ac edificandi super eo ut devotum ibidem impendant Domino famulatum, facultatem liberam cuiuslibet contradictione, inhibitione, appellatione, novi operis denuntiatione et quibuslibet aliis impedimentis, seu si dilectis filiis .., preposito et capitulo ecclesie sancti Martini, ejusdem ville, ab apostolica Sede indulsum existat quod nulli religiosi infra fines sue parochie habitare valcant vel ecclesiam fundare de novo nequaquam obstantibus, auctoritate nostra concedas. Contradictores monitione premissa per censorum ecclesiasticam compescendo. Verum quia sic prefatis guardiano et fratribus intendimus facere gratiam quod jus alterius non ledatur, predictis preposito et capitulo jura parochialia, videlicet primitias, oblationes, decimas, sepulturam et mortuaria, sicut eis competit, post factam ipsis guardiano et fratribus hujusmodi gratiam, integre reservamus. Nolentes eisdem preposito et capitulo per hoc in hiis aliquod prejudicium generari. Dat. Anagnie, kalendis novembribus, anno primo. »

885

Anagni, 4 novembre 1255.

Episcopo Noviomensi mandat, quatinus nobili viro Eustachio de Sisiaco et nobili mulieri Johannae de Tornoisop consanguineis in matrimonio contracto remanere valeant. (REG. 24, c. 715, f. 104.)

« *.., episcopo Noviomensi. Romani pontificis precelens auctoritas nonnulla interdum certis personis que alias forent illicita concedit pro loco et tempore, de sue plenitudine potestatis. Hinc est quod nos, dilecti filii nobilis viri Eustachii de Sisiaco et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Johanne de Tornoisop, uxoris ejus, Laudunensis diocesis, supplicationibus inclinati, mandamus, quatinus cum eis, ut in contracto matrimonio remanere libere valeant, non obstante quod quondam Gobertus, vir ejusdem Johanne, predicto Eustachio fuit consanguinitate conjunctus, eodem Eustachio tertio ex uno latere a stipite et prefato Goberto quarto gradu ex altero differente, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex eis legitimam decernendo. Dat. Anagnie, II nonas novembribus, anno primo. »*

886

Anagni, 5 décembre 1255.

Landoni, canonico Anagnino, nepoti suo, concedit XV marcas sterlingorum de proventibus quos habet Romana Ecclesia in civitate Ferrariensi. (REG. 24, c. 716, f. 104.)

« Landoni, canonico Anagnino, nepoti nostro. Cum apostolica Sedes frequenter in gratia exuberet erga extra-neos ut ignotos irreprehensibiliter, agi non immerito credimus, si nostre illis beneficentie dexteram aperimus, qui nobis consanguinitatis titulo conjunguntur, presertim quibus ad hoc probitatis sue merita suffragantur. Quia igitur te libenter virtutum studio vacare cognovimus. ut in hoc provisionis apostolice gratia fo-vearis, XV marcas sterlingorum, de proventibus et reditibus quos habet et habere debet Romana Ecclesia in civitate Ferrariensi ejusque districtu, presentium tibi auctoritate concedimus, solvendas tibi a quibuscumque ipsos recipientibus vel debentibus ac percipiendas a te annis singulis usque ad nostre beneplacitum voluntatis quas tibi vel tuo procuratori seu certo nuncio tuo nomine in festo Natalis Domini sine diminutione ac difficultate qualibet volumus exhiberi. Non obstantibus aliquibus concessionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus vel eorum auctoritate personis quibuslibet de proventibus et redditibus ipsis factis, quibus quo ad residuum redditum corundem per hanc concessionem, si tibi non duxerint opponendos, nolumus prejudicium generari. Decernentes nichilominus irritum et inane, si quid super hoc contra concessionem ipsam in tuum dispendium a quoquam contigerit attemptari. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, nonis novembbris, anno primo. »

887

Anagni, 26 octobre 1255.

Abbati monasterii s. Audoeni Rothomagensis ejusque successoribus in perpetuum utendi mitra, anulo, tunica, datmatica, cirothecis et sandaliis ac benedicendi pallas altaris et alia ornamenta ecclesiastica sacramenta, conferendi primam tonsuram ac minores ordines, plenam concedit facultatem. (REG. 24, c. 717, f. 104; POTTHAST 16076.)

« .., abbati, et conventui monasterii sancti Audoeni Rothomagensis, ordinis sancti Benedicti. Ut pulera et —. Dat. Anagnie, VII kalendas novembbris, anno primo. »

888

Anagni, 27 octobre 1255.

Eisdem abbati et conventui indulget, ut aliquis de fratribus

altare parrochiale monasterii deserviat. (REG. 24, c. 717², f. 104¹.)

« Eisdem. Consuevit sed sit (sic) apostolica precibus etc. usque : impetrari. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, ut in altari parrochiali, quod in monasterio vestro consistit, ipsius cedente vel decedente rectore, deserviri per aliquem de vestris fratribus faciatis, nec teneamini ad idem altare de cetero secularem clericum presentare, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas novembbris, anno primo. »

889

Anagni, 27 octobre 1255.

Eisdem exemptio decimarum. (REG. 24, c. 717³, f. 104¹.)

« Eisdem. Exigentibus vestre devotionis meritis votis vestris libenter etc. usque : exaudimus. Vestris itaque supplicationibus benignum impertientes assensum, ut, de laboribus vestris quos propriis manibus aut sump-tibus colitis sive de ortis et virgultis vestris aut vestrum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere valeat, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut in alia. »

890

Anagni, 26 octobre 1255.

Eisdem concessio novalium. (REG. 24, c. 717¹, f. 104¹.)

« Eisdem. Exigentibus etc. usque : assensum, ut in parrochiis in quibus veteres decimas habere noscimini, pro ea portione quas ipsas ibidem juste percipitis, novalium quoque de quibus aliquis hactenus non perceptit, percipere libere valeatis, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis. etc. Dat. Anagnie, VII kalendas novembbris, anno primo. »

891

Anagni, 3 novembre 1255.

W[illelmo], regi Romanorum, nuntiat se, [Jacobo], quondam episcopo Virdunensi, ad patriarchatum Jerosolymitanum translate, magistrum Robertum, tunc camerarium J[ohannis] s. Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, ecclesiae Vir-dunensi in episcopum praefecisse : rogat, ut, cum idem

praesentiam regis adire nequeat, procuratori ejus regalia largiatur. (REG. 24, c. 718, f. 104v; RODENBERG, t. III, n° 417.)

« *W., regi Romanorum illustri.* Debitum officii nostri requirit, ut inter sollicitudines etc. usque : incrementum. Ad hoc ergo nostra tendit intentio, circa id cogitatio nostra versatur et ad hoc omnem quam possumus opem et operam adhibemus, ut tales in parte sollicitudinis evocemus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed operis informare illumque prudenter regere studeant et in viam salubrium dirigere mandatorum. et qui subditis non preesse cupiant sed prodesse, ac commissas sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant gubernare. Sane venerabili fratre nostro ..., patriarcha Jerosolimitano, de Virdunensi ecclesia, cui ante prefuerat, ad Jerosolitanam divina dispositione translato, nos, qui ex jugo apostolice servitutis universis sumus ecclesiis obligati, attendentes quod. si predicte Virdunensi ecclesie provisio differretur, multis subjaceret periculis et gravia in spiritualibus et temporalibus detrimента subiret, ae volentes propter hoc eidem Virdunensi ecclesie de pastore ydoneo celeriter providere, dilectum filium magistrum Robertum, Virdunensem electum, tune camerarium dilecti filii nostri I. sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, virum utique litteratum, morum honestate conspicuum, consilio providum, et in spiritualibus et temporalibus circumspectum, acceptuunque nobis et fratribus nostris, sue probitatis merito, predicte Virdunensi ecclesie in episcopum et pastorem prefecimus, de fratrein eorundem consilio et apostolice plenitudine potestatis. sperantes quod, sua circumspectione laudabili et providentia circumspecta, ipsa ecclesia tam circa spiritualia quam temporalia gratis tribuente Domino proficiat incrementis. Verum quia idem electus, multis et arduis ecclesie sue negotiis apud Sedem apostolicam occupatus, tuam personaliter nequit ad presens adire presentiam pro recipiens a te vel officialibus tuis prout moris est regalibus ecclesie supradicte, serenitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus. recepto a nuncio vel procuratore ipsius electi ejus nomine debito fidelitatis juxta regni tui consuetudinem juramento. eidem nuncio nomine ipsius electi hujusmodi regalia ob nostram et apostolice Sedis reverentiam, intuitu quoque ejusdem electi, qui tibi tuisque profectibus propter sue probitatis merita esse poterit multipliciter fructuosus, qualibet mora vel dilatione postpositis, liberaliter largiari, si alias etiam impendendo sibi favorem et auxilium oportunuin, taliter autem precess in hac parte

ALEXANDRE IV, t. I.

nostras magnificientia regalis adimpleat, quod predicta ecclesia hujusmodi occasione regalium in temporalibus et spiritualibus dispendium seu detrimentum aliquod non incurrat, et idem electus ad tua obsequia exinde strictius obligatur, nosque tuam excellentiam dignis in Domino laudibus merito commendemus. Dat. Anagnie, IIII nonas novembbris, anno primo. »

892

Anagni, 3 novembre 1255.

Archiepiscopo Treverensi mandat, ut nichil in ipsius electi vel praedictae ecclesiae praejudicium innovare praesumat. (REG. 24, c. 718², f. 104v.)

« ... , archiepiscopo Treverensi. Debitum officii nostri —. Dat. ut supra. »

893

Anagni, 29 octobre 1255.

Valori Marimo de Florentia, cui cujusque heredibus I. Ravennas, tunc Ferrariensis, electis, propter gratia servitia, quasdam possessiones sitas in Villano, de mensa episcopali non existentes, sed ad ipsius tunc electi collationem spectantes, X libras imperii annuatim vix valentes, concessit, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 719, f. 104v.)

« *Valori Marimo de Florentia, familiari dilecti filii, ... Ravenatis electi.* Cum a nobis —. Dat. Anagnie, IIII kalendas novembbris, anno primo. »

894

Latran, 27 novembre 1255.

Archibaldo, episcopo Moraviensi, significat, se restitutio- nem ecclesiae de Garantulin episcopali mensae Moraviensi perpetuo deputatae, sed olim Guillelmo clericu collatae, nunc eidem mensae factam, habere ratam eandemque ecclesiam cum pertinentiis suis praefatae mensae confirmare. (REG. 24, c. 720, f. 104v; POTTHAST 16084.)

« *Archibaldo, episcopo Moraviensi.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, V kalendas decembris, anno primo. »

895

Latran, 1^{er} décembre 1255.

I., tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinati, ad opem Sororum Paenitentiae s. Mariae in Minerva concedit ecclesiam s. Pancratii de Urbe. (REG. 24, c. 721, f. 105.)

« *I., tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero car-*

dinali. Pietatis opera quibus ferventer invigilas et intendis testimonium de te perhibent, quod Deum tota mente diligis et hanelas ad gloriam perpetue claritatis. Proceedit ex hoc quod, exultante spiritu, nos illa tibi facienda committimus, que tuis piis et justis desideriis accedere persentimur. Cum itaque dilecte in Christo filie sorores, appellate vulgariter Penitentes, que in sancta Maria de Minerva in Urbe sub habitu et observantia Cisterciensis ordinis commorantur, multa ibi propter ineptiam loci patientur incommoda sustineant detrimenta, nos, attendentes quod tu ipsas affectu benigne prosequaris et in necessitatibus earundem oportuna remedia multipliciter impertiaris, ecclesiam sancti Pancratii de Urbe cum juribus et pertinentiis suis, ac libris et ornamentis ecclesiasticis, neconon cum omnibus aliis bonis spiritualibus et temporalibus spectantibus ad eandem, tibi ad opem dictarum sororum de fratum nostrorum consilio damus et concedimus de Sedis apostolice gratia liberali. Volentes quod tu sorores easdem ad predictam ecclesiam auctoritate nostra transferas et ipsas instituas in eadem, ut ibi sub regulari habitu virtutum Domino perpetuo fannulentur nullique preterquam Romano pontifici sint subiecte. Ceterum de predicta ecclesia sancti Pancratii ejusque juribus et pertinentiis, ac de omnibus bonis ejus, licet tibi sit ordinare, statuere seu disponere quicquid tibi secundum Deum ad utilitatem sororum ipsorum videbitur expedire. Illa etiam que de bonis ipsius ecclesie sancti Pancratii alienata inveneris illicite vel distracta, studeas ad jus et proprietatem ipsius legitime revocare. Contradictores. Dat. Laterani, kalendis decembribus, anno primo. »

896

Latran, 2 décembre 1255.

Bartholomeo Tavernerio, civi Parmensi, confirmat assignationem XL unciarum aurum annui redditus, a se concessarum, in territoriis civitatis Puteolanae, castri de Mignano et platea Aversana. (Reg. 24, c. 729, f. 103.)

« Bartholomeo Tavernerio, civi Parmensi. Sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, dilecto filio nostro O., sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato, nostris dederimus litteris in mandatis, ut in regno Sicilie per se vel per alium in quadraginta unciis auri in aliquibus terris et locis, quorum redditus predictarum unciarum summam annuatim attingeret, provideri tibi quoad viveres procuraret. Unde dilectus filius nobilis vir Ligorus Maroganus, civis Neapolitanus, cui dictus legatus super hoc commiserit vices suas, in

territoriis et pertinentiis civitatis Puteolane, castri de Mignano et platea Aversana hujusmodi XL unciarum redditum annum, quamdiu vixeris, de proventibus quos ibi Romana Ecclesia ratione domanii regni Sicilie obtinet, tibi duxit auctoritate litterarum hujusmodi conferendum; idque dictus legatus postmodum approbavit, prout in litteris inde confectis ac sigillo muntiis ipsius plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod super hiis factum est, ratum habentes et gratum, idem auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, IIII nonas decembbris, anno primo. »

897

Latran, 30 novembre 1255.

Petro, Johanni et Paulo Pirontis, fratribus, civibus Terracinensis, terras sitas in territorio Roccae Aquaeputridae, X quartaria sementis capientes, concedit; unum autem balistarium pro defensione Roccae teneantur exhibere. (Reg. 24, c. 723, f. 105.)

« Nobilibus riris Petro, Johanni et Paulo Pirontis, fratribus, civibus Terracinensis, nepotibus dilecti filii magistri Jordani subdiaconi et notarii nostri. Pura fides, quam ad nos et apostolicam Sedem habere noseimini. nostrum instanter sollicitat animuin, ut de vobis tamquam de fidelibus filiis et devotis propensius cogitemus, et quidem congruentem instantiam dignumque quod per eam suggeritur advertentes, libenter ad ipsius pulsationem cordis januam aperimus circa vestrum honorem et commodum affectuosa meditatione pensantes. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, terras sitas in territorio Rocce Aqueputride, X quartaria sementis sicut asseritis capientes, quas quondam Johannes Caput longum, Angelus Caputius, Robertus de Rocca, et magister Petrus Indeppliconi a predicta Rocca sub certis servitiis tenuisse dicuntur, et quas etiam vos ex concessione castellani ejusdem Rocce tenetis et possidetis ad presens, vobis vestrisque hereditibus in perpetuum de gratia concedimus speciali. Volumus autem quod, si predicta Rocca imminentे necessitate defensione contra inimicos Ecclesie indigerit, vos dictique heredes unum balistarium armis necessariis decenter munitum castellano ipsius Rocce qui pro tempore fuerit pro defensione hujusmodi teneamini exhibere, per tres dies in ejusdem Rocce servitio sub vestris sumptibus moraturum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II kalendas decembbris, anno primo. »

898

Latran, 30 novembre 1255.

Castellano Roccae Aquaeputridae mandat, ut eosdem nobiles Terracinenses vel procuratorem ipsorum eorum nomine in praedictarum terrarum possessionem inducat. (REG. 24, c. 723², f. 105.)

« ... , castellano Rocce Aqueputride. Cum nobilibus viris —. Dat. ut supra. »

899

Anagni, 20 juin 1255.

Prioribus Cartusiensis ordinis concedit facultatem ut, de consilio fratrum litteratorum cujusque conventus, impetriri valeant absolutionis beneficium fratribus qui excommunicationis sententiam et notam irregularitatis incurruunt. (REO. 24, c. 724, f. 105.)

« ... , Cartusie et universis prioribus Cartusiensis ordinis. Licet ad hoc fratrum vestri ordinis pia desudet intentio, ut ab eis in hiis que faciunt prudenter et provide procedatur secundum Deum et ordinis honestatem, aliquando tamen ex conditionis humane fragilitate contingit, quod quidam ex ipsis excedunt in casibus in quibus excommunicationis sententiam et notam irregularitatis incurruunt. Quare a nobis supplicatione humili postulastis, ut, cum viri contemplationi dediti sint in religionis favorem a discursibus cohibendi ac propter viarum pericula eisdem fratribus ad nostram presentiam impediatur accessus, super hoc providere de benignitate solita curaremus. Nos itaque, pie volentes quod vestra devotio, in hiis que digne possumus, Sedem apostolicam repperisse gaudeat gratiosam, ut singuli vestrum, in conventibus sibi commissis, predictis fratribus constitutis ibidem absolutione ad dispensationem indigentibus sive priusquam ordinem intraverint sive postea in casibus excesserint memoratis, de consilio discretorum fratrum vestrorum qui litterati sit et Deum timentes, impetriri valeatis absolutionis beneficium et dispensare cum eis, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, nisi adeo gravius fuerit et enormis excessus, quod merito sint ad Sedem apostolicam destinandi. Ceterum tibi, fili. prior Cartusie, ceteris prioribus ordinis tui ac uni eorum quem elegeris tibi super premissis juxta formam eandem hujus absolutionis et dispensationis beneficium impendendi, si necesse fuerit, indulgemus auctoritate presentium potestatem. Verum ne vobis, filii, priores, ex aliqua causa possit aliquod more et difficultatis imminere discrimen, singulis diocesanis vestris dispensationis et absolutionis hujusmodi concedimus auctoritate presentium

plena facultatem, ut ab eis, cum vobis vel alicui vestrum fuerit oportunum, valeant obtineri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XII kalendas julii, anno primo. »

900

Anagni, 20 juin 1255.

Eisdem indulget, ut absolvere valeant suspensos, interdictos vel excommunicatos Cisterciensi aggregari collegio volentes. (REO. 24, c. 724², f. 105^v.)

« Eisdem. Celestis amor patrie mentes vestras sic alexisse perspicitur, ut quasi hoc solum delectationem vobis tribuat, quod divine voluntati sit placitum et salutem proferat animarum. Procedit ex hoc quod nos, vestris piis petitionibus favorem largiri benivolum delectantes, maxime cum ex apostolici cura teneamur officii, circa religionis augmentum attenti et vigiles inveniri, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut volentibus vestro aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationis sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesie impetriri et ipsos in fratres recipere, ac eos qui post assumptum habitum recoluerint se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos secundum formam ipsam absolvere valeatis : ita tamen quod, si aliqui eisdem hujusmodi sententiis propter debitum sunt ligati, satisfaciant ut tenentur. Ceterum tibi, fili. prior, etc. ut in alia usque in finem, et sub eadem data. »

901

Latran, 28 novembre 1255.

Abbati et conventui monasterii de Kyrkestede, Lincolniensis diocesis, concedit in usus proprios et in hospitalitatis officii subsidium ecclesiam de Tymelby, ejusdem diocesis, in qua jus patronatus habent cujusque proventus annuum XX marcarum sterlingorum valentiam vix excedunt. (REO. 24, c. 725, f. 105^v.)

« ... , abbatii, et conventui monasterii de Kyrkestende, Cisterciensis ordinis, Lincolnensis diocesis. Caritatem in vobis —. Dat. Laterani, IIII kalendas decembris, anno primo. »

902

Latran, 27 novembre 1255.

Lupo, episcopo Marrochitano, apostolicae Sedis legato, concedit facultatem instituendi, de consilio archiepiscopi Compostellani, primos episcopos tam in diocesibus acquisitis quam

etiam per [Alphonsii], regis Castellae et Legionis, potentiam acquirendis. (Reg. 24, c. 726, f. 105v; POTTHAST 16087.)

« *Lupo, episcopo Marrochitano, apostolice Sedis legato in Africa. Cum per strenuitatem —. Dat. Laterani, V kalendas decembris, anno primo.* »

903

Latran, 2 décembre 1255.

Abbatibus monasterii Glastoniensis, Bathoniensis diocesis, qui jam mitra, annulo, cirothecis, dalmatica, tunica et sandaliis in conciliis Romanorum pontificum et legatorum Sedis apostolicae neconon in synodis episcoporum aut ubicumque rex Angliae praesens esset utebantur, indulget ut illis ubique de locorum diocesanorum licentia uti valeant ac in divinis officiis et in mensa dare benedictionem sollempnem in absentia alicujus episcopi aut legati. (Reg. 24, c. 727, f. 105v; POTTHAST 16092.)

« *..., abbatи monasterii Glastoniensis, ordinis sancti Benedicti, Bathoniensis diocesis. Ut erga Sedem —. Dat. Laterani, IIII nonas decembris, anno primo.* »

904

Anagni, 3 décembre 1255.

Fidelibus Burdegalensis provinciae ad ecclesiae Caturensis fabricam cooperantibus, unum annum et XL dies de poenitentia remittit. (Reg. 24, c. 728, f. 105v.)

« *Universis Christi fidelibus per Burdegensem provinciam constitutis. Quoniam, ut ait apostolus, etc. usque : vitam eternam. Cum igitur, sicut venerabilis frater noster..., episcopus Caturensis, proposuit eoram nobis, ad ecclesie Caturensis fabricam, que magnas expensas exigit lidelium, sint subsidia oportuna, universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino in remissionem vobis etc. usque : confisi, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad hoc manum porrexerint adjutricem, unum annum et XL dies de iuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Presentibus post quinquennium etc. Quas mitti etc. Dat. Laterani, IIII nonas decembris anno primo.* »

905

Anagni, 12 octobre 1255.

Fidelibus Bituricensis provinciae idem remittit quadragessimali tempore; reliquis vero diebus, XL dies de poenitentia remittit. (Reg. 24, c. 7282, f. 105v.)

« *Universis Christi fidelibus per Bituricensem provinciam*

constitutis. Quoniam etc. ut in alia —. Dat. Anagnie, IIII idus octobris, anno primo. »

906Latran, 1^{er} décembre 1255.

Magistro Johanni de Herneia, canonico Andegavensi, confirmat concessionem quoad vixerit domus de Quoceio, Cenomannensis diocesis, a conventu monasterii S. Florentii Salmuriensis factam. (Reg. 24, c. 729, f. 105v.)

« *Magistro Johanni de Herneia, canonico Andegavensi. Probitatis tue merita nos indueunt, ut tuis petitionibus favorem benivolum impendamus. Cum itaque. sicut nobis exponere curavisti, dilecti filii..., abbas et conventus monasterii sancti Florentii Salmuriensis, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis. ob grata et devota obsequia que eis et monasterio eorum impenderas et exhibere poteras in futurum, domum eorum de Quoceio cum pertinentiis suis, Cenomannensis diocesis, tibi quamdiu vixeris provida liberalitate concesserint, prout in ipsorum litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri, nichilominus diocesani eorum interveniente consensu, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod a predictis abbatе et conventu factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communius : ac defectum, si quis in eo fuit, quod dicte littere sigillo dicti abbatis et illo quo idem conventus in causis utitur sunt munite, supplentes de plenitudine potestatis. Nulli etc. nostre confirmationis et suppletionis etc. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno primo.* »

907

Latran, 9 décembre 1255.

Lupo, episcopo Marrochitano, posito in medio nationis peruersae, non nisi de permissione Saracenorū Sedem apostolicam visitare valenti, indulget, ut ad visitandum Sedem apostolicam usque ad quinquennium minime teneatur. (Reg. 24, c. 730, f. 106; POTTHAST 16112.)

« *Lupo, episcopo Marrochitano. Fidei tue puritas —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo.* »

908

Latran, 28 novembre 1255.

Testatur ut Benedictus, episcopus Terracunensis, per nuntios apostolicam Sedem visitavit. (Reg. 24, c. 731, f. 106.)

« *Benedicto, archiepiscopo Terrachonensi. Cun aposto-*

licam Sedem, quam de triennio in triennium visitare tenearis, per fratrem Michaellem doctorem, fratrem Bernardum et Guillelmum de Colonico, presbyterum de capitulo Gerundensi, nuncios tuos, pro instanti triennio duxeris visitandum, ut de hujusmodi visitatione nequeat in posterum aliqua dubitationis materia suboriri, nos, tuis devotis precibus annuentes, in hujusmodi rei testimonium presentes litteras tibi duximus concedendas. Dat. Laterani, IIII kalendas Ieembris, anno primo. »

909

Anagni, 6 octobre 1255.

Priori et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Capua confirmat omnes terras, possessiones et domos quas eis donavit, in Neapolitana, Aversana et Yserniensi civitatibus, necnon in Nuceria, Castro maris de Surrento, Monte Ridone et Carpinone, Martinus filius quondam magistri Benedicti de Ysernia, professoris juris civilis, litteras Benedicti mensis septembres MCCLIII inserendo. (REG. 24, c. 732, f. 106.)

« ... priori, et fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Capua. Justis petentium etc. usque : completere. Cum igitur, sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, Martinus, filius quondam magistri Benedicti de Ysernia, pro sua ac parentum suorum animarum salute, vobis et per vos hospitali vestro pia et provida liberalitate omnes terras, possessiones et domos quos habebat in Neapolitana. Aversana et Yserniensi civitatibus, necnon et in Nuceria, Castro maris de Surrento, Monte Ridone et Carpinone, ac in ipsorum civitatum et locorum pertinentiis, prout spectabat ad eum, donaverit et concederet inter vivos, sicut in instrumento publico confecto exinde plenius continetur : Nos, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ac pie provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem ipsius instrumenti presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

Septembre 1253.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno incarnationis ejus M.CC.LIII. et tertio anno regni domini nostri Conradi Dei gratia invictissimi Romanorum in regem electi semper augusti Jerusalem et Sicilie regis, mense septembribus, XII indictione. Ego Martinus, filius quondam magistri Benedicti de Ysernia, professoris juris civilis, declaro in presentia Johannis cognomine Scutarii, judicis hujus Capuane civitatis, et subscripti Petri notarii, in quos tamquam in meos judicem et notarium consensi, sciens eos

» judicem et notarium meos non esse, presentibus et ad » hoc specialiter vocatis et rogatis testibus, domino » Guillelmo cognomine Testolario, domino Petro de » Sancta Lucia, domino Casertano, domino Leonardo, » capellano subscripti Hospitalis, Nicolao cognomine » Affumato, clero majoris ecclesie Capuane, et Nicolao » Roberti de Mauro. Quia est annus unus elapsus et » plus quod intentionis et voluntatis mee fuit et est » intrare Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in » Capua et habitum religionis ipsius assumere et me » et res meas Deo et ipsi Hospitali devotissime dedi- » care, nunc autem in eadem voluntate perseverans, » ante ingressum meum in Hospitalis predictum, sicut » mihi aptum et congruum est, bona mea voluntate per » hanc cartam, in presentia subscriptorum judicis no- » tarii et testium, pro salute anime mee et animarum » patris et matris mee et aliorum defunctorum meorum, » donationis titulo inter vivos, offero, alieno, do et trado » tibi, videlicet domino Henrico de Popleio, venerabili » priori suprascripti Sancti Johannis in Capua, tibi » tamen pro parte et vice suprascripti Hospitalis, hoc est » integras omnes terras et presas et casas meas, tam » palatia quam planas et omnes terras cultas et incul- » tas quas habeo in civitatibus Neapolis, Averse et » Ysernie, in Nuceria, Castro maris de Surrento, » Monte Rodone et Carpinone, et per ipsarum civita- » tum et locorum pertinentias et ubicunque mihi ali- » quid pertinens invenitur esse, salva in omnibus » quarta parte pertinente domine Marie matri mee per » scriptum Morgincap dato suprascripti quondam ge- » nitoris mei, una cum molendinis, paludibus, silvis, » nemoribus palenis, redditibus, salubribus, hominibus, » angariis et perangariis hominum et cum omnibus in » predictis habentibus subtus et super, et cum viis » suis ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus » aliis suis pertinentiis ad possessionem et proprietatem » suprascripti Hospitalis in manu paruerit, ad haben- » dum et possidendum illico firmiter amodo et semper, » et faciendum exinde amodo et in antea semper om- » nia que dicto Hospitali et ejus parti placuerit : Et » obligo me et meos heredes suprascripto hospitali et » ejus prioribus atque custodibus vel eni hec carta pro » parte suprascripti hospitalis in manu paruerit inte- » gram suprascriptam meam oblationem, donationem, » alienationem, dationem atque traditionem defendere » et attestare amodo et semper ab omnibus hominibus, » omnibus partibus, et quando voluerint licentiam et » potestatem habeant ipsi sibi exinde esse actores et » defensores vice mea et heredum meorum, eum ista » mee oblationis et alienationis carta, et cum omnibus

» aliis nostris et eorum rationibus quomodo et qualiter
 » melius voluerint et potuerint, et quicquid exinde
 » facere voluerint et potuerint, eorum sit potestati, et
 » quando voluerint, defendamus eis illud, sicut superius
 » obligavi, quoniam sic inter nos convenit. Si autem
 » ego vel mei heredes non fecerimus et non compleri-
 » mus eis ea oinnia per ipsum ordinem qui prelegitur,
 » vel si hanc cartam de quibus continet aliquando per
 » qualemque ingenium disrumpere vel removere
 » quesiverimus, mille imperiales augustales aureos
 » bonos pene me et meos heredes eis componere obligo
 » et omnia suprascripta eis percompleamus et hie carta
 » de quibus continet firma permaneat semper. Et de
 » hiis omnibus complendis a me et a meis heredibus,
 » eis ut perlegitur, sicut inter nos convenit, bona mea
 » voluntate in presentia subscriptorum judicis, notarii
 » et testium guardiam tibi pro parte dicti Hospitalis
 » dedi et fidejussorem tibi pro ejus parte posui me
 » ipsum per convenientiam. Verum, si necesse fuerit
 » ad pignorandum, obligo me et meos heredes supra-
 » scripto Hospitali et ejus prioribus, custodibus atque
 » rectoribus vel cui hec carta pro parte dicti hospitalis
 » in manu paruerit, scilicet de rebus nostris licitis et
 » illicitis usque ad legem. Et taliter ego qui supra,
 » Mar[ct]inus, qualiter mihi congruum fuit, bona mea
 » voluntate hec omnia suprascripta feci et te Petrum
 » notarium qui interfueristi scribere rogavi. Ego qui
 » supra, Johannes, judex. Ego Guillelmus sacerdos tes-
 » tes (*sic*) interfui. Ego presbyter Petrus de Sancta
 » Lucia interfui et testis sum. Ego presbyter Caserta-
 » nus interfui et testis sum. Ego Nicolaus Affumatus,
 » clericus majoris ecclesie Capuane, testis interfui. Ego
 » Nicolaus de Roberto de Mauro testis interfui. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
 II nonas octobris, anno primo. »

910

Latran, 26 novembre 1255.

Conventui monasterii Lesatensis, Totosanae diocesis, mandat quatinus Geraldo de Villa Nova tamquam abbatii obedientiam impendant, non autem quondam abbatii Petro de Dalbis. (Reg. 24, c. 733, f. 106v.)

« Conventui monasterii Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Tholosane diocesis. Cum dudum dilectus filius .., abbas Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, cui monasterium vestrum subesse dicitur, quondam Petrum de Dalbis olim abbatem vestrum a regimine ipsius monasterii, sui culpis exigentibus, sicut asseritur amovens, dilec-

tum filium Geraldum de Villa Nova, quem vos in abba-
 tein vestrum unanimiter et concorditer elegistis, prout
 spectabat ad ipsum, substinuisse eidem; et inter ipsos
 propter hoc super abbatia dieti monasterii a qua memo-
 ratus P. se dicebat minus juste fuisse amotum questio
 exorta fuisset, nos in dilectum filium nostrum R.
 sancti Angeli diaconum cardinalem dedimus partibus
 auditorem. Quia vero eis propter hoc personaliter apud
 Sedem apostolicam constitutus nominatus P., sicut
 Domino placuit, interim viam est universe carnis in-
 gressus, nos, honestatis et scientie merita super quibus
 eidem G. laudabile perhibetur testimonium attentes
 ac volentes vestre providere quieti et prefati monas-
 terii dispendiis precavere, predictam electionem ves-
 tram, de fratribus nostrorum consilio, duximus appro-
 bandam et eidem G. munus benedictionis manibus
 nostris impendimus de gratia speciali, firmam gerentes
 de ipso fiduciam, quod, cum sit discretus et providus
 ac in spiritualibus et temporalibus circumspectus,
 prefatum monasterium per ejus industriam in viam
 salutis dirigi et in prosperis debeat auctore Domino
 ampliari. Rogamus itaque universitatem vestram et
 hortamur attente, per apostolica vobis scripta man-
 dantes, quatinus eidem G. abbati vestro, ad vos cum
 favore apostolice Sedis et benedictionis nostre gratia
 venienti tanquam patri et pastori animarum vestrarum
 devote ac humiliter intendentes, sibi debitam obedien-
 tiam et reverentiam impendatis. Alioquin sententiam
 quam ipse propter hoc etc. usque: observari. Ceterum
 irritum et inane decernimus, si quid de abbatia pre-
 dicta contra hujusmodi provisionem factam a nobis
 fuerit attemptatum. Dat. Laterani, VI kalendas decembris. anno primo. »

911

Latran, 27 novembre 1255.

Monialibus monasterii s. Elisabeth Remensis supplicanti-
 bus inbibet, ut ultra quadragenarium sororum numerum ati-
 quam in sororem vel monacham recipere valeant. (Reg. 24,
 c. 734, f. 106v; POTTHAST 16085.)

« .., abbatisse, et conventui monialium inclusarum mo-
 nasterii sancte Helisabeth Remensis, ordinis sancti Damiani.
 Etsi multitudo in —. Dat. Laterani, V kalendas decem-
 bris, anno primo. »

912

Latran, 25 novembre 1255.

Eisdem indulget, ut compelli ab aliquo minime valeant ad

distractionem aut venditionem bonorum ipsarum praetextu cuiusdam pravae consuetudinis. (REG. 24, c. 734², f. 106^v.)

« *Eisdem.* Exhibita nobis vestra petitio continebat, quod, cum sepe contingat ut nonnulla, hujus seculi vanitatibus abdicatis, se et sua in monasterio vestro Christo dicantes eisdem bona propria conferant in vestras et ipsius monasterii utilitates perpetuo convertenda, nonnulli ecclesiastici domini et etiam seculares ad distrahendum, alienandum, vendendum et extra manus vestras ponendum bona hujusmodi a tempore possessionis per vos habite predictorum vos infra annum compellunt, pretextu cuiusdam prave consuetudinis que dicenda est potius corruptela, que prout asseritur in illis partibus inolevit. Unde quia frequenter propter hujusmodi distractionem, venditionem sive alienationem dictorum bonorum quam facere cogimini dampna gravia et maxima incurritis detimenta, res predictas propter hujusmodi temporis brevitatem pro multo minori quam valeant aliis concedendo, nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Volentes itaque vestris et dicti monasterii indemnitatibus precavere, quod bona vobis et dicto monasterio in collata et in posterum conferenda, quibus hui qui ea conferunt liberam disponendi habeant vel habuerint facultatem distrahere, vendere seu extra manum ponere, compelli ab aliquo minime valeatis, predicta consuetudine non obstante, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno primo. »

913

Latran, 8 décembre 1255.

Infrascriptis mandat, ut formam pacis inter comitem Btensem et conventum Majoris monasterii Turonensis, mediante rege Franciae, initiae diligenter expensam confirmaret. (REG. 24, c. 735, f. 106^v; POTTHAST 16109.)

« ..., archiepiscopo Bituricensi, et dilectis filiis .., priori fratrum Predicotorum Parisiensem, et ..., archidiacono Transligerim in ecclesia Andegavensi. Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, VI idus decembris, anno primo. »

914

Latran, 8 décembre 1255.

Infrascriptis mandat, ut Magistrum Johannem de Herneya, canonicum Audegavensem, in domus de Quoccio possessionem inducant et defendant inductum. (REG. 24, c. 736, f. 107.)

« ..., abbati de Claromonte, Cenomanensis diocesis, et ..,

archidiacono de Valle Guidonis in ecclesia Cenomanensi. Dilecti filii magistri —. Dat. ut supra. »

915

Latran, 8 décembre 1255.

Priori s. Vincentii Laudunensis mandat, quatinus magistro Radulfo de Valliaco, archidiacono de Virtuto, in ecclesia Cathalaunensi praebendam primo vacaturam assignet. (REG. 24, c. 737, f. 107.)

« .., priori sancti Vincentii Laudunensis, ordinis sancti Benedicti. Ex parte dilecti filii magistri Radulfi de Valliaco, capellani nostri, archidiaconi de Virtuto in ecclesia Cathalaunensi, fuit propositum coram nobis, quod, olim ex auctoritate litterarum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri recepto canonice in ipsa ecclesia in canonicum et in fratrem, tandem venerabilis frater noster .., episcopus Cathalaunensis, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine collatio dignitatum in eadem ecclesia sicut dicitur pertinet, tam auctoritate quam habebat ex ipsis litteris quam sua, vacantem archidiaconatum de Virtuto in prefata ecclesia consuetum conferri ecclesie predictae canonicis, ei duxit canonice conferendum. Verum cum in dicta ecclesia nondum sit idem archidiaconatus prebendam aliquam assecutus, et in assecutione prebende quatuor qui ante ipsum in ecclesia prenominata recepti juxta ordinationem nostram debent ibidem remanere canonici archidiaconum precedent, eundem provideri sibi super hoc a nobis humiliter postulavit. Cum igitur, ut dictus archidiaconus qui sic est archidiaconatum adeptus prebenda careat, sit indignum, nos, ipsius archidiaconi supplicationibus inclinati, quod per hujusmodi ordinationem nostram nullum ei prejudicium generetur, ei per nostras litteras duximus indulgendum. Decernentes sibi prebendam deberi que quarto loco vacare contigerit in ecclesia memorata. Quocirca mandamus quatinus hujusmodi prebendam cum vacaverit juxta concessionis nostre tenorem eidem archidiacono auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes, ac facias eum illius pacifica possessione gaudere. Contradictores etc. Dat. Laterani ut supra. »

916

Latran, 9 décembre 1255.

Abbati et conventui monasterii Basiacensis, Xanthonensis diocesis, indulget, ut aliquibus clericis de bonis monasterii

providere valeant, statuto et juramento eorum contrariis nequaquam obstantibus. (Reg. 24, c. 738, f. 107.)

« .., abbatii et conventui monasterii Batiacensis, Xanctonensis diocesis, ordinis sancti Benedicti. Digne petitiones illas ad gratiam exauditionis admittimus, per quas ecclesiarum obviatur dispendiis, earum quoque personis utilitas procuratur. Cum igitur, sicut nobis significare curastis, monasterium vestrum, propter immoderatas donationes et provisiones superfluas olim factas a predecessoribus vestris, de bonis et redditibus ejusdem tam secularibus quam personis ecclesiasticis, nimium gravatum extiterit, vos communiter statuistis ac minus provide juramento firmastis, quod ulterius de bonis et redditibus predicti monasterii nulli provideritis clericis seculari : quorum statuti et juramenti occasione, que bonis moribus et honestati contraria propter quorundam importunitatem improvide facta fuerunt. secularibus clericis suum vobis et eidem monasterio patrocinium substrahentibus dispendia non modica incurristis. Quia vero, sicut asseritis, idem monasterium nunc non est super multorum clericorum secularium provisione gravatum, et expedit ipsius utilitati, et hujusmodi clerici et maxime ydonei ad defensionem jurium ejusdem liberalibus beneficiis invitentur, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut liceat vobis, statuto et juramento predictis nequaquam obstantibus, aliquibus idoneis clericis de bonis et redditibus monasterii vestri que ad collationem vestram pertinent, prout ejusdem utilitati expedire videritis, in personalibus beneficiis providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, et vos a juramento predicto penitus absolventes, decernimus vos ad observationem statuti hujusmodi non teneri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo. »

917

Latran, 6 décembre 1255.

Abbatii S. Dionisii in Francia mandat, quatinus revocet in regno Franciae legata a se Innocentioque papa IV aliquibus deputata, sic defraudatis religiosis domibus pauperum. (Reg. 24, c. 739, f. 107.)

» .., abbatii Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis. Sicut ex parte carissimi in Christo filii nostri ... illustris regis Francie, fuit propositum coram nobis, quibusdam in regno Francie per quosdam executores, ad hoc deputatos, felicis recordationis I. papa predecessor noster et nos concedi mandavimus indistincte legata, propter quod non modicum deperit voluntatibus

testatorum, dum per executores eosdem fraudis non-nunquam intercedente commento religiose domus pauperum et alii pauperes eleemosinis defraudantur. Quare idem rex petiit super hoc congruum remedium adhiberi. Ne igitur pia defunctorum frustretur intentio et vivorum devotione exinde refrigescat, mandamus quatinus concessiones hujusmodi legatorum, sub quacunque forma verborum obtente fuerint, auctoritate nostra penitus revocare procures. Inhibens executoribus supradictis ut in concessione seu assignatione legatorum ipsorum auctoritate litterarum apostolicarum super hoc directarum ad eos aliquatenus non procedant. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus —. Dat. Laterani, VIII idus decembris, anno primo. »

918

Latran, 5 décembre 1255.

Pauto, abbatii monasterii S. Vedasti Atrebatis, causis ab apostolica Sede et legatorum commissis gravato, indulget, ut eas cognoscere non teneatur invitus (Reg. 24, c. 740 f. 107v.)

« Paulo, abbatii monasterii Sancti Vedasti Atrebatis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Religionis favor et tue devotionis merita nos inducunt, ut te favoris prosequamur benivolentia specialis. Sane tua nobis exhibita petitio continebat, quod, pretextu causarum que tibi per apostolice Sedis et legatorum ipsius litteras committuntur, tue demitur mentis tranquillitas et tuum redditur monasterium dispendiis aggravatum. Nos igitur, quieti tue consulere ac idem monasterium a gravaminibus in hac parte preservare volentes, ut de causis hujusmodi cognoscere et ad citationem, denunciationem, vel executionem aliquam litterarum ipsarum auctoritate faciendum non tenearis invitus, auctoritate tibi presentium indulgemus, nisi eodem apostolice littere fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Laterani, nonis decembris, anno primo. »

919

Latran, 11 décembre 1255.

Scholasticae, abbatissae, et conventui monasterii ss. Philosophi et Jacobi Fanensis, ordinis s. Damiani, quibus Adjutus, episcopus Fanensis, quartam vel tertiam partem eorum, quae istis in ultima voluntate relinquuntur, secundum regionis consuetudinem et canonis justitiam eidem episcopo pertinentem condonavit, haec donationem confirmat, tenorem litterarum episcopi inserendo. (Reg. 24, c. 741, f. 107v: POTTHAST 16126.)

« .., abbatisse, et conventui monasterii sanctorum Phi-

*lippi et Jacobi Fanensis, ordinis sancti Damiani. Justis
petentium etc. usque : complere —. Dat. Laterani,
III idus decembris, anno primo. »*

920

Latran, 16 décembre 1255.

Decano et capitulo Abulensibus confirmat medietatem decimorum ecclesiae de Petraficta in Valle de Corneia, diocesis Abntensis, a B., ejusdem diocesis episcopo, tertio nonas junii MCCLV concessam, litteras B. episcopi inserendo. (REG. 24, c. 742, f. 107^v.)

« ... , decano, et capitulo Abulensibus. Meritis vestre devotionis inducimur, ut petitionibus vestris. quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut lecta nobis vestra petitio continebat, venerabilis frater noster .., Abulensis episcopus, medietatem decimarum ecclesie de Petraficta, sue diocesis, ad mensam suam spectantium, cum omnibus dictae medietatis ejusdem tercie juribus vobis duxerit conferendam, prout in ipsis episcopi litteris inde confectis suo sigillo munitis plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo provide factum est. ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

3 juin 1255.

« Noverint universi presentes litteras inspecturi. quod » nos B., Dei gratia episcopus Abulensis, de communi » totius capitioli ejusdem ecclesie beneplacito et as- » sensu, damus et concedimus ipsi capitulo medietatem » decimarum ecclesie de Petraficta in Valle de Cor- » neia, diocesis Abulensis, ad mensam spectantem nos- » tram, perpetuo a dicto capitulo cum omnibus dictae » medietatis ejusdem tercie juribus possidendum, tali » videlicet adjecto tenore quod redditus vel proventus » medietatis prefate inter canonicos portionarios et » alumpnos de choro majori et mediano ecclesie me- » morate, qui ad vesperas cotidie venerint et usque ad » finem in choro eorundem steterint vesperorum can- » tantes sollempniter cum oratione debita continuo » post ipsos vesperos celebratos responsonium quod » pro defunctis cantatur, proportionaliter diebus singu- » lis dividantur, statim post idem cum oratione pre- » missa responsonium decantatum. In cuius rei testi- » monium dictarumque presentium firmatatem, sigillis » nostri et capitioli supradicti presente fecimus pagi-

ALEXANDRE IV, t. I.

» nam consignari. Actum est hoc tertio nonas junii, » anno Domini MCCLV. » Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, XVII kalendas januarii, anno primo. »

921

Latran, 18 décembre 1255.

Capitulo ecclesiae Vicentinae mandat, ut B., tunc episcopum Nimociensem, ad ecclesiam Vicentinam de apostolice plenitudine potestatis translatnm, admittentes hilariter et devote, ipsi tanquam pastori debitam obedientiam et reverentiam impendant. (REG. 24, c. 743, f. 107^v.)

« Capitulo ecclesie Vicentine. Divine sapientie inscrutabilis —. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno primo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Vicentinarum, verbis competenter mutatis.

In e. m. populo Vicentino, usque : quatinus eundem episcopum recipientes hilariter et honeste tractantes, ipsi tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendatis et exhibeatis honorificentiam debitam et devotam, ejus satubria monita et mandata suscipiendo devote ac inviolabiliter observando, ita quod ipse in vobis devotionis filios etc. usque : gaudeatis. Dat. ut supra.

922

Latran, 18 décembre 1255.

B., famae celebri, eminentis scientiae, vita et honestate decorum et consili i maturitate praeciarum, a vinculo quo te- nebatur astrictus ecclesiae Nimociensi absolvens et de persona ipsius ecclesiae Vicentiae providens, ipsi mandat, ut curam et administrationem ecclesiae Vicentiae gerere studeat. (REG. 24, c. 743^v, f. 108.)

« B., episcopo quondam Nimotiensi. Divine sapientie etc. usque : destituta —. Dat. ut supra. »

923

Latran, 12 décembre 1255.

GUILTELMO, canonico ecclesiae s. Antonini Placentini, Guilelmi archipresbyteri de Cusignano nepoti, tertiam partem praebenda in ecclesia s. Antonini confirmat, constitutione de quaternario canonicorum numero non obstante. (REG. 24, c. 744, f. 108.)

« Guillelmo, canonico ecclesie sancti Antonini Placen- » tine. Devotionem dilecti filii Guillelmi archipresbyteri de Cusignano, capellani dilecti filii .., electi Parmen-

sis. et impensa tam ab ipso quam Romane Ecclesie ipsiusque devotis fidelia et accepta obsequia felicis recordationis I. papa predecessor noster ut accepimus considerans ac intendens, te, ipsius nepotem, ob hoc et testimonium quod de tue mentis probitatis acceperat, prosequi gratiose, te in ecclesia sancti Antonini Placentina mandavit in canonicum recipi et in fratrem, tibi de prebenda, si tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret opportunitas, provideri. Verum te et postmodum in ejusdem ecclesie canonico hujusmodi mandati auctoritate recepto, et... preposito, et capitulo ipsius ecclesie quandam prebendam canonicalem que postea vacavit ibidem dividentibus de apostolica licentia ut dicitur in tres partes, singulas singulis clericis qui mansionarii dicerentur perpetuo assignandas, idem predecessor, volens tibi gratiam facere amplioram, unam illarum partium tandiu a te retinendam assignari mandavit, quam adhuc nosceris obtinere, donec fores in ipsa ecclesia canonicalem prebendam integrum assecutus. Porro quia nos receptiones omnium ultra quaternarium numerum prebendas expectantium vacaturas in singulis ecclesiis generali constitutione duximus irritandas, ad apostolicam duxisti elementiam recurrendum. Nos itaque, tuis precibus inclinati, devotioni tue auctoritate presentium de speciali gratia indulgemus, ut per constitutionem predictam nullum tibi super receptione in sepefata ecclesia de te facta et jure tibi acquisito per ipsam necnon quoad perceptionem portionis predice atque assecutionem prebende prejudicium generetur, volentes tibi de prebenda, que primo in eadem ecclesia, nulli alii de jure debita, vacaverit provideri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II idus decembris, anno primo. »

924

Latran, 12 décembre 1255.

Archipresbytero Parmensi mandat, ut praefato Guillermo provideat de praebenda supradicta. (REG. 24, c. 744², f. 108.)

« .., archipresbytero Parmensi. Devotionem etc. usque : intendens —. Dat. Laterani ut supra. »

925

Latran, 11 décembre 1255.

Nicolao, camerario suo, nepoti felicis recordationis G[regorii] predecessoris sui, confirmat concessionem LXXX marcarum sterlingorum ei a conventu Lentonensi, Bituricensis diocesis, factam, litteras concessionis apud Lentonum IIII no-

nas augusti pontificatus Gregorii IX anno VII [1233] datas inserendo. (REG. 24, c. 745, f. 108.)

« Nicolao, camerario nostro, nepoti felicis recordationis G. predecessoris nostri. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, .., prior et conventus Lentonenses. Cluniacensis ordinis, Bituricensis diocesis, attentes grata et accepta obsequia que ipsis et eorum monasterio liberaliter impendisti, annuam octoginta marcarum sterlingorum pensionem percipiendam a te quandiu vixeris certis loco et terminis tibi duxerint concedendam, prout in litteris eorundem prioris et conventus sigillo signatis super hoc confectis plenius continetur. Nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem priore et conventu factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem predictarum litterarum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Lenton, 3 août 1233.

« Viro venerabili et amico in Christo reverendissimo domino Nicolao, domini G. Dei gratia pape noni ne-
» poti et capellano, frater Rogerius, humilis, prior Len-
» toniensis, totusque ejusdem loci conventus. Cluniacensis ordinis, salutem in salutis auctore. Attendentes
» grata et utilia obsequia nobis et monasterio nostro a
» vobis hactenus liberaliter et diligenter impensa, et
» utilitates que per vos et amicos vestros nobis et ec-
» clesie nostre provenire poterunt in futurum, concordi
» et unanimi voluntate et pari deliberationis consensu.
» damus, concedimus et assignamus vobis annuam
» pensionem octoginta marcarum sterlingorum de ca-
» mera nostra singulis annis quandin viveritis in duo-
» bus terminis, videlicet infra quindenam Resurrec-
» tionis dominice medianam, et infra quindenam sancti
» Michaelis in fine septembris alteram medianam in mo-
» nasterio de Bermundens, Cluniacensis ordinis, apud
» Londonum persolvendam. Quod, ut ratum sit futuris
» temporibus et stabile perseveret, presentes litteras
» supradictam donationem et concessionem roborantes
» et testificantes sigillorum nostrorum, prioris videlicet
» et conventus Lentonensem, appositione firmamus.
» Dat. apud Lentonum, IIII nonas augusti, anno do-
» mini G. pape VIII anno septimo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

926

Latran, 11 décembre 1255.

Episcopo Avignonensi concedit facultatem absolvendi cleri-

cos et laicos diocesis ejus pro violenta manuum injectione ex-communicationem incurrentes. (REG. 24, c. 746, f. 108v.)

« ... , episcopo Avinionensi. Volentes tuam honorare personam et per exhibitum tibi honorem aliis salubriter providere . tuis supplicationibus inclinati , absolvendi hac vice juxta formam ecclesie clericos et laicos tue civitatis et diocesis, necnon et illos qui causa studii ad civitatem accedunt eandem, ab excommunicationis sententia. quam pro violenta injectione manuum in clericos vel personas religiosas incurrerunt, dummodo non sit adeo gravis et enormis excessus quod merito propter hoc essent ad Sedem apostolicam transmittendi, fraternitati tue auctoritate presentium concessionem facimus. Proviso quod passis injuriam facias satisfieri competenter. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

927

Latran, 9 décembre 1255.

Statutum prioris et conventus Roffensium, qui per capellanos proprios, monachorum loco, capellain manerii de Derente deserviri faciunt, confirmat. (REG. 24, c. 747, f. 108v.)

« ... priori et conventui Roffensibus. Exhibita nobis vestra petitio continebat. quod vos manerium vestrum de Derente consuevistis per duos monachos hactenus facere custodiri. qui in ecclesia et capella ibidem satis faciebant per capellanos aliquos deserviri pro sue libito voluntatis; verum consideratione habita diligenter quod potius expediebat monachos in Roffensi ecclesia Domino famulari quam sic morari in manerio supradicto, ad claustrum Roffensis ecclesie eosdem monachos salubriter revocasti, in prefatis ecclesia et capella facientes per capellanos proprios decenter Domino deserviri. fere decennio jam elapso. Quare a nobis humiliter supplicasti, ut, quod a vobis super hoc factum est, dignemur auctoritate apostolica confirmare. Nos vero vestris postulationibus clementer annuimus et, quod a vobis ordinatum est provide in hac parte, apostolice Sedis munimine duximus confirmandum. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo. »

928

Latran, 8 décembre 1255.

Magistrum Radulphum de Albussensi, canonicum Ebroicensem, in capellanum suum recipit. (REG. 24, c. 748, f. 108v.)

« Magistro Radulfo de Albussensi, canonico Ebroicensi.

Quia dudum virtutum cultui et litterarum scientia laudabiliter institisti, nos, personam tuam affectu benivolo prosequentes, te in capellanum nostrum recipimus de nostra gratia speciali. Presentes autem litteras tibi super hoc in testimonium duximus concedendas. Dat. Laterani, VI idus decembris, anno primo. »

929

Latran, 11 décembre 1255.

Archiepiscopo Bituricensi concedit facultatem promovendi ad superiores ordines et consecrandi O., Mimatensem electum, diu Parisius residentem propter graves causas quas cum rege Franciae et comite Pictaviensi super quibusdam castris pertinentibus ad ecclesiam Mimatensem habebat. (REG. 24, c. 749, f. 108v.)

« ... , archiepiscopo Bituricensi. Dilectus filius O., Mimatensis electus, nobis exposuit, quod ipse, olim intellecto quod nos de fratrum nostrorum statueramus consilio, ut omnes cathedralium ecclesiarum electi, nisi a tempore constitutionis ejusdem usque ad sex menses se facerent consecrari, extunc ipso facto essent a spiritualium et temporalium administratione suspensi, ad nos proprium nuncium destinavit humiliter ex parte sua postulatum a nobis, ut, cum ipse propter graves et arduas causas quas cum carissimo in Christo filio nostro ... illustri rege Francie, ac dilecto filio nobili viro .., comite Pictaviensi, super quibusdam castris pertinentibus necessario ad ecclesiam suam haberet. Parisius per aliquod temporis spatium residere, consecrationem prorogare ipsius usque ad nostre voluntatis beneplacitum curaremus. Verum quia hujusmodi semestre tempus effluxit, dum idem electus nostrum super hoc expectaret responsum. sibi petiit super hoc de solita Sedis apostolice clementia provideri. Volentes igitur eidem electo, quem propter sue probitatis merita quadam speciali dilectione amplectimur, et obtentu etiam dilecti filii nostri H. tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis nobis supplicantis pro ipso, gratiam facere specialem, promovendi eum ad superiores ordines, et conferendi ei consecrationis munus, nou obstante constitutione predicta seu quod tempus effluxit predictum et quod idem electus subdiaconus noster existit, liberam fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

930

Latran, 5 décembre 1255.

Abbatii et conventui S. Vedasti Atrebatenensis concedit facul-

tatem permutandi cum aliis possessiones monasterii minus utiles. (REG. 24, c. 750, f. 108v.)

« .., abbatii et conventui Sancti Vedasti Attrebensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Devotionis vestre merita nos inducunt, ut illa vobis libenti animo concedamus, per que monasterii vestri utilitas valeat provenire. Exposita siquidem coram nobis petitionis vestre series continebat, quod contigit interdum, quod, si aliquas de terris et possessionibus quas monasterium vestrum obtinet permutaretis cum aliis, conditionem faceretis ipsius monasterii meliorem. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, permutandi, componendi, ac compromittendi de possessionibus et terris ipsis minus utilibus cum aliis utilioribus, si utilitati ejusdem monasterii expedire noveritis, jumento de non alienandis aut permutandis bonis prefati monasterii a te, fili abbas, prestito non obstante, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem; proviso ne, quod pro ipsius monasterii utilitate conceditur, in detrimentum redundet ejusdem idque a Domino de vestris manibus requiratur. Presentibus post biennium etc. Dat. Laterani, nonis decembris, anno primo. »

931

Latran, 6 décembre 1255.

Matthaeo, episcopo Ferentinati, indulget, ut roralem ecclesiam s. Mariae de Silva Molli ad suam ordinationem spectantem, cum rectore vacaverit, in proprios usus quamdiu ecclesiae Ferentinati praefuerit valeat retinere. (REG. 24, c. 751, f. 108v.)

« Matheo, episcopo Ferentinati. Attendentes quod ex —. Dat. Laterani, VIII idus decembris, anno primo. »

932

Latran, 13 décembre 1255.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia et guardiano fratrum Minorum Parisiensium significat, se ad instantiam [Ludovic] regis Franciae, eos elegisse, ut inquisitionis officium induant et haereticam pravitatem de regno ipso ejusque districtu extirpent, exceptis terris Pictaviensis et Tolosani comitis, in quibus fidei negotium certis personis specialiter sit commissum. Mandat eis, ut per sollicitudinis suae prudential radicem iniquitatis haereticae succidan etc. (REG. 24, c. 752, f. 108v; POTTHAST 16132.)

« .., priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia, et guardiano fratrum Minorum Parisiensium. Pre cunctis mentis —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

933

Latran, 11 décembre 1255.

Abbatis monasterii Cesariensis, Baiocensis diocesis, concedit facultatem utendi annulo, mitra, etc. (REG. 24, c. 753, f. 109.)

« .., abbatii, et conventui monasterii Cesariensis ordinis sancti Benedicti, Baiocensis diocesis. Ut pulera et decora filia Jerusalem etc. usque : decorem. Eapropter. dilecti in Domino filii. vestris supplicationibus inclinati, tibi, fili abbas, et successoribus tuis in perpetuum utendi anulo, mitra, tunica, dalmatica, cirothecis et sandalis ac benedicendi pallas altaris ac alia ornamenta ecclesiastica, conferendi primam tonsuram ac minores ordines, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

934

Latran, 11 décembre 1255.

Eisdem abbatii et conventui exemptionem deciminarum indulget. (REG. 24, c. 753², f. 109v.)

« Eisdem. Exigentibus vestre devotionis meritis etc. usque : assensum, ut de laboribus vestris quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de ortis et virgultis vestris aut vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere valeat, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

935

Latran, 11 décembre 1255.

Eisdem abbatii et conventui confirmat terras, quas per XL annos et amplius praescripserunt. (REG. 24, c. 753³, f. 109v.)

« Eisdem. Devotionis vestre merita —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus inclinati, terras, decimas, possessiones et alia que per XL annos et amplius prescrisistis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus : nichilominus statuentes, ut ea omnia vobis et ipsis monasterio de cetero maneant perpetua firmitate subnixa. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. ut supra. »

936

Latran, 13 décembre 1255.

Henrico, abbatii monasterii S. Dionisii in Francia, facultatem

absolvendi monachos et clericos saeculares ac dispensandi cum eis super irregularitate concedit. (REG. 24, c. 754, f. 109^v.)

« *Henrico, abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter etc. usque : exaudimus. Tuis itaque supplicationibus benignum impertientes assensum, absolvendi juxta formam Ecclesie monachos et clericos seculares tibi pleno jure subjectos in illis casibus in quibus episcopi possunt, et dispensandi cum eis super irregularitate. si quam exinde incurrerunt, injuncta eis penitentia salutari et quod injungi talibus consuevit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Presentibus post quinquennium etc. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

937

Latran, 9 décembre 1255.

Capitulo Anglonensi D[eodatum] de Squillaco, ordinis fratrum Minorum, in episcopum Anglonensem ab Henrico Barensi electo praefectum, ab Innocentio IV confirmatum (POTTHAST 15199) et a se in minori officio constituto consecratum, commendat. (REG. 24, c. 755, f. 109^v; POTTHAST 16113.)

« *Capitulo Anglonensi.* Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo. »

938

Latran, 13 décembre 1255.

Abbati S. Dionisii in Francia concedit, ut religiosis, commensalibus suis, licentiam loquendi largiatur. (REG. 24, c. 756, f. 109^v.)

« ... *abbati Sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Consuevit Sedes apostolica etc. usque : impetriri. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nolis, tecum tam Predicorum quam Cisterciensium et aliorum ordinum fratres sepe sepius sint in mensa, presentium tibi auctoritate concedimus, ut eis in eadem mensa loquendi licentiam cum expedire videris largaris. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

939

Latran, 8 décembre 1255.

[Henrico], electo Spirensi, cum ratione cancellariae, quam in curia W[illelmi], regis Romanorum, obtineat, oporteat eum curiae ipsi praesesse ac ejus officia, prout honori et utilitati ejusdem regis expedit, ordinare, usque ad festum s. Michaelis

proximo futurum suscipiendo consecrationis munus de speciali gratia prorogat, constitutione de consecrandis episcopis nuper a se edita non obstante. (REG. 24, c. 757, f. 109^v; POTTHAST 16110; RODENBERG, t. III, n° 418.)

« ... *electo Spirensi.* Exigentibus tue devotionis —. Dat. Laterani, VI idus decembris, anno primo. »

940

Latran, 11 décembre 1255.

Eidem facultatem concedit recipiendi ordines ac consecrationem a quocumque episcopo. (REG. 24, c. 758, f. 109^v; RODENBERG, t. III, n° 419^v.)

« ... *electo Spirensi, imperialis Aule cancellario.* Cum propter certas causas, quod possis recipere ordines ac munus consecrationis a venerabili fratre nostro .., archiepiscopo Maguntino, metropolitano tuo, asseras te conscientiam non habere, recipiendi predictos ordines statutis temporibus ac munus consecrationis secundum morem preficiendorum episcoporum a quo cumque magueris archiepiscopo vel episcopo gratiam et communione apostolice Sedis habente, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Ita tamen quod per hoc ecclesie Magantine in posterum nullum prejudicium generetur. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

941

Latran, 11 décembre 1255.

Eiusdem personam a jurisdictione Maguntini archiepiscopi usque ad triennium duxit eximendam. (REG. 24, c. 759, f. 109^v; RODENBERG, t. III, n° 419^v.)

« *Eidem.* Promerente tue devotionis —. Dat. ut supra. »

942

Latran, 28 novembre 1255.

Magistro Bertrando de Monte Revello, clero Claromontensis diocesis, pro claris meritis, dispensat, ut praeter ecclesiam de Lapione, Laudunensis diocesis, curam animarum habentem, valoris annui XII librarum Turonensium, quam se canonice proponit adeptum, duo alia quaecumque beneficia recipere valeat. (REG. 24, c. 760, f. 109^v.)

« *Magistro Bertrando de Monte Revello, clero Claromontensis diocesis.* Amor scientie eorū tuum ab etate tenera ita dinoscitur allexisse, qnod fere hoc solum fuit tibi

causa solatii ut posset phyllophilie titulis decorari. —
Dat. Laterani, III kalendas decembris, anno primo. »

943

Latran, 13 décembre 1255.

Prioratum de Campis in Exona, monasterio S. Dionisii in Francia pertinentem, eximit ex contributione in procurationibus legatorum apostolicae Sedis. (REG. 24, c. 761, f. 109v.)

« ... abbatii. et conventui monasterii Sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Exigentibus vestre devotionis meritis, votis etc. usque : exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, prioratus vester de Campis in Exona juxta Corbolium, Parisiensis diocesis, multorum illuc advenientium hospitalitate gravetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut idem prioratus non teneatur ad contribuendum cum clericis secularibus in procurationibus legatorum et nunciorum apostolice Sedis. vobis et eidem prioratui auctoritate apostolica indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis. Presentibus post triennium etc. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

944

Latran, 13 décembre 1255.

Abbati Corbiensi, Ambianensis diocesis, mandat quatinus abbatii et conventui monasterii S. Dionisii in Francia, super bonis ipsorum a nonnullis injuriis multiplices patientibus, exhibeat auctoritate apostolica de injuriatoribus justitiae complementum. (REG. 24, c. 762, f. 110.)

« ... abbati Corbiensi, Ambianensis diocesis. Quia nonnulli sic in malitia delectantur, ut voluntatis libito abstinentie ruptis habenis ad illicita relaxato, ecclesiis et personis ecclesiasticis super bonis suis. Dei timore postposito, multipliciter injuriari presumant, consuevit apostolica Sedes ecclesiis et personis ipsis contra pravitatem talium defensionis remedio subvenire, per quod earum bona tuta permaneant, et injuriatorum ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi precludatur similia. Cum igitur, sicut ex parte dilecti filii .., abbatis et conventus monasterii Sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, fuit propositum coram nobis, iidem a nonnullis super bonis ipsorum injurias interdum multiplices patientur, et eis nimis difficile sit et grave super injuriis hujusmodi, quotiens ipsis ab aliquibus inferantur ad apostolicam Sedem habere recursum, nobis humiliter supplicavit,

ut eis in hac parte providere de benignitate solita curaremus. Quia igitur per dictos abbatem et conventum sic interdimus prosequi prerogativa favoris et gratie specialis, quod illatas eis offensas nolumus sicuti nec debemus aliquatenus sustinere, quin potius eis, cum idem monasterium beati Petri juris existat, adesse volumus et debemus. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, quotiens ab eis requisitus fueris, exhibeas auctoritate nostra de ipsorum injuriatoribus justitiae complementum. Contradictores etc. Presentibus post triennium etc. Dat. ut supra. »

945

Latran, 13 décembre 1255.

Electo Vulterano mandat, quatinus abbatii et conventui monasterii S. Felicis de Vada, Pisanae diocesis, onere debitorum pressis, concedat, ut de bonis monasterii usque ad summam quingentiarum librarum pisanorum vendant. (REG. 24, c. 762², f. 110.)

« ... electo Vulterano. Petitio dilecti filii ... abbatis et conventus monasterii sancti Felicis de Vada, ordinis sancti Benedicti, Pisane diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, nobis exhibita continebat, quod eorum monasterium adeo propter incursus guerrarum premitur onere debitorum, quod ipsi non possunt in eodem monasterio remanere, nec habent unde de bonis ipsius que usurarum vorago consumit possint aliquatenus sustentari; propter quod nobis humiliter supplicarunt, ut de bonis minus utilibus ipsius monasterii pro exoneratione ipsorum debitorum usque ad summam quingentiarum librarum pisanorum parvorum eis vendendi licentiam concedere dignaremur. Quocirca mandamus, quatinus, si est ita, auctoritate nostra postulata ipsis concedas, si utilitati prefati monasterii videris expedire. Proviso ne quod pro ipsius monasterii utilitate conceditur, in detrimentum vergat ipsius. et ne id de tuis manibus a Domino requiratur. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

946

Latran, 13 décembre 1255.

Episcopo Mutinensi mandat quatinus Huldrico, Coronensi electo, apud Bononiam autem studiis theologicae facultatis et canonici juris insistenti, consecrationis munus impendat. (REG. 24, c. 763, f. 110.)

« ... episcopo Mutinensi. Ex parte dilecti filii Huldrici, Coronensis electi, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipse, apud Bononiam studiis theologice facultatis

et canonici juris insistens, ad partes suas infra tempus nuper super hoc statutum a nobis accedere nequeat pro consecrationis munere obtinendo, munus hujusmodi sibi mandaremus impendi. lapsu predicti temporis interim ei nullum obstaculum afferente. Quocirca mandamus quatinus. convocatis aliquibus episcopis tibi vicinis. eidem electo auctoritate nostra predictum munus impendas. per quod metropolitano suo nullum in posterum prejudicium generetur. Volumus tamen quod predictus electus, sublatocujuslibet dilationis obstaculo, accedat ad commissam sibi ecclesiam, quolibet indulgentia Sedis apostolice non obstante. Dat. ut supra. »

947

Latran, 9 décembre 1255.

Sententiam Johannis, s. Nicolai in Carcere Tulliano cardinalis, Romam idibus novembbris anno eurrente latam inter episcopos capitulaque Colimbrienses et Egitanientes, qui eum in arbitrum elegerunt, Neapoli XII die mensis novembbris MCCLtIII, confirmat et de verbo ad verbum refert. (REG. 24, c. 764, f. 110.)

« *Episcopis et capitulis Colimbriensis Egitanensis.* Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, cum in causa, que inter vos. frater episcope et filii capitulum Egitanenses, ex parte una, et vos, frater episcope et filii capitulum Colimbrienses, ex altera, ecclesiarum vestiarum nomine, super limitatione Colimbriensis et Egitanensis diocesum, quibusdam ecclesiis quorundam locorum, episcopalibus iuribus sequestrationis providentia facta de mandato felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, possessionibus laicalibus debitibus, fructibus perceptis, invasionibus, spoliationibus, dampnis, quibusdam aliis articulis necnon et eisdem consurgentibus vertebatur, idem predecessor filium nostrum I. sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem dederit partibus auditorem, tandem vos, fratres episcopi et dilecti filii Petrus cantor Egitanensis et magister Johannes, vestri, filii capitula, procuratores, habentes ad componendum plenariam potestatem in eundem cardinalem tamquam in arbitrum, arbitrarem et amicabilem compositorem compromittere curavistis, sicut in instrumento publico exinde confecto sigillato sigillis vestris, fratres episcopi, et inferius annotato plenius continetur. Cujus tenor talis est :

Naples, 12 novembre 1254.

« In nomine Christi amen. Anno Domini M.CC.LIIII, XII die mensis novembbris, XIII indictionis, Neapoli

» in ecclesia monasterii sancti Severini, in presentia
 » mei Bernardi de Littera notarii et testium subscrip-
 » torum, scilicet religiosi viri ..., abbatis Rothonensis,
 » magistri Roberti Mediolanensis Rothomagensis ca-
 » nonici, magistri Petri Roderici canonici Auriensis,
 » magistri Roberti canonici sancti Quintini, magistri
 » Continacii canonici Esculani, Petri Codarii clerici
 » Auriensis, Goffridi clerici procuratoris abbatis Do-
 » lensis, nobilis viri domini Goffridi comitis de Aquila,
 » domini Goffridi de Argento notarii Galgani de Tra-
 » munto, magistri Jacobi Vulteris de Salerno et quam-
 » plurium aliorum, venerabiles patres domini Egeas,
 » Colimbriensis, et Rodericus, Egitanensis episcopi,
 » eorum nomine et ecclesiarum suarum, pro se et suc-
 » cessoribus suis, ac providi viri magister Johannes
 » Andree, canonicus Colimbriensis, procurator capituli
 » Colimbriensis, et Petrus Martini. cantor Egitanien-
 » sis, procurator Egitanensis capituli, habentes ad
 » hoc specialia mandata ab eisdem capitulis, nomine
 » capitulorum ipsorum, sponte, non vi vel metu, com-
 » pulsi. non dolo inducti, sed pro bono pacis concordie
 » et amicabilis compositionis renunciantes exceptioni
 » doli non commissi et fraudis colludii atque falcie,
 » compromiserunt in venerabilem patrem dominum
 » Johannem sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaco-
 » num cardinalem, auditorem eis a domino papa con-
 » cessum tamquam in arbitrum et arbitrarem ac
 » amicabilem compositorem super causis, controver-
 » siis, questionibus et litibus motis et que moveri
 » possent in posterum inter eosdem episcopos, nomine
 » ecclesiarum suarum, et dictos procuratores, nomine
 » capitulorum prefatorum, super dampnis, injuriis al-
 » terutra parte datis seu dandis usque ad hujusmodi
 » diffinitionem, ordinationem, provisionem seu determi-
 » nationem negotii, sequestrationibus factis et facien-
 » dis, invasionibus, fructibus perceptis vel qui percipi
 » potuerunt et poterunt usque ad diffinitionem, ordi-
 » nem, provisionem seu determinationem hujusmodi
 » negotii, confinibus, limitationibus utriusque dioce-
 » sum ac omnibus aliis que facta seu attemptata fuerint
 » hinc inde, necnon rebus, ecclesiis, locis et iuribus
 » episcopalibus ecclesiarum de Covelliana, Celorico,
 » Linares, Felgusino, Caudela et Sena, possessionibus
 » et domibus sitis in eisdem castris et locis ac de
 » quinque milibus aureorum quos utraque pars ab al-
 » terutra sibi deberi dicebat, et de jure patronatus ec-
 » clesie sancte Marie de Covelliana, et de executione
 » sententie sub arbitrorum facienda vel non facienda
 » in tota Berra et Covelliana quoad episcopalia et
 » temporalia jura, et de dominio temporali, et de epis-

» copalibus juribus de Bello monte, et quoque ad epis-
 » copalia in villis, in castris de Sancto Romano, Anco,
 » Cogia, Lanrosa, Midones, Petragono, Figueino,
 » Dornis, Aquishbellis, Arega cum terminis et pertinen-
 » tiis omnium predictorum locorum: et super omnibus
 » aliis ecclesiis sitis a Monte qui dicitur Asina Brava
 » et a Nava de Juncoso sive Naba Fluvio qui fluit
 » juxta castrum de Thomar Templariorum circa versus
 » Egitaniam directe et collateraliter, quoad episcopalia,
 » et generaliter de omnibus litibus, questionibus et
 » controversiis motis et que moveri possent in poste-
 » rum inter predictos episcopos et ecclesias suas, ac
 » procuratores prefatos, tam de sequestratione, restitu-
 » tione, proprietate temporalium et spiritualium, quam
 » de divisione limitationis diocesum earundem, dispo-
 » litionibus, invasionibus, dampnis, injuriis, fructi-
 » bus et expensis, submittentes se in omnibus et sin-
 » gulitis ordinationi, dispositioni, determinationi,
 » diffinitioni, et provisioni ejusdem domini cardinalis:
 » ita quod ipse dominus cardinalis in omnibus et sin-
 » gulitis predictorum procedere possit. lite contestata et
 » non contestata, sollempnitate juris servata et non
 » servata, causa instructa et non instructa, secundum
 » quod sibi melius visum fuerit, et quod possit idem
 » dominus cardinalis dicere, precipere, sententiare,
 » arbitrari, ordinare, diffinire, terminare et amicabili-
 » liter componere inter prefatos episcopos et procura-
 » tores, eis presentibus et absentibus, in scriptis et sine
 » scriptis, semel et pluries, divisim et separatim, die-
 » bus feriatis et non feriatis, una parte presente et al-
 » tera absente, citata et non citata, mutando, corri-
 » gendo et interpretando secundum quod eidem domino
 » cardinali melius visum fuerit, etiam post ordinatio-
 » nem, diffinitionem, determinationem, dispositionem
 » et provisionem quas idem cardinalis in premissis
 » omnibus et singulis duxerit faciendas, promittendo
 » pars parti sollempni stipulatione ad sancta Dei evan-
 » gelia jurando attendere, observare, et curaturam et
 » facturam attendendi, et observari facere omnia et
 » singula que dictus dominus cardinalis precepit,
 » dixerit, arbitratus fuerit, ordinaverit, sententiaverit,
 » providerit vel statuerit inter easdem vel earum al-
 » terutram, et hoc in pena vel sub pena mille marca-
 » rum auri ad invicem sollempni stipulatione premissa
 » exigenda pro quolibet capitulo cum effectu et in so-
 » lidum et contra quemlibet et pro quolibet totiens
 » quotiens contraventum erit vel paritum non erit, que
 » soluta exacta semel vel sepius, omnibus predictis et
 » singulis in sua firmitate manentibus, cum commis-
 » sione et exactione ejusdem pene. Et pro hiis predic-

» tis omnibus et singulis attendendis et observandis,
 » dicti episcopi et procuratores sibi ad invicem bona
 » omnia ecclesiarum suarum et capitulorum earum
 » pignori obligarunt tam pro pena quam pro omnibus
 » aliis attendendis et observandis, renunciando quod
 » non possint dicere se obligatos sine causa vel justa
 » causa, vel quod non sint certiorati de omnibus et
 » singulis articulis superius memoratis, et omni juri
 » speciali et generali beneficio restitutionis in inte-
 » grum, litteris impetratis et impetrandis per quas im-
 » pediri possit hujusmodi compromissum, seu quod
 » super premissis per dictum dominum cardinalem
 » preceptum, ordinatum, dictum, arbitratum, senten-
 » tiatum, diffinitum, determinatum vel provisum fue-
 » rit, juri ordinario et extraordinario omniq[ue] alii juri
 » canonico, civili, romano vel consuetudinario, per
 » quod a predictis omnibus vel ab aliquo predictorum
 » se possent defendere vel vellent de jure vel de facto,
 » quod possint dici vel de facto excogitari, prefata do-
 » mino cardinali ordinaria et delegata jurisdictione in
 » omnibus et singulis reservata, ut ex eadem possit eos-
 » dem episcopos et procuratores compellere ad obser-
 » vationem sententie, arbitrii, laudi, precepti, dicti, dif-
 » finitionis, determinationis, dispositionis, provisionis
 » et compositionis amicabilis, secundum quod visum
 » fuerit eidem domino cardinali. In ejus rei testimo-
 » nium, prefati episcopi, pro se et nomine predictorum
 » procuratorum qui dicebant se ad presens sigilla pro-
 » pria non habere, sigilla sua apposuerunt, procuratori-
 » bus ipsis presentibus, volentibus, consentientibus et
 » approbantibus, et ego prefatus Bernardus, apostolice
 » Sedis legatus ac notarius, qui rogatus premissis in-
 » terfui, hoc presens publicum instrumentum propria
 » manu scripsi ac in publicam formam redigi et sig-
 » num meum apposui. Abbas Rothonensis testis, ma-
 » gister Robertus Mediolanensis Rothomagensis cano-
 » nicus, magister Petrus Roderici canonicus Auriensis,
 » magister Robertus canonicus Sancti Quintini, ma-
 » gister Continatius canonicus Esculanus, Petrus Co-
 » darii clericus Auriensis, Goffridus clericus procura-
 » tor ..., abbatis Dolensis, nobilis vir dominus Goffridus
 » comes de Aquila, dominus Gottofridus de Argento,
 » notarius Galganus de Tramonto, et magister Jacobus
 » Vulteris de Salerno, testes. »

Idem vero cardinalis fretus auctoritate ac potestate
 sibi a nobis tradita et juribus hujusmodi compromissi
 quandam ordinationem edidit inter partes, prout in
 instrumento publico inde confecto sigillato ipsius car-
 dinialis sigillo plenius continetur, vosque, fratres epis-
 copi et dicti procuratores, ordinationem hujusmodi ac-

ceptastis. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, ordinationem ipsam ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Defectum, si quis in compromisso vel provisione seu ordinatione hujusmodi extitit, supplentes de plenitudine potestatis. Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

Rome, 13 novembre 1255.

« Johannes, miseratione divina sancti Nicolai in Carecere Tulliano diaconus cardinalis, universis Christi fidelibus in perpetuum. Produxit ad vite militiam Deus hominem questionibus absolutum. Ingruente tamen occiduo sue conditionis occasu, quem vetus subintulit aviditatis inglivies appetitibus illectus illicitis, aggredi jurgia, subire litigia, contentiones appetere ex arbitrii pervicacitate presumpsit e quibus dispendia prodeunt, labores emergunt, ac interdum humani proficiunt federis corruptela. Tandem provisionis divine consilium remedia nonnulla produxit in medium quibus judicii rigore multotiens ac plerumque providentia equitatis arbitriique beneficio licium involuta dirimantur. Sane materia questionis exorta vertitur inter .., episcopum, et capitulum Colimbrienses ex parte una, et .., episcopum, et capitulum Egitanienses ex altera, ecclesiarum suarum nomine, super suarum limitatione diocesum, quibusdam ecclesiis, quorundam locorum episcopalibus juribus, sequestrationis providentia felicis recordationis domini I. pape IIII facta mandato, possessionibus laicalibus debitibus, fructibus perceptis, invasionibus, spoliationibus, dampnis, quibusdam aliis articulis necnon et consurgentibus ex eisdem in Hyspanie partibus, coram quibus arbitris vel eorum subarbitris ac demum in Romana Curia in presentia quamplurium Romanorum pontificum et auditorum in ea concessorum ab ipsis, coramque judicibus a Sede apostolica delegatis ac subdelegatis eorum multis temporibus ab etatis moderne memoria fere prenimia vetustate remotis sub processuum involutione multo modo extitit ventilata. Sicque personis prosequenterbus eam de medio temporum veritate sublatis multifariis irritationibus implexa remansit ac multiformibus cecitatis nebulis obfuscata usque ad eo quod diversorum processuum exuberante volumine urgere quodammodo videbatur ad infinitatis abissum. Ceterum venerabiles patres Egeas, Colimbriensis, et Rodericus, Egitaniensis episcopi, et magister Johannes, Colimbriensis, et Petrus, cantor Egitaniensis, capitulorum procuratores, occasione questionis hu-

» jusmodi ad Curiam memoratam personaliter accesse-
» runt, et coram nobis, sibi per felicis recordationis
» dominum I. papam III auditore concesso, nonnullis
» temporibus litigarunt. Ipsi tandem, animarum peri-
» culis precavere volentes, qui possent pretextu ques-
» tionis premisse contingere causeque antiquitatemi
» circumspicientes ipsius ac interminabilem quasi pro-
» gressum eisdem qui succedere possent in posterum
» si judicii severitas servaretur, laborumque dispendia
» ac impendia sumptuosa quibus tam ipsi quam prede-
» cessores eorum dictas ecclesias affecerunt et affice-
» rent in futurum atque hujusmodi negotii finem ce-
» lerem affectantes specialiter ac generaliter super
» omnibus supradictis, et causis, controversiis, ques-
» tionibus et litibus motis et que moveri possunt in
» posterum, sequestrationibus factis et etiam faciendis
» et pluribus articulis aliis in compromisso distinctis
» expressim, in nos suo et ecclesiarum suarum nomine
» nuper compromiserunt ultronei tamquam in arbitrum.
» arbitratorem atque compositorem amicabilem, dicto
» arbitrio, sententie, precepto, ordinationi, difinitioni
» faciendis per nos, lite contestata et non contestata,
» sollempnitate juris servata et non servata, causa in-
» structa et non instructa, se totaliter submittendo,
» prout in instrumento publico inde confecto sigillorum
» ipsorum episcoporum impressione munito hec omnia
» plenius et expressius continentur. Nos autem, vo-
» lentes tam varia processuum perplexitate prolixum
» hujus contentionis abbreviare negotium, ac ad sue
» veritatis indaginem summotenus pervenire, libellos
» offerri mandavimus ab alterutra partium coram
» nobis, qui fuerunt exhibiti in hac forma:
» Coram vobis, reverende pater, domino I. sancti
» Nicolai in Carecere Tulliano diacono cardinali, petunt
» episcopus et magister Johannes, procurator capituli
» Colimbriensis, ex mandato domini Honorii, restitu-
» sibi Coullerianam, Celoricum, Linares et Felgosinum
» in spiritualibus et temporalibus, quoad jura episco-
» palia, cum terminis et pertinentiis que tenet et possi-
» det vel quasi ibi ecclesia Egitaniensis et de facto
» cum fructibus temporis preteriti, quos fructus exti-
» mant quatuor milia marcharum argenti, vel petunt
» predicta secundum providentiam domini pape I. IIII
» sequestrari, si forte sibi non videritis restituenda.
» Item petunt ex mandato domini I. III et domini Ho-
» norii sententiam sub arbitrum latam pro ecclesia
» Colimbriensi contra Egitaniensem super restitutione
» omnium episcopalium jurium spiritualium et tempo-
» ralium et fructuum medii temporis totius Berre et
» Coulleriane mandari executioni in Guarda, Tauro,

» Castello, Mennedo, Germaelos Alvendi cum terminis
 » et pertinentiis suis contra executionem petunt cum
 » fructibus, quos extimant quatuor milia marcharum
 » argenti. Item petunt ex condeinpnatione domini I.
 » pape III fructus Coulleriana, Celorici, Linares, Felgo-
 » sini, Gaudele et Sene unius anni qui effluxit a tem-
 » pore limitationis facte per Aurienses primos usque
 » ad tempus sequestrationis facte per Zamorenses, quos
 » extimant centum marcas argenti. Item petunt ex
 » mandato dominis I. III restitutionem laycarum pos-
 » sessionum possessarum et detentarum per ecclesiam
 » Egitanensem, quos episcopus Colimbriensis in Coul-
 » leriana, Celorico et eorum terminis acquisivit cum
 » pertinentiis omnibus et fructibus temporis preteriti,
 » quos extimant trecentas marcas argenti. Possessio-
 » nes autem predicte sunt iste : in Celorico et in Furno
 » Telario et aliis terminis ejusdem, domos omnes et
 » possessiones quas ibi detinet Egitanensis; in Coul-
 » leriana, in Castello, domos omnes et apotecam cum
 » cupis, tinis et aliis negotiis que dividunt, ex una
 » parte cum dominibus Sancte Crucis, ex alia cum Gar-
 » sia Fernandi milite, ex alia per murum, ex alia per
 » murum, ex alia per viam publicam. Item in termi-
 » nis Coulleriane, V molendina, et locus ubi consuevit
 » esse alium molendinum cum una vinea de Mantan-
 » collo, et possessiones de Correzes, sicut dividunt per
 » hortum de rivulo, de molendis et super portam de
 » Correzes superius, cum Marino Didaci subitus et su-
 » pra, et eum Johanne Didaci ultra rivum de Correzes,
 » et cum Petro Fernandi mercatore, et cum hereditate
 » que fuit de Gunsalvo vicino, et cum illa que fuit de
 » Arizado et per vineas de Capite Pellagi returna inferius,
 » et cum Fernandino, et per rivum de Coulleriana et
 » per vias publicas. Item petunt restitutionem juris pa-
 » tronatus ecclesie sancte Marie de Castro Coulleriane
 » et omnium eorum que ecclesia Egitanensis habuit,
 » percepit, habet et percipit in ipsa ecclesia, preter
 » episcopalia, quorum summam extimant triginta mar-
 » cas argenti. Et ad restitutionem omnium predictorum
 » petunt sibi Egitanensem episcopum et procuratorem
 » capituli, nomine ecclesie sue, condempnari. Item
 » petunt omnia que supra petuntur cum terminis et
 » pertinentiis suis, et cum fructibus medio tempore
 » perceptis, quos extimant ad valorem octo milium et
 » quingentiarum marcarum argenti sibi restituui, adju-
 » dicari et declarari sententialiter ad Colimbriensem
 » ecclesiam pertinere, quoad jura episcopalia, dicentes
 » ea esse in sua dioecesi constituta. Item petunt ecclesiam
 » sancte Marie de Castro Coulleriane cum fructibus
 » inde perceptis ratione juris patronatus, quos extimant

» triginta marcas argenti, et possessiones laicales no-
 » minatas detentas per episcopum et ecclesiam Egita-
 » nienses, quas in Coulleriana et Gelorico et eorum ter-
 » minis Colimbriensis episcopus acquisivit, adjudicari,
 » dicentes eas ad Colimbriensem ecclesiam pertinere
 » jure dominii vel quasi. Item petunt per sententiam
 » vestram declarari Senam et Gairdelam Belmonte,
 » Avoo, Cogiam, Pedroganum, Fignaroo, Arganil, Sanc-
 » tum Romanum, Laurosa, Midones, Arengam, Aquas
 » Bellas, cum terminis et pertinentiis suis, et omnia
 » que tenet ecclesia Colimbriensis citra Ozezar fluvium
 » versus se esse de dioecesi Colimbriensi et ad Colim-
 » briensem ecclesiam pertinere, quoad jura episco-
 » palia, cum sint in sua dioecesi constitute possessiones
 » laicales, quas in predictis locis tenet vel possidet ec-
 » clesia Colimbriensis, dicentes ad se pertinere jure do-
 » minii vel quasi predicta omnia, petunt cum expensis
 » et dampnis que extimant ad XX milia aureoruin,
 » salvis expensis usque ad finem negotii faciendis et
 » salvo jure sui possessori, et protestantur quod, per
 » hanc petitionem vel aliam quam facient coram vobis.
 » non intendunt recedere a possessorio vel a quomodo
 » aliquo quod ratione possessionis sibi possit vel de-
 » beat de jure competere in hac causa.
 » Coram vobis, reverende pater, domino J., sancti
 » Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, dicunt
 » et proponunt episcopus Egitanensis et Petrus can-
 » tor procurator capituli Egitanensis, nomine eccl-
 » sie Egitanensis, contra Colimbriensem episcopum et
 » magistrum Johannem procuratorem capituli Colim-
 » briensis, quod, cum episcopus Egitanensis nomine
 » Egitanensis ecclesie possideret vel quasi ecclesias
 » sitas in castro de Sena et de Gaudela et terminis eo-
 » rundem cum villis de Avoo, Cogia, Pedrogano, Figue-
 » roo, Arganii, Sancto Romano, Laurosa, Midones,
 » Arega, Dornis, Aquis bellis, quoad jura episcopalia,
 » et omnes alias ecclesias et loca que episcopus et ec-
 » clesia Colimbrienses detinent, quoad dicta jura, a
 » Monte vel loco qui dicitur Asina Brava et fluvio qui
 » dicitur Nabam, et qui sunt juxta castrum de Thomar
 » Templariorum circa, respectu Egitanie et ex provi-
 » dentia et mandato domini I. III, dicte ecclesie et loca
 » apud judices Zamorenses sequestrate fuissent, quoad
 » jura prefata, dictus episcopus et ecclesia Colimbriensis
 » ipsa jura episcopalia in ecclesia de Sena et de Gau-
 » dela et de terminis earundem ecclesiarum occasione
 » processus dictorum judicium Zamorensium post se-
 » questrationem habiti et cassati, et in aliis ecclesiis
 » et locis supradictis auctoritate propria occuparunt,
 » et in prejudicium episcopi et ecclesie Egitanensis

» contra justitiam detinent occupata : que omnia supra-
 » dicta pervenerunt ad ecclesiam Colim briensem in
 » grave dampnum Egitaniensis ecclesie et periculum
 » animarum et scandalum plurimorum. Unde petunt
 » dicti episcopus Egitaniensis et procurator dicti capi-
 » tuli, nomine Egitaniensis ecclesie, jura omnia supra-
 » dicta ad statum pristinum sequestrationis vel sue
 » possessionis revocari cum fructibus inde medio tem-
 » pore perceptis et qui percipi potuerunt, quos exti-
 » mant triginta milia aureorum. Item, cum ecclesia
 » Egitaniensis teneret et possideret vel quasi omnia
 » supradicta, quando sequestrata fuerunt, et sint de
 » diocesi sua, petunt predicti Egitaniensis episcopus et
 » procurator capituli sui ea omnia sibi nomine Egit-
 » niensis ecclesie restitui, judicari, et sententialiter
 » declarari esse de diocesi Egitaniensi et ad Egit-
 » niensem ecclesiam pertinere cum fructibus inde per-
 » ceptis et qui percipi potuerunt, quos extimant tri-
 » ginta milia aureorum. Item, dicunt et proponunt
 » predicti episcopus Egitaniensis et procurator capituli
 » Egitaniensis, quod, cum ecclesia Egitaniensis tenu-
 » rit et possederit, et nunc teneat et possideat, quoad
 » episcopalia, castra de Coulleriana, Celorico, Linares
 » et Felgosino, cum terminis et pertinentiis suis, ex-
 » ceptis ecclesiis de Belmonte, de quibus agunt infe-
 » rius, petunt dicta castra cum terminis suis ad Egit-
 » niensem ecclesiam de jure spectare per vestram
 » sententiam declarari, et episcopo et ecclesie Colim-
 » briensis super eis perpetuum silentium imponi,
 » cum nullum jus habeant in eisdem. Et idem petunt,
 » quoad possessiones laicales quas tenet et possidet
 » Egitaniensis ecclesia. Item, dicunt et proponunt quod
 » episcopus Colimbriensis, nomine ecclesie sue, re-
 » cepit et tenuit ab Egitaniensi episcopo Coullerianain
 » cum terminis suis obligatam, quoad episcopalia, pro
 » V milibus aureorum ex processu Zamorensi cassato
 » et, percepta exinde dicta pecunia, retinuit et retinet
 » de ipsa obligationem, quoad episcopalia. Belmonte
 » qui est de terminis Coulleriane in prejudicium Egi-
 » taniensis ecclesie, et sibi reddere contradicit. Unde
 » petunt dicti Egitaniensis episcopus et procurator capi-
 » tuli sui, quod dictus episcopus et ecclesie Colim-
 » brienses restituant sibi dicta V milia aureorum
 » que habuerunt ab Egitaniensi ex dicto processu
 » cassato, et quod restituant sibi dictum locum
 » de Belmonte, quoad dicta jura, cum fructibus inde
 » postea perceptis et qui percipi potuerunt, quos
 » extimant VII milia aureorum : et petunt jura epi-
 » scopalia in ecclesiis de Belmonte et de pertinentiis
 » suis nomine ecclesie sue sibi per vos, reverende pa-

» ter, sententialiter adjudicari, cum sint in sua diocesi
 » constitute. Item, dicunt et proponunt quod, cum ec-
 » clesia Egitaniensis esset in possessione laicalium pos-
 » sessionum de Belmonte, in termino de Coulleriana
 » et de Ollas, de Godino et de Angues, in termino de
 » Sortelia, Colimbriensis episcopus spoliavit Egit-
 » niensem ecclesiam possessionibus supradictis, eas-
 » dem auctoritate propria occupando, que ad Colim-
 » briensem ecclesiam in prejudicium Egitaniensis
 » ecclesie pervenerunt. Unde petunt dicti episcopus
 » Egitaniensis et procurator ejusdem capituli posses-
 » siones sibi restitui memoratas cum fructibus inde
 » perceptis et qui percipi potuerunt, quos extimant
 » V milia aureorum ; et dicunt dictas possessiones ad
 » Egitaniensem ecclesiam pertinere, et petunt eas sibi
 » per vos, reverende pater, sententialiter judicari. Pe-
 » tunt etiam jura episcopalia sibi adjudicari in eisdem
 » locis, quia sunt in Egitaniensi diocesi constituta.
 » Item, petunt per vos mandatum domini I. III execu-
 » tioni mandari contra Colimbriensem predictum su-
 » per expensis mille ducentorum solidorum Legionen-
 » sis monete, in quibus Colimbriensis Egitaniensi per
 » judices Aurienses fuerat condempnatus. Item, cum
 » vobis constet, reverende pater, per confessionem
 » partis adverse, de invasione et occupatione quas
 » episcopus Colimbriensis fecit nomine ecclesie Colim-
 » briensis in Celorico et Felgosino et terminis suis
 » Egitaniensis ecclesie, et pro parte de fructibus et de
 » dampnis que sibi intulit in eisdem, et episcopus Egi-
 » taniensis et procurator capituli sint parati docere de
 » aliis, sicut debent, petunt dicti Egitaniensis nomine
 » ecclesie sue sibi per vos ab episcopo et ecclesia Co-
 » limbriensis satisfieri de dampnis et fructibus me-
 » moratis, que extimant ad valorem XII milium aureo-
 » rum : et petunt episcopum et ecclesiam Colimbrienses
 » propter dictam invasionem de jure puniri, cum eccl-
 » esia sua in hiis ratum habuerit factum suum. Item,
 » cum Colimbriensis episcopus in causa limitationis
 » Egitaniensis et Colimbriensis ecclesiarum approba-
 » verit in judicio divisiones clare memorie .., regis
 » Bambe, in quibus continetur : Egitania teneat de Sa-
 » lama usque Nabam, de Sena usque Mauricellam ;
 » Columbria teneat de Naba usque Borgam, de Tor-
 » rente usque Loram et sequenter in divione Colim-
 » briensis ecclesie : intra hos terminos suam habeat
 » diocesim Columbria, et episcopus et ecclesia Colim-
 » brienses in prejudicium Egitaniensis ecclesie trans-
 » grediantur terminos supradictos sibi concessos, par-
 » tem Egitaniensis diocesis occupando : petunt dicti
 » Egitanienses episcopus et procurator capituli ejusdem

» quod compellatis, reverende pater, episcopum et eccliam Colim brienses divisionibus suis et limitibus supradictis manere contenta, limitationem dictarum ecclesiarum juxta predictas divisiones et limites sententialiter declarando; et petunt per vos, reverende pater, sibi, nomine ecclie sue, dictum Colim briensem episcopum et procuratorem capituli sui, nomine Colim briensis ecclie, ad predicta omnia sententia littere condemnari, et ad satisfactionem compelli. Item, petunt expensas factas in lite, quas extimant XX milia aureorum et protestantur de faciendis, salvo jure addendi, diminuendi, etc.

» Ad quos, litis contestatione secuta, de calumpnia et veritate dicenda sacramento prestito partibus ab eisdem, factisque positionibus ac responsionibus subsecutis, ad elegationes extitithine inde processum. Denique per semitam compositionis et pacis quam frequentier partibus indiximus nominatis in presenti negotio procedere nequeentes, ac diligenter advertentes quod, si ordo judicarius servaretur, cum possessorum judicium quod eisdem a partibus intentatur plurimum processuum obscuritatibus incitatum, sic idem negocium maxime ob probationes alias quas requirit involvat, quod temporibus istis non posset attingere terminum expeditionis optate, quin potius in anfractus profundius immergeretur antiquos, freti omni auctoritate ac potestate a domino papa viribus compromissi seu modo quolibet nobis in hac parte tradita vel concessa, compendii tramitem duximus eligendum.

» Nos igitur, attendentes negocium questionis hujusmodi inter ecclesiasticas versari personas, quas quiequam minime consuevit possidere per obscuritatis ambages seu cuiuspam occupationis vel detentationis abusum, de prudentum vivorum consilio, sequestramus apud dominum papam et Romanam Ecclesiam ab episcopo et ecclie Egitanensi Coulerianam cum suis terminis per verticem montis Ochaye, secundum quod aque fluunt versus Coullerianam, Celoricum, Sinares, Felgosinum cum terminis eorum, possessionesque laicales in Couleriana et ejus terminis quas determinate et distinete pars Colim briensis petuit in libello, et in Celorico domos episcopales, in parochia sancti Andree quoad omnia que petuntur in locis et dominibus supradictis, que omnia Egitanensem eccliam possidere vel quasi comprehendimus seu tenere. Item quoque per omnia facimus de jure patronatus ecclie sancte Marie de Couleriana, dum tamen apud Egitanensem episcopum vel eccliam possessio vel quasi aut detentatio sit

» ipsius, amplius ab episcopo et ecclia Colim briensisibus apud eosdem dominum et Romanam Ecclesiam similiter sequestramus, quoad ea que petuntur in eis, Senam et Gaudelam cum terminis suis quibusdam locis, sive sint determinati sive non, inferius nominatis exceptis, de quibus ordinatio subsequetur. nec non et Avvo, Sanctum Romanum, et Arganil, quorum omnium dictos episcopum et eccliam Colim brienses reperimus possessores vel quasi detentores: statuentes ac etiam decernentes, ut exnunc prefati dominus papa et Ecclesia Romana predicta omnia vere possideat ad utilitatem et commodum partium earundem, vel alterius ipsarum assignanda, scilicet postmodum ipsis partibus vel earum alterutri, prout de eis per nos judicatum vel arbitratum extiterit seu provisum, et ipsi dominus papa et Romana Ecclesia tantum in eis pro veris possessoribus habeantur. nullo possessionis commodo in premissis vel aliquo premissorum de jure vel de facto dictis partibus vel earum alterutri reservato; omnem possessionem vel detentationem dictorum locorum et jurium ab eisdem penitus abdicando. Preterea declaramus, quod cum ad decisionem, ordinationem seu dissinitionem facienda de predictis que sunt superius sequestrata, dante Domino, venietur ratione possessionis aut detentationis eorum, in quibus ut dictum est invenimus partes ipsas ad judicandum, dandum vel assignandum ob eam causam hoc isti, hoc illi, nos vel quisvis alius judex, arbiter seu provisor nullatenus arecamur, cum pretextu possessionis aut detentationis hujusmodi nolumus partem parti aliquatenus anteferri. Si vero contigerit idem negocium per nos minime terminari, idem dominus et Ecclesia Romana, in ipso juris ordine procedentes, illi partium quam in proprietate jus habere constiterit eadem adjudicent et assignent: et si pars utraque forsan de suo jure docere non possit, in hoc casu predictis ecclesiis vel earum alteri et nulli alii predicta superius sequestrata pro sua providentia conferant et assignent. Interim autem episcopalia jura et spiritualia que hinc inde petuntur in predictis ecclesiis atque locis auctoritate dictorum domini pape et Romane Ecclesie exercantur per eum vel eos, quem vel quos ad id duxerimus assumendos. Statuimus etiam fructus omnes provenientes ex sequestratis eisdem per illum vel illos, quem vel quos ad id duxerimus deputandos, colligantur et conferrentur, qui deductis expensis ab eis quas in presenti negotio juxta provisionem nostram fieri oportebit nominatis partibus vel earum alteri assignentur, prout duxerimus procedendum. Rursus,

» circa possessionem vel quasi seu detentationem Egi-
 » taniensis ecclesie in furno telario et aliis possessio-
 » nibus quas tenet in terminis de Celorico necnon et
 » circa possessionem vel quasi seu detentationem
 » ipsius in Guarda Tauro, Castro Menendo, si tamen
 » illico detineat Aluendi Gerniaelos vel jurium in eis-
 » dem, necnon et Colimbriensis ecclesie in locis, eccle-
 » siis et possessionibus infrascriptis vel jurium in
 » eisdem, scilicet in Cogia, Pedrogano, Figneiroo,
 » Laurosa, Midones, Arega, Dornis, Aquis Bellis om-
 » nibusque ecclesiis et locis per Egitaniensem ab eccle-
 » sia Colimbriensi petitis, aliis scilicet ab illis que
 » sunt in locis superius sequestratis, quos eadem Co-
 » limbriensis ecclesia detinet ab Asina Brava, et a flu-
 » vio qui in dicto libello Egitaniensi dicitur Naba
 » et qui fluit juxta castrum de Thomar Templariorum
 » citra versus Egitaniam, necnon et circa possessionem
 » vel quasi seu detentationem Colimbriensis ecclesie
 » in Belmonte, Anguies, Ollis de Godmo et possessio-
 » num laicalium in eisdem locis, quoad omnia que in
 » dicto Egitaniensi libello petuntur, nichil ad presens
 » duximus innovandum; sed alterutri partium posses-
 » sionein vel quasi seu detentationem quam habet in
 » eisdem omnimode reservamus. Insuper ab omnibus
 » fructibus perceptis hinc inde, dampnis, interesse, ex-
 » pensis factis in lite, V milibus aureorum omnibus sum-
 » mis pecuniaris coram nobis hinc inde ex causis qui-
 » busunque petitis, utramque partem ab impetitione
 » alterius duximus absolvendam: precipientes ut se in
 » antea mutuo super hiis nullatenus impetant vel mo-
 » lestant, eisdem partibus super ipsis perpetuum silen-
 » tium imponendo. Porro omnes sententias et processus
 » antiquos et hactenus tam super possessorio quam
 » super petitorio habitos inter partes usque ad tempus
 » quo compromissum in vos extitit per easdem super
 » omnibus locis seu juribus predictis vel aliquo predic-
 » torum coram arbitris, subarbitris, judicibus a Sede
 » apostolica delegatis et subdelegatis eorum ac quibus-
 » libet aliis, sive in Curia Romana vel alibi, commis-
 » siones ac confirmationes a quoquam obtentas om-
 » nemque utilitatem et commodum que ex rescriptis
 » apostolicis aut processibus per Romanos pontifices
 » qui fuerunt pro tempore vel quospiam alias habitis,
 » que partibus memoratis vel earum alterutri compe-
 » tunt vel competere possent in agendo, defendendo
 » seu quomodolibet, necnon confessiones tam super
 » possessorio quam petitorio habitas inter partes eas-
 » dem usque ad tempus compromissi superius enar-
 » ratum, tollimus et prorsus extinguimus. Statuentes
 » eos et eas, quoad utilitatem et commodum, prejudicium

» sive dampnum partium earundem vel ipsarum alte-
 » rius, quoad proprietatem seu possessionem, nullius
 » esse vel fore valoris, firmitatis, roboris seu momenti.
 » Mandantes etiam ut neutra partium eis vel eorum
 » aliquo deinceps utatur. Hoc ipsum ordinamus ac
 » etiam diffinimus de oblationibus libellorum, contes-
 » tationibus litium, confessionibus omnię processu
 » etiam a tempore compromissi usque nunc circa pos-
 » sessorium hinc inde a partibus ipsis habitis coram
 » nobis, inconcessis et illibatis manentibus, omni eo
 » quod in presentia nostra est actum in petitorio a
 » tempore compromissi, nec non et quibusdam confes-
 » sionibus partium olim factis super divisionibus regis
 » Bambe sub bulla felicis recordationis domini H.
 » pape III comprehensis. Statuimus quoque partes
 » jamdictas super possessorio judicio intentato vel in-
 » tentando super premissis omnibus vel aliquo predi-
 » torum nullatenus audiendas. Volentes quod actis
 » quibuslibet quoctunque tempore in possessorio habitis
 » et etiam in petitorio usque ad tempus dicti compro-
 » missi partes eodem aliquatenus non utantur, littera
 » domini Honori prelibata super divisionibus regis
 » Bambe dumtaxat excepta; omne namque possesso-
 » rium in premissis et circa premissa quod ex prete-
 » ritis oriri possit penitus abolemus: ad decisionem
 » petitorii, annuente Domino, juxta quod expedire vi-
 » derimus celeriter processuri. Reservamus etiam no-
 » bis in predictis omnibus et singulis potestatem inter-
 » pretandi, mutandi, corrigendi, addendi, minuendi
 » ac omnia alia faciendi que nobis sunt generaliter et
 » specialiter in pretaxato compromisso concessa. In
 » cuius rei testimonium, hoc presens publicum instru-
 » mentum fecimus nostri sigilli munimine roborari.
 » Actum Rome, Trastiberim, in dominis cardinalis
 » sancti Grisogoni, idibus novembbris, XIII indictione,
 » anno Domini MCCLV, pontificatus domini Alexandri
 » pape III anno primo. Ego Bernardus de Littera,
 » apostolice Sedis auctoritate notarius, qui pronuntia-
 » tioni omnium premissorum facte per patrem venera-
 » bilem dictum dominum I. cardinalem, presentibus
 » episcopis et procuratoribus memoratis, ac venerabi-
 » libus patribus dominis patriarcha Jerosolimitano, ..,
 » Spirensi, et R., Virdunensi electis, providis juris
 » magistris Matheo Rubeo et Petro Gimundo, cano-
 » nicis Laudunensibus ac domini pape capellanis,
 » Johanne Rupellensi et magistro Continatio Esculano
 » archipresbyteris et pluribus aliis, rogatus interfui.
 » Hoc presens publicum instrumentum propria manu
 » scripsi, ac in publicam formam redigi, et signum
 » meum apposui. »

Nulli etc. nostre confirmationis et supplicationis etc.
Datum Laterani. V idus decembris, anno primo. »

948

Latran, 11 décembre 1255.

Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Caritate Fuliginatis « ecclesiam sancti Glandii Fuliginatis quam, sicut asseritis, felicis recordationis G[regorius] papa predecessor noster suis emptam sumptibus monasterio vestro pia liberalitate contulit, » de novo concedit. (REG. 24, c. 765, f. 112v; POTMAST 16127.)

« .., abbatisse, et conventui monasterii sancte Marie de Caritate Fuliginatis. ordinis sancti Damiani. Cum a nobis —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

949

Latran, 11 décembre 1255.

Abbatissae et conventui monasterii ss. Phylippi et Jacobi Fanensis indulget, ut in causis quae contra ipsas vel coenobium moventur in foro ecclesiastico vel etiam saeculari aliquod minime teneantur Curiae salaryum exhibere. (REG. 24, c. 766, f. 113v; POTMAST 16128.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii sanctorum Phyllippi et Jacobi Fanensis, ordinis sancti Damiani. Viam qua sub —. Dat. nt supra. »

950

Latran, 7 décembre 1255.

Universis clericis et monachis in patriarchatu Jerosolymitano constitutis mandat, quatinus [Jacobum] patriarcham Jerosolymitanum, sicut apostolicae Sedis legatum tam in provincia quam in exercitu Christiano studeant devote recipere. (REG. 24, c. 767, f. 112v.)

« Archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis et aliis prelatis neenon universis capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum exemptorum et non exemptorum in patriarchatu Jerosolimitano constitutis. Ad statum Terre Sancte intime considerationis aciem dirigentes, eo propensioris vigilante studio circa ipsius profectus intendere cogimur, quo eam fidei nostre auctorem donis excellentioribus dinoscimus decorasse. Cum ejus operis exhibitione mentis affectio designetur, non est dubium quin ad eam, quam sui ortus ipse presentia illustravit variisque miraculorum insignivit prodigiis, exuberaverit nostri di-

lectio Redemptoris. Et quidem hec est illa terra, quam a patribus nostris hereditario jure possideri decreverit et de qua gloria dicta sunt hactenus a prophetis. Et quidem hec est illa terra, ubi fidei nostre primum jubar effulsit et ubi nostre salutis remedia primitus sunt perfecta. Digne itaque ipsius exemplo, cujus licet immemori vicarii sumus in terris, plenus informati et magisterio erudit, ad illius terre conservationem et robur, quam idem Dominus sic insignem reddidit, sic dilexit, intendimus; et ad id, plerisque aliis sollicitudinibus pretermis, cura nos amovet et sollicitat pastoralis. Verum quia non quoquam auctoritas nobis commissa protenditur, illie esse possumus presentia corporali, illius exemplo edocti qui, existens ubique utpote incircunscriptibilis et immensus, angelos suos facit spiritus et ministros, qui inclinata celorum altitudine ut hominem redimeret factus homo, discipulos quos elegit in universum mundum misit evangelium predicare, dum necesse habemus levare oculos in circuitu et considerare filios terram inhabitantes eandem, nec eos possumus personaliter visitare, accrescente affectu quod aspectui denegatur, per alios de quibus indubitate fiduciam gerimus, illos ad salutem erudire scientes hujusmodi sollicitudinem compellimur exercere. Propter quod venerabili fratri nostro .., patriarche Jerosolimitano, viro utique morum honestate conspicuo, litterarum scientia predito et providentia circumspecto, quem carum habemus, suorum exigentia meritorum, plene legationis officium tam in provincia Jerosolimitana quam etiam in exercitu christiano, ubicunque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fuerit, de fratribus nostrorū consilio, duximus committendum; spe nolis firma proposita, quod, cum ei adsit puritas conscientie et presto sit judicium rationis, malitiam odiat et innocentiam tuncatur, quod recta regens et dirigens indirecta, aspera convertat in plana. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipinus, quatinus ipsum sicut apostolice Sedis legatum, inimo verius nos in ipso, studeatis devote recipere ac honorifice pertractare, ibique favorabiliter ae fideliter assistentes, ipsius salubria monita et mandata recipiatis humiliter et irrefragabiliter observetis. Nos enim sententias quas idem rite tulerit in rebelles ratas habebimus et faciemus appellatione remota auctore Domino inviolabiliter observari. Si vero alium legatum de latere nostro ad partes illas destinari congerit, volumus ut, ipso existente inibi, nominatus patriarcha hujus legationis officium ob apostolice Sedis reverentiam nullatenus exequatur. Dat. Laterani, VII idus decembris, anno primo. »

951

Latran, 12 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, indulget, ut extra regnum Jerosolymitanum in judicium evocari non possit. (REG. 24, c. 767², f. 113.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato.* Exigentibus tue devotionis —. Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut per litteras apostolice Sedis vel legatorum ipsius extra regnum Jerosolimitanum in judicium evocari non possis, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Presentibus post triennium, postquam ad partes illas perveneris, minime valituris. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II idus decembris, anno primo. »

952

Latran, 11 décembre 1255.

[Eidem] concedit facultatem ordinandi ecclesias patriarchatus sui juxta facultates earum. (REG. 24, c. 767³, f. 113.)

« [Eidem.] Petilio tua nobis exhibita continebat, quod tam in cathedralibus quam aliis ecclesiis patriarchatus tui est consuelus servitorum numerus diminutus, quamquam usque adeo facultates non decreverint earumdem; propter quod ecclesie ipse obsequiis debitis defraudantur. Quare nobis humiliter supplicasti, ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Gerentes itaque de circumspectione tua fiduciam plenioram, ordinandi ecclesias ipsas juxta facultates earum, prout expedire videris, si illi ad quos earum ordinatio pertinet infra sex menses post monitionem tuam id non cu-raverint adimplere, auctoritate presentium tibi concedimus facultatem. Contradictores —. Non obstante si aliquibus —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

953

Latran, 11 décembre 1255.

Archiepiscopo Tyrensi et episcopo Lidensi curam ecclesiae Jerosolymitanae gerentibus mandat, ut redditus, proventus, thesaurum et bona ejusdem ecclesiae patriarchae exhibeant. (REG. 24, c. 767⁴, f. 113.)

« ... archiepiscopo Tyrensi, et ... episcopo Lidensi. Cum, sicut venerabilis frater noster ..., patriarcha Jerosolimitanus, apostolice Sedis legatus, nobis exposuit, nos dudum vobis nostris dedimus litteris in mandatis, ut

curam ecclesie Jerosolimitane quoisque idem patriarcha illuc perveniret cum diligentia auctoritate nostra gerentes, redditus ac proventus, thesaurum et alia bona que ad ipsam ecclesiam et eundem patriarcham perlinere noscuntur, non pateremini aliquatenus alienari seu distrahi vel dispergi, sed faceretis ea potius conservari, mandamus quatinus redditus, proventus, thesaurum et bona predicta eidem patriarche vel procuratori suo ipsius nomine faciatis integre exhiberi. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus —. Dat. ut in alia. »

954

Latran, 17 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, indulget, ut clerici ipsius possint fructus beneficiorum ubicumque percipere. (REG. 24, c. 767⁵, f. 113.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato.* Exigentibus etc. ut in tercia superiori usque : inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut clerici tuis insistentes obsequiis, possint fructus beneficiorum suorum ubicumque, sive circa sive ultra mare ipsa obtineant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad quinquennium cum ea integritate percipere, ac si in ecclesiis in quibus eadem beneficia obtinent personaliter residerent. Non obstante contraria consuetudine vel statuto ecclesiarum ipsarum juramento vel quacumque firmitate alia roborato. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, anno primo. »

955

Latran, 12 décembre 1255.

Eidem concedit facultatem evocandi ad obsequia propria clericos patriarchatus. (REG. 24, c. 767⁶, f. 113.)

« Eidem. Devotionis tue precibus inclinati, evocandi quotiens expedire videris ad obsequia tua clericos patriarchatus tui pro tuis et Terre Sancte negotiis, ipsosque ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendi, et faciendi eis interim fructus beneficiorum suorum, distributionibus cotidianis dumtaxat exceptis, cum ea integritate ministrari ac si personaliter in ecclesiis in quibus eadem beneficia obtinent residerent, necnon et compescendi contradictores appellatione remota per censuram eandem, auctoritate presentium tibi concedimus facultatem. Non obstante contraria —, vel si aliquibus —. Dat. Laterani, II idus decembris, anno primo. »

956

Latran, 11 décembre 1255.

Archiepiscopo Nicosiensi mandat, quatinus archiepiscopo Nazarensi, conservatori legatorum redemptionumque Militiae Templi concessorum, prohibeat, ne patriarchae Jerosolymitano ultum generetur prejudicium. (Reg. 24, c. 767, f. 113^v.)

« ... archiepiscopo Nicosensi. Non minus acceptum —. Sane venerabilis frater noster ... patriarcha Jerosolymitanus, apostolice Sedis legatus, nobis exposuit, quod felicis recordationis I. papa predecessor noster .., magistro et fratribus Militie Templi, ut inter alia de redemptionibus votorum Crucesignatorum in Terre Sancte subsidium, quos a prosecutione voti sui paupertas vel probabilis personarum debilitas seu obtenta per Sedem apostolicam dispensatio commutans in reale subsidium personale executionem voti hujusmodi excusabit, neenon et de testamentis fidelium que legantur in subsidium dicte Terre, non expressis locis aliquibus vel personis, usque ad summain X milium marcarum argenti ubicumque locorum extra regnum Alamannie possint recipere, sub certa forma per suas duxit litteras indulgendum : venerabili fratri nostro .., archiepiscopo Nazarensi, super hoc eis conservatore concesso. Cujus indulgentie pretextu, iidem magister et fratres redemptions et legata hujusmodi in regno Jerosolymitano, sede Jerosolymana vacante, recipere inceperint. Verum quia, sicut patriarcha ipse asseruit, predecessores sui redemptions et legata predicta in eodem regno, quando legatus destinatus de latere apostolico in illis partibus non existit, consueverunt recipere a longis temporibus retroactis, nos, ipsius devotis supplicationibus inclinati, ut per eandem indulgentiam seu quamlibet generalem vel specialem ipsis seu aliis fratribus cuiuscumque ordinis vel etiam clericis secularibus concessam super hiis a Sede apostolica vel in posterum concedendam, eidem patriarche quoad receptionem redemptionum et legatorum ipsorum in regno predicto nullum generetur prejudicium, auctoritate litterarum nostrarum duximus indulendum. Unde eidem archiepiscopo nostris damus litteris in mandatis, ut de conservatione hujusmodi, quoad solutionem premissorum faciendam ipsis magistro et fratribus, se nullatenus intromittat. Quocirea fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si dictus archiepiscopus mandatum nostrum neglexerit adimplere, tu ab hoc eum desistere monitione presentium auctoritate nostra compellas. Non obstante si eidem archiepiscopo, quod interdici, suspendi et excommunicari non possit, est ab ipsa Sede indultum et constitutione de duabus dietis edita in concilio gene-

rali. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

957

Latran, 9 décembre 1255.

Judaicis ad fidem conversis, in Parisiensibus civitate et diocesti commorantibus, indulget, ut extra eandem diocesim trahi non possint in causam, dummodo parati sint coram episcopo Parisiensi conquerentibus respondere. (Reg. 24, c. 768, f. 113^v.)

« Universis christianis de judaice cecitatis errore ad fidem conversis, in Parisiensibus civitate et diocesti commorantibus. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnunquam persone ecclesiastice Parisiensium et Senonensium civitatum et diocesum a quibus auctoritate Sedis apostolice vite necessaria debetis percipere, vobis super hiis se opponentes adeo, ad diversa et remota loca per litteras Sedis ejusdem vos trahunt in causam quod nonnulli vestrum litibus cedere in suum non modicum prejudicium compelluntur : propter quod apostolice Sedis remedium implorastis. Nos igitur, volentes tranquillitati et indemnitati vestre paterna sollicitudine providere, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut per litteras Sedis ejusdem vel legatorum ipsius extra civitatem et dioecesim Parisienses a quoquam trahi non possitis in causam, dummodo parati sitis coram venerabili fratre nostro .., Parisiensi episcopo, de vobis conquerentibus respondere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani. V idus decembris, anno primo. »

958

Latran, 13 décembre 1255.

Jacobino de Valentia et Alisiae, natae quondam Viviani de Pontetremulo, civibus Januensibus, dispensatio matrimonii. (Reg. 24, c. 769, f. 113^v.)

« ... archiepiscopo Januensi. Consuevit Sedes apostolica etc. usque : impetriri. Cum igitur, sicut ex parte dilecti filii Jacobini de Valentia et Alisie nate quondam Viviani de Pontetremulo civium Januensium fuit propositum coram nobis, ipsis olim de facto matrimonium ad invicem duxerint contrahendum, ac ... vicarius bone memorie predecessoris tui, pro eo quod mater dictae A. ipsum Jacobinum de sacro fonte levavit, inter eos divortii sententiam promulgarit, idemque Jacobinus super hoc dispensationem a felicis recordationis I. papa predecessore nostro de divortio hujusmodi mentione non habita impetrarit, nos, ipsorum J. et A. supplicationibus inclinati, mandamus quatinus cum eis ut. impedimento et divortio hujusmodi nequaquam obstan-

tibus, matrimonium ad invieem possi[n]t contrahere ac simul licite remanere, auctoritate nostra dispensare proenres. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

959

Latran, 18 décembre 1255.

Episcopo Cremonensi mandat, cessionem recipiat Cremosiani, abbatis monasterii s. Laurentii Cremonensis, ordinis s. Benedicti, qui « et nonnoli sibi consanguinitate conjuncti, pretextu devotionis quam ad Romanam gerunt Ecclesiam, a laribus ejecti propriis, jam per quinquennium et amplius tolerare penas exilii sunt coacti » : praefato autem Cremosiano seni de bonis monasterii provisionem congruam assignet et monasterio de alio abbate provideat. (REG. 24, c. 770, f. 113v.)

« .., episcopo Cremonensi. Dilectus filius Cremosianus —. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno primo. »

960

Latran, 13 décembre 1255.

Abbati et conventui monasterii Vallis Umbrosae unionem monasterii s. Ylarii, ordinis s. Benedicti, Fesulanae diocesis, per magistrum Petrum Henrici, basilicae Principis Apostolorum canonicum, juxta pontificis mandatum factam, ad Dionisiae tunc abbatissae et monialium exinde expulsionem, confirmat. (REG. 24, c. 771, f. 114; POTTHAST 1613t.)

« .., abbati, et conventui monasterii Vallis Umbrose. Cum a nobis —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

961

Latran, 16 décembre 1255.

Abbati Sancti Dionisii in Francia mandat, quatinus clericis obsequiis regis et reginae Franciae insistentibus proventus praebendarum faciat ministrari, non obstantibus praelatorum aut capitularum denegationibus. (REG. 24, c. 772, f. 114.)

« .., abbati Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis. Clericis obsequiis carissimi in Christo filii nostri .., regis Franciae, et carissime in Christo filie nostre .., regine Franciae, illustrium, insistentibus, ad ipsorum regis et regine supplicationem, per nostras sub certa forma litteras dicimus indulxisse, ut ipsorum clericorum quilibet fructus et proventus unius ex prebendis seu ecclesiis que obtinent cum ea integritate percipere valeant, distributionibus cotidianis dumtaxat exceptis, quam illos perciperent si in prebendis vel ecclesiis hujusmodi residerent. Non obstantibus aliquibus contrariis consuetudinibus vel statutis, juramento, confirmata.

ALEXANDRE IV, t. I.

tione apostolica vel quaeumque firmitate alia roboratis. Verum quia, sicut acepimus, nonnulli prelati seu personae ac capitula ecclesiarum in quibus memorata obtinentur prebende, asserentes in ecclesiis ipsis fore statutum juramento vallatum ne fructus et proventus hujusmodi canoniceis ecclesiarum ipsarum debeant exhiberi qui primam residentiam non fecerint, dene- gant occasione hujusmodi ministrare. Nos, cum iidem cleriei serviendo regi ac regine predictis ecclesiis ipsis utiles habeantur, super hoc providere volentes, mandamus quatinus, hiis non obstantibus, prefatis clericis fructus et proventus preditos per te vel per alium fa- cias secundum indulgentie premissae tenorem integre ministrari. Contradictores. Non obstante constitutione de duabns dietis edita in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam etc. Dat. Laterani, XVII kalendas januarii, anno primo. »

962

Latran, 3 décembre 1255.

Magistro Roberto de S. Agatha, indulget, ut, praeter canonatum et praebendam Lincolnenses et ecclesiam de Ginelle-dene curam animarum habentem, cujus proventus trium marcarum sterlingorum valentiam non excedunt, possit unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere. (REG. 24, c. 773, f. 114.)

« Magistro Roberto de Sancta Agatha, canonico Lincolniensi. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, III nonas decembris, anno primo. »

963

Anagni, 9 octobre 1255.

Abbati et conventui de Capella, Constantiensis diocesis, — quibus P[etrus], s. Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis, tunc in illis partibus apostolicae Sedis legatus, ecclesiam de Barro, Constantiensis diocesis, in qua jus patronatus habebant et XII marcas argenti ex concessione apostolica percipiebant annuatim, retinendi in usus proprios dedit facultatem, — hanc concessionem confirmat. (REG. 24, c. 774, f. 114; BERNOULLI, Acta pontif. Helvet., t. I, n° 651.)

« .., abbati, et conventui monasterii de Capella . Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis. Ut illibata permaneant —. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno primo. »

964

Latran, 17 décembre 1255.

O., patriarchae Antiocheno, confirmat concessionem primae

cathedralis ecclesiae in Antiochena provincia et regno Cypri vacaturae, donec Turcomannorum duraret ibidem persecutio retinendae. (REG. 24, c. 775, f. 114.)

« O.. patriarche Antiocheno, apostolice Sedis legato. Eo dignus dono —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod felicis recordationis I. papa predecessor noster, intellecto sepius miserabili statu terre Antiochene, tibi primam cathedralem ecclesiam quam in Antiochena provincia et regno Cypri vacare contingere concessit, donec Turquemannorum duraret ibidem persecutio retinendam. Et licet in aliquibus ecclesiis ipsius provincie ac regni predicti auctoritate concessio-
nis hujusmodi inhibitio facta fuerit, quia tamen omnes litteras super hujusmodi concessionibus ab apostolica Sede obtentas sententialiter revocavimus, times ne ullum de concessione ipsa propter hoc possis sicut asseritur commodum reportare. Quare fuit nobis ex parte tua humiliter supplicatum, ut, cum adhuc eorumdem Turquemannorum persecutio in illis partibus graviter invalescat, super hoc subvenire tibi de benignitate Sedis apostolice curaremus. Nos igitur, tuis precibus in hac parte favorabiliter annuentes ac presentium auctoritate litteras concessionis prefate et processus per eas habitos, revocatione ipsa nequaquam obstante, in suo volentes robore permanere. cathedralem ecclesiam, si quam in predictis partibus vacat ad presens, alioquin primo vacaturam. exnunc tibi recommendamus. a te juxta ipsius predecessoris litterarum continentiam retinendam. Nulli etc. nostre recommendationis etc. Dat. Laterani, XVI kalendas januarii. anno primo. »

965

Latran. 15 décembre 1255.

Infrascriptis mandat, ut canonicos regulares habitantes in Tarentasiensi ecclesia reducant in eum statum, in quo fuerint tempore ordinationis R[ichard]i, S. Augeli diaconi cardinalis, amotis ab ecclesia ipsa saecularibus canoniciis. (REG. 24, c. 776, f. 114v; POTTHAST 16140; BERNOULLI, *Acta pontif. Helvet.*, t. I, n° 652)

« ... abbatii Sancti Petri foris portam Viennensis. sancti Benedicti. . . , prioris. Marie, Diensis diocesis, Cartusiensis, et fratri Petro dicto Rochelim, Lugdunensis, Predicatorum ordinum. Dudum suggesto felicis —. Dat. Laterani. XVIII kalendas januarii, anno primo. »

966

Latran, 19 décembre 1255.

[Ottoni], episcopo Brandenburgensi. mandat, ut cum Conrado

Johannis] marebionis Brandenburgensis filio et Constantia filia P[remislai] ducis Poloniae, licet alter alterum quarto consanguinitatis gradu contingat, de matrimonio dispensem, « si spectatur, quod per hujusmodi matrimoniorum pax et concordia inter prefatos ducem et marchionem proveniant, evitentur homicidia et quies atque tranquillitas illis partibus procuretur. tibique constiterit, quod id karissimo in Christo filio nostro Willielmo Romanorum regi illustri placeat. » (REG. 24, c. 777, f. 114v; POTTHAST 16142; RODENBERG, t. III, n° 421.)

« ... , episcopo Brandenburgensi. Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani. XIII kalendas januarii. anno primo. »

967

Naples, 20 février 1255.

Magistro Martino, priori ecclesiae Wimaranensis, successoribusque ejus indulget, ut in usurpatores, occupatores et invasores jurium et bonorum ipsius ecclesiae et in eos qui iura, redditus seu proventus ecclesiae debita denegaverint exhibere, monitione praemissa, excommunicationis sententiam promulgare valeant ac eisdem absolutionis beneficium impertiri : hujusmodi autem sententiam praecipit usque ad satisfactionem condignam ab omnibus inviolabiliter observari. (REG. 24, c. 778, f. 114v.)

« Magistro Martino, capellano nostro. priori [sancti] secularis ecclesie Wimaranensis, Bracharen sis diocesis. Nostris auribus extitit —. Dat. Neapoli. X kalendas martii. anno primo. »

968

Latran, 15 décembre 1255.

Episcopo Pictaviensi indulget, ut de archidiaconatu Briocensi, quingentas parochiales ecclesias et centum viginti abbacias prioratusque numero contiente, duos archidiaconatus ordinare valeat. (REG. 24, c. 779, f. 114v.)

« ... , episcopo Pictaviensi. Ex devotionis tue —. Cum itaque, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, in archidiaconatu Briocensi, tue diocesis, quingente parochiales ecclesie et centum viginti tam abbatie quam prioratus numero et plures etiam consistere dinoscatur, et pro eo quod sic diffunditur vix possit per unius archidiaconi curam commode gubernari, supplasti super hoc per apostolice provisionis remedium provideri. Nos igitur, tuis devotis precibus annuentes, ut de archidiaconatu ipso. eo et ejus proventibus archidiaconi qui nunc est in vita sua integre reservatis, duos archidiaconatus prout expedire videris extunc ordinare valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus.

Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XVIII kalendas januarii, anno primo. »

969

Naples, 1^{er} mars 1255.

Guillelmi magistriscolarum Parmensis et vicecancellarii Romanae Ecclesiae obtentu, capitulo Parmensi indulget, ut in usurpatores, occupatores et invasores a quibus ecclesia Parmensis frequenter patitur monitione praemissa excommunicationis promulgare sententiam valeat aut absolutionis beneficium impetrati. (REG. 24, c. 780, f. 115.)

« Capitulo Parmensi. Ex relatione dilecti —. Dat. Neapol. kalendis marcii, anno primo. »

970

Latran, 13 décembre 1255.

Magistro Petro Bonaedici, canonico Cenomannensi, episcopi Tusculani capellano, indulget, ut, praeter dictum canonicatum et ecclesiam de Luccio, Cenomannensis diocesis, curam animalium habentem, unicum adhuc beneficium ecclesiasticum etiam similem curam habens recipere valeat. (REG. 24, c. 781, f. 115.)

« Magistro Petro Bonedici, canonico Cenomanensi. Ad faciendam tibi —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

971

Latran, 9 décembre 1255.

Patriarchae Jerosolymitano indulget, ut, per indulgentiam Templi et Hospitalis militibus redemptions votorum Crucifixorum et legata in subsidium Terrae Sanctae concedentem, nullum ei generetur prejudicium. (REG. 24, c. 782, f. 115.)

« ... patriarche Jerosolomitano, apostolice Sedis legato. Non minus acceptum —. Sane fraternitas tua nobis exposuit, quod felicis recordationis I. papa predecessor noster ... magistro, et fratribus Militie Templi, et nos etiam ... magistro, et fratribus Hospitalis Jerosolimitani, ut, inter alia, de redemptionibus votorum Crucifixorum in Terre Sancte subsidium quos a prosecutione voti sui paupertas vel probabilis personarum debilitas seu obtenta per Sedem apostolicam dispensatio commutans in reale subsidium personale executionem voti hujusmodi excusabit, neconon et de testamentis fidelium que legantur in subsidium dicte Terre, non expressis locis aliquibus vel personis, iidem Templarii usque ad decem milium et Hospitalarii usque ad

duorum milium marcarum argenti summas, ubicumque locorum extra regnum Alamannie, possent recipere, sub certa forma per nostras litteras duximus indulgenda, certis eis super hoc conservatoribus deputatis. Cujus indulgentie pretextu, iidem magister et fratres Militie Templi hujusmodi redemptions et legata in regno Jerosolimitano, sede Jerosolimitana vacante, recipere incepérant, et times, ut asseris, ne et fratres dicti Hospitalis in eodem regno velint recipere in tuum prejudicium et gravamen. Verum quia, sicut asseris, predecessores tui redemptions et legata predicta in eodem regno, quando legatus destinatus de latere apostolico in illis partibus non existit, consueverunt recipere a longis temporibus retroactis, nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut per eandem indulgentiam seu quamlibet generalem aliam vel specialem ipsis seu aliis fratribus cuiuscumque ordinis vel etiam clericis secularibus exemptis vel non exemptis concessam super hiis a Sede apostolica vel in posterum concedendam, que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, quoad receptionem redemptionum et legatorum ipsorum in regno predicto, nullum tibi generetur prejudicium, quominus illa percipias, sicut predecessores tui haec tenus perceperunt. fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo. »

972

Latran, 10 décembre 1255.

Statutum a canonicis plebis s. Martini de Cintumripis, Mutinensis diocesis, ecclesiam s. Eusebii ad ecclesiam ipsorum adjungens, confirmat. (REG. 24, c. 783, f. 115.)

« ... archipresbitero, et canonicis plebis sancti Martini de Cintumripis, Mutinensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis acceperimus, quod vos deliberatione diligentissimamente statuistis, ut ecclesia sancti Eusebii, Mutinensis diocesis, ad communem mensam vestram pertinens, unum corpus cum plebe vestra sancti Martini de cetero censeatur. Quare humiliiter pro parte vestra petebatur a nobis, ut, cum venerabilis frater noster ... episcopus Mutinensis, loci diocesanus, statutum hujusmodi auctoritate ordinaria duxerit approbadum, illud curaremus apostolico muninimine roborare. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, statutum ipsum, sicut provide factum est et in aliquis prejudicium non redundat, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Nulli etc. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

973

Latran, 18 décembre 1255.

Abbati et conventui monasterii s. Socani, Lingonensis diocesis, indulget, « ut conveniri per generale clausulum quidam alii que litteris nostris et legatorum apostolice Sedis inseri consuevit » non possint. (REG. 24, c. 784, f. 115.)

« ... abbatii, et conventui monasterii sancti Socani, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis. Consuevit Sedes apostolica —. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno primo. »

974

Anagni, 12 septembre 1255.

Episcopo Caturensi mandat, quatinus Guillelmo de Jarniaco, abbatii monasterii s. Stephani Baciensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, qui autem in praecuditum monasterii et Ecclesiae confirmationem Xanthonensis episcopi recepit, praefigat terminum comparandi ante Romanam Curiam : alioquin, Petrum dictum Ber., abbatem monasterii s. Theodardi de Monte Albano, a nonnullis monachis monasterii Baciensis abbatem electum, in possessionem inducat. (REG. 24, c. 785, f. 115.)

« .., episcopo Caturensi. Sicut dilecti filii .., prior, et conventus monasterii sancti Stephani Baciensis, ordinis sancti Benedicti, Xanthonensis diocesis, nobis significare curarunt, olim eodem monasterio, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio noscitur pertinere, abbatis regimine destituto, iidem ad tractandum de electione abbatis convenientes in unum, universi et singuli firmarunt se facturos prestito juramento, quod ille ex eis, quem alii in eorum abbatem eligerent, veniret confirmationis et benedictionis munus post electionem canonice celebratam a Sede Apostolica recepturus. Sed Guillelmus de Jarniaco, prefati monasterii monachus, predicto juramento constrictus, quem dicti prior et conventus in suum abbatem postmodum elegerunt, hujus juramenti religione contempta, electionem de se factam, in abbatem ecclesie monasterii quod sciebat ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, per venerabilem fratrem nostrum .., Xanthonensem episcopum, confirmari ac impendi sibi munus benedictionis, in ipsorum et dicti monasterii prejudicium de facto cum de jure nequiverit in Ecclesie Romane juris injuriam, procuravit. Porro nos, denuntiantibus dilectis filiis Rannulfo dicto Corrion, Guillelmo et Yterio dictis Pater noster, ejusdem monasterii monachis, hoc accepto, dilectis filiis magistro Petro Raymundi, capellano nostro, .., decano, et Guillelmo de Lubiniaco, canonico Engolismensibus, nostris sub certa forma

dedimus litteris in mandatis in inquisita super hoc diligentius veritate, si rem invenirent taliter se habere, prefatum Guillelmu a monasterio memorato penitus amoventes. Contradictores etc. providendi de persona idonea per electionem canonicam vel postulationem concordem eidem conventui auctoritate nostra concederent liberam facultatem. Cumque predicti judices cognovissent legitime servato juris ordine de premissis, ac predicto Guillelmo ex causa predicta, ab eodem monasterio per diffinitivam ab eis amoto, sententiam ... priori et conventui ejusdem monasterii facultatem hujusmodi concesserint, iidem prior et conventus, propter minas et terrores quos predictus Guillelmus et ejus complices eis incusserant in predictum monasterium quod idem G. post amotionem suam munitionem armis et custodibus detinebat, per potentiam laicalem ingredi libere vel in loco tuto ad celebrandam electionem vel postulationem hujusmodi convenire non poterunt, prefatis Rannulfo dicto Corrion, G. et I. dictis Pater noster eligendi vel postulandi aliquem canonice in abbatem predicti monasterii in Romana Curia vel alibi ubicumque expedire viderent potestatem liberam contulerunt : Qui, Deum habentes pre oculis ac sperantes dictum monasterium posse per dilecti filii nostri Petri dicti Ber., capellani nostri, abbatis monasterii sancti Theodardi de Monte Albano, Caturensis diocesis, industrian et potentiam, in spiritualibus et temporalibus reformari, eundem potestate sibi tradita in abbatem supradicti monasterii unaniimiter et concorditer postularunt. Verum, licet dicti prior et conventus nobis, ut postulationem hujusmodi admittentes eidem abbati transiundi ad idem monasterium concederemus licentiam, humiliter supplicarint, quia tamen predictus Guillelmus de Jarniaco a prefata diffinitiva dicitur appellasse, mandamus quatinus, si tibi de plano et absque judicii strepitu constiterit ab eadem sententia legitime appellatum, ne contingat hujusmodi negotium protrahi in memorati monasterii lesionem, prefigas predictis G. de Jarniaco et priori et conventui terminum peremptorium competentem quo idem G. personaliter, prior vero et conventus per procuratorem idoneum, cum omnibus actis, munimentis et rationibus suis, nostro se conspectui representent, facturi tam super principali quam super incidentibus, et etiam recepluri quod dictaverit ordo juris. Alioquin, postulationem capellani predicti admittas, et eidem abbati concedens licentiam ad predictum monasterium transiundi, fidelitatis solite nostro et Ecclesie Romane nomine juramentum ab ipso recipias et facias eidem a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores etc. nou

obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. dummodo ultra quartam vel quintam etc. : alioquin, eadem postulatione vite cassata etc. usque : provideri. Non obstantibus aliquibus litteris vel commissionibus veritati et justitie prejudicantibus a Sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis. Datum Anagnie, IIII idus septembbris, anno primo. »

975

Naples, 9 mars 1255.

Abbati monasterii de Sulliaco, Turonensis diocesis, indulget, ut monachos absolvere valeat super poenis regulae adjectis et irregularitatibus commissis. (REG. 24, c. 786, f. 115v.)

« ... abbatii monasterii de Sulliaco, ordinis sancti Benedicti, Turonensis diocesis. Ex parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum observantia tui ordinis ab ipsa institutione sui multum sit rigida et difficilis ad ferendum fuerintque postmodum tam per felicis recordationis G. papam predecessorem nostrum quam per loci metropolitanum et diocesanum ac legatos Sedis apostolice vel delegatos ipsius nonnulla superaddita statuta gravia et precepta, diversarum penarum adjectione vallata, ne contingat substantis oneribus deficere oneratos, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, advertentes quod expedit calamum quassatum non conteri et in erasione erugans vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, super hujusmodi observatione statutorum ac preceptorum que de tue substantia regule non existunt, tu ac successores tui cum monasterii tui monachis presentibus et futuris libere dispensare possitis, hiis casibus dumtaxat exceptis super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super penis adjectis et irregularitatibus quas tui subjecti ob hoc haetenus incurserunt vel incurrent de cetero eosque absolvendi ab interdicti vel suspensionis aut excommunicationis vinculo quos ipsos ob transgressionem eorundem statutorum et preceptorum involvi contigit vel contingat, injuncta sic absolutis penitentia salutari, liberaliter tibi tuisque successoribus de nostra permissione facultas; .. priori nichilominus tuo ac successoribus ejus concedendi tibi tuisque successoribus hujus dispensationis et absolutionis beneficium, si oportunum fuerit, indulgentes auctoritate presentium facultatem. Non obstantibus aliquibus litteris ad metropolitanum vel diocesanum tuum seu quemcumque alium ab apostolica Sede vel ejus legatis aut delegatis ipsius Sedis sub quounque tenore directis, et processibus habitis per easdem de quibus

forsitan oporteat in presentibus fieri mentionem, et si forte auctoritate ejusdem Sedis fuerint confirmati, et etiam dirigendis. Nulli etc. nostrè concessionis etc. Datum Neapoli, VII idus martii, anno primo. »

976

Latran, 9 décembre 1255.

Petro Rogerii indulget, ut, practer ecclesiam de Charnes, Xanctonensis diocesis, unicum aliud beneficium similem curam animarum habens recipere valeat. (REG. 24, c. 787, f. 1t5v.)

« Petro Rogerii, rectori ecclesie de Charnes, Xanctonensis diocesis. Devotionis tue merita —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno primo. »

977

Anagni, 22 septembre 1255.

Episcopo Herbipolensi, in Romana Curia constituto pro negotiis ecclesiae ejus, concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad summa CCXV marcarum sterlingorum. (REG. 24, c. 788, f. 115v.)

« ... episcopo Herbipolensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, pro expediendis negotiis Herbipolensis ecclesie multa subire te oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem inexpedita remanere contingat, nos, tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam ducentarum et XV marcarum novorum et legarium sterlingorum, et te ac successores tuos et ecclesie predicte bona usque ad summam hujusmodi creditoribus obligandi ac renunciandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum, ac omnibus litteris et indulgentiis apostolicis impetratis ac etiam impetrandis, necnon et conventioni judicium si ipsorum creditorum nomine apostolicas litteras cujuscumque tenoris pro eis in posterum impetrari contigerit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Ita tamen quod tu et successores tui creditoribus ipsis teneamini ad hujusmodi pecuniam persolvendam et ad penam, dampna, expensas et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam eandem non solveris, ipsis creditoribus, pretextu alienus constitutionis canonice vel civilis aut eujscumque privilegii vel indulgentie, de quibus in nostris litteris plenam et expressam oporteat fieri mentionem et per que tu et successores tui amplius valeatis in aliquos tueri, dictam pecuniam in utilitatem ipsius ecclesie versam fore probandi necessitas non incumbat. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno primo. »

978

Anagni, 3 novembre 1255.

Aymerico, succentori Pictaviensi, supplicante magistro Radulfo de Mirabello, capellano pontificati, decano Pictaviensi, socio et commensali ipsius, indulget, ut cum succentoria unicum personatum vel dignitatem seu beneficium recipere valeat. (REG. 24, c. 789, f. 116.)

« Aymerico, succentori Pictaviensi. Per studia laudabilis —. Dat. Anagnie, III nonas novembris, anno primo. »

979

Latran, 13 décembre 1255.

[Ketillo], episcopo Wibergensi, abbat de Cara Insula, Cisterciensis ordinis, Arusiensis diocesis, et priori fratum Praedicatorum Arusiensem mandat, ut de novo inquirant in Nicolai filii Canuti regis Datiae miracula et virtutes, quia hoc negotium, jam a papa Innocentio IV [25 juil. 1254] episcopis Sleswicensi et Wibergensi atque abbat de Cara Insula commissum, [Escillo] episcopo Sleswicensi obeunte, minus sufficienter instructum remissum fuit. (REG. 24, c. 790, f. 116; POTTHAST 16133.)

« .., episcopo Wibergensi, et .., abbat de Cara Insula, Cisterciensis ordinis, Arusiensis diocesis, et .., priori fratum Praedicatorum Arusiensem. Significarunt nobis venerabilis —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

980

Latran, 18 décembre 1255.

Conventui monasterii Lesatensis mandat, quatinus Geraldus de Villa Nova abbat, successori quondam Petri de Dalbis, olim ab abbate Moysiaceensi destituti, obedient. (REG. 24, c. 791, f. 116.)

« Conventū monasterii Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Tholosane diocesis. Cum dudum dilectus filius .., abbas Moysiaceensis, Cluniacensis ordinis, cui monasterium vestrum subesse dicitur, quondam Petrum de Dalbis, olim abbatem vestrum, a regimine ipsius monasterii, suis culpis exigentibus, sicut asseritur, amovens, dilectum filium Geraldum de Villa Nova substituisset eidem et inter ipsos propter hoc super abbatia dicti monasterii, a qua memoratus P. se dicebat minus juste fuisse amotum. questio exorta fuisset, nos in ea dilectum filium nostrum R. Sancti Angeli diaconum cardinalem dedimus partibus auditorem. Quia vero, eis propter hoc personaliter apud Sedem apostolicam constitutis, nominatus P., sicut Domino placuit, viam est

interim universe carnis ingressus, nos honestatis et scientie merita super quibus eidem G. laudabile perhibetur testimonium attendentes ac volentes vestre provideri quieti et prefati monasterii dispendiis precavere, predicto G. de abbatia ipsa providimus et sibi etiam munus benedictionis manibus nostris impendimus de gratia speciali, firmam gerentes de ipso fiduciam quod, cum sit discretus et providus ac in spiritualibus et temporalibus circumspectus, prefatum monasterium per ejus industriam in viam salutis dirigi et in prosperis debeat auctore Domino ampliari. Rogamus itaque universitatemi vestram et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem G., abbat vestro, ad vos cum favore apostolice Sedis et benedictionis nostre gratia venienti, tamquam patri et pastori animarum vestrarum devote ac humiliter intendentis, sibi debitam obedientiam et reverentiam impendatis. Alioquin sententiam etc. usque : observari. Ceterum irritum et inane decernimus, si quid de abbatia predicta contra hujusmodi provisionem factam a nobis fuerit attemptatum. Dat. Laterani, XV kalendas januarii, anno primo. »

981

Anagni, 31 juillet 1255.

[Johannij], electo Paduano, indulget, ut cum propter Ezetini in ecclesia sua morari non audeat, ubicumque fuerit, officium suum exercere valeat. (REG. 24, c. 792, f. 116; RODENBERG, t. III, n° 407.)

« .., Paduano electo. Exigentibus tue devotionis —. Cum igitur propter tirampnidem perfidi Ezelini in ecclesia tua non audeas commorari, nos, tuis supplicationibus inclinati, ut de causis et aliis, que ad officium tuum pertinent, cognoscere ac distinire eaque libere apud Sedem apostolicam vel ubicunque fueris exercere, ac si personaliter resideres in predicta ecclesia, libere valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno primo. »

982

Latran, 13 décembre 1255.

J., Arianensi electo, indulget, ut statutum de consecratione episcopali infra sex menses recipienda ad eum non extendatur. (REG. 24, c. 793, f. 116.)

« J., Arianensi electo. Olim de fratum nostrorum consilio duximus statuendum, ut electi cathedralium ec-

clesiarum infra sex mensium spatum post nostre constitutionis promulgationem munus consecrationis susciperent reverenter; alioquin extunc, nisi legitimo impedimento detenti fuerint, ab administratione spiritualium et temporalium neverint se suspensos. Verum cum propter labores non modicos et impedimenta quamplurima, que de mandato nostro pro servitio Romane Ecclesie te subire oportuit, consecrationis munus suscipere nequiveris, predicto termino jam elapso, nolis humiliter supplicasti, ut, ne id tibi ab aliquo posset opponi. providere tibi super hoc paterna diligentia curarem. Cum igitur evidenter de tuo impedimento legitimo nobis constet, nos, volentes constitutionem hujusmodi ob predicta impedimenta ad te hactenus non extendi, tibi, ut ad suscipiendum predictum consecrationis munus, donec id de mandato nostro processerit, minime tenearis, auctoritate presentium indulgemus. Dat. Laterani, idibus decembris, anno primo. »

983

Anagni, 12 juillet 1255.

[Henricum,] regem Angliae, rogat, ut, cum idem omnia debita pro negotio regni Siciliae contracta solvere teneatur, [Raynerio], electo Vulterano, qui de mandato Innocentii IV papae pro eodem negotio strenua militum comitiva accedens 4800 libras Turonensem expenderit, easdem protinus resarciat. (REG. 24, c. 794, f. 116; RODENBERG, t. III, n° 404.)

« ... *illustri regi Anglie*. Cum dilectus filius .., Vulternus electus, de mandato felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, in servitium Ecclesie pro instanti negotio regni Sycilie accesserit, ducens secum honorablem et strenuam militum comitivam, ac propter hoc multa ipsum subire oportuerit onera expensarum, ita quod preter dampna, que hac occasione incurrisse dinoscitur, expense hujusmodi usque ad quatuor milium et octingentiarum librarum Turonensem sumnam ascendunt, in qua utique summa Romana Ecclesia tenuit eidem, tuique omnia debita pro predicti negotii promotione contracta usque ad certum terminum solvere tenearis. prout in apostolico privilegio, quod per venerabilem fratrem nostrum .., Herefordensem episcopum, tibi transmisimus, plenius continetur, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus diligenter attendens quod idem electus dictum negotium ferventi zelo proseguitur ejusque promotioni potenter insistit, hujusmodi pecuniam sibi vel procuratori suo ejus nomine, presertim cum in summa in predicto contenta privilegio eadem pecunia concludatur, ante hujusmodi terminum ob reverentiam nostram et apostolice

Sedis exolvas. Nos enim de ipsa pecunia reputabimus fore a te nobis et prediete ecclesie plenarie satisfactum. Dat. Anagnie, IIII idus julii, anno primo. »

984

Anagni, 17 août 1255.

Thomae, archiepiscopo Remensi, licentiam concedit transeundi per alterius diocesim, dum suas visitat. (REG. 24, c. 795, f. 116^v.)

« *Thome, archiepiscopo Remensi*. Fraternitatis tue precibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut, si dum visitas aliquam de diocesibus tue provincie, transeundo de uno monasterio ad aliud, per aliquam partem alterius diocesis transitum facere te contingat, non debeat propter hoc, quantum ad diocesim quam visitas, quasi de ipsa egressus fueris tua visitatio impenitiri, maxime si in alia diocesi non pernoctes nec visites tunc eandem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, XVI kalendas septembres, anno primo. »

985

Anagni, 12 juillet 1255.

[Henricum,] regem Angliae, rogat, ut, cum idem omnia debita pro negotio regni Siciliae contracta solvere teneatur, [Raynerio], electo Vulterano, qui de mandato Innocentii IV papae pro eodem negotio strenua militum comitiva accedens 4800 libras Turonensem expenderit, easdem protinus resarciat. (REG. 24, c. 794, f. 116; RODENBERG, t. III, n° 404.)

985

Anagni, 13 novembre 1255.

Johanni de Soliaco indulget, ut, cum decanatu ecclesiae s. Austrosili [Austrosilii] de castro Bituricensi decanum et prioratu de Vastino, Bituricensis diocesis, unicum aliud beneficium similem curam animarum habens recipere et retinere valeat. (REG. 24, c. 796, f. 119) (t).

« *Johanni de Soliaco, capellano nostro, decano ecclesie Bituricensis*. Laudabilis conversationis et —. Dat. Anagnie, idibus novembris, anno primo. »

986

Naples, 3 mars 1255.

Magistro Thomae de Carcassona confirmat ecclesiam s. Mariæ de Tolone, Urgellensis diocesis, et decanatum Ceritaniac ab Johanne tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinali Neapolii, V kalendas martii, anno currente, collatos. (REG. 24, c. 797, f. 119.)

« *Magistro Thome de Carcassona, rectori ecclesie de Turrellis, Narbonensis diocesis*. Iustis petentium etc. usque: complere. Cui igitur, sicut nobis exposuisti, dilectus filius noster I., tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, cuius capellanus existis, tibi de speciali mandato nostro ecclesiam sancte Marie de Tolone,

(t) A partir de la bulle 795, l'adresse, avant d'être mise en rubrique, est minutée d'abord en marge à l'encre noire.

Urgellensis diocesis, et decanatum Geritanie dependentem ab ipsa seu annexum eidem, de jure vacantes, contulerit ac investicrit te de illis, prout in litteris ejusdem cardinalis confectis exinde plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab ipso cardinali factum est, in hac parte ratum habentes et gratum, id non obstante quod es in minoribus ordinibus constitutus, dummodo ad superiores statutis temporibus te promoveri facias, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Naples, 25 février 1255.

« Universis presentes litteras inspecturis. frater » Johannes. miseratione divina tituli sancti Laurentii » in Lucina presbiter cardinalis, salutem in Domino. » Cum dominus papa nobis concederet liberam facultatem conferendi ecclesiam Beate Marie de Tolone, » Urgellensis diocesis, et decanatum Geritanie dependentem ab ipsa. ad eujuscumque collationem spectaret, dilecto nostro capellano magistro Thome de » Carcassona, nos, auctoritate concessionis predice et » de speciali mandato suo, predictam ecclesiam cum » decanatu predicto ab ipsa ecclesia dependente, eidem » magistro Thome plene ac libere conserimus, ad eujuscumque collationem spectaret, ipsumque de ecclesia » et decanatu predictis per nostrum anulum investimus, » ac decernentes irritum et inane quicquid contra collationem et investituram hujusmodi ab aliquo contingit aut forte contigit attemptari. Revocamus eadem auctoritate quamlibet litteram super eadem ecclesia ac decanatu a quocumque impetratam aut etiam impenrandam. Contradictores nichilominus et rebelles excommunicationis vinculo innodantes. In eujus rei testimonium, presentes litteras eidem magistro Thome concedimus nostri sigilli minimine roboratas. Dat. Neapoli, V kalendas martii, indictione XIII, pontificatus domini Alexandri pape IIII, anno primo. » Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, V nonas martii, anno primo. »

987

Naples, 3 mars 1255.

Archiepiscopo Narbonensi mandat, ut dictum magistrum Thomam vel procuratorem ejus in corporalem possessionem ipsorum ecclesiae ac decanatus, amoto ab eis quolibet detentore illicito, inducat et defendat inductum. (Reg. 24, c. 798, f. 119.)

« ... archiepiscopo Narbonensi. Cum sicut dilectus —. Dat. Neapoli, V nonas marcii, anno primo. »

988

Naples, 29 mai 1255.

Saepefato Magistro Thomae indulget, ut duo praedicta beneficia retinere valeat, « non obstante constitutione generalis concilii super hoc edita et illa quam bone memorie I., Sabionensis episcopus, tunc in partibus illis apostolice Sedis legitimus, contra obtinentes plura ecclesiastica beneficia dicitur edidisse seu quod non es in sacris ordinibus constitutus, cum paratus sis ad eos .. te facere promoveri. » (Rœ. 24, c. 799, f. 119.)

« Magistro Thome ut supra. Ut tibi favorem —. Dat. Neapoli, IIII kalendas junii, anno primo. »

989

Anagni, 12 octobre 1255.

Conventui monasterii S. Johannis Angelicensis. Xanthonensis diocesis, concedit decimas novalium. (Reg. 24, c. 800, f. 119.)

« ... abbati et conventui monasterii Sancti Johannis Angelicensis, ordinis sancti Benedicti, Xanthonensis diocesis. Devotionis vestre precibus inclinati, ut vos et monasterii vestri membra in parochiis illis, in quibus vos et membra eadem veteres consuevistis percipere. novalium quoque decimas, de quibus aliquis haec tenus non percepit, pro ea portione qua veteres juste percipitis, legitime percipere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, IIII idus octobris, anno primo. »

990

Anagni, 30 juillet 1255.

Abbati et conventui monasterii de Borneto, Engolismensis diocesis, indulget, ut de terris ipsorum non ab ipsis cultis nulli decimas solvere teneantur. (Rœ. 24, c. 801, f. 119.)

« ... abbati, et conventui monasterii de Borneto, ordinis sancti Benedicti, Engolismensis diocesis. Favor religionis exposcit —. Vestris igitur devotis precibus inclinati, ut de terris vestris quas propriis manibus et sumptibus haec tenus coluitis, quas legitime prescripsistis, et ex eis aliquis decimas non percepit, et nunc eas propter inopiam fratrum laboratorum concedatis aliis excolandis, nulli decimas solvere teneamini. auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie. IIII kalendas augusti, anno primo. »

991

Latran, 11 décembre 1255.

Indulgentia centum dies de poenitentia relaxans fidelibus

Remensis et Rothomagensis provinciarum ad ecclesiae monasterii de Abbatisvilla reparationem adjuvantibus. (REG. 24, c. 802, f. 119.)

« Universis Christi fidelibus per Remensem et Rothomagensem provincias constitutis. Quoniam ut ait —. Cum igitur, sicut accepimus, dilecti filii ..., prior, et conventus monasterii de Abbatisvilla, Cluniacensis ordinis, Ambianensis dioecesis, ecclesiam in eodem monasterio sitam reparare inceperint opere plurimum sumptuoso, sintque ad consumationem tanti operis fidelium subsidia oportuna, universitatem vestram etc. usque : pervenire. Nos enim, de Omnipotentis Dei misericordia etc. usque : adjutricem. Centum dies etc. usque : relaxamus. Presentibus post consumationem operis minime valuturis. Dat. Laterani, III idus decembris, anno primo. »

992

Latran, 7 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, plenac legationis officium, tam in provincia Jerosolymitana quam etiam in exercitu christiano, ubicumque pro subsidio Terrae Sanctae in dicta provincia fuerit, committit. (REG. 24, c. 803, f. 119v; POTTHAST 16101.)

« Jacobo, patriarche Jerosolymitano, apostolice Sedis legato. Ad statum Terre Sancte intime considerationis aciem dirigentes, eo propensius vigilante studio circa ipsius profectus intendere cogimur, quo eam fidei nostre aetorem donis excellentioribus dinoscimus decorasse. Cum enim operis exhibitione mentis affectio designatur, non est dubium quin ad eam, quam sui ortus ipse presentia illustravit, variisque miraculorum insignivit prodigiis, exuberaverit nostri dilectio Redemptoris. Et quidem hec est illa terra, quam a patribus nostris hereditario jure possideri decrevit et de qua gloria dicta sunt hactenus a prophetis. Et quidem hec est illa terra, ubi fidei nostre primum jubar effulsit et ubi nostre salutis remedia primitus sunt peracta. Digne itaque ipsius exemplo, cuius licet immeriti vicarii sumus in terris, plenius informati et magisterio erudit, ad illius terre conservationem et robur, quam idem Dominus sic insignem reddidit, sic dilexit, intendimus et ad id, plurisque aliis sollicitudinibus pretermis, cur nos ammonet et sollicitat pastoralis. Verum quia non quoicumque auctoritas nobis commissa protenditur, illic esse possumus presentia corporali, illius exemplo edocti, qui existens ubique utpote ineireumscriptibilis et immensus angelos suos facit spiritus et ministros, qui inclinata celorum altitudine ut hominem redimeret factus

homo, discipulos quos elegit in universum mundum misit evangelium predicare. Dum neccesse haberemus levare oculos in circuitu et considerare filios terram inhabitantes eandem nec eos possumus personaliter visitare, accrescente affectu quod aspectui denegatur, per alios de quibus indubitatam fiduciam gerimus, illos ad salutem erudire scientes hujusmodi sollicitudinem compelliur exercere. Propter quod tibi, quem carum habemus, tuorum exigentia meritorum, plene legationis officium tam in provincia Jerosolymitana quam etiam in exercitu christiano, ubicumque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fueris, de fratum nostrorum consilio duximus committendum, firmam spem fiduciamque tenentes, ut, cum semper dilexeris justitiam et iniquitatem odieris tibique presto sit indicium rationis, recta reges et diriges indirecta, asperaque convertes in plana. Quocirca mandamus quatinus hujusmodi onus prompta et devota mente suscipiens, illud, de divina gratia et apostolica auctoritate confisus, diligenter ac effeaciter exequaris. ita quod ex hoc acquiras premium Redemptoris predicti et a nobis valeas merito commendari. Nos enim, contradictores et rebelles quoslibet per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, quibuscumque privilegiis seu indulgentiis Sedis apostolice vel legatorum ipsius, per que nullum cuiquam in hac parte nolumus afferri suffragium, nequaquam obstantibus, liberam tibi concedimus facultatem. Si vero alium legatum de latere nostro ad partes illas destinari contigerit, volumus ut ob predice Sedis reverentiam non exequaris premissae legationis officium, eodem legato inibi existente. Dat. Laterani, VII idus decembris, anno primo. »

993

Anagni, 9 juillet 1255.

Magistro et fratribus Hospitalis de Altopassu confirmat donationem quarundam possessionum quas quondam Oddo^o Oddonis Jacobi Oddonis Franeonis, civis Romani, ab ecclesia s. Priscae de Urbe obtineret in perpetuum locationis titulo. (REG. 24, c. 804, f. 119v.)

« ... , magistro et fratribus Hospitalis de Altopassu. Justis petentium etc. usque : completere. Oblata quidem nobis ex parte vestra petitio continebat, quod, eum quondam Oddo Oddonis Jacobi Oddonis Franeonis, civis Romani, quasdam possessiones ab ecclesia sancte Priscae de Urbe, tam pro se quam pro suis successoribus, in perpetuum, locationis titulo renovande sub censu annuo in singulis decem et novem annis, sub certa forma dum viveret obtineret, in ipsam ecclesiam vel alium de ipsius beneplac-

cito venditionis titulo cum eas idem O. vel ejus heredes vellent vendere transferendas; demum attendens illud felix esse commercium cum terrena pro celestibus commutantur, hospitali vestro ad opus pauperum in ipso degentium possessiones hujusmodi cum annexis oneribus innovationis et census prefate ecclesie impendendis omneque jus et actionem quod et quam habebat in eis pia et provida liberalitate, licet cardinalis assensu, pro eo quod tunc temporis eadem ecclesia cardinali vacabat, aut archipresbiteri seu clericorum ipsius ecclesie non interveniente, donavit, prout in instrumentis publicis inde confectis plenius continetur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, donationem seu concessionem hujusmodi ratae habentes et gratam, ipsam, non obstante aliqua contraria consuetudine aut si forsan in solutione census hujusmodi hactenus cessavatis, cum de ipso prout asseritis parati sitis satisfacere archipresbitero et clericis memoratis, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Supplentes defectum, si quis in locatione facta dicto Oddoni et donatione hujusmodi extitit in locatione, videlicet ex eo quod cardinalis dictae ecclesie in donatione vero, pro eo quod ipsa ecclesia tunc temporis cardinalis vacabat, aut archipresbiteri et clericorum ipsius non intervenerit assensus, de plenitudine potestatis. Nulli etc. nostre confirmationis et suppletionis etc. Dat. Anagnie, VII idus julii. anno primo. »

994

Anagni, 30 septembre 1255.

Magistro Galfrido, praecentori Fernensi, cui archiepiscopus Dublinensis dispensavit, ut, praeter beneficium Fernense, unicum aliud beneficium posset recipere, hanc dispensationem confirmat. (REG. 24, c. 805, f. 119v.)

« *Magistro Galfrido, praecentori Fernensi. Meritis probi-*

tatis tue —. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno primo. »

995

Anagni, 9 août 1255.

Cum « vite mundiciam et conversationem laudabilem quibus quondam magister Gibertus, capellanus noster, Wratislavensis ecclesie canonicus, se in nostris et fratrum nostrorum oculis gratiosum exhibuit, recolentes, de ipsius subtractione recenti non possumus non dolere, ac dilecto filio Petro Bertrammi, germano ipsius, de amissio fratre apud Sedem apostolicam nimium tribulato per compassionis officium non adesse ». Wratislaviensi episcopo, magistri Giberti amico, mandat, ut Giberto scolari, praedicti Petri nato, postquam clericali fuerit caractere insignitus, de praebenda quondam magistri Giberti provideat. (REG. 24, c. 806, f. 119v.)

« *Wratislaviensi episcopo. Vite mundiciam et —. Dat. Anagnie, V idus augusti. anno primo. »*

996

Naples, 11 janvier 1255.

Infrascriptis mandat, ut Petrum Johannis clericum « in ecclesia sancti Petri Tebricensis, Ovetensis diocesis, in qua per multum tempus in divinis officiis devotum obsequium dicitur prestitisse, .. recipi faciant in canonicum et in fratrem eique provideri de prebenda cum prestimonia vet prestimoniis valentibus usque ad summam quatuor marcarum argenti consuetis canoniciis assignari. » (REG. 24, c. 807, f. 420.)

« ... decano Burgensi, et ..., abbatii secularis ecclesie sancti Emiliani de Lata, Burgensis diocesis. Ad provisio- nem illorum —. Dat. Neapoli, III idus januarii, anno primo. »

LETTRES CURIALES ⁽¹⁾

997

Naples, 5 avril 1255.

Universis praelatis, capitulis, collegiis et conventibus notum facit se ordinasse, ut, cum in plerisque ecclesiis tanta sit expectantum multitudo quod excedat numerum praebendarum, « in ecclesiis in quibus plures quam quatuor recepti fuerint..., quatuor dumtaxat in ipsis ecclesiis jam admissi remaneant et sint canonici in eisdem, receptiones factas de reliquis in dictis ecclesiis de fratrum nostrorum consilio penitus irritantes, ac decernentes eos, ad quos in ipsis ecclesiis prebendarum seu beneficiorum spectat collatio, ad provisionem reliquorum aliquatenus non teneri. » (REG. 24, c. 808, f. 121; POTTHAST 15776; RODENBERG, t. III, n° 391.)

« Venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis [abbatis,] prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ne non capitulis, conventibus et collegiis earundem. Execrabilis quoruindam ambitio —. Dat. Neapoli, nonis aprilis, anno primo. »

998

Naples, 5 avril 1255.

Eisdem notum facit se decernere, ut litterae generales et speciales, quas I[nnocentius] IV papa praedecessor aliquibus sub tenoribus diversis et formis super archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatis et prioratibus, inferioribus etiam beneficiis, indulserit, et indulta hujusmodi juribus careant et in posterum non valeant, praesertim cum idem praedecessor intentionem

(1) En tête du feuillet 121, on lit la mention: « Littere curiales non scribantur » [Suppléez « aliás. »]

habuerit super hoc salubre adhibere remedium. (REG. 24, c. 809, f. 121; POTTHAST 15777; RODENBERG, t. III, n° 392.)

« Eisdem. Discrimen preteriti temporis —. Dat. Neapoli, nonis aprilis, anno primo. »

999

Naples, 5 avril 1255.

Universis capitulis ecclesiarum cathedralium significat, se statuere exnunc terminum sex mensium omnium cathedralium ecclesiarum electis, infra quem munus consecrationis reverenter suscipiant; alioquin, nisi legitimo impedimento detenti fuerint, ab administratione spiritualium et temporalium noverint se suspensos. (REG. 24, c. 810, f. 121^v; POTTHAST 15778.)

« Universis capitulis, conventibus et collegiis ecclesiarum cathedralium. Cum ad Romanam —. Dat. ul supra. »

1000

Naples, 29 janvier 1255.

Fratri Rufino de Ordine Minorum, cui O[ctavianus] S. Mariae in Via Lata diaconus cardinalis, in regno Siciliae apostolicae Sedis legatus, vices suas in partibus eisdem commisit, concedit, ut, si quando cum occasione negotiorum contigerit occupari, ea quae ipsi praetextu hujusmodi commissionis incumberent, possit committere personis idoneis execunda. (REG. 24, c. 811, f. 121^v; POTTHAST 15658.)

« Fratri Rufino de ordine fratrum Minorum, capellano et penitentiario nostro. Cum dilectus filius —. Dat. Neapoli, IIII kalendas februarii, anno primo. »

1001

Naples, 25 janvier 1255.

Eidem, cui facultatem concedendi de bonis ad demanum Curiae pertinentibus personis Ecclesiae Romanae filiilibus concessit, mandat, ut valentia proventuum omnium bonorum hujusmodi annuatim summam mille et quingentarum unciarum auri nullatenus excedat. (REG. 24, c. 812, f. 121v; POTTHAST 15650)

« *Fratri Rufino, penitentiario et capellano nostro. Licet tibi concedendi —. Dat. Neapoli, VIII kalendas februarii, anno primo. »*

1002Naples, 1^{er} avril 1255.

Archipresbytero Paduano, vicario in Calabria Octavianij, S. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis et legati, nuntiat se promissiones ab eo pro promotione negotii Ecclesiae facientes ratas habituram esse. (REG. 24, c. 813, f. 121v.)

« *.., archipresbytero Paduano, vicario in Calabria dilecti filii nostri O., Sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati. Cum dilectus filius noster O., Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, te suum in Calabria vicarium duxerit statuendum, presentium tenore scire te volumus, quod promissiones, quas comitibus seu baronibus aut militibus vel communitatibus tam civitatum quam castrorum aliorumque locorum pro promotione negotii Ecclesie in eadem Calabria tibi ab ipso legato commissi facere te contigerit, necnon conventiones, quas cum eis vel ipsorum aliquibus propter hoc duxeris iniendas, ratas habebimus atque firmas. Dat. Neapoli, kalendis aprilis, anno primo. »*

1003

Anagni, 20 août 1255.

Fratri Rufino praefato concedit potestatem contrahendi mutuum Ecclesiae Romanae nomine usque ad summam quam mandaverit ei O[ctavianus], S. Mariae in Via Lata diaconus cardinalis, et obligandi propter hoc demania et scadentias et alia jura Curiae quae praedicta Ecclesia in Sicilia obtinet. (REG. 24, c. 814, f. 121v; POTTHAST 15937; RODENBERG, t. III, n° 406.)

« *Fratri Rufino, capellano et penitentiario nostro, vicario in Sicilia et Calabria, etc. ut in alia. Discretioni tue contrahendi —. Dat. Anagnie, XIII kalendas augusti, anno primo. »*

1004

Anagni, 13 août 1255.

Declarat, canonicos auctoritate Sedis apostolicae constitutos in numero quataor canonicorum constitutione sui limitato computari. (REG. 24, c. 815, f. 121v.)

« *Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis necnon capitulis, conventibus et collegiis carumdem. Nuper super revocatione receptionum canonicorum prebendas expectantium ultra quarternarium numerum in ecclesiis vacaturas causa leniendarum ecclesiarum ipsarum constitutionem minimum edidisse. Sed quidam, eandem sinistre interpretari volentes, illos, quibus, de speciali mandato felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, canoniciatus in ipsis ecclesiis est collatus seu qui in eisdem sunt canonici instituti, pretextu ordinationis seu constitutionis predicte, ab ipsorum consortio excludere moluntur, pro eo quod in constitutione predicta mentionem tantummodo de receptis et non de canoniciis auctoritate Sedis apostolice constitutis, non attendentes vim et potestatem constitutionis ejusdem, sed nude prolationi verborum calumpnioso volentes tantummodo adherere. Cum itaque nostre intentionis nequaquam extiterit provisiones seu institutiones talium per constitutionem hujusmodi enervare, tenore presentium declaramus, ipsos in numero dictorum quatuor qui in ecclesiis ipsis canonici remanent computari et eos prebendas juxta sue provisionis seu institutionis ordinem debere assequi in eisdem, quamvis post institutionem seu provisionem talium antequam a capitulis recipiantur seu reciperentur hujusmodi plures alii sunt recepti. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno primo. »*

1005

Anagni, 18 août 1255.

An canonici, virtute apostolicarum litterarum capitulis non obstante statuto recepti, ejusdem Sedis aut recipientium consequantur recipi, declarat. (REG. 24, c. 816, f. 122.)

« *Eisdem. Contingit pro quibusdam sub hac forma vel simili apostolicas litteras emanare, ut, non obstante juramento, privilegio vel statuto, si de voluntate procedat capituli seu etiam prelatorum recipiantur in ecclesiis in canonicos et in fratres. Verum quia a multis multotiens hesitatur, an tales auctoritate Sedis apostolice seu illorum qui receperunt eosdem in eisdem ecclesiis intelligantur admissi, nos ambiguitatem hujusmodi taliter duximus declarandam, ut, si ad illos quibus sic dicte Sedis diriguntur alias spectat canonici-*

corum receptis in ecclesiis memoratis, tales non ejusdem Sedis auctoritate sed recipientium censeantur recepti. Si vero non ad ipsos recipiendorum hujusmodi spectat receptio, sed ex viribus litterarum nostrarum recipient potestatem, tunc hii, non sua, sed Sedis dumtaxat apostolice auctoritate, recepti canonici reputentur. Dat. Anagnie, XV kalendas septembbris, anno primo. »

1006

Anagni, 18 août 1255.

Revocat totaliter omnia indulta et privilegia ab I[nnocentio]

papa IV praedecessore personis tam ecclesiasticis quam saecularibus concessa, in quibus eisdem indultum fuerit, ne interdici, suspendi aut excommunicari quodque ipsis ingressus ecclesiae interdici et quod terrae earum interdicto ecclesiastico supponi valeant. (Reg. 24, c. 817, f. 122; POTTHAST 15989; RODENBERO, t. III, n° 408.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Quia pro qualitate —. Dat. Anagnie, XV kalendas septembbris, anno primo. »

FIN DE LA PREMIÈRE ANNÉE.

INCIPIT REGESTUM

DOMINI ALEXANDRI PAPE IIII

PONTIFICATUS SUI ANNO SECUNDO

1007

Latran, 21 décembre 1255.

Infrascriptis mandat, quatinus B[enedicto]j, Terrachonensi archiepiscopo, licentiam concedant mensae proventus vendendi, ita quod pretium in solutionem debitorum ecclesiae convertatur. (Reg. 24, fol. 125, ann. II, capitul. 1.)

« ... de Populeto et ..., Sanctarum Crucum abbatibus, Cisterciensis ordinis, Terrachonensis diocesis. Ex parte venerabilis fratris nostri B., Terrachonensis archiepiscopi, fuit propositum coram nobis, quod ipsum ac bone memorie ..., predecessorem suum, propter urgentes et necessarias utilitates, oportuit facere magnos sumptus ac per hoc subire gravia onera debitorum; propter quod eidem archiepiscopo est verendum, ne Terrachonensis ecclesie redditus et proventus absorbeantur penitus voragine usurarnm. Nos itaque, ipsius archiepiscopi supplicationibus inclinati, volentes indemnitati ejusdem ecclesie precavere, mandamus quatinus predicto archiepiscopo vendendi seu obligandi per triennium redditus et proventus ad mensam suam spectantes, si dicta debita pro ntilitate ipsius ecclesie sunt contracta et eidem ecclesie videritis expedire, ita tamen quod recipiatis precium predictorum reddituum et proventuum convertendum per vos in solutionem hujusmodi debitorum, auctoritate nostra licentiam con-

cedatis. Dat. Laterani, XII kalendas januarii, anno secundo. »

1008

Latran, 21 décembre 1255.

Archiepiscopo Terrachonensi concedit facultatem conferendi Guillelmo de Colonico, presbytero Gerundensi, clero ipsius, canonicatum et jus canonicatus dictae ecclesiae Gerundensis. (Reg. 24, f. 125, ann. II, c. 2.)

« ... archiepiscopo Terrachonensi. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, licet dilectus filius Guillelmus de Colonico, presbyter Gerundensis, clericus tuus, sacerdotalem prebendam obtineat in ecclesia Gerundensi, ratione ejus de capitulo ipsius existit et stallum in choro et capitulo tam in electionibus quam aliis communibus tractatibus vocem obtinet ac parem cum canoniciis dictae ecclesie portionem seu prebendam recipit in eadem, tamen in predicta ecclesia nomen vel alias jus canonici non sortitur. Quia vero eidem presbytero ad hoc dicuntur propria merita suffragari, nos, tuis et ipsius presbyteri supplicationibus inclinati, conferendi sibi canonicatum et jus canonicatus dictae ecclesie, si ex hoc in ea non augmentetur numerus prebendarum, neconon contradictores per censuram ec-

eclesiasticam appellatione postposita compescendi, libera-
ranti tibi concedimus auctoritate presentium facultatem.
Dat. ut supra. »

1009

Latran, 23 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, indulget, ut pallio uti
possit extra provinciam ejus. (Reg. 24, f. 125, ann. II, c. 3.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano.* Palleo, quo plenitu-
tudo pontificalis officii figuratur, solus Romanus ponti-
fex, qui assumptus est in plenitudinem pontificalis po-
testatis, in missarum sollempniis semper utilur et
ubique, ceteris qui sunt in sollicitudinis partem as-
sumpti certis diebus eo utentibus, in illis dumtaxat ec-
clesiis in quibus jurisdictionem ecclesiasticam acce-
perunt. Verum quia, Jerosolimitana ecclisia Domino
permittente posita in manibus paganorum, te frequen-
ter extra tuam provinciam commorari seu magis pere-
grinari contingit, volentes, ob ipsius venerabilis ecclie-
sie reverentiam et lue persone merita, in hoc tibi facere
gratiā specialem, auctoritate presentium tibi perso-
naliter indulgemus, ut palleo in alienis tibi liceat uti
provinciis, diebus quibus illo in tua provincia uteris.
Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, X ka-
lendas januarii, anno secundo. »

1010

Latran, 23 décembre 1255.

Abbatii Casinensi benedicendi pallas altaris et dandi primam
tonsuram et minores ordines concedit facultatem. (Reg. 24,
f. 125, ann. II, c. 4.)

« *abbati et conventui Casinensibus.* Cum monasterium
Casinense inter alia monasteria orbis quasi precipuum
reputemus, nos, volentes ipsum ob hoc et ob reveren-
tiam sanctissimi patris beati Benedicti specialibus
titulis insignire, benedicendi pallas altaris et alia or-
namenta ecclesiastica et dandi primam tonsuram et
minores ordines, tibi, fili abbas, et successoribus tuis
in perpetuum plenam concedimus auctoritate presen-
tium facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc.
Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1011

Latran, 23 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, indulget, ne interdici etc.

possit, absque Sedis apostolicae mandato. (Reg. 24, f. 125,
ann. II, c. 5.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano.* Promerente tue
devotionis affectu inducimur, ut petitiones tuas, per
quas imminentibus tibi et Terre Sancte negotio grava-
minibus occurri et tue ac ipsius terre quieti consuli
valeat, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est
quod nos, tuis devotis supplicationibus benignum im-
pertientes assensum, auctoritate tibi presentium indul-
gemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo ex-
ecutor sive conservator a Sede apostolica deputatus
possit in personam tuam interdicti vel suspensionis
aut excommunicationis sententiam promulgare, absque
ipsius Sedis speciali mandato, faciente plenam et ex-
pressam de indulto hujusmodi mentionem. Nulli etc.
nostre concessionis etc. Presentibus post triennium,
postquam ad partes illas perveneris, minime valituris.
Dat. ut supra. »

1012

Latran, 22 décembre 1255.

Priori ecclesiae s. Donati Lucanae mandat, quatinus priori s.
Fridiani Lucani facultatem concedat possessiones minus utiles
vendendi. (Reg. 24, f. 125, ann. II, c. 6.)

« *Prioris (sic) ecclesie sancti Donati Lucane.* Ex parte di-
lectorum filiorum .., prioris, et capituli sancti Fridiani
Lucani, ordinis sancti Augustini, ad Romanam Eccle-
siā nullo medio pertinentis, fuit nobis humiliter sup-
plicatum, ut, cum quasdam possessiones minus utiles
[habent] de quibus propter distantiam et sterilitate[m]
ipsarum partium aut fere nullum fructum percipiunt,
vendendi easdem et ipsarum precium in possessiones
magis utiles et vicinas convertendi, licentiam eis con-
cedere misericorditer curaremus. Quocirca mandamus,
quatinus faciendi predicta liberam auctoritate nostra
concedas eisdem, prout utilitati ecclesie ipsius expedire
cognoveris, facultatem, proviso ne quod pro ipsius ec-
clesie utilitate conceditur in detrimentum redundat
ipsius idque a Domino de tuis manibus requiratur.
Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno secundo. »

1013

Latran, 20 décembre 1255.

Patriarchis, archiepiscopis, etc., ac ceteris ecclesiarum pra-
elatis et clericis, ne non nobilibus viris [Raynerio] duci et con-
silio Venetorum, marchionibus, etc. ac universis Christi fide-
libus per Lombardiam, Romaniolam, marchiam Tervisinam,

patriarchatus Aquilegensem et Gradensem et provinciam Januensem constitutis, significat se [Philippum], Ravennatem electum, ad eorum partes commisso ipsi legationis officio mittere, ut gerens inibi vices papales foveat devotionem fidelium et Ezelini de Romano aliorumque perfidorum pertinaciam spiritualiter et temporaliter persequatur contra eundem Ezelinum crucis charactere insigniendo fideles. (REG. 24, f. 125, ann. II, c. 7; POTTHAST 16143; RODENBERG, t. III, n° 422.)

« Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, ac abbatibus, prioribus, archidiaconis ac ceteris ecclesiarum prelatis et clericis. ne non nobilibus viris duci et consilio Venetorum, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, rectoribus et communitatibus, ac universis Christi fidelibus per Lombardiam, Romaniolam, marchiam Tervisianam, patriarchatum Aquilegensem et Gradensem et provinciam Januensem constitutis. In eminenti Sedis —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii. anno secundo. »

101-1

Latran, 23 décembre 1255.

Decernit, ut quidam Hispaniae paelati ad impetrandum in Curia non admittantur, donec Guillelmo, magistro scholarum Parmensium, vicecancelario Romanae Ecclesiae, et Hugolino, canonico Legionensi, ejus nepoti, provisiones subtractas aut detentas persolvant. (REG. 24, f. 125^v, ann. II, c. 8.)

« Guillelmo, magistro scolarum Parmensium vicecancelario. Si. te in cancellarie nostre laboriosis obsequiis desudante et omnium ecclesiarum invigilante negociis, quisquam decree tibi provisionis stipendia conatur adimere, non est incongruum, ut, qui mereenarium nitilem non confunditur fraudare mercede, mercenarii quoque utilitate dampnetur. Cum igitur quidam ecclesiarum prelati Yspanie ac aliunde tibi et Hugolino, canonico Legionensi, nepoti tuo, et ad quasdam provisiones annuas ex providentia Sedis apostolice teneantur astricti, et aliqui ipsorum non recogitantes quod provisiones hujusmodi laborum tuorum magnitudini non ex equo respondent, eas interdum aut subtrahant aut cum dilatoria et dispendiosa nimium difficultate persolvant, ita ut provisum est tibi et eidem nepoti ad elevationis solatium in gravamen et tedium aliquando convertatur; nos, eorum suadente ingratitudine, super hoc volentes congruum remedium adhibere, ne sive in officio vicecancelarie fueris sive non, sive in Curia Romana moram traxeris sive non, tales vel procuratores seu nuncii ipsorum vel alii pro eis ad impetrandum vel contradicendum in Curia nostra pro ipsis vel eorum ecclesiis aliquatenus admittantur, donec tibi et

prefato nepoti plene persolverint quod de predictis provisionibus ab ipsis subtractum fuerit quandolibet vel detentum, auctoritate presentium duximus decernendum; statuentes nichilominus litteras quaslibet Sedis predice obtentas vel obtainendas ab illis, donec solutio et satisfactio plenaria super premissis tibi et nepoti memorato provenerit, vires aliquas non habere. In cuius decreti seu constitutionis testimonium, presentes litteras tibi duximus concedendas. Nulli etc. nostri decreti et constitutionis etc. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1015

Latran, 23 décembre 1255.

Archibaldum, episcopum Moraviensem, dispensat, super statuto ipsius et capituli Moraviensis decernente, ut nullus in decanum assumeretur nisi per electionem canonicam; collationemque decanatus Nicolao de Hedum ab Innocentio papa IV assignati confirmat. (REG. 24, f. 125^v, ann. II, c. 9)

« Archibaldo, episcopo Moraviensi. Exposita eorum nobis tua petitio continebat, quod olim tu et dilecti filii, capitulum Moraviensis ecclesie, statuistis ut, quando ipsius ecclesie decanatum vacare contingeret, nullus ad ipsum assumieretur, nisi per electionem canonicam, in decanum. Cumque decanatus ipse postmodum vacasset, Nicolaus de Hedum clericus, qui super provisione sua de aliqua dignitate tunc primo in eadem ecclesia vacatura felieis recordationis I. pape predecessoris nostri litteras impetrarat, eum sibi assignari postmodum postularit per .., executorem sibi a predicto predecessore concesso (*sic*), excommunicationis in contradictores sententia promulgata. Verum tu postmodum et canonici ejusdem ecclesie qui tunc erant presentes, quia in installatione vestra juraveratis rationabilia ipsius statuta ecclesie observare, metuentes perjurii reatum incurrire, nisi ad electionem decani secundum hujusmodi tenorem statuti procedere curaretis, A. de Dun in decanum sepeliente ecclesie concorditer elegistis, et, reclamante propter hoc procuratore dicti N. appellationis vocem, duxistis ad Sedem apostolicam emittendam. Porro hujusmodi negotio ad Sedem devoluto, eandem idem N., vobis in causa succumbentibus, hujusmodi diffinitivam pro se sententiam reportavit et decanatum predictum extitit assecutum. Nos itaque, tuis precibus inclinati, te juxta formam ecclesie absolvi fecimus ab excommunicationis sententia supra dicta, cuius teneri te vinculo dubitabas, ac volentes tu in hac parte conscientie plenius providere, tecum super irregularitatis macula, si qua ex eo quod appellatione

pendente predicta ordines, prebendas et alia bona ecclesiastica contulisti et consecrasti altaria exequendo etiam in aliis officium pastorale forsitan contraxisti, auctoritate presentium dispensamus, ac decernimus collationes et alia predicta medio tempore a te facta robur firmitatis perpetue obtinere. Nulli etc. nostre dispensationis et constitutionis etc. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno secundo. »

1016

Latran, 23 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, concedit facultatem dispensandi cum clericis patriarchatus seu peregrinis super irregularitate eorum. (REG. 24, f. 126, ann. II, c. 10.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato.* Tue fraternitatis obtentu, tibi gratificari et per exhibitam tibi gratiam aliorum saluti providere volentes, dispensandi cum clericis tam religiosis quam secularibus patriarchatus tui et etiam eum aliis qui causa peregrinationis illuc aliunde venerint. dummodo morentur ibidem, super irregularitate, si quam suspensi vel interdicti aut excommunicati facti immemores vel juris ignari, suscipiendo ordines et ministrando in eis, dummodo in contemptum cautum. postquam absoluti fuerint ab hujusmodi sententiis, contraxerunt, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem : Presentibus post triennium, postquam ad partes illas perveneris, minime valituris. Dat. ut supra. »

1017

Latran, 23 décembre 1255.

Petrum, camerarium s. Martini Canigonensis, Elenensis diocesis, in abbatem confirmat. (REG. 24, f. 126, ann. II, c. 11.)

« *Conventui monasterii sancti Martini Canigonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Elenensis diocesis.* Olim monasterio vestro abbatis regimine destituto, vos ut moris est convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, in dilectum filium Arnaldum Tedoni prepositum, Bernardum Carbonelli sacristam et Arnaldum Pinosi, elemosinarium ejusdem monasterii, qui ei providerent vice omnium de abate, transtulitis unanimiter potestatem. Qui, habentes pre oculis solum Deum, dilectum filium Petrum, dicti monasterii camerarium, virum utique religione probatum, preconio laudabilis fame dotatum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in abbatem ipsius monasterii canonice et concorditer eleg-

runt, vosque presentata nobis electione predicta confirmationem ipsius humiliiter petivitis a nobis. Et quia venerabilis frater ., episcopus Tuscanus, et dilecti filii nostri H., tituli Sancte Sabine presbiter, ac R. Sancti Angeli diaconus cardinales, quibus examinationem electionis predice duximus committendam, electionem ipsum invenerunt de persona idonea canonice celebratam, nos qui commoda que vacantibus ecclesiis de salubri provisione proveniunt rationis oculis intuemur, electionem de fratrum nostrorum consilio confirmavimus antedictam. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem abbatem pro nostra et apostolice Sedis reverentia admittentes ylariter et honoritice pertractantes, sibi tamquam patri et pastori animarum vestrarum impendatis obedientiam et reverentiam debitam et ejus salubribus mandatis et monitis efficaciter intendatis. Ita quod ipse in vobis devotionis filios, ac vos consequenter in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. Alioquin sententiam etc. usque : observari. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1018

Latran, 23 décembre 1255.

Episcopo Biterrensi mandat, ut eidem abbatи monasterii s. Martini Canigonensis munus benedictionis impendat. (REG. 24, f. 126, ann. II, c. 12.)

« *Episcopo Biterrensi.* Monasterio sancti Martini —. Dat. ut supra. »

1019

Latran, 2 janvier 1255.

Radulfo de Mortone, rectori ecclesiae de Bunesby Lincolnensis, dispensat, ut, praeter ecclesiam de Dunby curam animarum habentem, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si ei similis cura immineat, libere recipere ac liceat retinere valeat. (REG. 24, f. 126, ann. II, c. 122.)

« *Radulfo de Mortone, rectori ecclesie de Bunesby Lincolnensis.* Etsi propter —. Dat. Laterani, IIII nonas januarii, anno secundo. »

1020

Latran, 20 décembre 1255.

Episcopum Lemovicensem rogat, ut magistro Petro dicto Arnaut, clero sua diocesis, de aliquo beneficio competenti ad cuiuscumque collationem spectante in sua civitate vel dioecesi provideat vel faciat provideri, faciens ipsum Petrum in

ecclesia in qua providendus erit, si collegiata fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. (Reg. 24, f. 126, ann. II, c. 13.)

« *Episcopo Lemovicensi. Eos quos morum —. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno secundo.* »

1021

Latran, 31 décembre 1255.

Priori S. Quintini, Noviomensis diocesis, fratri Gerardo rectori Leodiensi, de ordine Praedicatorum, et Stephano de Miramont, canonico ecclesiae de Monte S. Eligii, Atrebatenensis diocesis, capellano suo, mandat ut monasterium Cantiprati juxta Camera cum ordinis s. Victoris Parisiensis tam incipite quam in membris reformat. (Reg. 24, f. 126v, ann. II, c. 13²; POTTHAST 16152.)

« ... priori Sancti Quintini, Noviomensis diocesis, fratri Gerardo rectori Leodiensi de Ordine Predicatorum, et Stephano de Miramonte, canonico ecclesie de Monte Sancti Eligii, Atrebatenensis diocesis, capellano nostro. Cum super statu monasterii Cantiprati juxta Cameracum, ordinis sancti Victoris Parisiensis, ac personarum ipsius, ex relatione dilecti filii Egidii Ostiarii et Jacobi de Fontanis et Petri de Orchies, canonorum ipsius monasterii, quedam sint nobis insinuata sinistra, que, post quamdam inquisitionem et ordinationem per dilectos filios .., sancti Johannis in Valencenis Cameracensis, et .., de Mareolo, Atrebatenensis diocesis abbates olim factas ibidem auctoritate venerabilis fratris nostri .., Cameracensis episcopi, emersisse dicuntur, mandamus quatinus, ad monasterium ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, inquisita super hiis que post dictas inquisitionem et ordinationem emerserint sollicitate veritate, corrigatis et reformatis auctoritate nostra in monasterio supradicto tam in capite quam in membris que correctionis et reformationis officio videritis indigere. Ceterum cum dicti canonici ejusdem monasterii abbatem ipsius de quibusdam vitiis apud Seden apostolicam duxerint deferendum, volumus ut, si eos injuste detulisse inveneritis, illos canonice puniat, ita quod alii eorum exemplo similiter deferre de facili non adiscant. Si vero dictum abbatem super premissis culpabilem esse vobis constiterit, ipsum pena canonica feriatis, et, ut plenius religioni et paci ejusdem monasterii provideatur, corrigendi, approbandi et mutandi circa predictam ordinationem, prout videritis expedire, vobis liberam concedimus facultatem. Contradictores. Non obstantibus aliquibus litteris super hujusmodi negotio a Sede apostolica vel eodem episcopo impetratis aut etiam impetrandis, seu processibus habitis per eas-

dem, aut si dicto episcopo a Sede sit indulxum eadem quod per litteras Sedis ipsius in dioecesi sua inquire non valeat, in quibus dictus episcopus datus non fuerit inquisitor, seu indulgentia dictae Sedis qua ordini vestro, filii prior et frater Gerarde, dicitur esse concessum, quod de causis seu negotiis que vobis a Sede committuntur eadem cognoscere minime teneamini per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de ipsa indulgentia mentionem. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II kalendas januarii, anno secundo. »

1022

Latran, 22 décembre 1255.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, concedit facultatem dispensandi cum centum clericis patriarchatus vel peregrinis, defectum natalium patientibus, quod possint ad omnes ordines promoveri. (Reg. 24, f. 126v, ann. II, c. 14.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Ut eo subditis tuis gratior habearis quam per te sibi gratiam impendi senserint potiorem, tuis devotis supplicationibus inclinati, dispensandi cum centum clericis tam patriarchatus tui quam etiam si causa peregrinationis illud aliunde venerint, qui defectum in natalibus patiuntur et qui non sunt geniti de regularibus, adulterio vel incestu, dum tamen ibi morentur et alias sint honeste conversationis et vite, quod eorum quilibet, defectu non obstante predicto, possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam si curam animarum habeat, obtinere, fraternitati Iue auctoritate presentium concedimus facultatem.* Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno secundo. »

1023

Latran, 23 décembre 1255.

Archidiacono Lesatensi, Tulosanae diocesis, mandat quatinus archipresbyteratum de Goz, Petragoricensis diocesis, cui subsunt viginti et plures ecclesiae, in statum pristinum revarc proceuret, non obstante unione ejus cum prioratu de Paraco. (Reg. 24, f. 126v, ann. II, c. 15.)

« .., archidiacono Lesatensi, Tholosane diocesis. Ex parte dilectorum filiorum conventus ecclesie de Paraco, ordinis sancti Augustini, Petragoricensis diocesis, fuit propositum coram nobis, quod, cum olim eadem ecclesia priore vacaret, is qui tunc erat archipresbiter ecclesie de Goz, ejusdem ordinis et diocesis, prioratu ipsius ecclesie immediate subjecte electus et confirmatus extitit in priorem ecclesie memorare; sed loci diocesa-

nus, gerens ad personam electi prefati private dilectionis affectum, archipresbiteratum dicti loci de Goz univit auctoritate propria prioratui ejusdem ecclesie de Parato (*sic*) in gravem prediecte ecclesie de Goz dispendium et jacturam, quod redditus prioratus ipsius essent tenues et exiles, in hujusmodi unione confingens et felicis recordationis I. papa predecessor noster, prescriptione confictionis hujusmodi circumventus, unionem ipsam in forma communis dicitur confirmasse. Cum igitur, sicut accepimus, idem archipresbiteratus magni nominis et famae celebris in illis partibus habetur, utpote cui subsunt viginti et plures ecclesie curam animarum habentes ac consuete ab ipsius loci archipresbitero visitari et plures ibi consueverint residere regulares canonici et multi clerici seculares virtutum Domino famulantes, ubi post unionem predictam moratur tantummodo unus solus, clerici etiam et parochiani dictarum ecclesiarum quasi absque capite non habeant ad quem recurrent in spiritualibus, a quo refici valeant paulo verbi Dei, et per hoc tam eadem ecclesie quam dictus archipresbiteratus patientur defectum non modicum in divinis et aliis ad curam pertinentibus animarum, mandamus quatinus, si tibi constiterit de premissis, unione ac confirmatione predictis nequaquam obstantibus, predictam ecclesiam de Goz in statum pristinum legitime revocare procreas, faciens eam per illos ad quos pertinet, prout haetenus fieri consuevit, canonice ordinari, de archipresbitero et personis aliis ibidem Domino regulariter servitulis. Contradictores etc. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1024

Latran, 23 décembre 1255.

Abbatis et conventus monasterii S. Johannis Angeliacensis, ordinis s. Benedicti, precibus annuens, inhibet, ut nullus infra eorum parochias absque eorum et diocesani speciali licentia monasterium, oratorium etc. construere valeat. (REG. 24, f. 126v, ann. II, c. 16.)

« Abbatii et conventui monasterii Sancti Johannis Angeliacensis, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis. Religionis vestre inducimur meritis, ut ea vobis concedamus benigne, per que vestro accrescit honori et vestris dispendiis obviatur. Inde namque est quod nos, devotionis vestre precibus annuentes, ut nullus infra monasterii vestri et prioratum eidem subjectorum parochias monasterium, oratorium, ecclesiam vel capellam absque vestra et diocesani speciali licentia construere vel facere valeat, auctoritate presentium

inhibemus. Nulli etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1025

Latran, 23 décembre 1255.

Abbati ejusdem monasterii ejusque membrorum prioribus indulget, ut pro dampnis et injuriis monachis et hominibus ejus illatis agere in iudicio valeant. (REG. 24, f. 126v, ann. II, c. 17.)

« Abbati monasterii Sancti Johannis, ordinis sancti Benedicti, Xantonensis diocesis, ejusque membrorum prioribus. Exigentibus vestre devotionis meritis, petitionibus vestris libenter annuimus, ipsas in quantum cum Deo possumus et juris equitas persuadet ad exauditionis gratiam admittentes. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, ut pro dampnis, injuriis, monachis et hominibus vestris illatis ac etiam inserendis (*sic*) quantum vestri interest agere in iudicio valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostrae concessionis etc. Dat. ut supra. »

1026

Latran, 22 décembre 1255.

Magistro Guillelmo, dicto Galet, canonico ecclesiae b. Radegundis Pictaviensis, indulget ut, praeter ecclesiam de Longa Villa quam curam animarum habentem se canonice proponit adeptum, unicum aliud beneficium, etiam personatum vel dignitatem, libere recipere et liceat retinere valeat. (REG. 24, f. 126v, ann. II, c. 18.)

« Magistro Guillelmo dicto Galet, canonico ecclesie beate Radegundis Pictaviensis. Laudabilis conversationis et —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno secundo. »

1027

Latran, 5 janvier 1256.

Magistro Guillelmo de Saana, archidiacono ecclesiae Rothomagensis in Vulcasino Franciae, indulget, ut dignitatem etiam pontificalem recipere valeat, non obstante defectu natalium. (REG. 24, f. 127, ann. II, c. 19.)

« Magistro Guillelmo de Saana, archidiacono ecclesie Rothomagensis in Vulcasino Francie. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, felicis recordationis I. papa predecessor noster tibi ut, non obstante defectu natalium quem patiebaris, de presbitero genitus et solita, in susceptis ministrare ordinibus et archidiaconatum ac prebendam quos in Rothomagensi ecclesia obtimes retinere libere et, predicto archidiaconatu resi-

gnato, aliam dignitatem, etiam si curam animarum haberet annexam, licite recipere ac retinere valeres, si tibi canonice offerretur, ita tamen quod, si ad pontificatus honorem te vocari contigeret, illum nequaquam reciperes absque licentia Sedis apostolice speciali per suas duxerit litteras indulgendum; nos, attendentes quod hujusmodi defectum natalium suppleas merito probitatis, ac volentes ex hoc tibi gratiam facere ampliorem, tuis et dilecti filii magistri Tholomei de Pileo, capellani et consanguinei nostri, supplicationibus inclinati, ut pontificalem etiam dignitatem, si te ad ipsam canonice vocari contigerit, licite recipere ac libere retinere valeas, defectu non obstante predicto, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, nonis januarii, anno secundo. »

1028

Latran, 12 janvier 1256.

Confirmat et resert sententiam Riccardi, S. Angeli diaconi cardinalis, Romae XVIIth die decembris MCCLV tam inter conventum monasterii de Trisulio, Cartusiensis ordinis, Alatrinae diocesis, et communitatem Castri Vici, quae conventui praedicto silvam Eyci tribuit. (REG. 24, f. 127, ann. II, c. 20.)

« ... priori et conventui monasterii de Trisulio, Cartusiensis ordinis, Alatrinae diocesis. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane petitio vestra nobis exposita continebat, quod, cum in causa quam movebatis contra commune castri Vici, Alatrinae diocesis, super silva Eyci, felicis recordationis I. papa predecessor noster, primo bone memorie S. tituli sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalis, postmodum lite tam in hujusmodi causa quam in ea quam per viam reconventionis dictum commune contra vos super eadem silva et quibusdam terris sitis juxta eam movebat legitimate contestata, nos dilectum filium nostrum R. Sancti Angeli diaconum cardinalem dedissemus partibus auditores; idem R., cognitis utriusque cause meritis et juris ordine observato, tam in causa conventionis quam reconventionis hujusmodi diffinitivam pro vobis utraque parte presente sententiam promulgavit, prout in litteris inde confectis suoque sigillo munitis plenius continetur. Nos, igitur vestris supplicationibus inclinati, sententiam eandem ratam habentes et gratam ipsam, non obstante appellatione adverse partis, quam reputamus frivolam, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Rome, 19 décembre 1255.

« In nomine Domini Ihesu Christi, amen. Cum auctoritas juris hoc exigat et litigantium utilitas hoc exponcat, ut ea que aguntur in judiciis in scriptis memorie commendentur, idcirco nos Riccardus, missa seratione divina Sancti Angeli diaconus cardinalis, causam que inter priorem et conventum monasterii sancti Bartholomei de Trisulio, ordinis Cartusiensis, diocesis Alatrine, seu procuratorem ipsorum eorumdem nomine ex parte una, et commune castri Vici seu syndicum communitatis ipsius, ejusdem nomine, ex parte altera, fuit proposita et tractata tam jure conventionis ex parte monasterii quam jure reconventionis ex parte prediecte communitatis, tam coram bone memorie reverendo patre domino Stephano, tituli sancte Marie Transtiberim presbitero cardinali, a Sede apostolica partibus auditore concesso, quam, ipso viam universe carnis ingresso, postmodum coram nobis, eisdem partibus ab eadem Sede auditore concessa, actis ipsarum causarum ab utraque parte que fuerant coram prefato cardinali habita fideliter exhibitis coram nobis et a partibus communiter approbatis, presenti scripto duximus memorie commendandam.

« Ex parte igitur predicti monasterii coram predicto cardinali contra predictam communitatem libellus fuit propositus in hunc modum : Coram vobis, reverende pater domine, S. tituli sancte Marie Transtiberim presbitero cardinali partibus a domino papa auditore concesso, dicit et proponit Heremita Notarius, procurator .. prioris et conventus monasterii sancti Bartholomei de Trisulio, ordinis Cartusiensis, contra commune castri Vici et contra homines ipsius castri et eorum legitimum defensorem, dicens quod cum silva de Eyci, Alatrinae diocesis, pertineat ad dictum monasterium jure dominii vel quasi, et predictis Vicanis ex parte summorum pontificum Honorii, Gregorii et Innocentii sit inhibitum ne in predicta silva sub pena centum librarum debeant pascere cum animalibus suis vel ligna incidere vel inde aliquid contractare, vel in predicta silva jus aliquod vendicare communiter vel separatim; ipsi nichilominus, dicta mandata et precepta vilipendentes, dictos religiosos super ipsa silva turbant et molestant incidendo ligna, animalia pascendo et jus in ea se habere asserendo, in grave dampnum ejusdem monasterii et in periculum animarum eorum et scandalum plurimorum. Unde petit per vos, venerande pater, officium vestrum implorando, predictos compesci ut a predictis desistant, et sententialiter eis in-

» liberi ne predicta seu consumilia facere deinceps
 » attemptarent, et de tanto excessu eos puniri, et pro
 » dampnis et expensis datis et dandis et interesse, que
 » facit centum marcas argenti, eos sententialiter con-
 » dempnari, et dicta mandata summorum pontificum
 » compellatis inviolabiliter observari, et super ipsa
 » silva silentium perpetuum imponi, cum nullum jus
 » habeant in eadem; de quibus omnibus petit per vos,
 » venerande pater, eos sententialiter condempnari et
 » ad satisfactionem compelli. Protestatur expensas
 » factas et faciendas. Latera silve sunt ista: a parte
 » castri Vici, est rivus aquarum, ab alio latere fluminis
 » cellulus, a tertio pesclus altus juxta Rothoniam, a
 » quarto collis qui dicitur Aspretus, in pede vicendarum
 » sancti Bartholomei, a quinto Petra Mala. Anno
 » Domini MCCLIII^o, pontificatus domini Innocentii III
 » pape anno XI^o, mense februarii, die X^o intrante, et
 » inductione XII^a.

» Super quo libello in judicio lite legitime contestata,
 » negavit procurator seu syndicus prediecte communia-
 » tatis Vici narrata prout narrantur in libello monas-
 » terii esse vera et dixit ad petitam ideo non teneri,
 » salvis omnibus exceptionibus competentibus communi-
 » nitati prediecte. Eodem die, coram eodem domino car-
 » dinali libellus pro parte communitalis fuit propositus
 » in hunc modum. Coram volbis, reverende pater do-
 » mine, S. tituli sancte Marie Transtiberim presbitero
 » cardinali a domino papa partibus auditore concesso,
 » dicit et proponit Nicolaus, syndicus universitatis
 » castri Vici, contra ., priorem, et conventum monas-
 » terii sancti Bartholomei de Trisulio, ordinis Cartu-
 » siensis, seu eorum legitimum defensorem, dieens
 » quod, cum ipsa universitas sit et fuerit ab antiquo in
 » possessione vel quasi silve de Eyci, predicti ., prior,
 » et conventus super silva ipsa molestant universita-
 » tem predictam et non sinunt eam pacifica possessione
 » gaudere, inhibendo ei ut non utatur ea. Unde recon-
 » veniendo petit, nomine universitatis prediecte, inhibi-
 » beri eis per vos, venerande pater, et perpetuum si-
 » lentium imponi, quod de cetero super nominata silva
 » universitatem predictam taliter non molestent sed
 » sinent eam pacifica possessione gaudere, et predictis
 » priori et conventui perpetuum silentium imponi cum
 » nullum jus habeant in eadem. Item, cum predicti
 » prior et conventus teneant et possideant terras sitas
 » juxta nominatam silvam ad sepedictam universitatem
 » spectantes jure dominii vel quasi et juxta terras que
 » vocantur Justitie a parte sancti Bartholomei et juxta
 » aquam Juniperis, petit sibi per vos, venerande pater,
 » eos seu eorum legitimum procuratorem condempnari

» ad restitutionem ipsarum cum fructibus perceptis et
 » percipiendis, quos facit X milia quartiorum grani,
 » mille quartaria de ordeo, mille de milio, mille de ci-
 » ceribus, mille de fabis et quingentas de erbis: quos
 » fructus petit si extant, alioquin ipsorum estimatio-
 » nem, quam facit tria milia librarum proveniens et
 » pro dampnis et expensis datis et dampno et interesse
 » que facit ducentas marcas argenti; petit etiam per
 » vos, reverende pater, ipsos sententialiter condemp-
 » nari et ad satisfactionem compelli; protestatur ex-
 » pensas factas et faciendas. Anno Domini M^oCC^oLIII^o,
 » pontificatus domini Innocentii pape III anno XI.
 » mense februarii, die X intrante et inductione XII^a.
 » Super quo libello litis contestatione legitime facta,
 » negante ipsius monasterii procuratore seu syndico
 » narrata in libello communitalis, prout narrantur,
 » esse vera et dicente petitam fieri non debere, prestito
 » ab utraque parte sacramento de calumpnia et posi-
 » tionibus ab utraque parte, factis et responsionibus ad
 » eas ab utraque parte securius ad fundandam inten-
 » tionem suam plures testes utraque pars produxit,
 » quedam etiam privilegia suminorum pontificum pro-
 » duxit pars monasterii, videlicet felicis recordationis
 » Innocentii III, Honorii, Gregorii VIII et Innocen-
 » tii III, in quorum aliquibus tenor donationis facte
 » eidem monasterio a predicta communitate Vici de
 » ipsa silva que in judicio est dedueta, salva qua[m]dam
 » correctione ejusdem latinitatis que fuerat in origi-
 » nali, fideliter insertus erat et ejusdem donationis
 » facte per summum pontificem confirmatio habebatur.
 » Quibus testibus ab utraque parte productis diligenter
 » examinatis et eorum dictis in judicio publicatis, bone
 » memorie domino S. viam universe earnis ingresso
 » dati nos fuimus partibus auditores. Coram nobis igitur
 » in judicio facta copia utriusque parti tam dictorum
 » testium quam instrumentorum seu privilegiorum in
 » judicio productorum et facta disputatione ab utraque
 » parte tam super probatis quam super efficacia proba-
 » torum, ab utraque parte remittatrum extitit allega-
 » tionibus et conclusum. Nos igitur, partibus coram
 » nobis in judicio constitutis et cum instantia senten-
 » tiam ferri poscentibus, examinatis omnibus diligen-
 » ter que ab utraque parte dicta fuerant et probata et
 » allegationibus seu rationibus habitis super eis, inve-
 » nimus quod pars monasterii plene probaverat silvam
 » de Eyci ad ipsum monasterium pertinere et in ejus-
 » dem silve possessione plene fuisse a longis tempori-
 » bus retroactis secundum terminos positos in libello.
 » Item plene probavit quod felicis recordationis domi-
 » nus I. papa III mandavit per ., comitem Campanie,

» predictam communitatem Vici prohiberi sub certa
 » pena, ne quis eorum predictum monasterium super
 » eadem silva quolibet modo audeat molestare aut in
 » ea cedendi ligna vel pascendi animalia seu aliquod
 » jus sibi presumat de cetero vendicare. Item plene
 » probavit quod dicta communitas et aliqui de commu-
 » nitate et post prohibitionem et ante in ipsa silva tur-
 » baverunt possessionem monasterii cedendo ibi ligna
 » et pascendo animalia. illis de monasterio contradic-
 » centibus et invitatis. Per positiones etiam partis alte-
 » rius manifeste nolis constitit, quod ipsi homines
 » de communitate castri Vici communiter et singula-
 » riter pascunt ibi animalia et cedunt ibi ligna, adi-
 » cientes quod hoc faciunt jure suo, sed de hoc jure
 » nichil probaverunt eum a parte altera sit negatum.
 » Invenimus etiam quod ea que communitas Vici vel
 » procurator ipsius tam jure reconventionis quam
 » etiam per exceptiones proposuit contra monasterium
 » et se obtulit probaturam penitus non probavit. Unde,
 » habito consilio peritorum, consideratis omnibus que
 » nos movere poterant et debebant per diffinitivam
 » sententiam, declaramus silvam de Eyci contentam
 » infra terminos positos in libello monasterii ad ipsum
 » monasterium libere pertinere. et communitatem cas-
 » tri Vici et homines ipsius castri in predicta silva jus
 » aliquod non habere. Propter quod procuratori ipsius
 » communitatis, nomine ipsius communitatis, et ipsi
 » communitati super predictam silvam perpetuum si-
 » lentium imponimus et perpetuo per sententiam
 » prohibemus, quod de cetero nec communiter nec se-
 » paratim aliquod jus sibi vendicet in predicta silva,
 » procuratorem monasterii et monasterium in perso-
 » nam procuratoris ab omnibus impetratoribus supra-
 » dictis procuratoris seu syndici communitatis castri
 » Vici et ipsius communitatis cum nichil probaverint
 » per diffinitivam sententiam absolventes. Lata et reci-
 » tata fuit hec sententia Rome, anno Domini M^oCC^oLV^o,
 » Indictione XIII, mense decembbris, die XVIII,
 » pontificatus domini Alexandri pape III anno II^o.
 » His presentibus testibus ad hoc rogatis, videlicet
 » magistro Guillelmo de Papia, magistro Alberto Azar-
 » i, magistro Andrea de Taranto, magistro Bellobono,
 » Spiliato Cambii et Jacobo de Senis ac Rizio Interam-
 » nensi. Et ad majorem hujusmodi rei cantelam, pre-
 » sens instrumentum exinde fieri fecimus per Petrum
 » Scriniarium, familiarem nostrum, et nostri sigilli
 » munimine roborari. Et ego Petrus de Jordano, im-
 » periali auctoritate scriniarins, quia supradictis in-
 » terfui de mandato dicti domini cardinalis, scripsi
 » fideliter et in publicam formam redigi. »

Nulli etc., nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 II idus januarii, anno secundo. »

1029

Latran, 11 janvier 1256.

Magistro Johanni, rectori ecclesiae de Belloto, Sagiensis diocesis, indulget, ut, praeter ecclesiam praedictam, cuius proventus valentiam decem et septem vel decem et octo marcarum sterlingorum secundum communem estimationem patriae vix excedunt; unicum adhuc beneficium seu personatum vel dignitatem ecclesiasticam, etiam si similem curam habeat, recipere et retinere valeat. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 202.)

« Magistro Johanni rectori ecclesie de Belloto. Sagiensis diocesis. Et si propter —. Dat. Laterani, III idus januarii, anno secundo. »

1030

Latran, 23 décembre 1255.

Magistro Guillelmo de Twoyham, physico archiepiscopi Cantuariensis, rectori ecclesiae de Gerolwestone, Cantuariensis diocesis, obtenu archiepiscopi Cantuariensis, indulget ut, praeter supradictam ecclesiam, ecclesiam de Morsteham, ejusdem diocesis, ab eodem archiepiscopo collatam, retinere valeat. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 21.)

« Magistro Guillelmo de Twoyham, physico, rectori ecclesie de Gerolwestone, Cantuariensis dioecesis. Eo tibi gratiam —. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1031

Latran, 22 décembre 1255.

[Coloni], Strenginensi episcopo, abbatii Alwastriae, Lincopensis diocesis, et preposito ecclesiae Lincopensis mandat, ut, si viderint expedire, cessionem pontificalis officii a [Harle-rio], archiepiscopo Utsalensi (*sic pro* Upsatensi), recipient, ipsi de bonis archiepiscopalibus pro sustentatione provisionem honestam et congruam assignantes. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 22; POTTHAST 16145.)

« Strenginensi episcopo et dilecto filio abbatii Alwastrie, Lincopensis diocesis, et preposito ecclesie Lincopensis. Usque in senectam —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno secundo. »

1032

Latran, 3 janvier 1256.

Fratribus ordinis Praedicatorum, qui in Terra Sancta morantur et qui ad illam de magistri ordinis mandato seu licentia

proficiisci curabunt, viam vitae gentibus illis verbo et exemplo ostensuri, illa n indulgentiam elargitur quae Crucesignatis in ipsam Terram transeuntibus datur. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 23; POTTHAST 16163.)

« Universis fratribus ordinis *Predicatorum*. Terra Sancta quam —. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno secundo. »

1033

Latran, 23 décembre 1255.

Monasterio s. Mariae de Gloria Anagnino, G. papae predecessoris plantationi, confert ecclesiam s. Mariae de Balnearia, Miletensis diocesis, perpetuo possidendam, Philippo nichilominus in priorem ejus ecclesiae ad vitam servando. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 24.)

« .., abbatii et conventui monasterii sancte Marie de Gloria Anagnini. Florentine ordinis. Speciali prerogativa dilectionis vos et vestrum monasterium prosequentes ferventer, oplamus tam vos quam ipsum circa spiritualia et temporalia continuis proficere incrementis, ex eo presertim quod felicis recordationis G. pape predecessoris nostri estis plantatio specialis. Eapropter volentes gratiosè volis apostolice benignitatis dexteram apprire, vestris supplicationibus inclinati, ecclesiam sancte Marie de Balnearia, ordinis sancti Augustini, Miletensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentem, cum omnibus possessionibus, juribus et pertinentiis suis, vobis et per vos eidem monasterio presentium auctoritate conferimus, ad usus vestros perpetuo possidendam. Ita tamen quod dilectus filius Phylippus, prior ipsius ecclesie, quoad vixerit illam retineat cum possessionibus, juribus et pertinentiis supradictis, exceptis hiis que habet prefata ecclesia in civitate Messanensi et tenimentis ejus, quorum possessionem et fructus sive proventus exnunc volumus vos habere. Idem vero prior nichilominus, in signum et reconditione, quod eadem ecclesia vestra sit, vobis, quādiū ipsam tenerit, unam unciam auri de Tarenlo ad pondus regni Sycilie annuatim in festo Assumptionis beate Virginis nomine census solvat. Libros autem, vestes ac alia omnia ecclesiastica ornamenta conservare predictus prior fideliter teneatur, nec possit de cetero in eadem ecclesia aliquem recipere in canonicum vel oblatum, neque vendere vel locare aut donare sive infeudare seu quomodolibet alienare de possessionibus ecclesie memorate. Cedente autem vel decedente aut ad aliam ecclesiam translato supradicto priore, liceat vobis per vos vel per alios prefatam ecclesiani taliter

vobis et monasterio vestro concessam auctoritate propria ingredi ac ipsius cum possessionibus, juribus et pertinentiis suis omnibus possessionem apprehendere corporalem. Non obstantibus quibuscumque litteris apostolicis super eandem ecclesia vel bonis ejus concessis fratri Michaeli, quondam priori sancti Petri de Vinea Anagnini, vel obtentis ab ipso, quem non urbis aliquid de bonis ecclesie predice deinceps percipere vel habere quod aliquibus aliis apostolice Sedis litteris vel processibus habitis per easdem. Nulli etc. nostre collationis etc. Dat. Laterani. X kalendas januarii, anno secundo. »

1034

Latran, 22 décembre 1255.

Attendens quod capitulum Reatinum quasdam possessiones ecclesiae magistro Regiano physico ob grati servicia concesserunt, concessione tamen minus honesta, nec ad eam tenendum apostolicae Sedis intervenire potest auctoritas, ipsam decernit non valere, auctoritate autem apostolica eidem Regiano de novo confert. (REG. 24, f. 128, ann. II, c. 25.)

« .., episcopo Reatino. Intelleximus quod, olim ecclesia Reatina vacante pastore, capitulum ejusdem unanimiter et concorditer ordinarunt, ut terras, domos, possessiones et alia bona ejusdem ecclesie locata vel infeudata quibuscumque personis ipsius ecclesie, canonicis dumtaxat exceptis, que ad eos processu temporis vacando devolvi contingeret, usque quo redditus et proventus eorum valorem triginta libras usualis monete attingerent annuatim, ad communis mense deputarent augmentum, se astrinxentes ad id vinculo juramenti. Cumque postmodum quedam ex dictis possessionibus et bonis vacaverint, ea, priusquam adimplerent quod super deputatione hujusmodi ordinarant, dilecto filio magistro Regiano physico, civi Regino et heredibus suis, ob grata servitia que ab ipso receperant et in futurum sperabant recipere, concesserunt. Nos autem, attentes quod eadem concessio minus honesta fuisse dinoscitur nec ad eam tenendum apostolice Sedis intervenire potest auctoritas, ipsam decernimus non valere. Dicto vero magistro, quem suis exigentibus meritis gratioso favore prosequimur, per alium modum super hoc providere volentes, mandamus quatinus ea que in forma dictae concessionis habentur ordinatione predicta, juramento vel quacumque alia firmitate valdata nequaquam obstante, sibi et heredibus suis legitimis de novo auctorita e nostra conceolas. Contradictores etc. Dat. Laterani. XI kalendas januarii, anno secundo. »

1035

Latran, 3 janvier 1256.

Dioecesim Cracoviensem, Tartarorum ac etiam paganorum incuribus quasi totaliter devastatam, prourationibus legatorum S. Sedis eximit. (REG. 24, f. 128v, ann. II, c. 26.)

« ... *episcopo et capitulo Cracoviensibus*. Exigentibus vestre devotionis meritis etc. usque : exaudimus. Cum igitur, sicut ex lenore vestre petitionis accepimus, dioecesis Cracoviensis Tartarorum ac etiam paganorum incuribus quasi totaliter fuerit devastata, nos, paupertati vestre pio compatientes affectu ac per hoc alie-
cujus elevationis solatio vos gaudere volentes, ut nulli nuncio vel legato Sedis apostolice, nisi fuerit de fratribus nostris sacrosancte Romane Ecclesie cardinalibus, prourationes pecuniarias solvere teneamini, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno secundo. »

1036

Latran, 30 décembre 1255.

Infrascriptis mandat, inhibeant ad electionem ejusdemque abbatis monasterii s. Pharonis Meldensis procedi, absque Alermi, Meldensis episcopi, assensu. (REG. 24, f. 128v, ann. II, c. 27.)

« ... *abbae Liveriaco, Parisiensis diocesis, et magistro Guillermo de Waugrenouise, canonico Parisiensi*. Presentium vobis auctoritate, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, mandamus quatinus .., priori, et conventui monasterii sancti Pharonis Meldensis, ordinis sancti Benedicti, auctoritate nostra inhibitis expresse, ut, si monasterium ipsum abbatem vacare contigerit, ipsius abbate cedente vel etiam decedente, ad electionem vel postulationem futuri abbatis aliquatenus non procedant, absque venerabilis fratris nostri Alermi, episcopi Meldensis, diocesani eorum, consilio et assensu, decernentes irritum et inane, si quid super hoc contra inhibitionem hujusmodi ab eisdem priore et conventu fuerit altemplatum. Nolumus tamen post ordinationem hujusmodi ipsis priori et conventui ac successoribus suis quoad jus eligendi abbatem, sicut eis dinoscitur de jure competere, prejudicium in posterum generari. Dat. Laterani, III kalendas januarii, anno secundo. »

1037

Latran, 30 décembre 1255.

[Jarlerium], archiepiscopum Upsalensem, [Laurentium] Lin-

ALEXANDRE IV, t. I.

copensem et [Laurentium] Scarensem episcopos monet, facient ut consilium [Birgeri] ducis Suwenorum, qui intendat certas in regno ipso assignare suis filiis portiones ad evitandum fidelium stragam post ipsius obitum, inviolabiliter observetur. (REG. 24, f. 128v, ann. II, c. 28; POTTHAST 16151.)

« ... *archiepiscopo Upsalensi, ... Lincopensi et ... Scarense episcopis*. Ex parte dilecti —. Dat. ut supra. »

1038

Latran, 3 janvier 1256.

Formam institutionis etc. magistri domus de Calatrava, domui Morismundi subjectae, servari indulget. (REG. 24, f. 128v, ann. II, c. 29.)

« ... *abbati, et conventui monasterii Morismundi, et magistro et fratribus domus Calatrave Cisterciensis, Lingonensis et Toletane diocesum*. Cum a nobis petitur etc. usque : effecuum. Vestris igitur supplicationibus inclinati, ut illa forma circa institutionem, destitutionem et cessionem magistri domus de Calatrava, domui Morismundi immediate subiecte, que circa abbates Cisterciensis ordinis, quoad predicta juxta ipsius ordinis instituta servatur, in posterum observetur, volis auctoritate presentium indulgemus. Decernentes irritum et inane, si secus in posterum fuerit attemptatum. Nulli etc. nostre concessionis et constitucionis etc. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno secundo. »

1039

Latran, 3 janvier 1256.

Abbati Morismundi concedit eamdem potestatem absolvendi seu dispensandi fratres domus Calatravensis sicut fratres aliorum domuum. (REG. 24, f. 128v, ann. II, c. 30.)

« *Abbati monasterii Morismundi, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis*. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tibi super absolutione ac dispensatione abbatum et monachorum tibi subiectorum quedam ab apostolica Sede sub certa forma sit concessa potestas, et domus Calatravensis, Cisterciensis ordinis, Tolletane diocesis, in immediate monasterio tuo sicut matris filia sit subiecta, discretioni tue, ut hujusmodi potestate circa absolutionem et dispensationem fratrum predictis domus juxta predictam formam ut libere valeas, ac priori qui ibidem pro tempore fuerit, et visitatoribus per te in posterum destinandis ad ipsos vices tuas committere super hoc valeas, auctoritate presentium duximus concedendum. Dat. ut in alia. »

1040

Latran, 3 janvier 1256.

H., electo Leodiensi, quoddam impedimentum occultum exponente, tempus consecrationis ejus usque ad Quatuor Tempora proximi mensis septembris prorogat. (Reg. 24, f. 128^v, ann. II, c. 31.)

« *H., electo Leodiensi.* Non varietatis error, sed potius benignitatis favor intervenit, cum interdum rationali causa poscente statuta vestra illis contra quos edita fuisse noscuntur volumus non obstarere. Licet igitur circa curiam ecclesiarum sollicitudinis apostolice debatum exolentes duxerimus de fratrū nostrorum consilio statuendum, ut infra certum tempus in episcopos electi munus consecrationis suscipiant reverenter, in te tamen ad presens impedimentum considerantes occultum, quod dilectus filius noster P., sancti Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis, nobis exposuit, et super hoc devotioni tue, ne feriariis ejusdem statuti sententia, de speciali gratia providentes, tempus tue ordinationis et consecrationis usque ad Quatuor Tempora proximi mensis septembris, statuto hujusmodi non obstante, auctoritate presentium prorogamus. Ita tamen quod postmodum per interstitia temporum facias te ad sacros ordines promoveri et in episcopum consecrari. Nulli etc. nostre prorogationis etc. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno secundo. »

1041

Latran, 13 janvier 1256.

Laurentio, rectori ecclesiae de Heutevilla, Baiocensis diocesis, concedit facultatem recipiendi et retinendi beneficia ecclesiastica usque ad summam centum librarum sterlingorum, etiam si curam animalium habeant. (Reg. 24, f. 128^v, ann. II, c. 32.)

« *Laurentio, rectori ecclesie de Heutevilla, Baiocensis diocesis.* Etsi propter —. Dat. Laterani, idibus januarii, anno secundo. »

1042

Latran, 12 janvier 1256.

Aymerico de Aver laico et Mabiliae uxori ejus, natae quondam Hervei Leferle, Andegavensis diocesis, quarta se consanguinitatis linea attingentibus, indulget, ut in matrimonio contracto licite remaneant. (Reg. 24, f. 128^v, ann. II, c. 33.)

« *Aymerico de Aver, laico, et Mabilie, uxori ejus, natae quondam Hervei Leferle, Andegavensis diocesis.* Consuevit Sedes apostolica etc. usque : impertiri. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quarta vos invicem consanguinitatis linea contingentes

matrimonium inter vos ad invicem duxeritis contrahendum, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut in hujusmodi matrimonio remanere licite, predicto impedimento et quod super sponsalibus inter te, filia Mabilia, et Gaufridum infra septennium constitutum consobrinum tuum, fili Aymerice, contrahendis, inter tuos filia Mabilia consanguineos et ipsius Gaufridi progenitores tractatus habitus est, nequaquam obstantibus, valeatis, auctoritate vobis presentium indulgamus. Nulli etc. Dat. Laterani, II idus januarii, anno secundo. »

1043

Latran, 8 janvier 1256.

Philippo de S. Cruce, protontino Baroli, domum sitam prope fundicum Baroli et terram vacuan prope portam s. Leonardi concedit in feudum, ita quod duas galiotas armis decenter munitas teneatur exhibere ad quodecumque generale stolium gallearum Romanae Ecclesiae. (Reg. 24, f. 129, ann. II, c. 34.)

« *Nobili viro, Phylippo de Sancta Cruce. Prothontino Baroli, fideli nostro.* Sincere devotionis quam circa Romanam geris Ecclesiam et inconcusse constantie, quia illi contra suos adversarios astitisti, non sumus immores, dampnorum plurium aliorumque gravaminum, que pro ipsa sustinuisse dinosceris, possimus oblivisci; sed hec omnia recolentes et apostolice Sedis favore te dignum agnoscimus et ejus beneficiis te censemus specialiter attollendum, firmo intendentis proposito et intentione stabili proponentes, ut circa tui commodi et honoris augmentum solliciti et vigiles existamus et studeamus tibi loco et tempore pro meritis respondere. Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, domum sitam prope fundicum Baroli et terram vacuan prope portam sancti Leonardi, ejusdem loci, que Manfredus, quondam princeps Tarentinus, post obitum quondam Frederici olim Romanorum imperatoris tibi contulisse dicitur, tibi tuisque heredibus in devotione Ecclesie persistentibus in feudum concedimus de gratia speciali. Ita tamen quod tu iidemque heredes, quandocumque Romana Ecclesia generale stolium gallearum congregaverit, duas galiotas armis decenter inunitas, semel tamen in anno, pro predictis domo et terra eidem Ecclesie teneamini exhibere, per unius mensis spatium in ipsius Ecclesie servitio sub vestris sumptibus moraturas. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno secundo. »

1044

Latran, 28 janvier 1256.

Eidem confirmat concessionem Cannarum loci siti prope Ba-

rolum, ab Johanne Bono, Anconitano episcopo, Octaviani s. Mariae in Via Lata cardinalis, legati, in terris Baroli et Ydroniti vicario generali, concessam Trani primo die mensis augusti MCCLV. (REG. 24, f. 129, ann. II, c. 35.)

« *Eidem.* Sincere devotionis etc. ut in alia usque : respondere. Cum igitur, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, venerabilis frater noster .., episcopus Anconitanus, tunc vicarius justitiariatibus terre Baroli et Idronti dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, locum Cannarum situm prope Barolum, cum omnibus hominibus, salinis et casali Sancti Eustachii ac eeteris juribus, honoribus et pertinentiis suis, tibi tuisque heredibus sub certis servitiis duxerit concedendum, prout in litteris ipsius episcopi super hoc confessis plenius dicitur contineri, nos, tuis supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi provide factam ratam habentes et gratiam, illam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : coiuunimus. Et ut majora erga nos et Romanam Ecclesiam devotione serveas, predictum locum, sicut illum tibi predictus concessit episcopus, tibi eisdemque heredibus in devotione Ecclesie persistentibus, in feudum de novo sub eisdem servitiis concedimus de gratia speciali. Non obstante quod Manfredus, quondam princeps Tarentinus, Guillelmo dicto Grosso Provinciali. familiari et fautori suo, predictum locum dicitur contulisse. Tenorem autem litterarum ipsius episcopi de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

Trani, 1^{er} août 1255.

« *Johannes Bonus, miseratione divina Anconitanus episcopus, venerabilis patris domini O. sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, in terra Bari et terra Ydroniti vicarius generalis, nobili viro Phylippo, prothontino Baroli et Monopli, sancte Romane Ecclesie fideli, salutem in Domino. Fidei tue puritas et sincera devotio quam ad Romanam Ecclesiam matrem tuam haec tenus gessisse ac gerere sinceris affectibus dinosceris incessanter merito nos inducunt, ut, personam tuam favore benivolto et speciali gratia prosequentes, petitiones tuas favorabiliter admittamus, ut, dum te digna meritorum retributione prospicimus, magis in fidei ac devotionis pure constantia roboreris. Eapropter grata et accepta servitia que Romane Ecclesie incessanter exhibuisti haec tenus ad presens exhibes, non dubitans omnia bona tua tam in Barolo quam in Monopli destructioni inimicorum Romane Ecclesie submittere,*

» *quod novimus ab experto et exhibere poteris in futurum diligentius attentientes, Canne sitam prope Barolum cum hominibus, justitiis, juribus et pertinentiis suis, neconon et salinis ac casali Sancti Eustachii in tenimentis ejusdem loci existentibus, cum quibus dudum locum ipsum tenuit B., marchio de Hohemburch, tibi et tuis heredibus in perpetuum, auctoritate qua fungimur nobis a predicto domino legato concessa, de gratia concedimus speciali. Ita tamen ut locum ipsum Cannarum ab Ecclesia Romana in capite teneas et recognoscas ab ea, quem tibi a comitatu Gravine sub quo fuerat, ut dicitur, duximus eximendum. Non obstante quod idem locus Cannarum fuerat de demanio comitatus ejusdem, pro cuius loci servitio te et heredes tuos de equite uno et balistario uno Ecclesie Romane servitii in generali regni exercitu juxta regni consuetudinem servire providimus, liceat secundum quantitatem proventum de predicto loco majus servitium esset Curie impendundi, et quod exinde jure Francorum vivas et ita videlicet quod, major natu, exclusis minoribus fratribus et coheredibus, in loco ipso succedat si deces seris intestatus, reservato tibi tamen ad tuam petitionem et tue persone ut, si testamentum duxeris ordinandum, liceat tibi quem volueris filiorum tuorum de devotione et reverentiam quam ad tuam personam habuerit de loco predicto remunerare, eidem judicando integrum locum ipsum, cui filio non licebit hoc facere inter suos filios et heredes, sed major natu succedat eidem, sicut in jure Francorum in feulis obtinet et servatur, nichilominus tibi tuisque heredibus de gratia optione servata velitis ire in persona propria ad serviendum militare expeditionis tempore vel alium destinare : de suprascriptis autem ex certa conscientia hanc specialem gratiam tibi duximus faciendum ob tuorum exigentiam meritorum, cum te inventerimus in obsequio sancte Romane Ecclesie fidelem, in consilio providum et constantem, et in omnibus in quibus te duximus requirendum, te pre aliis reperimus promptiorem, non parcentem laboribus nec expensis, salvis in omnibus et per omnia mandato et ordinatione domini nostri pape. Ad hujus autem nostram concessionis perpetuam firmitatem et tui cautelam, presens inde privilegium tibi fieri fecimus, ipsum sigillo nostro pendenti cereo munientes. Dat. Trani sub anno M^oCC^oLV^o, pontificatus domini nostri Alexandri pape III anno primo, mense Augusti, primo die ejusdem, indictione XIII. »*
Nulli etc. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo. »

1045

Latran, 7 janvier 1256.

Angelo Bizantii de Barulo heredibusque ejus in devotione Ecclesiae persistentibus, sub debitiss et consuetis servitiis in feudum concedit casale quo l dicitur Casalorda, situm in Capitanata, cum omnibus hominibus, iuribus, honoribus et pertinentiis. (Reg. 24, f. 129, ann. II, c. 36.)

« *Angelo Bizantii de Barulo, fidei nostro. Quia inter devotos —. Dat. Laterani, VII idus januarii, anno secundo.* »

1046

Latran, 7 janvier 1256.

Nobili viro Jordano nato Fusci Muscetula, civi Brundusino, fidei suo, et magistri Jordani subdiaconi et notarii sui consanguineo, ejusque heredibus, in feudum concedit casale quod dicitur Soletum situm in terra Soronti. (Reg. 24, f. 129^v, ann. II, c. 37.)

« *Nobili viro Jordano nato Fusci Muscetula, civi Brundusino, fidei nostro. Quia inter devotos —. Dat. ut supra.* »

1047

Latran, 8 janvier 1256.

Inhibet, ne quis contra privilegia monasterii de Watria, Eboracensis diocesis, de animalibus inconductis seu de novalium fructibus decimas exigere audeat. (Reg. 24, f. 129^v, ann. II, c. 38.)

« ... priori, et conventui monasterii de Watria, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis. Religionis vestre meretur honestas, ut votis vestris, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod, cum per privilegia Sedis apostolice a prestatione decimarum novalium que propriis manibus aut sumptibus colitis et nutrimentis vestrorum animalium sitis immunes, nonnulli rectores ecclesiarum et officiales eorum ad alterutrum intellectum eisdem privilegiis imponentes, a vobis de lana et lacte animalium vestrorum, pro eo quod in ipsorum parrochiis ad ipsa paseenda conductis pascua, decimas exigunt et extorquent, contra tenorem ipsorum privilegiorum temere veniendo. Quare nobis humiliter supplicastis, ut super hoc subvenire vobis paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, ad instar felicis recordationis l. pape predecessoris nostri, vestris justis supplicationibus annuentes, ne quis contra eadem privilegia hujusmodi superinducens erroneum

intellectum de predictis animalibus inconductis seu in aliis quibuscumque pasturis pascentibus a vobis vel eorum custodibus seu de predictorum novalium fructibus decimas exigere vel quoquomodo de cetero andeat extorquere, auctoritate presentium inhibemus. Nulli etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno secundo. »

1048

Latran, 21 décembre 1255.

Infra scriptis mandat quatinus inquirant de electione Johannis de Roberto de Itro presbyteri in priore s. Mariae ejusdem loci, Gaietanae diocesis, et eam confirmeant, si canonice celebrata fuerit. (Reg. 24, f. 129^v, ann. II, c. 39.)

« *Leoni archipresbytero, magistro Girardo et Marino, canonici Gaietanis. Exposuit nobis Johannes de Roberto de Itro presbyter, Gaietanae diocesis, quod, licet ipse a clericis secularibus ecclesie sancte Marie, ejusdem loci, tunc vacantis, electus fuerat canonice ac concorditer in priorem, persecutorum tamen Ecclesie ac malitia temporis faciente, ipsius prioratus possessionem non potuit adipisci. Quare nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc de benignitate Sedis apostolice dignaremur. Quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni vestre, cum ecclesia Gaietana vacet ad presens, per apostolica scripta mandamus quatinus, inquisita de modo electionis electorum et electi meritis diligentius veritate, si eam inveneritis de persona idonea canonice celebratam. ipsam electionem admittentes, facialis eidem J. a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. inducentes ipsum in ipsius prioratus possessionem et defendantes inductum, amoto ab eo quolibet illico delentore. Contradictores etc. alioquin, electione ipsa rite cassata etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XII kalendas januarii, anno secundo.* »

1049

Latran, 10 janvier 1256.

Fratrem Thomam, olim majorem priorem monasterii Cavensis, ad Romanam Ecclesiam immediate spectantis, Salernitanae diocesis, a conventu autem ejusdem monasterii post mortem L. abbatis in abbatem electum et ab O[letaviano], S. Mariae in Via Lata diacono cardinali, apostolicae Sedis legato, confirmatum, confirmat. (Reg. 24, f. 129^v, ann. II, c. 40.)

« *Fratri Thome, abbatii monasterii Cavensis, ad Romanam Ecclesiam immediate spectantis, Salernitane diocesis.*

Oblata nobis ex —. Dat. Laterani, III idus januarii, anno secundo. »

1050

Latran, 10 janvier 1256.

Priori et conventui monasterii Cavensis mandat, ut praedicto abbati Thomae obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. (REG. 24, f. 129v, ann. II, c. 40².)

« *Priori et conventui monasterii Cavensis. Oblata nobis ex —. Dat. ut supra.* »

1051

Latran, 11 janvier 1255.

Raymundo de Laturre, archipresbytero ecclesiae Modotiensis, Mediolanensis diocesis, ejusque successoribus, annuli usum concedit. (REG. 24, f. 129v, ann. II, c. 41; POTTHAST 16180.)

« *Raymundo de Laturre, archipresbytero, et capitulo ecclesie Modotiensis, Mediolanensis diocesis. Ecclesia Romana velut —. Dat. Laterani, III idus januarii, anno secundo.* »

1052

Latran, 4 janvier 1256.

Episcopo Laoniensi concedit, ut Petro presbytero vicarias de Kellvonasulech et de Biratti ecclesiarum conferat. (REG. 24, f. 130, ann. II, c. 42.)

« *.., episcopo Laoniensi. Exhibita nobis dilecti filii Petri, presbiteri, de Kellvonasulech et de Biratti ecclesiarum perpetui vicarii, tue dioecesis, petitio continebat, quod tu, attendens quod vicarie ipsarum ecclesiarum erant adeo tenues et exiles quod non solum altera illarum, sed etiam ambe ad sustentationem unius vicarii sufficere minime poterant, cum ipsarum proventus decem marcaram argenti valorem annum non excedant, vicarias ipsas eidem presbitero qui Laoniensi ecclesie diu servierat fideliter et devote, prout ad te spectabant, duxisti canonice conferendas : propter quod nobis humiliter supplicavit, ut super hoc secum dignaremur de benigilate Sedis apostolice dispensare. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, ab eodem P. earundem viciarum libera resignatione recepta et imposta ei penitentia salutari, vicarias ipsas curam animarum habentes eidem P. de*

novo conferre valeas ac dispensare cum eo, si expedire videris, quod eas retinere valeat, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante. Ita tamen quod in altera viciarum ipsarum personaliter deserbit et in alia per idoneum presbiterum faciat deservir. Dat. Laterani, II nonas januarii, anno secundo. »

1053

Latran, 11 janvier 1256.

Abbati de Bonavalle, Carnotensis diocesis, mandat, quatinus Turonensi archiepiscopo ac aliis episcopis inhibeat, ne abbatem Majoris Monasterii Turonensis et ejus prioratus visitationibus molestent. (REG. 24, f. 130, ann. II, c. 43.)

« *..., abbati de Bonavalle, Carnotensis diocesis. Dilectus filius .., abbas Majoris Monasterii Turonensis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, nobis exposuit conquerendo, quod venerabilis frater noster .., Turonensis, et quidam alii archiepiscopi eorumque suffraganei quosdam monasterii ipsius prioratus, in eorundem civitatibus et dioecesibus constitutos, insolitis visitationibus et procurationibus multipliciter aggravant et molestant. Unde nobis humiliter supplicavit, ut, cum ipse et sui predecessores a tempore cuius non exstat memoria prioratus hujusmodi visitarent et procurationes omni tempore receperint in eisdem, prvidere sibi et ipsis prioratibus contra eorundem archiepiscoporum et suffraganeorum molestiam in hac parte apostolica sollicitudine curraremus, presertim cum felicis recordationis I. papa predecessor noster eidem abbati super hoc contra predictos archiepiscopos et suffraganeos certum conservatorem duxerit deputandum. Quocirea mandamus, quatinus prefatis archiepiscopis et suffraganeis, ne abbate ipsum, prioratus predictos eorumque priores super hiis per se vel per alios aliquatenus molestare presumant, ex parte nostra districtius inhibere procures. Contradictores. Non obstante si eis quod trahi extra certa loca non valeant a Sede apostolica sit indulsum et quavis alia ipsius Sedis indulgentia, per quam id impediri vel differri valeat et de qua ejusque toto tenore plenam et expressam fieri oporteat in presentibus mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Laterani, III idus januarii, anno secundo. »*

1054

Latran, 23 décembre 1255.

Abbati Majoris Monasterii Turonensis, ad Sedi apostolice cum venire proponenti, concedit facultatem constituendi duos

monachos monasterii in eodem vicarios generales. (Reg. 24, f. 130, ann. II, c. 44.)

« .., abbati Majoris monasterii Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Circa ecclesias et —. Hinc est quod, cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, pro monasterii tui negotiis ad Sede apostolicam venire proponas, nos, tuis supplicationibus inclinati, constituendi in eodem monasterio et membroris ejus duos monachos ejusdem monasterii ad hoc idoneos vicarios tuos generales. quibus vel quorum uni, si ambo non interfuerint, ab omnibus monachis et conversis ac subditis quibuscumque eorundem monasterii et membrorum pareatur et obediatur plenarie in hiis que tuum requirit officium et exigit observantia regularis, ac respondeatur de omnibus tuo nomine, quamdiu absens fueris tibi placuerit quique vel quorum alter absente reliquo, compescendi contradictores et rebelles penam que regularem infligendi personis regularibus juxta tui ordinis instituta et aliis penam aliam debitam, ac instituendi et destituendi monachos obedientiarios et priores, et ordinandi cetera officia eorundem monasterii et membrorum potestate habeant, sicut tu, si presens esses, haberet, et invocandi super hiis, si oportuerit, brachium seculare, ac removendi eosdem vicarios et subrogandi alios ad hoc sufficienes, si expedire videris, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1055

Latran, 18 janvier 1256.

O[ctaviano], S. Mariae in Via Lata diacono cardinali, mandat quatinus Nicolaum, monachum monasterii de Scnonna, ecclesiae Mazariensi praeficiat in episcopum. (Reg. 24, f. 130, ann. II, c. 45.)

« O., Sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, apostolice Sedis legato. Volentes ecclesie Mazariensis que vacat ad presens de persona idonea provideri, mandamus quatinus dilectum filium fratrem Nicolaum, monachum monasterii de Scnonna, Cisterciensis ordinis, venerabilis fratri nostri .., Corinthiensis archiepiscopi, cancellarium, de cuius vita et meritis ab hiis qui eum cognoverunt plenius laudabile nobis testimonium perhibetur, si est idoneus, praeficias eidem ecclesie auctoritate nostra in episcopum et pastorem, faciens ei per te vel alium ab ipsis ecclesie capitulo ac aliis ejus

subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, necon de juribus episcopalibus sibi plenarie responderi. Contradictores. Dat. Laterani, XV [kalendas] februarii, anno secundo. »

1056

Latran, 15 janvier 1256.

Episcopo Agenensi mandat quatinus, gravis guerra causa sedandae, Willmo Willelmui Ferriol filio et natae Vitalis de Contaldo dispenset, ut, non obstante eorum consanguinitate, matrimonium contrahere valeant. (Reg. 24, f. 130, ann. II, c. 46.)

« .., episcopo Agenensi. Etsi conjunctio copule etc. usque : id exposcit. Sicut igitur nobis exponere curavisti, cum inter nobiles viros Willelmum dictum Ferriol et Vitalem de Contaldo, tue diocesis, gravis guerra, ex qua nonnullae ecclesie pluresque viri ecclesiastici dampna incurserunt varia, longo tempore perdurasset, tu, dispendiis que propter hoc imminebant pluribus obviare et fratres discordes ad fraterne dilectionis concordiam reducere cupiens, providisti, ut Willelmus, filius Willemi prefati, filie nominati Vitalis matrimonialiter copuletur, cum ex hoc guerra possit hujusmodi sedari feliciter, sicut speras. Sed quia idem G. et filia dicti Vitalis quarta consanguinitatis linea se continent, hujusmodi tue salubris provisionis effectus nequit subsequi, ut affectas, quare humiliter supplicasti ut providere super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, cum eisdem G. et nata dicti Vitalis ut matrimonium adinvicem contrahere valeant, impedimento nonobstante predicto, auctoritate nostra dispenses, si videris expedire. Dat. Laterani, XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

1057

Latran, 18 janvier 1256.

Theobaldo, regi Navarre, indulget, ut nullus cum excommunicare etc. valeat. (Reg. 24, f. 130^v, ann. II, c. 47.)

« Theobaldo, regi Navarre illustri. Apostolice Sedis benignitas sincere etc. usque : decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad nos et Romanam Ecclesiam habere dinoseeris, favorem apostolicum tibi sentias accrevisse, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, auctoritate tibi presentium indulgemus ut nullus, excepto legato Sedis apostolice, possit in te excommunicationis vel interdicti seu suspensionis sen-

tentiam promulgare, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente de hac indulgentia mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno secundo. »

1058

Latran, 9 janvier 1256.

Eustachio juniori de Rodio et Agneti de Trasegnies, uxori ejus, Cameracensis diocesis, quibus frater Michael de Ordine Praedicatorum Insulensem, II. tituli S. Sabinae cardinalis in hac parte commissarius, matrimonium contrahi dispensavit, quibus autem Cameracensis episcopus significavit matrimonium non subsistere inter illos, dispensationem fratris Michaelis confirmat. (REG. 24, f. 130v, ann. II, c. 48; POTTHAST 16170; cf. *infra*, 1084.)

« Nobili viro Eustachio juniori de Rodio et nobili mulieri Agneti de Oramsagnies, uxori ejus, Cameracensis diocesis. Petatio vestra nobis exhibita continebat, quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster dilecto filio nostro H., tituli sancte Sabine presbitero cardinali, tunc in regno Alamanie apostolice Sedis legato, sub certa forma per suas litteras commisisset, ut cum quodam nobili de Hanonia, quod quamdam nobilem mulierem quarta linea consanguinitatis eum attingentem sibi posset copulare, matrimonialiter dispensaret, si Ecclesie et carissimi in Christo filii nostri G. regis Romanorum illustris videret negotio expedire, idem cardinalis fratri Michaeli de Ordine Predicotorum Insulensem commisit, ut super hoc juxta formam hujusmodi cum eodem nobili dispensaret. Sed dicto fratre Michaeli in negotio ipso procedere differente ac eodem predecessore viam universe carnis ingresso, dictus cardinalis, de speciali mandato nostro ei viva voce facto, predicto fratri Michaeli per suas litteras iterato commisit, ut juxta formam ab eodem cardinali sibi traditam procederet in negotio memorato. Porro idem frater Michael vobis qui estis de Hanonia, ut, non obstante quod attinetis vobis ad invicem quarto consanguinitatis gradu, possetis matrimonialiter copulari, auctoritate concessionis hujusmodi dispensavit, siveque pretextu talis dispensationis inter vos per verba de presenti matrimonium contraxistis carnali copula subsecuta. Verum venerabilis frater noster ..., Cameracensis episcopus, diocesanus vester, vel ejus officialis, ad quem prout asseritur delatum fuit quod hujusmodi matrimonium subsistere non valebat, vos fecit propter hoc ad suam presentiam evocari. Quare nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Volentes igitur ut, quod super

hoc ab eodem fratre Michaele pretextu commissionis sibi facte a predicto cardinali auctoritate nostra factum est, robur obtineat firmitatis, processum per predictum fratrem Michaelem super hoc habitum, ratum et gratum habentes, illum auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus; vobisq[ue] nichilominus ad cautelam auctoritate apostolica dispensantes ut, gradu non obstante predicto, possitis in sic contracto matrimonio licite remanere. Nulli etc. Dat. Laterani, V idus januarii, anno secundo. »

1059

Latran, 15 janvier 1256.

Statutum ecclesiae Remensis, ut omnium canonicorum absentium qui dicuntur *foranei* praebendarum proventus dividantur inter canonicos residentes qui horis matutinis intersunt, confirmat, praeposito ecclesiae Hugone Rubeo, capellano suo, propter absentiam praebendarum fructibus renuntiante. (REG. 24, f. 130v, ann. II, c. 49; POTTHAST 16189.)

« ... , decano et capitulo Remensibus. Statuta, per que divini nomini cultus in ecclesiis augmentari et personis eis obsequentibus provenire fructus ampliores dinoscuntur, tanto libentius volumus inviolabiliter observari, quanto inter alias sollicitudinis nostre curas desiderabilius id habetur ut ecclesie et persone ecclesiastice spiritualiter et temporaliter majoribus proficiant in rementis. Cum igitur, sicut nobis exponere curavistis, in ecclesia vestra, que propter canonicorum absentiam residere non curantium in eadem defectum patiebatur non modicum in divinis et debitis obsequiis fraudabatur, statutum sit et per Sedem apostolicam confirmatum, ut omnium canonicorum absentium qui dicuntur *foranei* praebendarum proventus dividantur inter canonicos residentes qui horis matutinis intersunt; quia postmodum venerabilis frater noster .., episcopus Asinas, cui super faciendis exhiberi dilecto filio Hugoni Rubeo, capellano nostro, preposito Remensi, prebende sue preventibus scripta nostra direximus, fecit per se et dilectum filium Grixopolum, canonicum sancti Benedicti Parisiensis, in vos suspensionis et in contradictores Remenses canonicos excommunicationis sententias promulgari, nobis humiliter supplicastis, ut statutum hujusmodi confirmare ac super hoc providere vobis de benignitate solita curaremus. Prefatus vero prepositus, statutum ipsum volens inviolabiliter custodi, gratie sibi facte a Sede apostolica super perceptione in ejus absentia fructuum prebende quam in dicta ecclesia obtinet renuntiavit libere coram nobis. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, pre-

dictum statutum, quod inviolabiliter servari volumus, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus; predictas sententias et quicquid contra idem statutum attemptatum est seu factum per ipsum episcopum vel ejus subdelegatum aut alios quoscumque in irritum revocantes. Nulli etc. nostre confirmationis, revocationis etc. Dat. Laterani, XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

1060

Latran, 12 janvier 1256.

Finiwido, diacono, canonico Lincopensi, concedit, ut, defectu natalium non obstante, ad sacerdotium promoveri valeat. (REG. 24, f. 130v, ann. II, c. 50; POTTHAST 16184.)

« *Finiwido diacono, canonico Lincopensi.* Etsi geniti ex —. Dat. Laterani, II idus januarii, anno secundo. »

1061

Latran, 18 janvier 1256.

Archipresbytero et capitulo Modotiensibus, Mediolanensis diocesis, indulget, « ut preventus prebendarum et beneficiorum que in ecclesiis ejusdem ecclesie vestre subjectis usque ad triennium vacare contigerit per annum unum quo primum vacaverint, percipere valeatis in opus fabrice predite vestre ecclesie convertendos. » (REG. 24, f. 130v, ann. II, c. 51.)

« *Archipresbytero et capitulo Modotiensibus, Mediolanensis diocesis.* Desideriis vestris in —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno secundo. »

1062

Latran, 21 janvier 1256.

Gerardo, electo Veronensi, indulget, ut personae quatuor monasteriorum vel ecclesiarum Veronensis diocesis ei subjectorum, quae in districtibus civitatum et diocesum vicinarum consistunt, a quibus provisionem ei sub certa forma ministrari mandat, postquam illam habuerit, compelli non possint ad exhibitionem provisionis vel procurationis pecuniariae aliquibus personis seu legatis apostolice Sedis, cardinalibus exceptis. (REG. 24, f. 130v, ann. II, c. 52; POTTHAST 16302.)

« *Gerardo, electo Veronensi.* Ut ex favore —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1063

Latran, 23 janvier 1256.

Milonem, abbatem monasterii Cantiprati Cameracensis, in suum recipit capellanum. (REG. 24, f. 131, ann. II, c. 53.)

« *Miloni, abbati monasterii Cantiprati Cameracensis.*

Devotionis tue merita —. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno secundo. »

1064

Latran, 21 janvier 1256.

[Coloni], episcopo Strenginensi, abbatii Alwastriae et praeposito ecclesiae Lincopensis mandat, ut, si [Iarlei], archiepiscopi Ulsalensis (*sic pro Upsalensis*), cessionem pontificalis officii admitti contigerit, inhibeant quinario canonicorum numero ecclesiae Ulsalensis, ab episcopo Sabinensi, tunc in illis partibus apostolicae Sedis legato, instituto, quominus sine ipsorum consilio et assensu ad pastoris electionem vel postulationem procedant. (REG. 24, f. 131, ann. II, c. 54; POTTHAST 16204.)

« ... episcopo Strenginensi, et dilecto filio ..., abbatii Alwastrie, Lincensis diocesis, et preposito ecclesie Lincensis. Venerabili fratre nostro —. Dat. Laterani, XI kalendas februarii, anno secundo. »

1065

Latran, 17 janvier 1256.

Magistro Andree, canonico Florentino, juris civilis professori, cui prior et conventus monasterii de Pritewelle, Londoniensis diocesis, beneficii ipsorum collationem promiserunt, ecclesiam de Replee, Londoniensis diocesis, collationem confirmat. (REG. 24, f. 131, ann. II, c. 55.)

« *Magistro Andree, capellano nostro, canonico Florentino, juris civilis professori.* Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. In nostra siquidem proposuisti presentia constitutus, quod dilecti filii .., prior et conventus monasterii de Pritewelle, Cluniaeensis ordinis, Londoniensis diocesis, tibi de ecclesiastico beneficio competenti ad ipsorum collationem spectante, consueto clericis secularibus assignari, providere liberaliter promiserunt, assignata tibi nichilominus certa annua pensione certis tibi loco et termino persolvenda, prout in patentibus litteris eorum sigillo signatis confectis exinde plenus dicitur contineri; nosque, quod ab eisdem priore et conventu factum est in hac parte, ratum habentes et gratum ac auctoritate apostolica confirmantes, dilecto filio .., officiali Cantuariensi, nostris dedimus litteris in mandatis, ut dictos priorem et conventum ad servandam promissionem hujusmodi et exhibendam pensionem eandem, donec tibi de dicto beneficio esset provisum per se vel per alium, juxta tenorem predicatorum litterarum ipsorum prioris et conventus, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita coharet, ac nichilominus beneficium, si quod ad ipsorum collationem spectans tunc vacaret

vel quamcito vacare contingeret, donationi apostolice reservantes, libi per eundem officiale vel per alium conferendum, decrevimus irrum vel inane, si quid contra hujusmodi reservationem nostram a quoquam contingeret attemptari. Cumque ecclesia de Replee, Londoniensis diocesis, in qua iidem prior et conventus jus obtinent patronatus, per mortem magistri Roberti de Ludelawe rectoris ejusdem vacasset, idein officialis dictam ecclesiam, auctoritate litterarum nostrarum sibi super hoc directarum, tibi canonice contulit ac procuratorem tuum tuo nomine de ipsa investiens fecit ipsum per venerabilem fratrem nostrum Londonensem episcopum, loci diocesanum, induci in possessionem ejusdem ecclesie corporalem. Nos igitur, tuis supplicacionibus inclinati, quod ab eodem officiali factum est, in hac parte ratum habentes et gratum, ac supplentes defectum, si quis in hoc extitit, de apostolice plenitude potestatis, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre suppletionis et confirmationis etc. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno secundo. »

1066

Latran, 12 janvier 1256.

[Leoni], archiepiscopo Mediolanensi, mandat, ut monasterium de Cremella, ordinis s. Benedicti, Mediolanensis diocesis, cuius proventus annui valorem XXV marcarum sterlingorum propter incuriam monialium in eodem habitantium non excedunt, archipresbytero et capitulo Modotiensis ecclesiae in usus proprios deputet et praedictas moniales in aliis monasteriis colloget. (REG. 24, f. 131, ann. II, c. 56; POTTHAST 16183.)

« .., archiepiscopo Mediolanensi. Dilecti filii .., archipresbyter —. Dat. Laterani, II idus januarii, anno secundo. »

1067

Latran, 16 janvier 1256.

Johanni de Langeost, regis Angliae clero, indulget, ut, praeter ecclesiam de Parva Laufar, alia ecclesiastica beneficia usque ad sumnum centum marcarum sterlingorum annuatim valentia recipere valeat. (REG. 24, f. 131, ann. II, c. 57.)

« Johanni de Langeost, rectori ecclesie de Parva Laufar, Londoniensis diocesis. Volentes tibi obtentu —. Dat. Laterani, XVII kalendas februarii, anno secundo. »

1068

Latran, 26 janvier 1256.

H[ugoni], tituli S. Sabinae presbytero cardinali petente, ALEXANDRE IV, t. I.

Ademaro de Pictavia, comiti Valentino, et Margaritae, marchionissae Montisferrati, ut sopirentur discordiae, dispensat quod matrimonium ad invicem contrahere valeant, non obstante quod quondam Sibilla uxor Ademari eandem nobili consanguinitatis linea contingebat, altera ipsarum tertio ab uno latere a stipite et reliqua quarto gradu ex altero differente. (REG. 24, f. 131^v, ann. II, c. 58; RODENBERG, t. III, n° 426¹.)

« Nobili viro Ademaro de Pictavia, comiti Valentino. Exposuit nobis dilectus —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, [anno secundo]. »

1069

Latran, 26 janvier 1255.

Margaritae, marchionissae Montisferrati, hanc dispensationem matrimonii significat. (REG. 24, f. 131^v, ann. II, c. 58²; RODENBERG, t. III, n° 426¹¹.)

« Nobili mulieri Margarite, marchionisse Montisferrati. Exposuit nobis etc. —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1070

Latran, 21 janvier 1256.

Johanni, marchioni Brandenburgensi, et Juttae, uxori ejus, natae [Alberti] ducis Saxoniae, transmittit litteras Hugonis tituli S. Sabinae presbyteri cardinalis, per quas cum eis super matrimonio contracto de mandato apostolico dispensavit. (REG. 24, f. 131^v, ann. II, c. 59; RODENBERG, t. III, n° 424.)

« Nobili viro Johanni, marchioni Brandenburgensi, et nobili mulieri Jutte, uxori ejus, nata nobilis viri ducis Saxoniae. Olim vobis supplicantibus —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1071

Latran, 13 janvier 1256.

Patriarchae Jerosolymitano licentiam ubique pallio intendi concedit. (REG. 24, f. 131^v, ann. II, c. 60.)

« .., patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Licet per certas temporum vices infra ecclesiam tuam usus tibi pallii sit concessus, tue tamen probitatis obtentu, de speciali quam erga te gerimus caritate, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus, ut, in quacumque provincia fueris ad divini nominis gloriam et Jerosolimitane Sedis honorem, pallio licenter utaris. Ita tamen ut hoc sine scandalo fiat et prejudicio aliorum. Dat. Laterani, idibus januarii, anno secundo. »

1072

Latran, 29 janvier 1256.

Leonardum de Turricella in sunm recipit capellanum (Reg. 24, f. 131v, ann. II, c. 61.)

« *Leonardo de Turricella. Volentes tibi gratiam. — Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo.* »

1073

Latran, 18 janvier 1256.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae Modotiensis facultatem concedit compellendi per censuram ecclesiasticam parochianos eorum, Mediolanensis diocesis, ad solvendum decimas de terris parochiae (Reg. 24, f. 132, ann. II, c. 63; Port. THAST 16193.)

« ... , archipresbytero, et capitulo ecclesie Modotiensis, Mediolanensis diocesis. Illa vobis libenter —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno secundo. »

1074

Latran, 23 janvier 1256.

Bernardo de Fenoliario, cantori ecclesiae Dertusensis, indulget, ut, non obstante defectu natalium, ad episcopalem dignitatem promoveri valeat. (Reg. 24, f. 132, ann. II, c. 64.)

« *Bernardo de Fenoliario, cantori ecclesie Dertusensis. Elsi geniti etc. usque : dispensator —. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno secundo.* »

1075

Latran, 20 janvier 1256.

Fratribus Militiae Templi Jerosolymitani indulget, ut ad contribuendum in aliquibus talliis, collectis etc. minime teneantur. (Reg. 24, f. 132, ann. II, c. 65.)

« ... , magistro et fratribus Militie Templi Jerosolimitani. Quanto devotius divino vacatis obsequio personas et bona vestra pro Terre Sancte subsidio totaliter expонendo, tanto quieti vestre libentius providemus. Hinc est quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad contribuendum in aliquibus talliis, collectis, subsidiis seu pecunie summis aut exactionibus aliis, quocumque nomine censeantur, aut ad exhibendum vel prestandum easdem pro quavis persona aut ex quacumque

causa ipsas imponi contingat. ratione ecclesiarum, dormorum seu quarumcumque possessionum vestrarum, minime teneantini nec ad id compelli aliquatenus valantis, auctoritate litterarum apostolice Sedis vel legatorum ipsius impetratarum vel etiam impetrandarum, absque speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim, excommunicationis et interdicti sententias, si quas in vos vel aliquem vestrum vel ecclesias vestras contra tenorem indulti hujusmodi a quoquam promulgari contigerit, decernimus irritas et inanes. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Laterani, XIII kalendas februarii, anno secundo. »

1076

Latran, 25 janvier 1256.

Plebano plebis s. Hippolyti, Florentinae diocesis, mandat, ut P., abbatissae electae monasterii de Capraria, munus benedictionis impendat. (Reg. 24, f. 132, ann. II, c. 66.)

« ... plebano plebis sancti Ypoliti, Florentine diocesis. Lecta coram nobis dilectorum in Christo filiarum conventus monasterii de Capraria. ordinis sancti Benedicti, Pistoriensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis, petitio continebat, quod, monasterio ipso abbatisse regimine destituto, eadem convenientes in unum et, ut moris est Spiritus sancti gratia invocata, dilectam in Christo filiam P., ipsius monasterii monialem, in spiritualibus providam et temporalibus circumspectam, in earum abbatissam canonice ac concorditer elegerunt. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut, cum propter paupertatem non possint apostolicam Sedem adire pro confirmationis munere obtinendo, electionem hujusmodi confirmari et eidem electe faceremus in illis partibus munus benedictionis impendi. Cum igitur rectis dispositionibus nichil debeat difficultatis alferri, mandamus quatinus de modo electionis hujusmodi ipsius electe et eligentium meritis diligenter inquirens, et, si electionem ipsam inveneris esse de persona ydonea canonice celebratam, eam auctoritate nostra confirmans, facias eidem electe munus benedictionis impendi et a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. reepturus ab ea postmodum nostro et Ecclesie Romane fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusum. Formam autem juramenti etc. usque : destinare : alioquin ea rite cassata etc. usque : provideri. Contradictores etc. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

1077

Latran, 12 janvier 1256.

In ecclesia S. Sepulcri facultatem concedit sex canonicos instituendi. (REG. 24, f. 132, ann. II, c. 67.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato.* Cum, sicut accepimus, in ecclesia Dominicæ Se-pulchri sit canonieorum numerus diminutus, propter quod ecclesia ipsa debitorum obsequio defraudatur, instituendi sex personas idoneas in canonicos ipsius ecclesie, si ad hoc suppetant facultates ejusdem, et compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione remota, fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, II idus januarii, anno secundo. »

1078

Latran, 13 janvier 1256.

In partibus ultramarinis patriarchae Jerosolymitano facultatem concedit absolvendi clericos et laicos ab excommunicationis sententia. (REG. 24, f. 132, ann. II, c. 68.)

« *Eidem.* Tue fraternitatis obtentu, tibi gratificari et per exhibitam tibi gratiam aliorum saluti providere volentes, absolvendi juxta formam Ecclesie omnes clericos et laicos ab excommunicationis sententia quam vovendo contra prohibiciones seu constitutiones a venerabili fratre nostro ..., episcopo Tusculano, tunc in partibus ultramarinis apostolice Sedis legato, editas incurront vel de cetero incurrerint, et dispensandi cum eisdem clericis super irregularitate, si qua sic ligati celebrando divina officia seu immiscendo se illis non tamen incontentum clavum contraxerunt seu contrahere deinceps contingat eosdem, fraternitati tue plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Proviso quod injungas eisdem quod a similibus abstineant in futurum. Dat. Laterani, idibus januarii, anno secundo. »

1079

Latran, 25 janvier 1256.

Statutum conventus monasterii s. Petri Perusini, « ut nullus monachus in alio monasterio vel loco religioso professionem emittens, aut aliqua alia persona religiosa cuiuscumque religionis existit in eodem monasterio sancti Petri de cetero nullatenus admittatur in monachum », confirmat. (REG. 24, f. 132^v, ann. II, c. 69.)

« .., abbatii, et conventui monasterii sancti Petri Peru-

sini, ordinis sancti Benedicti. Cum a nobis —. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

1080

Latran, 23 janvier 1256.

Translatioñem praepositi et capituli s. Naboris Mediolanensis, quoram ecclesiam et claustrum guardiano et fratribus ordinis Minorum per fratrem Leonem de ordine Minorum Mediolanensem archiepiscopum conferri fecerat, ad ecclesiam b. Mariae ad Folcorinum Portae Vercellinae Mediolanensis confirmat, litteras ejusdem Leonis (« Actum in civitate Rome in contracta de Laterano in qua moratur predictus dominus archiepiscopus,... anno currente MCCCCLVI, die martis XIII ante kalendas februarii, indictione XIII ») inserendo. (REG. 24, f. 132^v, ann. II, c. 70; POTTHAST 16206.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, ad rei memoriam sempiternam.* Liceat ea que —. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno secundo. »

1081

Latran, 25 janvier 1256.

Praeposito ecclesiae de Crescenzago mandat, ut translatioñem, unionem et ordinationem praedictas faciens inviolabiliter observari, memoratos praepositum et capitulum in corporalem possessionem ecclesiae s. Mariae inducat et defendat induc-tos. (REG. 24, f. 133, ann. II, c. 70².)

« ... preposito ecclesie de Crescenzago, Mediolanensis diocesis. Liceat ea etc. usque : de plenitudine —. Dat. ut supra. »

1082

Latran, 21 janvier 1256.

Indulget, ut magister Johannes de Ebulo, subdiaconus et capellanus suus, canonicus Laudunensis, fructus praebendae Laudunensis, etiam absens, ubicumque fuerit, percipere valeat. (REG. 24, f. 133, ann. II, c. 71.)

« *Magistro Johanni de Ebulo, subdiacono et capellano nostro, canonico Laudunensi.* Meritis devotionis inducimur —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1083

Latran, 21 janvier 1256.

Mandat fructus praebendae praedictae faciendi ei ministrari. (REG. 24, f. 133, ann. II, c. 71².)

« .., abbatii Beccensi, Rothomagensis diocesis. Meritis

etc. —. Quocirca mandamus, quatinus fructus prebende predicte facias sibi juxta concessionis nostre tenorem integre ministrari. Contradictores. Ita tamen quod in ecclesia ipsa debito servitio non fraudetur. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam etc. Dat. ut supra. »

1084

Latran, 20 janvier 1255.

Nicolaus, episcopo Cameracensi, mandat, ut de cetero non molestet Eustachium juniorem de Rodio et Agnetem de Trasgnies, uxorem ejus, nobiles Hanoniae, quarto consanguinitatis gradu ad invicem attingentes, quibus frater Michael ordinis fratrum Praedicatorum Insulensem, de mandato II. titoli S. Sabinae presbyteri cardinalis, tunc in regno Alamanniae apostolicae Sedis legati et praefato negotio ab Innocentio IV et Alexandro IV specialiter commissi, dispensationem matrimonii concessit, W. rege Romanorum consentiente. Insuper dat Remensi archiepiscopo mandatum, ut a molestatione hujusmodi Cameracensem episcopum compescat. (REG. 24, f. 433, ann. II, c. 72; POTHAST 16196; RODENBERG, t. III, n° 423.)

« .., episcopo Cameracensi. Petitione dilectorum filiorum —. Dat. Laterani, XIII kalendas februario, anno secundo. »

1085

Latran, 23 janvier 1256.

Fratribus Militiae Templi concedit, ad instar Innocentii papae IV, ut redemptiones votorum Crucesignatorum, legata in subsidium Terrae Sanctae etc. ubicumque percipient praeter quam in regno Jerosolymitano. (REG. 24, f. 133, ann. II, c. 73.)

« ... magistro et fratribus Militie Templi. Dudum felicis recordationis I. papa predecessor noster vobis concessit, ut, de redemptionibus votorum Crucesignatorum in Terre Sancte subsidium, quos a prosecutione voti sui paupertas et probabilis personarum debilitas seu obtenta per Sedem apostolicam dispensatio commutans in reale subsidium personale executionem voti hujusmodi excusarent, neconon et de usuris, rapinis et aliis quocumque modo illicite acquisitis que fideles mandant restitui in ultima voluntate vel dum vivunt, etiam si sospitate fruantur, restituere sunt parati, si quibus horum fieri restitutio debeat inveniri non possit, de testamentis quoque ipsorum fidelium que legantur in subsidium dicte terre non expressis locis aliquibus vel

personis, usque ad summam X milium marcarum argenti ubicumque locorum extra regnum Alamanie percipere valeretis, certis vobis super hoc executoribus deputatis. Nos autem postmodum, antequam vos ut asseritur perciperetis summam hujusmodi ex premissis necessitatibus et expensis, venerabili fratri nostro J., patriarche Jerosolimitano, paterno compatientes affectu, quod ipse redemptiones votorum et legata predicta in regno Jerosolimitano perciperet, sub certa forma sibi duximus concedendum. Nolentes igitur ob hoc inter eundem patriarcham quem vobis gratiosum et vos quos ei acceptos esse cupimus alicujus turbationis materiam suscitari, ejus inducti precibus, in recompensationem hujusmodi gratie facte vobis in ipso regno Jerosolimitano, presentium vobis auctoritate concedimus, ut in predicto regno Alamanie ac alibi ubicumque locorum preter quam in regno Jerosolimitano predicto per vos aut executores eosdem percipere possitis predicta omnia inconcussa vobis ejusdem predecessoris concessionem comprehensa, quoisque perceperitis ex eis integre quo adhuc percipiendum restat de summa superius memorata. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno secundo. »

1086

Latran, 28 janvier 1256.

Anteradensi et Tripolitano episcopis mandat, quatinus patriarchae et principi Antiochenis quadringentas marcas faciant integraliter exhiberi, apud magistros Templi et Hospitalis ab I. papa predecessore depositas. (REG. 24, f. 133^v, ann. II, c. 74.)

« ... Anteradensi, et .., Tripolitano episcopis. Lecta nobis venerabilis fratris nostri .., patriarche Antiocheni, petitione continebat, quod, licet felicis recordationis I. papa predecessor noster, de fratum suorum consilio, A. Templi, et .., Hospitalis Jerosolimitani magistris, quamdam in auro et argento pecunie summam apud eosdem magistros depositam ipsi patri[arche] ac dilecto filio nobili viro .., principi Antiocheno. exhiberi, per manus eorum in tuitionem ecclesie ac civitatis Antiochene expendendam, fideliter mandavisset, vobis super hoc executoribus deputatis. nondum tamen de dicta pecunia nisi trecentas et XX marcas quas eis predicti Hospitalis magister exhibuit habere aliquatenus potuerunt: et quamquam ipsius Templi magister Gerardo de Pou[te]tremulo clero, ipsorum patriarche ac principis procuratori et nuncio eorum nomine, quadringtonitas marcas sterlingorum de predicta summa pecunie persolvisset, exegit tamen et recepit ab eodem clero predictorum patriarche ac principis nomine

fidejussoriam cautionem, ut, si extūc infra annum littere predecessoris ejusdem in bonis quondam R., patriarche Jerosolimitani invenirentur, per quas predecessor ipse dictas quadringentas marcas patriarche Jerosolimitano concessisset eidem, aut nos Antiochenum patriarcham et principem antedictos easdem quadringentas marcas habere nollemus. eidem magistro Templi marcas restitueret antedictas, et ut ipsi magistro Templi super hoc omnimode caveretur, predice quadringente marce apud fidejussores super hiis datos usque ad predictum tempus conservande sub predictis conditionibus deposite extiterunt. Cum autem dicta terra, que passa est dudum conatus hostilis intollerabiles injurias, dampna rerum, gravia personarum discrimina et nunc inimicorum fidei aggressibus validis agitatur multis et magnis, ut resurgere valeat, noscatur auxiliis indigere, idem patriarcha nobis humiliter supplicavit, ut providere ipsi terre super hoc misericorditer curaremus.

Nolentes igitur predice terre subsidium ei a dicto predecessor concessum aliquatenus minui sed potius adaugeri, mandamus quatinus, si vobis non constiterit quod dictus predecessor sepedictas quadringentas patriarche Jerosolimitano concesserit antedicto, fidejussores predictos ab obligatione et fidejussione hujusmodi auctoritate nostra sine difficultate qualibet absolventes, sepedictas quadringentas marcas predictis patriarche ac principi faciatis integraliter exhiberi, per eos ad intuitionem ecclesie ac civitatis predictarum, prout magis expedire viderint, convertendas. Ad executionem nichilominus mandati vobis a dicto predecessor facti, in residuo processuri juxta predecessoris ipsius directarum ad vos continentiam litterarum. Contradictores etc. Dat. Laterani. V idus februarii, anno secundo. »

1087

Latran, 9 février 1256.

Abbati de Jubino, Antiochenae diocesis, mandat, ad instar I. papae praedecessoris, quatinus decimas omnium ecclesiasticorum proventuum in regno Cypri et provincia Antiochena patriarchae faciat exhiberi pro munitione castri Cursarii. (Reg. 24, f. 133v, ann. II, c. 742.)

« ... abbati de Jubino, Cisterciensis ordinis, Antiochenae diocesis. Etsi ex injuncto nobis apostolatus officio universos fratres et coepiscopos nostros pressos paupertatis media teneamus compassionis oculos intueri, illos tamen qui positi in medio nationis perverse ab inimi-

cis Crucis Christi quasi continue impugnantur intueri cogimus sollicitius et debemus, ut ex hoc iidem ad persecutionem jacula fortius animati incursum inimicorum fidei coercentur patientius supportare. Sane felicis recordationis I. papa predecessor noster, intellecto sepius miserabilis statu terre Antiochene quodque grande periculum etiam Terre sancte imminere poterat ex infortunio ipsius, si, quod absit, continget, venerabilibus fratribus nostris .., Nicosensi, et .., Cesariensi archiepiscopis, et .., Tusculano episcopo, tunc in partibus illis apostolice Sedis legato, primo, ac tandem dilecto filio thesaurario Berithensi suis dedit sub certa forma litteris in mandatis, ut venerabili fratri nostro .., patriarche Antiocheno, pro munitione castri Cursarii quod est Antiochene provincie quasi presidium speciale decimam omnium ecclesiasticorum proventuum in regno Cypri et eadem provincia usque ad triennium tunc futurum facerent exhiberi. Contradictores. Verum nos, quod non sine animi turbatione referimus, intelligentes fidedignorum relatione multorum novissima ipsius terre pejora prioribus, utpote que dudum acquisitis et antiquatis divitiis jam fere penitus est exusta, vias predecessoris ipsius iterare compellimur, et tam eundem patriarcham quam terram prefatam provisionis nostre oculo intueri. Hinc est igitur quod, ipsius patriarche precibus inclinati, mandamus quatinus ab universis fratribus nostris archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum rectoribus, neenon assisiis ecclesiarum et clericis universis regni et provincie predictorum tam exemptis quam non exemptis, cuiuscumque religionis sive conditionis existant, Cisterciensibus, Templariis et Hospitalariis dumtaxat exceptis, etiam si ex premissis aliqui privilegiati existant, quod littore apostolice contra ipsos firmitatem non habent que de ipsorum ordine non fecerint mentionem, decimas omnium suorum proventuum ecclesiasticorum partium earundem usque ad triennium per te vel per alium ipsi patriarche facias exhiberi, per eundem patriarcham in munitionem ac defensionem predicti castri Cursarii convertendas. Contradictores. Non obstante constitutione de duabus dictis edita in concilio generali seu si aliquibus a Sede apostolica sit indulsum quod interdici aut excommunicari nequeant vel suspendi, quodque ad provisionem vel subventionem aliquius compelli non possint per litteras Sedis ejusdem que de indulto hujusmodi non fecerint mentionem, seu quolibet alio quo presentibus non expresso mandati nostri executio impediri valeat vel differri. Dat. Laterani, V idus februarii, anno secundo. »

1088

Latran, 5 février 1256.

Abbati et conventui monasterii de Strafforde concedit, ut ecclesiam s. Egidii de Malpetrestede, Londoniensis diocesis, in qua jus patronatus habent et cuius proventus annuatim XX marcarum sterlingorum valentiam vix excedant, in usus proprios retinere valeant, hospitalitatis officium facilius exercituri. (REG. 24, f. 134, ann. II, c. 74³.)

« ... abbati, et conventui monasterii de Strafforde, Cisterciensis ordinis, Londonensis diocesis. Caritatem in vobis —. Dat. Laterani, nonis februarii, anno secundo. »

1089

Latran, 26 janvier 1256.

Conventum et ecclesiam s. Crucis de Ormanario sub beati Petri et sua protectione suscipit, possessionesque ejus propriis vocabulis expressas, statuta etc. privilegio communit. (REG. 24, f. 134, ann. II, c. 74⁴.)

« ... priori ecclesie sancte Crucis de Ormanario ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam etc. usque : infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuinimus, et ecclesiam sancte Crucis, Florentine diocesis, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentium scriptorum privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eademi ecclesia institutus esse dinoecitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quaecumque possessiones, quecumque bona dicta ecclesia in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus, hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancte Marie de Claustro, cum omnibus pertinentiis suis, quam habetis in diocesi Pisana. Ecclesiam sancte Marie de Camporena, cum omnibus pertinentiis suis, quam habetis in diocesi Vulterana, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pasenis in bosco et plano, in aquis et moleninis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum anima-

lium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit, sine prioris sui licentia nisi artioris religionis obtentu, de codem loco discedere. Discedentem vero absque omnium litterarum vestrarum cautione nullus andeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, voce suppressa, divina officia celebrare : dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane Ecclesie habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat. Salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconibus seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis fieri omnino prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut publice usurarii, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes que a lacis (*sic*) detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quilibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel eorum major pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquilliti vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesie vestre concessas, necon-

libertates et exemptiones secularium exactionum a rebus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Decernimus ergo ut nulli —. Si qua igitur —. Cunctis autem —. Amen, amen, amen. Dat. Laterani per manum Guillelmi magistri scolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, VII kalendas februarii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLV, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno secundo. »

1090

Latran, 15 janvier 1256.

Priori generali et prioribus provincialibus fratrum Heremitarum de Monte Carmeli indulget, ut in ecclesiis et domibus ordinis cum libero ingressu et exitu visitationis et correctionis officium exercere, mutare fratres ac recipere novitios libere valeant, alienus contradictione irrationabili non obstante. (REG. 24, f. 134^v, ann. II, c. 75^v; POTTHAST t6190.)

« ... generali, et provincialibus prioribus ordinis fratrum Heremitarum de Monte Carmeli. Religionis vestre meretur —. Dat. Laterani, XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

1091

Latran, 3 février 1256.

Eisdem priori generali et fratribus Heremitarum ordinis declarationem, correctionem ac mitigationem regulae ab H., tituli S. Sabinae presbytero cardinali, et G., Anteradensi episcopo, factas (Lyon, 28 août 1248) et ab Innocentio IV confirmatas (Lyon, 1^{er} octobre 1248) confirmatas, confirmat, tenorem litterarum praedictarum prout in regesto Innocentii IV continentur inserendo. (REG. 24, f. 134^v, ann. II, c. 75²; POTTHAST t6225.)

« ... priori generali, et fratribus ordinis Heremitarum de Monte Carmeli. Cum a nobis —. Dat. Laterani, III nonas februarii, anno secundo. »

1092

Latran, 17 janvier 1256.

Episcopo Trecensi committit revisionem statuti monasteriorum s. Lupi et Cantumerulae de duobus fratribus in monachis recipiendis. (REG. 24, f. 135, ann. II, c. 76.)

« ... episcopo Trecensi. Dilecti filii ... de sancto Lupo Trecensis et de Cantumerula Trecensis diocesis mo-

nasteriorum abbates, et eorum conventus sua nobis petitione monuerunt, quod ipsi olim statuerunt ac etiam juramento firmarunt se duos germanos seu dnos consanguineos aut duos clados in eorum monasteriis nullatenus recepturos. Quare fuit ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum, ut, cum id in corumdem monasteriorum detrimentum non modicum vergere dinoscatur, super hoc adhibere congruum remedium misericorditer curaremus. Gerentes itaque de circumspecione tua fiduciam in Domino plenioram, presentium tibi auctoritate concedimus, ut super hoc auctoritate nostra disponas et ordines, prout utilitati predictorum monasteriorum videris expedire. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno secundo. »

1093

Latran, 23 janvier 1256.

Iringo, episcopo Herbipolensi, significat, inter ipsum et Henricum II, electum Spirensim, super episcopatu Herbipolensi quaestione orta, judicio trium cardinalium episcopatum eundem ipsi adjudicatum esse, quorum sententiam anno MCCLVI, januarii IV latam, refert. (REG. 24, f. 135^v, ann. II, c. 77; RODENBERG, t. III, n° 425.)

« ... episcopo Herbipolensi. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Sane nobis exponere curavisti, quod, orta olim inter te et dilectum filium .., electum Spirensim, tam super episcopatu Herbipolensi, quam super dampnis, injuriis et rebus aliis coram venerabili fratri nostro .., episcopo Prenestino, partibus a nobis auditore concesso, materia questionis, tandem nos, intellecto quod Herbipolensis ecclesia, occasione hujusmodi discordie, multipliciter in spiritualibus et temporalibus laberetur, ac timentes eam ad exinanitionis extreme profundum diuturnitate litigii devenire, dilectis filiis nostris H. tituli Sancte Sabine presbitero, R. Sancti Angeli et P. Sancti Georgii ad Vulum Aureum diaconis cardinalibus viva voce summatim ordinandi, disponendi de questione hujusmodi, necnon dampnis, expensis, injuriis ac omnibus aliis questioni eandem contingentibus et que contingere possent, plenam contulimus potestatem. Qui, visis, auditis et intellectis, que tam tu pro te quam magister Ditherus, procurator ipsius electi ejus nomine, in corundem cardinalium constituti presentia, coram eis proponere voluistis, Dei nomine invocato, ordinando, pronunciando et sententialiter declarando. tibi eundem episcopatum Herbipollensem adjudicare curarunt, prefato electo Spirensi super ipso episcopatu perpetuum silentium

imponentes, ac mandantes nichilominus eidem, quod tibi super eodem episcopatu nullam de cetero secrete vel publice moveat vel moveri faciat questionem; quin immo, civitatem Herbipollensem, castra et villas ac quicquid per se vel alium tenet vel possidet quod spectet ad eundem episcopatum Herbipollensem, tibi vel nuntiis tuis absque difficultate, quantum in eo fuerit, deliberet et assignet, et absolvat de facto clericos et laicos episcopatus ejusdem ab omni juramento tam fidelitatis quam alio que dictus electus recepit ab eis, a quibus ipsi cardinales eos reddiderunt etiam absolutos. Cassarunt preterea cardinales prefati ae cassum et irritum nunciarunt quicquid idem electus tamquam pro visus electus seu prefatus Herbipollensis ecclesie egit, obligando, infеudando, locando, donando vel quo cumque modo alienando de quibuscumque bonis episcopatus predicti, decernentes hujusmodi obligationes, infеudationes, locationes seu alienationes quo cumque nomine censeantur carere omni robore firmitatis, prout in litteris inde confectis predictorum cardinalium sigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem cardinalibus factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc. usque: communimus. Tenor autem litterarum ipsarum talis est :

Rome, palais de Sainte-Sabine, 4 janvier 1256.

« Universis presentes litteras inspecturis, miseratione divina frater Hugo, tituli sancte Sabine presbiter, Riccardus sancti Angeli et Petrus sancti Georgii ad Volum aureum diaconi cardinales, Salutem in Domino. Quia superni judicis oculus justitiam inspicit et vultus ejus desiderat equitatem, judicium terrenorum interesse dinoscitur ut similiter illam inspirant hancque desiderent subvertendo detestandas injurias et unicuique secundum suum est justo iudicio tribuendo. Sane inter venerabilem patrem dominum Iringum, episcopum Herbipollensem, et venerabilem virum Henricum, Spirensem electum, tam super episcopatu Herbipollensi quam super dampnis, injuriis et rebus aliis, coram venerabili patre domino S., episcopo Prenestino, a Sede apostolica partibus auditore concesso, questione suborta; tandem dominus noster dominus A., summus pontifex, intellecto quod Herbipollensis ecclesia, occasione hujusmodi discordie, multipliciter in spiritualibus et temporalibus collabatur, timens eam ad exinanitionis extreme profundum diuturnitate litigii devenire, nobis viva voce summatim audiendi causam ipsam ordinandi et

» disponendi de ea dampnis, expensis et injuriis ac omnibus aliis causam eandem contingentibus et que contingere possunt plenam contulit potestatem. Nos autem, visitis, auditis et intellectis que tam idem episcopus pro se quam magister Diterus procurator ipsius electi ejus nomine in nostra presentia constituti coram nobis proponere voluerunt, Dei nomine invocato, ordinando, pronuntiando et finaliter declarando, adjudicamus eundem episcopatum Herbipollensem domino Iringo, episcopo supradicto, prefato II., electo Spirensi, super ipso episcopatu perpetuum silentium imponentes, et eidem electo mandantes quod prefato episcopo super ipso episcopatu nullam de cetero secrete vel publice moveat vel moveri faciat questionem. Immo civitatem Herbipollensem, castra, villas et quicquid per se vel per alium tenet vel possidet quod spectet ad eundem episcopatum Herbipollensem, memorato episcopo vel nuntiis suis absque difficultate quantum in se fuerit deliberet et assignet, absolvatque de facto clericos et laicos episcopatus ejusdem ab omni juramento tam fidelitatis quam alio, que recepit ab eis, a quibus nos etiam ipsos reddimus absolutos. Preterea, casamus, cassum et irritum nuntiamus quicquid idem electus tamquam pro visus electus seu prefatus Herbipolensis egit obligando, locando, infеudando, donando vel quo cumque modo alienando de quibuscumque bonis dicti episcopatus Herbipollensis. Decernentes hujusmodi obligationes, infеudationes, locationes seu alienationes, quo cumque nomine censeantur, carere omni robore firmitatis. In predictorum vero testimonium et cautelam, presentes litteras fieri et sigillorum nostrorum munimine roborari et per Riccardum de Pofis scriinarium in publica redigi fecimus munimenta. Hec ordinatio seu sententia lata fuit in palatio sancte Sabine de Urbe, presentibus episcopo et magistro Ditero prefatis, anno domini M^{CC}LVI^o, pontificatus domini Alexander pape IIII anno secundo, mense Januarii die IIII, Indictione XIII, coram hiis testibus ad hoc specialiter vocatis, videlicet domino Arnoldo decano Herbipolensi, domino Riccardo archipresbitero Maguntino, magistro Gisone canonico Maguntino, domino Stephano dicto Surdo, domino Stephano Anibaldi, et pluribus aliis. Et ego Riccardus de Pofis sancte Romane Ecclesie scriniarius predictis interfui et ea de mandato dictorum dominorum cardinalium scripsi, complevi, et in publicam formam redegi. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno secundo. »

1094

Latran, 27 janvier 1256.

Infrascriptis mandat, quatinus sorores seu canonicas ecclesiae sanctorum Simonis et Judae Brixensis moneant, ut infra octo dies post monitionem ad electionem earum praelatae procedant, electione in discordia celebrata de Savina et de Agneta sororibus jam ab episcopo Mantuano cassata. (REG. 24, f. 136, ann. II, c. 78.)

« ... preposito ecclesie sancti Salvatoris, et fratri Inverardo, lectori fratrum Predicorum Brixensium. Ecclesia sanctorum Symonis et Jude Brixensis, ordinis sancti Augustini, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinente, prelate jaindudum sicut accepimus regimine destituta, sorores seu canonice ipsius duas electiones, unam videlicet de Savina et alteram de Agneta, sororibus seu canonicabus ecclesie antedicta, in discordia celebrarunt. Unde felicis recordationis I. papa predecessor noster venerabili fratri nostro ..., episcopo Mantuano, suis dedit litteris in mandatis, ut, inquisita de modo electionum eligentium studiis et meritis electarum diligentius veritate, alteram electionum ipsarum quam inveniret de persona ydonea eanonece celebratam, cassata reliqua, confirmaret : alioquin, utraque cassata, de persona ydonea eidem ecclesie auctoritate apostolica provideret. Sed licet episcopus ipse, de hujusmodi electionibus inquisito, utramque justitia exigente cassarit, ulterius tamen ad provisionem ipsius ecclesie non processit. Ne igitur ecclesiam ipsam propter vacationem diutinam gravius pati contingat in spiritualibus et temporalibus detrimentum, pastorali volentes sollicitudine providere, mandamus quatinus sorores seu canonicas ecclesie antedicta attentius moneatis, ut infra octo dies post monitionem vestram personam idoneam per electionem canonican et concordem sibi preficiant in prelatam : alioquin, vos, extunc habentes pre oculis solum Deum, de persona idonea que sit de ipsis capitulo et hujusmodi prelationis oneri congruat, si talis ibi fuerit, si non autem aliunde auctoritate nostra provideatis ecclesie viduate. Contradictores. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno secundo. »

1095

Latran, 20 janvier 1256.

Abbati Cluniacensi facultatem concedit corrigendi et amovendi priores aut fratres ordinis ipsius, non obstantibus litteris apostolicis eisdem concessis. (REG. 24, f. 136, ann. II, c. 79.)

« ... abbati Cluniacensi. Quia, sicut accepimus, non nulli priores et alii fratres tui ordinis, ut a prioratibus

et locis quibus presunt amoveri simpliciter vel absque licentia nostra non valeant, super confirmatione ipsorum prioratuum et locorum diversas a Sede apostolica indulgentias et litteras impetrarunt, nos, nolentes ut per hoc jurisdictioni tue in aliquo derogetur, exequendi circa ipsos eorumque correctionem et amotionem, indulgentiis et litteris hujusmodi non obstantibus, officii tui debitum, prout tibi de jure vel consuetudine aut ex privilegiis vel indulgentiis apostolicis eompetit, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XIII kalendas februarii, anno secundo. »

1096

Latran, 29 janvier 1256.

Jacobo, patriarchae Jerosolymitano, pro expediendis ecclesiae negotiis, concedit facultatem contrahendi mutuum centum et quinquaginta unciarum auri a Raibardo, marescalco Hospitalis S. Johannis Jerosolymitani. (REG. 24, f. 136, ann. II, c. 80.)

« Jacobo, patriarche Jerosolimitano. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, pro expediendis Jerosolimitane ecclesie negociis, pro quibus ad Sedem apostolicam accessisti, magna te subire oporteat onera expensarum, ne pro defectu ipsarum eadem inexpedita remanere contingat, nos, tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum propter hoc a dilecto filio fratre Raibardo, marescalco Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, usque ad summam centum et quinquaginta unciarum auri in tarenis ad pondus regni nomine Jerosolimitane ecclesie, et obligandi fratri usque ad summam hujusmodi te et successores tuos, ecclesiam Jerosolimanam et bona ejus, ac renunciandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum, neenon et conventioni judicium, si ipsorum creditorum nomine apostolicas litteras cujuscumque tenoris in posterum impetrari contingeret, auctoritate tibi presentium concedimus facultatem. Ita tamen quod tu et successores tui teneamini ad hujusmodi pecuniam persolvendam et ad penam, dampna, expensas et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam non persolveris memoratam, sublata ipsis creditoribus necessitate probandi quod pecunia eadem sit conversa in utilitatem ecclesie supradicte, pretextu alienus constitutionis canonice vel civilis: non obstantibus aliquibus privilegiis seu indulgentiis, de quibus in nostris litteris oporteat fieri mentionem et per que tu et successores tui tueri vos valatis. Dat. Laterani, IIII kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. eidem usque : ad mutuum propter hoc usque ad summam X milium Bisantiorum aureorum Sarracenorum ad rectum pondus Accon nomine Jerosotimitane ecclesie et obligandi creditoribus usque ad summam hujusmodi te et successores tuos, ecclesiam Jerosolimitanam etc. usque in finem.

1097

Latran, 5 janvier 1256.

Magistro Radulfo de Vailbaco, archidiacono de Virtuto, canonico Catalaunensi, indulget, ut tractatibus capituli Catalaunensis admittatur, non obstante quod praebendam non habeat. (REG. 24, f. 136, ann. II, c. 81.)

« Magistro Radulfo de Vailbaco, archidiacono de Virtuto in ecclesia Cathalonensi, capellano nostro. Licet, prout accepimus, tu de mandato apostolico in ecclesia Cathalaunensi existens archidiaconus in ea receptus sis in canonicum et in fratrem, capitulum tamen ejusdem ecclesie te ad communes tractatus ipsius, ea occasione dumtaxat quod adhuc ibidem prebenda non obtines, pretextu cuiusdam consuetudinis per quam receptus in canonicum ipsius ecclesie a premissis excluditur nisi prebendam habeat, non admittit. Verum, quia inconveniens est te, qui de majoribus membris ipsius ecclesie fore dinoscere, ad traetanda precipue in capitulo ejusdem ecclesie negocia non admitti, maxime cum propter maturitatem consilii et donum scientie, quibus per Dei gratiam pollere diceris, tua presentia possit esse ipsi ecclesie in talibus non modicum fructuosa, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, non obstante hujusmodi ipsius ecclesie consuetudine vel statuto, juramento, seu confirmatione Sedis apostolice vel quacumque alia firmitate vallatis, hujusmodi tractatibus ipsius capituli quotiens oportunum fuerit interesse libere valeas et ad id, quanquam ibidem adhuc prebendam non habeas, admittaris. Nolumus tamen per hoc hujusmodi consuetudini vel statuto in posterum derogari. Nulli etc. Dat. Laterani, nonis januarii, anno secundo. »

1098

Latran, 21 janvier 1256.

Abbati et conventui Cluniacensibus, quibus Philippus quondam rex Francorum locum qui vocatur s. Martini ad Campos Parisiensis donavit hanc donationem confirmat, actam publice apud sanctum Benedictum de Floriaco, anno incarnati Verbi M^oLXXIX^o, anno regni XIX. (REG. 24, f. 136, ann. II, c. 82; POTTHAST 16203.)

« ... abbati, et conventui Cluniacensibus. Exigentibus

vestre devotionis meritis, votis vestris libenter amuimus et petitiones vestras quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, clare memorie Phylippus rex Francorum locum qui dicitur sancti Martini ad Campos Parisiensis, quem clare memorie Henricus pater ejus fundaverat, monasterio vestro pro snorum et progenitorum ejus peccatorum remedio pia liberalitate concesserit et donarit, prout in litteris inde confectis ipsius et quorundam aliorum subscriptionibus ejusque sigillo munitis plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, concessionem et donationem hujusmodi ratas et gratas habentes, ac defec- tum, si quis ex quacumque causa vel omissione in eis extitit, supplentes de plenitudine potestatis, ipsas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : coimmuni- mus. Litterarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Saint-Benoit-sur-Loire 1079.

*« In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et
» et Filii et Spiritus sancti. Noverint cuncti fideles
» sancte Dei Ecclesie quod ego, gratia Dei rex Franco-
» rum, Phylippus nomine, dono et concedo Domino Deo
» et sanctis Apostolis ejus Petro et Paulo ad locum
» Gluniacum in manu domini Ilugonis abbatis et om-
» nium abbatum qui in eodem loco futuri sunt post
» eum in eternum, locum qui dicitur sancti Martini ad
» Campos, quem pater meus Henricus fundavit, ut ha-
» beant et possideant in perpetuum, cum omnibus ap-
» penditiis ad eundem locum pertinentibus, id est ter-
» ris, vineis, sicut Engelardus abbas possedit in vita
» patris mei et in tempore meo. Facio autem hanc do-
» nationem pro remissione peccatorum meorum, et ge-
» nitoris, genitricisque mee et omnium regum Fran-
» corum antecessorum meorum, ut cum omni libertate
» et quiete absque ulla calumpnia alicujus viventis
» persone vel potestate prefatus locus Gluniacus pos-
» sideat, ut Deus omnipotens, intervenientibus beatis
» apostolis Petro et Paulo, regnum et vitam nostram
» cum pace et tranquillitate disponat in presenti se-
» culo et in futuro sempiterna gaudia concedat. Ut au-
» tem hec donatio firma et stabilis atque inconvulsa
» permaneat, hoc preceptum manu propria firmo et
» corroboro ac sigillo proprio sigillare precipio testi-
» busque firmandam trado. Signum Phyllippi regis.
» Signum Phyllippi, regis Francorum. Signum Haga-
» nonis. Eduensis episcopi. Signum comitis Raynaldi
» de Nivernis. Signum Roberti dapiferi. Signum Ro-
» berti de Allico. Signum Gualterii de (de) Clamiciaco.*

» Signum Ebonis de Monte Celso. Si quis autem hoc
» donum vel preceptum calumpniare temptaverit, iram
» omnipotentis Dei et omnium sanctorum ejus incur-
» rat et insuper regia potestate constrictus vendicare
» nequeat quod repetit, usque dum a calumpnia re-
» cedat. Hujusmodi rei testes sunt confirmatores ea-
» nonici ipsius loci : Goisfredus prior, Eustachius,
» Giselebertus, Dai[ta]bertus Gauterii, Maynardus,
» Goisbertus, Malfredus, Bernardus, Hugo, Robertus,
» Araudus. Actum publice apud Sanctum Benedictum
» de F[lor]ioraco. Anno incarnati Verbi M^oLXX^oIX^o.
» Anno regni nostri XIX. Ego Gilibertus ad vicem
» Rogeri cancellarii relegendo subscripsi. »

Nulli etc. nostre suppletionis et confirmationis etc.
Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1099

Latran, 21 janvier 1256.

Vidimat litteras praedictas Philippi I regis Francorum.
(REG. 24, f. 136v, ann. II, c. 82².)

« Universis has litteras inspecturis. Universitati vestre presentibus patefiat, quod nos litteris clare memorie Phylippi, regis Francorum, et ipsius et quorumdam aliorum subscriptionibuse jusque sigillo munitas, non cancellatas. nec abolitas, neque viciatas in aliqua parte sui legimus et perspeximus diligenter, ac earum de verbo ad verbum tenorem statuentes, ut eundem vigorem eandemque firmitatem quam habent predice littere habeat, fecimus presentibus annotari :

« In nomine sancte et individue Trinitatis, patris et filii etc. ut in alia usque in finem. »

1100

Latran, 15 janvier 1256.

Episcopis. in quorum diocesibus fratres b. Mariae de Monte Carmeli consistunt vel consistent, inhibet, ne contra tenorem privilegiorum et indulgentiarum apostoliceae Sedis ab illis obedientiam exigere presumat. (REG. 24, f. 136v, ann. II, c. 83; POTTHAST 16191.)

« Patriarchis, archiepiscopis et episcopis. in quorum dio-
cesibus priores et fratres beate Marie de Monte Carmeli
consistunt. Cum prefatos ecclesiarum —. Dat. Laterani,
XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

1101

Latran, 28 janvier 1256.

Fratribus Minoribus privilegia et indulgentias G. et L. (Por-

THAST 15833) praedecessorum pontificum confirmat. (REG. 24, f. 136v, ann. II, c. 84; POTTHAST 16217.)

« .., ministro generali, et universis fratribus Minorum.
Quia ordinem vestrum —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo. »

1102

Latran, 26 janvier 1256.

Potentibus Fratribus ordinis S. Trinitatis et Captivorum, statuit, ut singulis annis in octava Pentecosten generale capitulum perpetuo celebrent in domo Cervi frigidi, Meldensis diocesis, in qua ordo primo fuisse dicitur institutus. (REG. 24, f. 136v, ann. II, c. 85.)

« .., ministro, et universis fratribus ordinis Sancte Tri-
nitatis et Captivorum. Solet annuere etc. usque : imper-
tiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris suppli-
cationibus inclinati, presentium auctoritate statuimus.
ut in domo vestra de Cervo frigido, Meldensis dioecesis,
in qua ordo vester primo fuisse dicitur institutus, se-
cundum regulam et institutionem ejusdem ordinis hac-
tenus sicut asseritis pacifice observatam singulis annis
in octava Pentecosten generale capitulum sicut hacte-
nus sic et in posterum perpetuo celebretis. Nulli etc.
nostre constitutionis etc. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1103

Latran, 25 janvier 1256.

[Alberto], episcopo Mutinensi, et fratri Guillelmo, dicto de Buzea, de ordine fratrum Minorum, mandat, ut, si ecclesiae Reginae viderint expedire, [Guillelmo], episcopo Regino, li-
centiam concedant commutandi quasdam terras ad mensam suam spectantes minus utiles in alias utiliores. (REG. 24, f. 136v, ann. II, c. 86; POTTHAST 16208.)

« ... episcopo Mutinensi, et fratri Guillelmo, dicto de Bu-
zea, de ordine fratrum Minorum. Ex parte venerabilis —.
Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

1104

Latran, 27 janvier 1256.

Fratribus Militiae Templi redemptiones voti Crucis conce-
dit. (REG. 24, f. 137, ann. II, c. 87.)

« .., magistro. et fratribus Militie Templi Jerosolymitani.
Religio vestra, cuius bonus odor longe lateque diffun-
ditur, specialem apostolice Sedis favorem et gratiam
promiceretur. Hinc est quod, devotionis vestre precibus

inclinati, ut ab hominibus vestris crucesignatis qui propter senectutem aut infirmitatem vel alias justas causas personaliter exequi nequeunt votum Crucis, quod assumpserunt in subsidium Terre Sancte, possitis, postquam absoluti fuerint a voto hujusmodi per illos quibus absolutionem et commutationem ipsorum committimus, redemptiones voti predicti juxta facultates suas recipere ac habere, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno secundo. »

1105

Latran, 30 janvier 1256.

Testatur Andream de Metiania in diaconum et in presbyterum statutis temporibus ordinatum fuisse. (Reg. 24, f. 137, ann. II, c. 88.)

« Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Universitati vestre volumus esse notum, quod venerabilis frater noster O., Tusenlanus episcopus, dilectum filium Andream de Me(v)e)tiania, capellatum dilecti filii nostri G., sancti Eustachii diaconi cardinalis, quondam subdiaconum nostrum, de speciali mandato nostro in diaconum primo et demum in presbiterum statutis temporibus ordinavit. In cuius rei testimonium, eidem A. duximus has litteras concedendas. Dat. Laterani. IIII kalendas februarii, anno secundo. »

1106

Latran, 31 janvier 1256.

Episcopo Magalonensi indulget, ut archidiaconatibus ejus singulis, qui tres existunt, quorum autem fructus quindecim libras Turonensium inter omnes vix attingunt, singulas ecclesias ad capitulum spectantes unire valeat. (Reg. 24, f. 137, ann. II, c. 89.)

« ... episcopo Magalonensi. Sincera devotio qua —. Exhibita siquidem coram nobis tue fraternitatis petitio continebat, quod archidiaconi Magalonensis ecclesie, ordinis sancti Augustini, qui tres existunt, snorum ratione archidiaconatum ultra quindecim libras Turonensium inter omnes nisi percipiunt annuatim sed semper, alieque parochiales ecclesie ad Magalonense capitulum pertinentes, juxta beneplacitum episcopi et prepositi Magalonensium existentium pro tempore, eisdem archidiaconis assignantur cum eisdem archidiaconatibus retinende. Nos itaque, tuis precibus inclinati, ne archidiaconis ipsis ex hujusmodi ecclesiarum curam habentium animarum detentione absque Sedis apostolice licentia speciali aliqua cupiditatis vel avaritie ma-

cula impingatur, ant pena canonica possit infligi, tibi et ejusdem ecclesie Magalonensi preposito annexendi eisdem archidiaconatibus singulis singulas ecclesias ad capitulum spectantes prefatum, et perpetuo uniendi, et compellendi contradictores, si qui fuerint, prout vobis discretione previa expedire videbitur, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem; proviso quod in eisdem ecclesiis non negligatur animarum cura, si eam habent fortassis annexam, et cultus debitus nullatenus minuatur. Dat. Laterani, II kalendas februarii, anno secundo. »

1107

Latran, 31 janvier 1256.

Fratrem Benevenutum, tunc camerarium O[ctavianij], S. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis, apostolicae Sedis legati, ecclesiae Gaietanae ab eodem cardinale in episcopum praefectum confirmat. (Reg. 24, f. 137, ann. II, c. 90.)

« Fratri Benevenuto, electo Gaietano. Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, II kalendas februarii, anno secundo. »

1108

Latran, 31 janvier 1256.

Capitulo Gaietano mandat, ut eidem Benevenuto obedientiam et reverentiam debitam impendant. (Reg. 24, f. 137, ann. II, c. 90².)

« [Capitulo Gaietano]. Cum dilectus filius —. Dat. ut supra. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Gaietanarum.

In e. m. populo civitatis et diocesis Gaietanarum usque : suscipientes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Dat. ut supra.

1109

Latran, 26 janvier 1256.

Priori et procuratori conventus ecclesiae Wintoniensis, causam inter conventum et electum Wintonensem in Curia consequentibus, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam centum marcarum argenti et ecclesiae eorum personas et bona obligandi. (Reg. 24, f. 137, ann. II, c. 91.)

« Fratri Guillelmo de Tantone, capellano nostro ..., priori, et Guillelmo, procuratori ejusdem prioris et conventus ecclesie Wintoniensis. Cum sicut in —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1110Latran, 1^{er} février 1256.

Episcopo Lincolnensi, qui de Riccardo de Suitone consanguineo, magistro Olivero, Stephano fratre ipsius ejusdem loci, nepotibus suis, et Willelmo de Lessingone, clericis, laudabile peribuit testimonium, concedit, ut quilibet eorum, praeter ecclesiastica beneficia jam obtenta, unicum aliud beneficium in regno Angliae recipere valeat. (REG. 24, f. 137, ann. II, c. 92.)

« .., episcopo Lincolnensi. Ut te speciali —. Dat. Laterani, kalendis februarii, anno secundo. »

1111

Latran, 4 février 1256.

Electo Leodiensi indulget, ut, ad exonerationem debitorum ecclesiae ejus, proventus beneficiorum in dioecesi infra quinquennium vacantium valeat retinere. (REG. 24, f. 137^v, ann. II, c. 93.)

« .., electo Leodiensi. Ex parte tua fuit nobis humiliiter supplicatum, ut, cum pro negotiis Imperii et Ecclesie generalis multa et gravia dudum subieris onera expensarum, ac propter hoc ecclesia tua adeo gravi prematur onere debitorum, quod, nisi ei per Sedem apostolicam succurratur, vix adiciet ut resurgat, providere in hac parte tibi et ipsi ecclesie, presertim cum redditus tui episcopales ad exonerationem hujusmodi debitorum nequaquam sufficiant, apostolica sollicitudine curaremus. Nos igitur, remedium in hac parte apostolicum adhibere volentes, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut omnium ecclesiasticorum beneficiorum proventus etiam curam animarum habentium, que infra quinquennium in tua civitate vel dioecesi vacare contigerit, possis per biennium pro executione debitorum hujusmodi retinere. Non obstante predicte Sedis indulgentia, per quam posset hujusmodi gratia impediri seu etiam retardari. Proviso quod tantum ex ipsis proventibus conservetur, quod possit interim per personas ydoneas in ecclesiis in quibus habentur hujusmodi beneficia deserviri. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II nonas februarii, anno secundo. »

1112Latran, 1^{er} février 1256.

Canonice infrascriptis, procuratoribus Isabellae de Semeriis cantricis monasterii Jotrensis, Melensis diocesis, in abbatissam se asserentis electam, Pentecoste moniali idem asserente, qui prosecutionem juris Isabellae apud Sedem apostolicam subeunt, concedit facultatem mutuum contrahendi et monasterium obligandi. (REG. 24, f. 137^v, ann. II, c. 94.)

« Fratri Auberto, Omnim Sanctorum in Insula, ordi-

nis sancti Augustini, et magistro Guillelmo (sic) majoris ecclesie Cathalaunensis canonici. Inter dilectas in Christo filias, Isabellam de Semeriis cantricem et Pentecostem monialemonasterii Jotrensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Melensis diocesis, super eo quod quelibet ipsarum in abbatissam ejusdem monasterii canonice asserit se electam orta materia questionis, vos pro eadem Isabella, cuius procuratores estis, propter hoc ad Sedem apostolicam accessistis. Quia vero pro ipsius I. prosectione juris apud Sedem eandem subiistis et ad hue vos subire oporteat magna onera expensarum, ne propter ipsarum defectum cogamini ab hujusmodi juris prosectione desistere, petiistis a nobis super hoc provideri. Nos itaque, nolentes quod jus ipsius Isabelle occasione hujusmodi valeat impediri, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam trecentarum marcarum sterlingorum et obligandi usque ad summam hujusmodi creditoribus conventus ejusdem monasterii ac dictam monialem et bona ipsius, ac renunciandi omnibus indulgentiis et litteris a Sede apostolica impetratis et etiam impetratis et constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali, ita quod illis qui vobis predictam pecuniam mutuarint, quod ipsa in utilitatem dicti monasterii sit conversa, pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis, privilegii quoque vel indulgentie Sedis ejusdem probatio aliqua non incumbat, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, kalendis februarii, anno secundo. »

1113

Latran, 21 janvier 1256.

[Prandotae], episcopo Cracoviensi, concedit facultatem illos qui ad agendum poenitentiam ob devotionem, quan habent ad beatum « Stanizlau », cuius corpus in Cracoviensi ecclesia requiescat, aliunde quam de ejus civitate ac dioecesi confluant, introducendi in ecclesia neenon reconciliandi eosdem ecclesiae. (REG. 24, f. 137^v, ann. II, c. 95; POTTHAST 16200.)

« .., episcopo Cracoviensi. Vota que favorem —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1114

Latran, 3 février 1256.

Electo Toletano mandat, faciat ut provisio ab Innocentio IV papa [Lupo], Marochitano episcopo, in provincia Totetana concessa (POTTHAST 14244) ab ecclesiis et monasteriis integre exhibeatur. (REG. 24, f. 137^v, ann. II, c. 96; POTTHAST 16224.)

« .., electo Toletano. Venerabilis frater noster —. Dat. Laterani, III nonas februarii, anno secundo. »

1115

Latran, 5 février 1256.

Capitulo Herbipolensi significat Iringo eorum episcopatum adjudicari, non obstante Henrici II, electi Spireosis, oppositione. [Cf. *supra*, n° 1093.] (Reg. 24, f. 137v, ann. II, c. 97.)

« *Capitulo Herbipolensi.* Orta olim inter venerabilem fratrem nostrum Iringum, Herbipolensem episcopum, et dilectum filium Henricum, electum Spirensem, tam super episcopatu Herbipolensi quam super dampnisi, injuriis et rebus aliis coram venerabili fratri nostro ... episcopo Prenestino, partibus a nobis auditore concessa, materia questionis, tandem nos, intellecto quod Herbipolensis ecclesia occasione hujusmodi discordie multipliciter in spiritualibus et temporalibus laberetur, ac timentes eam ad exinanitionis extreme profundum dimittitatem litigii devenire, dilectis filiis nostris II. tituli sancte Sabine presbitero. R. sancti Angeli et P. sancti Georgii ad Vulum Aureum diaconis cardinalibus viva voce summatim ordinandi et disponendi de questione hujusmodi necnon dampnisi, expensis, injuriis ac omnibus aliis questionem eandem contingentibus et que contigere possent plenam contulimus potestatem. Qui, visis, auditis et intellectis que tam idem episcopus pro se quam magister Ditherus procurator ipsius electi ejus nomine in eorundem cardinalium constituti presentia coram eis proponere voluerunt, Dei nomine invocato, ordinando, pronunciando et sententialiter declarando, dicto episcopo eundem episcopatum Herbipolensem adjudicare curarunt, prefato electo Spirense super ipso episcopatu perpetuum silentium imponentes ac mandantes nichilominus eidem quod sibi super eodem episcopatu nullam de cetero secreto vel publice moveat vel movere faciat questionem. Quin immo civitatem Herbipolensem, castra et villas ac quicquid per se vel alium tenet vel possidet, quod spectet ad eundem episcopatum Herbipolensem ipsi episcopo vel nunciis suis absque difficultate quantum in eo fuerit deliberet et assignet, ac absolvat de facto clericos et laicos episcopatus ejusdem ab omni juramento tam fidelitatis quam alio que dictus electus recepit ab eis. a quibus ipsi cardinales eos reddiderunt etiam absolutos. Cassarunt preterea cardinales predicti ac cassum et irritum nunciarunt quicquid idem electus tamquam provisus electus seu prelatus Herbipolensis ecclesie egit, obligando, infundando, locando, donando vel quocumque modo alienando de quibuscumque bonis episcopatus predicti, decernentes hujusmodi obligationes, infudationes, locationes seu alienationes quacumque nomine censeantur carere omni robore firmitatis. Cum igitur eundem episcopum ad ecclesiam Herbipolensem cum

plenitudine nostre gratie remittamus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, mandantes quatinus, ipsum cum ad vos pervenerit recipientes ylariter et devote ac sibi tamquam pastori vestro debitam obedientiam et reverentiam impendentes, ejus salutaribus mandatis et monitis efficacius intendatis : ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. Alioquin sententiam quam ipse rite etc. usque : observari. Dat. Laterani, nonis februario, anno secundo. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Herbipoleosum.

In e. m. [populo] civitatis et diocesis Herbipoleosum usque : pastori vestro debitam obedientiam et honorificentiam impendentes, ejus salutaribus mandatis et monitis efficacius intendatis. ita quod ipse : etc. usque : gandeatis. Dat. ut supra.

In e. m. vassallis et ministerialibus ecclesie Herbipolensis.

In e. m. W. regi Romanorum illustri usque : remittamus serenitatem regiam rogamus, inonemus et hortamur attente quatinus, eundem benigne recipiens, ei prout consuetum est regalia conferas et assignes, alias ipsum tamquam nobile membrum imperii favore regio prosequendo, ita quod celsitudinem tuam possimus exinde merito commendare. Dat. etc.

In e. m. ..., abbatи Fuldensi, Herbipolensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, usque : remittamus discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eundem episcopum in possessionem bonorum episcopatus ipsius inducas et tecaris inductum. Contradictores. Dat. etc.

1116

Latran, 25 février 1256.

Orrico Scaraberrocio indulget, ut, forisdecamatu et praebenda in ecclesia Brivatensi, Claromontensis diocesis, jam obtentis resignatis, aliam dignitatem vel personatum seu officium in Mediolanensi provincia recipere valeat, et cum praepositura S. Nazarii in Brolio et praebenda ecclesiae Mediolanensis et aliis beneficiis retinere, non obstante constitutionibus concilii generalis et illa C[elestini IV] papae, praedecessoris, tunc tituli S. Marei presbyteri cardinalis, in partibus Lombardiae apostolicae Sedis legati, contra obtinentes plura ecclesiastica beneficia in una civitate vel eodem plebanatu. (Reg. 24, f. 138, ann. II, c. 98.)

« Orrico Scaraberrocio, preposito ecclesie Sancti Nazarii in Brolio Mediolanensis, capellano nostro. Devotionis tue probata —. Dat. Laterani, VI kalendas martii, anno secundo. »

1117

Latran, 31 janvier 1256.

Fratri Guidoni, abbatи de Eleemosina, Cisterciensis ordinis,

ab I. tituli s. Laurentii in Lucina et H. tituli s. Sabinae cardinalibus examinato, licentiam clargitor regendi scholas et docendi publice Parisius in facultate. (REG. 24, f. 138, ann. II, c. 99.)

« *Fratri Guidoni, abbatи de Elemosina. Cisterciensis ordinis.* Rector sponse Christi ac prefectus exigit animarum, ut, que ad divine veritatis indaginem clara in domo fidei orthodoxe sunt lumina, ne sub absconse utilitatis modio delitescant vel cnjusvis emulationis studio suppressimantur, ad illuminationem Deum videre cupientium revelamus. Sane, te nuper apud Sedem apostolicam constituto, intelleximus ex relatione fideli, quod in lege Domini adeo profeceras per longa studia scolastice discipline ut de cetero preesse debeas ac prodesset aliis per doctrinam. Nos itaque, desiderantes theologice facultatis studium per doctorum et auditorum copiam ampliari, te per dilectos filios nostros I. tituli sancti Laurentii in Lueina et II. tituli sancte Sabine presbiteros cardinales examinari fecimus diligenter, et, sicut ex ipsorum et aliorum fidedignorum certa relatione cognovimus, repertus es ad hedificationem Ecclesie Christi et eruditionem aliorum in sacra pagina copiosum talentum scientie ac verbi elegantiam ex divine dispensationis munere accepisse. Eapropter, ut donum divine gratie favore apostolico subsequamur, regendi scolas et docendi publice Parisius in facultate predicta, plenam tibi auctoritate presentium licentiam clargimur; statuentes, ut deinceps consortio societatis magistrorum Parisiensium quemadmodum unus ex ipsis in magistralibus perfruaris, et tu ac auditores tui omnibus privilegiis et immunitatibus Universitatis magistrorum et scolarium Parisiensium, presertim juxta ordinationem quam super controversia inter religiosos et seculares magistros Parisienses exorta dudum edidimus, gaudeatis. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Laterani, II kalendas februarii. anno secundo. »

1118

Latran, 31 janvier 1256.

Universitati magistrorum Parisiensium mandat, ut praefatum fratrem Guidonem ad consortium eorum et ad docendum admittant, ad id ab episcopo Parisiensi compellendi. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 99².)

« *Universitati Magistrorum Parisiensium.* Decor sponse etc. —. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus. quatinus prefatum fratrem G. ad consorciun vestrum et ad docendum juxta concessionis

et constitutionis nostre tenorem sine difficultate quilibet admittatis. Alioquin, venerabili fratri nostro .., episcopo Parisiensi, damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat. Dat. ut supra. »

In e. m. cancellario Parisiensi.

1119

Latran, 13 décembre 1255.

Episcopo Constantiensi, cui Innocentius papa IV concessit, ut proventus beneficiorum, quae infra triennium a tempore hujusmodi concessionis in civitate vel dioecesi ejus vacare contingeret, per unum annum posset percipere, in solutionem debitorum quibus obligatus dinoscitur convertendos, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 100; BERNOULLI, *Acta pontificum helvetica*, t. I, n° 658.)

« .., episcopo Constantiensi. Exigentibus tue devotionis —. Dat. Laterani, idibus decembribus, anno secundo. »

1120

Latran, 26 janvier 1256.

Terminos ecclesiae de Fundon, Egitanensis dioecesis, quos limitavit R. Egitanensis episcopus litteris datis apud Bayram de Oeaya in aldeyada Fundon XVIII kalendas octobris, Era MCCLXXXI, confirmat. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 101.)

« *Johanni, rectori ecclesie de Fundon, Egitanensis dioecesis.* Justis petitionum etc. usque : complere. Cum igitur, sicut petitio tua nobis exposita continebat, venerabilis frater noster .., Egitanensis episcopus. diocesanus tuus, parochiam ecclesie tue de Fondon duxerit certis finibus limitandam, prout in ipsis litteris confectis exinde plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

Fondon, 14 septembre 1253.

« R., divina miseratione Egitanensis episcopus, dilecto in Christo filio Johanni Johannis, rectori ecclesie sancti Martini ad Fundon, Egitanensis dioecesis, salutem et benedictionem. Nos, tuis justis precibus inclinati, parochiam sancti Martini de Fundon, cuius rector existis, per terminos inferius annotatos

» tibi ordinaria auctoritate limitamus. Nomina autem terminorum sive limitum sunt hec : videlicet per Lageam, per quam dividitur terminus de aldeya Johannis cum aldeya Wimaranensi, sicut vadit de ipsa Lagea directe ad serram sive montem de Hocagia et ad fluvium de Meymona, et ex alia parte per riparium quod fluit inter aldeyam domini Egidii et aldeyam de Abbatie, sicut vadit directe ad serram sive montem antedictum et ad Meymonam. In enjus rei testimonium, tibi presentes litteras duximus cedendas, sigilli nostri munimine roboratas. Dat. apud Bayram de Oeaya in aldeyada Fondon, XVIII kalendas octobris, era M^oCC^aLXXXI^o. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1121

Latran, 23 décembre 1255.

Abbatis monasterii s. Mariae de Langoneto, Corisopitensis diocesis, licentiam concedit excommunicandi clericos et laicos dampnatores monasterii. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 102.)

« .., abbati monasterii sancte Marie de Longaneto, Cisterciensis ordinis, * Trecorensis diocesis. * Corisopitensis. Loca religiosa et personas in eis Domino famulantes tanto sinceritatis affectu quis debet amplecti ac gratiosius confovere, quanto ex hoc amplius et Deo placere dinoscitur et anime sue desiderat remedium implorare. Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, ut in clericos et laicos qui manifesta dampna gravia tuo monasterio intulerunt, nisi tibi pro dampnis hujusmodi emendam prestiterint intra competentem terminum a te prefigendum, iidem diligenti monitione premissa excommunicationis sententiam promulgare valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno secundo. »

1122

Latran, 8 février 1256.

Riccardo de Viareulles dispensat, ut, praeter ecclesiam S. Arnulphi Lexoviensis diocesis, unicum aliud beneficium similem curam animarum habens in regno Franciae recipere valeat. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 103.)

« Riccardo de Viareulles, rectori ecclesie Sancti Arnulfi, Lexoviensis diocesis. Cupientes proni ad —. Dat. Laterani, VI idus februarii, anno secundo. »

1123

Latran, 28 janvier 1256.

Abbatis monasterii s. Laurentii Leodiensis facultatem concedit capendi et detinendi monachos ad monasterium non redeuntes. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 104.)

« .., abbati monasterii sancti Laurentii Leodiensis, ordinis sancti Benedicti. Devotionis tue precibus benignum impertinentes assensum, capendi et detinendi per te et alios, si necesse fuerit, ac alias subdendi discipline rigorii apostatos tui monasterii monachos et conversos, qui post canonicam monitionem a te factam ad monasterium ipsum non redierint, sub tua obedientia permanenti, plenam et liberam concedimus tibi auctoritate presentium facultatem. Nulli etc. nostre concessio- nis etc. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1124

Latran, 28 janvier 1256.

Henrico, episcopo Hildesheimensi, contrahere sarcinam debitorum compulso, « propter guerrarum discrimina que tibi et ecclesie tue nobilis vir .., dux de Bruneswick, non expavit inferre, bona predicte Hildesemensis ecclesie per rapinas et incendium devastando », indulget, ut beneficiorum ecclesiasticorum in diocesi vacantium infra triennium proventus per annum unum recipere possit. (REG. 24, f. 138v, ann. II, c. 105; RODENBERG, t. III, n° 427.)

« ... episcopo Hildesemensi. Tua nobis exhibita —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo. »

1125

Latran, 5 février 1256.

Praeposito ecclesiae s. Ambrosii Mediolanensis mandat, quatinus Guidotum, canonicum ecclesiae s. Naboris Mediolanensis, denunciet non teneri ad solutionem ejusdem partis reddituum praebendae ejus Johanni de Marellino clero. (REG. 24, f. 139, ann. II, c. 106)

« .., preposito ecclesie sancti Ambrosii Mediolanensis. Sua nobis dilectus filius Guidotus, canonicus ecclesie sancti Naboris Mediolanensis. petitione monstravit, quod, orta dudum inter ipsum et Johannem de Marellino, clericum Mediolanensem, super prebenda quam dictus G. in ecclesia ipsa canonice est adeptus materia questionis, tandem, mediantibus bonis viris, talis inter eos compositio intervenit, quod idem G. quandam partem reddituum ipsius prebende dicto J., donec prebendam assequeretur in ipsa ecclesia, annis singulis solvere teneretur. Verum licet per constitutionem nuper a nobis

editam super irritatione receptionum eorum qui ultra quatuor in ecclesiis recepti sunt, dictus J. a prefata ecclesia sit exclusus utpote qui de dictis quatuor non existit, nihilominus tamen super parte ipsorum reddituum canonicum molestat eundem. Quare nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna diligentia curaremus. Cum igitur, postquam dictus J. desiit esse canonicus, indignum existat ut idem G. partem predictorum reddituum persolvat eidem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum G. ad solutionem ipsorum reddituum faciendum dicto J. auctoritate nostra denuncians non teneri, ipsum J., ut ab hujusmodi indebita molestatione desistat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Dat. Laterani. nonis februarii, anno secundo. »

1126Latran, 1^{er} février 1256.

Stephano, rectori ecclesiae s. Johannis de Bellavilla, Lexoviensis diocesis, indulget, ut recipere valeat unam capellaniarum, quas decanus Lexoviensis ordinavit in ecclesia Lexoviensi et in capella S. Ebrulfi dicti Parvi de villa S. Ebrulfi. (REG. 24, f. 139, ann. II, c. 107.)

« Stephano, rectori ecclesie sancti Johannis de Bellavilla, Lexoviensis diocesis. Devotionis et probitatis —. Sane petitio tua nobis exposita continebat, quod dilectus filius .., decanus Lexoviensis, in duobus altaris, quorum unum est in ecclesia Lexoviensi et alterum in capella Sancti Ebrulfi dicti Parvi, de villa Sancti Ebulfi, Lexoviensis diocesis, de assensu episcopi, ad divini cultus augmentum duas capellanias ordinari fecit, mandans in eis duos perpetuos capellanos institui, certis ad hoc redditibus assignatis, ex quibus capellani ipsi perpetuo sustententur : quarum unam Riccardo, nepoti suo, reliquam tibi mandavit in suo testamento conferri. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, ut unam dictarum capellaniarum libere recipere ac eam cum predicta ecclesia sancti Johannis licite retinere valeas, auctoritate tibi presentium indulgemus, proviso ne predicta ecclesia sancti Johannis debitibus defraudetur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, kalendas februarii, anno secundo. »

1127

Latran, 9 février 1256.

Episcopo et capitulo Rossensibus quasdam ordinationes a beatae memoriae Roberto, episcopo Rossensi, praedecessore

ALEXANDRE IV, t. I

in utilitatem ecclesiae ejus factas et a praefato episcopo suppletas confirmat. (REG. 24, f. 139, ann. II, c. 108; POTTHAST 16239.)

« ... , episcopo. et capitulo Rossensibus. Cum a nobis —. Dat. Laterani. V idus februarii, anno secundo. »

1128

Latran, 13 février 1256.

Indulget, ut fratres Cluniacenses, cum ad monasterium Cluniacense pro generali capitulo singulis annis accedant, ad capitula alterius ordinis accedere compelli nequeant. (REG. 24, f. 139^v, ann. II, c. 109; POTTHAST 16253.)

« ... , abbatii, et conventui Cluniacensibus. Justis petentiis etc. usque : complere. Cum igitur, sicut ex parte nostra fuit propositum coram nobis, fratres vestri ordinis ad monasterium vestrum ad generale capitulum singulis annis accedere teneantur, quia presidentes capitulis provincialibus alterius ordinis eosdem fratres accedere ad capitula ipsa, quorum statuta diversa sunt a statutis Cluniacensis capituli, pro sua voluntate compellunt, nos, attendentes quod indignum esset predictos fratres per diversa capitula quod hactenus factum non extitit fatigari, ut iidem fratres ad capitula alterius ordinis accedere compelli non possint, vobis et eisdem fratribus auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani. idibus februarii, anno secundo. »

1129

Latran, 26 janvier 1256.

[Prandotae], episcopo, et capitulo Cracoviensibus libertates a Bolezlao, duce Cracoviae ac Sandomeriae, ejusque progenitoribus eis eorumque ecclesiae concessas, sed nunc ab eodem duce, quia in eis ambiguitatis remanserat scrupulus, declaratas, ac una cum G[rinizlava], dueissa, matre ejus, libertates et exemptiones saecularium exactionum concessas eisdem ac universo clero civitatis et diocesis Cracoviensium confirmat, inserto tenore litterarum concessionis ipsius (« In colloquio habito in Zavichost cum baronibus nostris, anno gratie MCCCCLV, kalendis maii. ») (REG. 24, f. 139^v, ann. II, c. 109^v; POTTHAST 16210.)

« ... , episcopo, et capitulo Cracoviensibus. Justis petentiis etc. usque : complere —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1130

Latran, 21 janvier 1256.

Capitulo Cracoviensi libertates et exemptiones saecularium exactionum confirmat, quas Bolezlaus, Cracoviae et Sandome-

riæ dux, ad expiandum delictum a Bolezlao, quondam Polonorum rege, in praeclarum martyrem et pontificem Stanizlaum commissum et pro remedio animae patris sui ducis Lezconis, matris suac ducissæ Grimizlavæ et consortis suac Cungundis filiae regis Hungarorum, contulit, inserto concessionis hujus instrumento. (« Datum in Cracovia .. anno ab incarnatione Domini M^oCC^oLV, indictione XIII, XV kalendas junii, et postmodum confirmatum et publicatum in colloquio habito apud Bansonam eodem anno Domini, nonis septembbris. ») (REG. 24, f. 141, ann. II, c. 109³; POTTHAST 16201.)

« *Capitulo Cracoviensi. Justis petentium etc. usque : complere —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno secundo.* »

1131

Latran, 12 février 1256.

[Bolezlao], duci Cracoviæ, gratulatur de libertatibus et immunitatibus, quibus Cracoviensem ecclesiam decoravit, eique significat se illas confirmasse, « illis dumtaxat omissis articulis qui libertati ecclesiastice obviant. » (REG. 24, f. 140^v, ann. II, c. 109⁴; POTTHAST 16250.)

« *Nobili viro duci Cracovie. Sicut bone fame —. Dat. Laterani, II idus februarii, anno secundo.* »

1132

Latran, 9 février 1256.

Universis Christi fidelibus ecclesiam b. Stanizlaui, ab Innocentio papa praedecessore sanctorum ascripti catalogo, in die et infra octavas translationis ejusdem sancti visitantibus, indulgentiam XL dierum concedit. (REG. 24, f. 141, ann. II, c. 109⁵; POTTHAST 16242.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is de —. Dat. Laterani, V idus februarii, anno secundo.* »

1133

Latran, 3 janvier 1256.

Eisdem, aliunde quam de civitate vel diocesi Cracoviensibus ad tumulum s. Stanizlaui accendentibus, veneraturis ejus merita et devote ipsius suffragia petituris, indulgentiam centum dierum elargitur. (REG. 24, f. 141, ann. II, c. 109⁶; POTTHAST 16162.)

« *Eisdem. Licet is etc. —. Dat. Laterani, III nonas januarii, anno secundo.* »

1134

Latran, 7 décembre 1255.

Jacobo, patriarchæ Jerosolymitanæ, apostolicae Sedis legationem in Terra Sancta confert. (REG. 24, f. 141, ann. II, c. 110.)

« *Jacobo, patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Ad statum Terre Sancte intime considerationis aciem dirigentes, eo propensioris vigilante studio circa ipsius profectus intendere cogimur. quo eam fidei nostre actorem donis excellentioribus dinoscimus decorasse. Cum enim operis exhibitione mentis affectio designetur. non est dubium quin ad eam, quam sui ortus ipse presentia illustravit variisque miraculorum insignivit prodigiis, exuberaverit nostri dilectio redemptoris. Et quidem hec est illa terra. quam a patribus nostris hereditario jure possideri decrevit et de qua gloria dicta sunt hactenus a prophetis. Et quidem hec est illa terra. ubi fidei nostre primum jubar effulsit et ubi nostre salutis remedia primitus sunt peracta. Digne itaque ipsius exemplo, cuius licet immeriti vicarii sumus in terris, plenius informati et magisterio eruditæ, ad illius Terre conservationem et robur quam idem dominus sic insignem reddidit, sic dilexit intendimus et ad id, plerisque aliis sollicitudinibus pretermisis, cura nos amonet et sollicitat pastoralis. Verum quia non quacumque auctoritas volvis commissa protenditur illic esse possumus presentia corporali, illius exemplo edocti, qui existens ubique utpote incircumscripibilis et immensus angelos suos facit spiritus et ministros, qui inclinata celorum altitudine ut hominem redimeret factus homo discipulos quos elegit in universum mundum misit evangelium predicare. dum necesse habemus levare oculos in circuitu et considerare filios terram inhabitantes eandem. nec eos possumus personaliter visitare, accrescente affectu quod aspectui denegatur. per alios de quibus indubitatam fiduciam gerimus illos ad salutem erudire scientes hujusmodi sollicitudinem compellimus exercere : propter quod tibi quem carum habemus, tuorum exigentia meritorum, plene legationis officium tam in provincia Jerosolimitana quam etiam in exercitu christiano. ubicumque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fueris, de fratribus nostrorum consilio duximus committendum, firmam spem fiduciæque tenentes ut. cum semper dilexeris justitiam et iniquitatem odieris tibi presto sit indicium rationis, recta reges et diriges indirecta asperaque convertes in plana. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta in mandamus quatinus hujusmodi onus prompta et devota mente suscipiens, illud, de divina gratia et apostolica auctoritate confisus, diligenter ac efficaciter exequaris; ita quod ex hoc acquiras premium Redemptoris predicti*

et a nobis valeas merito commendari. Nos enim contradictores et rebelles quoslibet per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, quibuscumque privilegiis seu indulgentiis Sedis apostolice vel legatorum ipsius per que nullum cuiquam in hac parte volumus afferri suffragium nequaquam obstantibus, liberam tibi concedimus facultatem. Si vero alium legatum de latere nostro ad partes illas destinari contigerit, volumus ut ob prefate Sedis reverentiam non exequaris premissae legationis officium, eodem legato inibi existente. Dat. Laterani, VII idus decembris, anno primo. »

1135

Latran, 9 février 1256.

Fratribus hospitalis b. Mariae ad S. Gallum Florentini concedit facultatem eis procurandi elemosinas ad opus pauperum. (Reg. 24, f. 141^v, ann. II, c. 111.)

« ... magistro et fratribus hospitalis beate Marie ad Sanctum Gallum Florentini. Hospitale vestrum cupientes in spiritualibus dirigi et temporalibus augmentari, constituendi tam vestro quam Romane Ecclesie nomine, ad quam ipsum hospitale nullo medio dicitur pertinere, aliquas personas idoneas vestras et ipsius ecclesie nuncios, sindicos et autores ad omnia hospitalis vestri negotia tam in judicio quam extra utiliter procuranda, et maxime ad litteras ab archiepiscopis et episcopis ad subjectos sibi populos super elemosinis ad opus pauperum in hospitali vestro degentium exhortatorias obtinendum, plenam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, V idus februarii, anno secundo. »

1136

Latran, 18 janvier 1256.

Ordinationem Johannis, Leodiensis episcopi, de magnae parochialis ecclesiae de Lewis servitio et oblationibus, confirmat. (Reg. 24, f. 141^v, ann. II, c. 112.)

« ... abbatii et conventui sancti Petri in Filiderbeke, Leodiensis diocesis, ..., decano et capitulo ecclesie sancti Dynissii Leodiensis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Oblata siquidem nobis vestra petitio patefecit, quod bone memorie Johannes, Leodiensis episcopus, prudenter attendens quod parrochia ecclesie de Lewis, Leodiensis diocesis, magna esset et eadem ecclesia in proventibus habundaret, de sapientum consilio vestro-

que consensu, qui sicut asseritis jus obtinetis in dicta ecclesia patronatus, deliberatione provida ordinavit quod ecclesiam ipsam, prout spectat ad vos, conferre alicui de cetero non possitis nisi sacerdoti juranti se illi personaliter servitum. Ordinavit etiam quod sacerdos, cui dicta pro tempore conferetur, curam gerat ipsius qui pro sustentatione ac unius sacerdotis in hujusmodi servitio assistentis sibi omnes oblationes ipsius ecclesie percepturus, diocesano et archidiacono loci de suis juribus respondere ac ferre omnia alia ejusdem ecclesie onera necnon et vobis fidelitatem exhibere ac jurare quod hanc ordinationem observet fideliter, teneatur. Hoc addito, quod de oblationibus ipsis vobis X libras Lovaniensis monete dare debeat annuatim, certis terminis persolvendas, cum ollationum earundem residuum possit sufficere ad premissa ; alii etiam redditus, quos sacerdos ecclesie predicte qui investitus vulgariter dicebatur ibidem et in ecclesiis de Bethle et de Brging dependentibus ab eadem solebat percipere, in vestros communiter usus cedant ; ita tamen quod ipsorum medietas inter canonicos ecclesie vestre, filii decane et capitulum, qui horis canonicis ipsius ecclesie quadregismali tempore interfuerint, dividatur. Altera vero medietas in usus infirmarie vestre filii abbas et conventus, integra convertatur. Sacerdos quoque instituendus in ecclesia de Lewis prefata in jamdictis ecclesiis dependentibus alios instituat pro tempore sacerdotes qui deserviant in eisdem, vobis de hujusmodi redditibus ecclesiarum dependentium quos idem investitus ut dictum est solebat percipere responsuri, prout in litteris ejusdem episcopi super hoc confectis dicitur plenius contineri. Cui ordinationi dilecti filii .., Leodiensis electus, episcopi jamdicti successor, et .., archidiaconus loci, sicut asseritur consenserunt. Nos igitur, vestris precibus annuentes, ordinationem hujusmodi ratam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii. anno secundo. »

1137

Latran, 12 février 1256.

Archidiacono Brixensi mandat, ut Gerardo, canonico Cremonensi, cuius pater A[n]dreas de Trecio pro devotione Ecclesiae per quondam Fr[edericu]m II] dudum imperatorem ignominioso occisus fuerat, ejus filii bonis omnibus destitutis, quique, de mandato I[gnac]entii IV] papae archipresbytero et multis aliis canonicis Pergamensibus sigillatum ostendo, in canonicum Pergamensem receptus fuit, praebenda autem alio

collata, praebendam conferri faciat. (REO. 24, f. 141v, ann. II, c. 113; RÖDNERG, t. III, n° 428.)

« ... archidiacono Brixiensi. Sua nobis Gerardus —.
Dat. Laterani, II idus februarii, anno secundo. »

1138

Latran, 8 février 1256.

Petro, episcopo Magalonensi, concedit facultatem absolvendi pro violenta injectione manuum scholares ad Montem Pessulanum studentes. (REO. 24, f. 141v, ann. II, c. 114.)

« Petro, episcopo Magalonensi. Quere[n]tibus in agro scolastici studii scientie margaritam merito apostolicus favor impenditur, cum, per sapientum sapientiam ignorantie depulsa caligine, decor domus Domini copiosius augeatur. Sane, sicut nobis tua fraternitas insinuare curavit, cum ad Montem Pesulanum, Magalonensis diocesis, causa predicti studii quod ibi sollempniter regitur, ad auriendas sapientie aquas de fontibus discipline scolarium copiosa confluat multitudo, contingit interdum quod eorum aliqui per violentam injectionem manuum in se ipsos in sententiam ineidunt contra tales a canone promulgatam, et ex eis aliqui divinis se immiscent officiis sie ligati, super quo, ne eisdem scolaribus incepsum deserendi studium materia subtrahatur, salubre adhiberi remedium postulasti. Nos itaque, tuis postulationibus benignius annuentes, absolvendi scolares ipsos ab excommunicationis sententia quam pro injectione hujusmodi incurrerunt vel incurrent in posterum juxta formam Ecclesie vice nostra, nisi forsitan adeo gravis fuerit et enormis excessus quod merito pro absolutionis beneficio ad Sedem apostolicam sint mittendi, ac etiam dispensandi cum illis ex eis qui clerici fuerint super irregularitatis macula, si quam immiscendo se divinis non tamen in contemptum clavium absolutionis non obtento beneficio forsitan incurrerunt vel incurrent etiam in futurum, et injungendi eis quod de jure fuerit injungendum et injungi talibus consuevit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Presentibus post triennium etc. Dat. Laterani, VI idus februario. anno secundo. »

1139

Latran, 9 février 1256.

Cessionem ad firmam pro centum et viginti marcis sterlingorum ecclesiae de Hugate, Eboracensis diocesis, monasterio s. Mariae Eboracensis factam ab Alberto Archili rectore ejusdem ecclesiae, confirmat, inserendo instrumentum cessionis ad firmam, procurationem recipiendi ab abbe s. Mariae Ray-

nerio Bellindoto mercatori Florentino datam, procurationemque cedendi Vetulo presbytero s. Ambrosii Parmensis costatam, licentiamque Innocentii IV papae. (REO. 24, f. 142, a.n. II, c. 115.)

« Alberto Archili, capellano nostro, rectori ecclesie de Hugate, Eboracensis diocesis. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod. cum .., abbas, et conventus monasterii sanete Marie Eboracensis, ordinis sancti Benedicti, ad recipiendum ecclesiani tuam de Hugate, Eboracensis diocesis, ad firmam pro certa pecunie quantitate tibi in festo beati Johannis Baptiste annis singulis persolvenda. Raynerium Bellindoti, mercatorem Florentinum, procuratorem constituerint specialem. idem R. dictam ecclesiam a Vetulo, presbytero, rectore ecclesie sancti Ambrosii Parmensis, procuratore tuo, ad perpetuam firmam nomine dictorum abbatis et conventus pro centum et viginti quinque marcis Sterlingorum tibi annuatim solvendis sub certis conditionibus et penis recepit, prout in instrumento publico exinde confecto plenus continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, quod in hac parte factum est, ratum et gratum habentes, ac supplentes defectum, si quis est in hujusmodi contractu circa sollempnitatem juris. de plenitudine potestatis illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem dicti instrumenti presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

22 février 1253.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen.
» Anno Nativitatis ejusdem M^oCC^oLIII^o, indictione XI^a,
» mensis februarii die XXII^a, pontificatus domini
» Innocentii pape IIII anno X. In presentia mei No-
» clerii scriinarii et testium subscriptorum ad hoc
» specialiter vocatorum et rogatorum, Raynerius Bel-
» lindote, civis Florentinus, procurator religiosorum
» virorum .., abbatis et conventus monasterii beate
» Marie Eboracensis, habens mandatum a dictis ab-
» bate et conventu recipiendi ad firmam ecclesiam de
» Hugate, Eboracensis diocesis, a domino Alberto Ar-
» chili, rectore ipsius ecclesie, nepote domini pape, ad
» perpetuum dicti Alberti pro centum et viginti quin-
» que marcis bonorum novorum et legalium Sterlingo-
» rum, tredecim solidis et quatuor Sterlingis pro
» marca qualibet computandis, prout in litteris inde
» confectis sigillo dictorum abbatis et conventus sigil-
» latis plenus continetur, quarum tenor inferius po-
» netur : data etiam ipsi Raynero procuratori plena et
» libera potestate per sanctissimum patrem dominum

» Innocentium, divina providentia summum pontificem,
 » obligandi predictos abbatem et conventum et bona
 » dicti monasterii ad dictam quantitatem certo termino
 » sub pena solvendam, prout in litteris domini pape
 » exinde confectis cum vera bulla plumbea bullatis
 » plenius continetur, quarum tenor inferius subiecitur
 » de verbo ad verbum. Raynerius nomine dictorum
 » abbatis et conventus recepit ad firmam ad perpe-
 » tuum dicti rectoris ecclesiam memoratam a domino
 » Vetulo. rectore ecclesie sancti Ambrosii de Parma,
 » procuratore dicti rectoris habente ad hoc manda-
 » tum ab ipso, cuius tenor inferius annotabitur,
 » pro centum et viginti quinque marcis bonorum
 » novorum et legalium Sterlingorum, tredecim so-
 » lidis et quatuor Sterlingis pro marea qualibet
 » computandis, solvendis a nominatis abbatem et con-
 » ventu quolibet anno in festo beati Johannis Bap-
 » tiste Londoniis apud Novum Templum. Prima vero
 » solutio ipsius pecunie de firma predicta fieri de-
 » bet prima vice in festo proximo futuro beati Johan-
 » nis Baptiste apud Novum Templum Londoniarum.
 » in anno domini M^{CC}LIII. et deinde quolibet
 » anno tantundem in eodem loco et festo. Promisit in-
 » super dictus Raynerius nominato procuratori prefati
 » rectoris nomine recipienti et eidem rectori per eum
 » sollempniter stipulanti se, nomine predictorum ab-
 » batis et conventus, et ipsos abbatem et conventum,
 » de speciali auctoritate domini pape dicto procura-
 » tori in hac parte concessa, soluturos pro firma pre-
 » dicta prelibatas centum et viginti quinque marcas
 » sterlingorum loco et termino superius annotatis.
 » Promisit etiam dictus procurator, ab eodem domino
 » papa ipsi Raynero ad hoc potestate concessa. nomi-
 » nato procuratori ipsius rectoris nomine recipienti et
 » suo ac ipsius nomine stipulanti penam viginti mar-
 » carum sterlingorum novorum pro qualibet cessatione
 » si predictam quantitatem pecunie supra expressis loco
 » et termino non solverint abbas et conventus memorati.
 » Promisit etiam dictus Raynerius, ipsorum abbatis et
 » conventus nomine, refundere et restaurare omnes ex-
 » pensas et dampna ac interesse, que ipse rector vel
 » ejus nuncius propter predicta seu occasione predic-
 » torum incurrit vel sustinuerit, super quibus damp-
 » nis, expensis et interesse restituendis simplici verbo
 » ipsius rectoris vel ejus procuratoris aut nuncii me-
 » morati abbas et conventus sancte Marie Eboracensis
 » credere teneatur sine alterius onere probationis et
 » aliqua cause cognitione et judicis taxatione; et omnes
 » domos, grangias, libros, ornamenta, cancellum et
 » omnia alia ad dictam ecclesiam spectantia idem

» abbas et conventus conservabunt illesa, et sustine-
 » bunt, omnia onera ipsius ecclesie debita et consueta
 » extraordinaria vero que ad dictum rectorem pertine-
 » bunt et facient dicti abbas et conventus ipsi ecclesie
 » per capellanum et clericos idoneos deserviri decen-
 » ter. Preterea promisit dictus procurator, ipsorum ab-
 » batis et conventus nomine, quod de quinquennio in
 » quinquennium predicti abbas et conventus renova-
 » bunt hoc instrumentum ad voluntatem dicti domini
 » Alberti vel sui procuratoris; quod, si facere renue-
 » rent, cadant in penam centum librarum sterlingorum
 » novorum prefato domino Alberto vel suo procuratori
 » ad suam voluntatem sine aliqua conditione persol-
 » vendam. Quod etiam idem procurator prefato domino
 » Vetulo suo et dicti rectoris nomine stipulanti sol-
 » lempniter repromisit. Si vero dictus rector per ordi-
 » narium loci aliquod dampnum occasione firme pre-
 » dicte incurrit sive sustinuerit, dictus procurator
 » promisit, ipsorum abbatis et conventus nomine, quod
 » omne dampnum recipient super ipsos et ipsum rec-
 » torem indempnem conservabunt et singulis annis
 » solvent eidem domino Alberto vel ejus nuncio dictas
 » centum et viginti quinque marcas sterlingorum sine
 » aliqua diminutione. prout superius est expressum:
 » pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter
 » observandis et adimplendis plenarie, dictus procurator
 » se, procuratorio nomine predictis abbatem et conventu-
 » necnon et ipsos abbatem et conventum et successores
 » eorum et monasterium ipsum predicto rectori princi-
 » pales personas constituit debitores et pagatores, et
 » ipsos abbatem et conventum et omnia bona ipsius
 » monasterii mobilia et immobilia, presentia et futura,
 » ecclesiastica, mundana et temporalia predicto procu-
 » ratori ipsius rectoris nomine recipienti obligavit et
 » renuntiavit. Sane in premisis omnibus dictus pro-
 » curator, procuratorio nomine dictorum abbatis et
 » conventus et successorum suorum, omni juris et le-
 » gum auxilio, canonici et civilis consuetudini et sta-
 » tuto, privilegio fori beneficio restitutionis in inte-
 » grum et omnibus constitutionibus eujuscumque
 » legati apostolice Sedis, omnibus apostolicis litteris
 » et indulgentiis a Sede apostolica impetratis ac etiam
 » impetrandis. constitutioni de duabus dietis edite in
 » concilio generali, qua non obstante dictus rector vel
 » ejus nuncius memoratos abbatem et conventum et
 » successores suos, presentes vel absentes a loco, ubi-
 » libet, coram quocumque judice ordinario vel etiam
 » delegato super premissis trahere in causam possint
 » et libere convenire et omnibus exceptionibus, actioni-
 » nibus et defensionibus personalibus et realibus que

» possent obici contra hoc instrumentum vel factum.
 » Et hec omnia et singula ego ipse Noelerius pro pre-
 » dicto rectore a dicto procuratore nomine suo et dic-
 » torum abbatis et conventus sollempniter promittente
 » stipulatus sum.

» Exemplum procurationis dictorum abbatis et con-
 » ventus hoc est :

York, juillet 1252.

» Universis presentes litteras inspecturis. Thomas,
 » divina miseratione abbas sancte Marie Eboracensis.
 » et ejusdem loci conventus, ordinis sancti Benedicti.
 » Eboracensis diocesis, salutem in Domino. Noverit
 » universitas vestra nos fecisse, constituisse et ordi-
 » nasse dilectos nostros Raynerium Bellindoti et Car-
 » linum Guiberti vel quemcumque de societate filii
 » Falconerii Florentini in Curia domini pape presen-
 » tem fuerint, nostros certos nuncios et procuratores in
 » solidum ad recipiendum nomine nostro ecclesiam de
 » Hugate, Eboracensis diocesis, ad firmam a discreto
 » viro domino Alberto Archili, nato quondam Symonis
 » Archilis militis Parvensis, nepote domini pape, rec-
 » tore ecclesie de Hugate supradicte ad perpetuum
 » ipsius rectori annuatim sibi vel suo certo nuncio
 » solvendum centum et viginti quinque marcas Ster-
 » lingorum in festo sancti Johannis Baptiste apud No-
 » vum Templum Londoniarum pro ecclesia supradicta
 » et ad recipiendum confirmationem a domino papa
 » nomine nostro, super hoc ratum et gratum semper
 » habituri quicquid dicti Raynerius et Carlinus vel
 » eorum alter aut aliquis de societate predicta super
 » premissis omnibus nomine nostro et ecclesie nostrae
 » duxerint sive duxerit faciendum. In cuius rei testi-
 » monium, presentibus litteris sigilla nostra apponi
 » fecimus. Datum apud Eboracum publice in capitulo
 » nostro, mense julio, anno domini M^oCC^oLII^o.

» Hoc est exemplum litterarum domini pape :

Pérouse, 19 février 1253.

» Innocentius, episcopus servus servorum Dei, dilecto
 » filio Raynero Bellindoti, civi Florentino, salutem et
 » apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii .., abbas,
 » et conventus monasterii sancte Marie Eboracensis,
 » ordinis sancti Benedicti, te ad recipiendum ecclesiam a
 » dilecto filio Alberto Archili, nepote nostro, rectore
 » ipsius ecclesie, pro certa pecunie summa solvenda
 » eidem Alberto annis singulis in festo Beati Johannis
 » Baptiste procuratorem constituerint specialem, sicut
 » in litteris inde confectis plenius continetur : quia ta-
 » men dictum monasterium vel ejus bona pro hiis ob-

» servandis ex forma mandati predictorum abbatis et
 » conventus semiplene concepti non poteras obligare,
 » nos, ut contractus hujusmodi majorem habeat firmi-
 » tatem, obligandi propter hoc ipsu[m] monasterium et
 » bona ejusdem predicto rectori, tam pro firma ipsius
 » ecclesie solvenda Londoniis apud Novum Templum
 » in dicto termino quam pro penis, dampnis, expensis et
 » interesse de quibus prefati abbas et conventus sim-
 » pli verbo ipsius rectoris vel ejusdem nuncii credere
 » tenentur, plenam tibi et liberam auctoritate presen-
 » tium concedimus facultatem. Nulli etc. usque : con-
 » traire. Si quis etc. usque : incursum. Dat. Perusii,
 » XI kalendas martii, pontificatus nostri anno decimo.
 » « Exemplum procurationis domini Vetuli faete a
 » domino Alberto Archili hoc est :

Bologne, 28 décembre 1252.

« Anno Domini M^oCC^oLIII^o, indictione XI^a, die quarto
 » exeunte decembris, coram testibus infrascriptis, do-
 » minus Albertus Archilis, nepos domini pape, cano-
 » nicus Parmensis et rector ecclesie de Hugate. Ebo-
 » racensis diocesis, constituit, ordinavit atque fecit
 » dominum Prepositum, canonicum Parmensem, et do-
 » minum Vetulum, rectorem ecclesie sancti Ambrosii
 » de Parma, quemlibet eorum in solidum, suos procu-
 » ratores, ad locandum et dandum prebendas suas quas
 » habet in Anglia ad firmam et ad impetrandum, com-
 » mittendum, contradicendum et ad omnia et singula
 » facienda que ipsem facere posset et que per procu-
 » ratorem fieri possunt, promittens michi Petrizolo, no-
 » tario infrascripto, stipulanti nomine et vicedictorum
 » procuratorum, habere ratum et firmum quicquid per
 » ipsos factum fuerit in predictis vel quolibet predi-
 » torum. Actum Bononie, in sala domus domini Galvani
 » in qua habitat dictus dominus Albertus : presente
 » domino Aritino mercatore de Florentia. Alfano de
 » Castellione Garfagnani, domino Anselmo de Sancto
 » Vitale, testibus rogatis et vocatis. Et ego Petrizolus,
 » filius Hugolini Lamberti, imperiali auctoritate nota-
 » riis, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi. Actum
 » Perusii coram hiis testibus et hoc specialiter rogatis
 » et vocatis, scilicet domino Guillelmo magistro scola-
 » rum Parmensi, sacrosante Romane Ecclesie vice
 » cancellario, magistro Alberto de Parma, magistro
 » Adegerio, domini pape scriptoribus, magistro Pan-
 » gratino de Regio, magistro Rufino, rectore ecclesie
 » sancte Marie de Girovallis de Placentia, et magistro
 » Jacobo, canonico Fesulano. Ego Noelerius, auctoritate
 » imperiali scrinarius, predictis omnibus interfui et
 » hoc instrumentum de utriusque partis assensu scripsi

» et complevi rogatus, quod ad cautelam ne possit in
» posterum dubitari, prefatus vicecancellarius, in cuius
» presentia hec facta fuerunt, fecit sui sigilli una cum
» sigillo dictorum procuratorum muniniine roborari. »
Nulli etc. nostre suppletionis et confirmationis etc.
Dat. Laterani, V idus februarii, anno secundo. »

1140

Latran, 8 février 1256.

Capitulo Cassellensi consuetudines, privilegia etc. confirmat. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 115².)

« ... decano, et capitulo Cassellensibus. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, omnes ecclesie vestre consuetudines rationabiles et antiquas a vobis et vestris predecessoribus hactenus pacifice observatas, necnon libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ecclesie prefate concessis, necnon exemptiones secularium exactionum a regibus, princibus (*sic*) et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Dat. Laterani. VI idus februarii, anno secundo. »

1141

Latran, 28 janvier 1256.

Oddoni Caputio, in episcopum Cataniensem ab Innocentio papa praefecto, tunc capellano ejusdem papae, in ecclesia sua secure morari non valenti, concedit facultatem percipiendi cum integritate ejus proventus omniaque beneficia, omnes provenitus et praebendas, universa jura ecclesiastica quae promotionis tempore obtinebat, servandi, donec, regno Siciliae in statum quietum redacto, possit in praedicta ecclesia residere. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 116.)

« Oddoni Caputio, electo Cathaniensi. Clara probitatis tue —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo. »

1142

Latran, 28 janvier 1256.

Eidem indulget, ut, non obstante termino sex mensium pro consecratione recipienda statuto, munus consecrationis recipere minime teneatur, donec possit in ecclesia Cataniensi residere. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 116².)

« *Eidem*. Quia dudum plures —. Dat. ut supra. »

1143

Latran, 10 février 1256.

Magistro Roberto de S. Agatha indulget, ut, praeter ecclesiastica beneficia jam obtenta, duo similia beneficia curam animarum habentia recipere et, unum resignans, aliud recipere valeat. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 116³.)

« Magistro Roberto de Sancta Agatha, canonico Lincolnensi. Volentes tibi tue —. Dat. Laterani, IIII idus februarii, anno secundo. »

1144

Latran, 15 février 1256.

Magistro Adae de Evesham indulget, ut duo ecclesiastica beneficia curam animarum annexam habentia, quae in Ebora-censi et Lincolnensi diocesis sine dispensatione apostolica obtinebat, possit retinere et unicum aliud beneficium recipere et duorum praedictorum alterum pro alio mutare. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 117.)

« Magistro Ade de Evesham, clero Wigorniensis diocesis. Volentes tibi tue —. Dat. Laterani, XVI kalendas martii, anno secundo. »

1145

Latran, 5 février 1256.

Abbatissae et conventui monasterii s. Stephani de Ruta vivendi formulam de regula s. Benedicti pro illis excerptam confirmat. (REG. 24, f. 143, ann. II, c. 118; POTTHAST 16230.)

« ... abbatisse, et conventui monasterii sancti Stephani de Ruta, Ferrariensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Solet annuere etc. usque : impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, devotionis vestre supplicationibus inclinati, vivendi formulam de regula sancti Benedicti ad mandatum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri per viros religiosos et literatos ordinis fratrum Minorum pro vobis tunc alicujus specialis regule observantiis non astrictis excerptam et a nobis piis precibus postulatam, vobis providentia misericordi concedimus et auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Statuentes ut tam per vos quam per illas que vobis successerint in monasterio vestro perpetuo formula hujusmodi observetur. Nulli etc. nostre concessionis, confirmationis et constitutionis etc. Dat. Laterani, nonis februarii, anno secundo. »

1146

Latran, 10 février 1256.

Magistro David indulget, ut, cum archidiaconatu Derby

et praebenda Lincolnensis ecclesiae enram animarum habentibus, possit ecclesiam de Parthen ei ab episcopo Lincolnensi commendataam retinere et unicum aliud beneficium recipere et unum commutare pro alio. (Reg. 24, f. 143v, ann. II, c. 119.)

« *Magistro David, archidiacono Derebye.* Volentes tibi tue —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno secundo. »

1147

Latran, 10 février 1256.

Episcopo Magalonensi exponenti, quod, in villa S. Crucis sita in comitatu Melgorii et Montis Ferrandi quem a Romana Ecclesia tenet in feudum, nonnulli mercatores a strata publica divertentes per novas semitas incedunt ut pedagium non solvant, mandat, quatinus id statuat faciendum, per quod talium obvietur fraudibus. (Reg. 24, f. 143v, ann. II, c. 120.)

« .., episcopo Magalonensi. Exposita coram nobis fraternitatis tue petitio continebat, quod tu ac predecessores tui, Magalonenses episcopi, ratione comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem a Romana Ecclesia sub censu annuo tenes in feudum, in villa Sancte Crucis sita in comitatu eodem, Magalonensis diocesis, consuevisti pedagium percipere a mercatoribus partium transeuntibus, a tempore ejus memoria non existit. Sed nonnulli mercatores a strata publica divertentes per novas remitas prope stratam ipsam incedunt, ut te possint hujusmodi pedagio per declinationem loci in quo illud solet colligi defraudare, in Ecclesie Romane ad quam ipsius comitatus dominium pertinet et tuum ac Magalonensis ecclesie prejudicium non modicum et gravamen. Quare humiliter petebatur a nobis, ut, cum sit dolosorum fraudibus et presertim que vergere noscuntur in manifestum ecclesie detrimentum circumspectionis apostolice remediis obviandum, tibi concedere ac mandare, ut a talibus qui certum et consuetum pedagii locum per fraudis astutiam sic declinant, in quoemque loco ipsius comitatus tibi videbitur expedire, pedagium, ac si per hujusmodi certum locum transitum facerent, exigi facias consuetum. Contradictores et rebelles et eis qui eisdem divertentibus presentarent in hoc consilium, auxilium vel favorem per censoram ecclesiasticam compescendo de apostolice Sedis providentia curaremus. Quocirca mandamus, quatinus super hoc auctoritate nostra id discretione previa statuas faciendum, per quod talium obvietur fraudibus et rectitudo justifie non ledatur. Contradictores. Invocato etc. Dat. Laterani ut supra. »

1148

Latran, 10 février 1256.

Guillelmo, abbati et conventui Cluniacensibus confirmat instrumentum, Laterani mense decembris MCCLV redactum, quod eos liberat et quittat de sex milibus libris Turonensium a Bonaventura Bernardini aliasque mercatoribus Senensibus mutuatis. (Reg. 24, f. 144, ann. II, c. 121; BERNOCILLI, *Acta pontificum helvetica*, t. I, n° 653.)

« .., abbati et conventui Cluniacensibus. Exigentibus vestre devotionis —. Cum itaque, sicut lecta coram nobis vestra petitio continebat, Bonaventura Bernardini, Bartholomeus Guidi, cives et mercatores Senenses, pro se ipsis et Rolando Bonsignoris, Hugolino Bellimonti, Capucino Bucci et aliis eorum sociis et concivibus suis, vobis satisfacentibus de sex milibus libris Turonensium dictis mercatoribus que vos ab eisdem mutuo recepistis pactum, refutationem et quitationem de ipsis sex milibus ulterius nullatenus repetendis fecerunt generalem, volentes omnia instrumenta et litteras super mutuo ipso confecta nullius esse valoris, prout in instrumento publico confecto exinde plenius continetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, refutationem et quitationem hujusmodi ratam habentes et gratam, ac instrumenta et litteras, si qua super dicto mutuo forsitan apparerent, nullum obtinere robur firmitatis penitus decernentes, eam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : confirmamus (*sic pro communimus*). Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus, qui talis est :

Latran, décembre 1255.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen.
» Anno Nativitatis ejusdem M^oCC^oLV^o, indictione
» XIII^o, mense decembris, die XIII^o pontificatus do-
» mini Alexandri pape III anno primo. In presentia
» mei Noblerii serinarii ac testium subscriptorum ad
» hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Bonaventura
» Bernardini, Bartholomeus Guidi, cives et mercatores
» Senenses, pro se et Rolando Bonsignoris, Hugolino
» Belmontis, Capicino Bucci et Andrea Jacobi ac aliis
» eorum sociis et concivibus suis, quitaverunt, libera-
» verunt finem perpetuum et generalem refutationem
» et pactum ulterius de non plus petendo venerabili
» patri domino Guillelmo, Dei gratia abbati monasterii
» Cluniacensis, suo et conventus sui ac sui monasterii
» nomine recipienti, fecerunt, videlicet de omnibus ju-
» ribus, actionibus utilibus et directis, tacitis et ex-
» pressis, generalibus et specialibus, realibus et perso-
» nalibus, petitionibus, penis, dampnis, expensis et
» interesse, que et quas usque nunc adversus ipsum

» abbatem et conventum monasterii Cluniacensis et
 » ipsum monasterium habuerunt vel deinceps quoquo-
 » modo habere possent undecumque et quomodocum-
 » que, generaliter et specialiter, ratione et occasione
 » sex milium librarum Turonensem, in quibus ipse
 » dominus abbas et conventus ipsius monasterii ac ip-
 » sum monasterium nominatis mercatoribus teneban-
 » tur ex causa mutui, sicut in instrumento publico
 » manu mei seriniarii inde confecto plenarie contine-
 » tur : quod instrumentum, rogationes et protocolla ac
 » litteras dictorum abbatis et conventus de mutuo con-
 » trahendo sive certa summa, una cum litteris testimo-
 » nialibus domini abbatis Majoris monasterii Turo-
 » nensis, prefati mercatores volunt quod sint cassa et
 » vacua et nullius valoris atque momenti consistant,
 » imimo pro vacuis, cassis, irritis et inanibus de cetero
 » penitus habeantur. Hanc autem quitationem, libera-
 » tionem, finem perpetuum et generalem refutationem
 » prefato domino abbati, suo et conventus sui et dicti
 » monasterii Cluniacensis nomine recipienti, prefati
 » mercatores, suo et sociorum suorum nomine reci-
 » pientes, fecerunt pro eo quod confessi sunt et recog-
 » noverunt satisfactum esse de predicta summa pecu-
 » nie Hugolino Bellimontis, Capicino Bucci et Andree
 » Jacobi sociis suis in Nundinas Latiniacenses apud
 » Latiniaenum proxime preteritas; ita ut amodo inantea
 » sepefati dominus abbas et conventus sui ac ipsum
 » monasterium quieti, pacifiei et tranquilli et ab omni
 » lite ac questione perpetuo remoti, quod nec ab ipsis
 » mercatoribus vel a sociis suis vel ab aliqua ab eis
 » submissa vel submittenda persona movebitur ipsis
 » abbati et conventui molestia vel litis calumpnia seu
 » controversia de premissis, et quod jus suum quod in
 » predictis omnibus habuerunt se nulli dedisse, do-
 » nasce, cessisse et concessisse vel aliquem inde con-
 » tractum alieni fecisse; promittentes insuper dicti
 » mercatores pro se et sociis suis quod, quamecitus pre-
 » dictum instrumentum de dictis sex milibus librarum
 » Turonensem et litteras de mutuo contrahendo sive
 » certa summa cum litteris testimonialibus predictis
 » rehahere seu recuperare poterunt, pro eo quod sunt
 » et fuerunt in una, amissa predictis abbati et conven-
 » tui incisa et cancellata reddere firmiter promiserunt;
 » quam refutationem et omnia supradicta et singula
 » promiserunt dicti mercatores pro se et sociis suis
 » perpetuo rata et firma habere et contra non venire
 » sub obligatione omnium bonorum suorum; voluerunt
 » insuper, quod, si predicte littere que sunt amissae rein-
 » venirentur, reddantur abbati et monasterio supra-
 » dictis et nullius valoris atque momenti penitus con-

» sistant, et quicquid ipsarum auctoritate fieri et sit
 » cassum, irritum et vacuum. Actum Laterani coram
 » hiis testibus, scilicet : fratribus Petro priore sancti
 » Victoris Gebennensis teste, Galerio fisico dicti ab-
 » batis teste, Gerardo teste, Werico teste, et Johanne
 » de Cusentiis monachis dicti monasterii testibus. Ego
 » Noclerius, auctoritate imperiali scrinarius, predictis
 » omnibus interfui et hoc instrumentum serpsi et
 » complevi rogatus. »

Nulli etc. nostre constitutionis etc. Dat. Laterani,
 III idus februarii, anno secundo. »

1149

Latran. 16 février 1256.

Fratrem Thomam, tunc monachum monasterii s. Laurentii
 de Aversa, quem in abbatem monasterii Omnim Sanctorum,
 Barensis dioecesis, Octavianus s. Mariae in Via Lata cardinalis
 et legatus praefecit, confirmat, litteras Octaviani datas Capuae,
 nonis januarii MCCLVI, inserendo. (Reg. 24, f. 144, ann. II,
 c. 122.)

« Fratri Thome, abbati monasterii Omnim Sanctorum,
 Barensis dioecesis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam
 Ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum, sicut ex parte
 tua fuit propositum coram nobis, dilectus filius noster
 O., sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, tunc
 in regno Sicilie apostolice Sedis legatus, te, tunc mo-
 nachum monasterii sancti Laurentii de Aversa, ordi-
 nis sancti Benedicti, monasterii Omnim Sanctorum,
 Barensis dioecesis, ejusdem ordinis, ad Romanam
 Ecclesiam ut dicitur immediate spectantis, prout ex
 concessa sibi a nobis auctoritate poterat, in abbatem
 prefecerit et pastorem, sicut in litteris ejusdem legati
 sigillo signatis confectis exinde plenius continetur,
 nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem le-
 gato factum est in hac parte, ratum habentes et gratum,
 id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : com-
 munimus. Tenorem litterarum ipsius legati presenti-
 bus inseri facientes. qui talis est :

Capoue, 5 janvier 1256.

« Octavianus, miseratione divina sancte Marie in
 » Via Lata diaconus cardinalis, apostolice Sedis lega-
 » tus, viro religioso fratri Thome, monacho monasterii
 » sancti Laurentii de Aversa, ordinis sancti Benedicti,
 » salutem in Domino. Dibitum (sic) officii nostri requi-
 » rit, ut, inter sollicitudines alias quibus assidue pre-
 » minur specialiter circa ecclesias sollertia adhiben-
 » tes, ipsarum utilitatibus intendamus, in eo maxime
 » ut viduatis, ne longe vacationis dispendia patiantur,

» de talium cederiter nostre diligentie studio provideatur substitutione pastorum, per quos spiritualiter et temporaliter auctore Deo continuum suscipient incrementum. Hinc est quod, cum monasterium Omnium Sanctorum, Barensis dioecesis, ordinis sancti Benedicti, Romane Ecclesie ut dicitur immediate subjectum, diu fuerit pastoris solatio destitutum multisque propter hoc ipsum subjectum periculis, gravia in spiritualibus et temporalibus detrimenta non sit dubium incurrisse, nos, volentes eidem monasterio, ne dampna ex longiori vacatione graviora subiret, salubriter providere, te auctoritate qua fun- gimus ipsi monasterio in abbatem preficimus et pastorem, sperantes quod tua circumspectione laudabili et providentia circumspecta monasterium ipsum tam circa spiritualia quam temporalia gratis auctore Domino proficiet incrementis. Non obstante quod monasterium ipsum euidam monacho fratri Dionisio nonne concessum vel commissum per nos extitit, donec videlicet de alio monasterio provideretur eidem. In cuius rei testimonium, presentes litteras nostras inde tibi concessimus nostro sigillo munitas. Dat. Capue, nonis Januarii, pontificatus domini Alexандri pape III anno secundo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, XV kalendas martii, anno secundo.

1150

Latran, 18 février 1256.

Philippe de S. Cruce, protontino Baroli et Monopoli, confirmat concessionem casalium de Terlicio et Aricarro in justitiaratu sitorum terrae Barensis, quam quondam Fredericus II imperator apud Laudunum mense decembris MCCXXXVIII contulit privilegio, Johannesque Bonus, Anconitanus episcopus, Octaviani cardinalis et legati vicarius generalis, apud Trandum IIII kalendas augusti MCCLV de novo fecit. (Reg. 24, f. 144, ann. II, c. 123.)

« Nobili viro Phylippo de Sancta Cruce, protuntino Baroli et Monopoli, fidei nostro. Exigentibus tue devotionis —. In nostra siquidem constitutus presentia refulisti, quod, cum quondam Fredericus imperator, dum adhuc in apostolice Sedis devotione persisteret, de Terlicio et Aricarro casalia sita in justitiaratus (sic) terre Barensis cum juribus et pertinentiis suis tibi tuisque heredibus in perpetuum, prout spectabat ad eum, liberalitate munifica et provida contulisset, tandem venerabilis frater noster .., episcopus Anconitanus, tunc in partibus illis generalis vicarius dilecti filii nostri O. sancte Marie in Via Lata diaconi cardi-

alis in regno Sicilie apostolice Sedis legati, de mandato et auctoritate ipsius hujusmodi concessionem confirmans, ad tuam heredumque tuorum caudam premissa tibi et heredibus eisdem de novo concessit, prout in patentibus litteris ipsius episcopi confessis exinde plenus continetur. Nos itaque, tuis devotis supplicationibus inclinati, quod ab eodem Frederico et episcopo super hoc provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

Trani, 29 juillet 1255.

« Nos Johannes Bonus, miseratione divina Anconitanus episcopus, venerabilis patris domini O., sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis apostolice Sedis legati, in terra Bari et terra Ydenti (sic) vicarius generalis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod Phylippus de Sancta Cruce, protontinus Baroli et Monopoli, presentavit nobis apud Tranum quoddam privilegium indultum sibi et suis heredibus a domino Frederico quondam imperatore, cuius continentia talis est :

Décembre 1238.

« Fredericus etc. Notum facimus universis quod nos, attendentes fidelitatis et devotionis plenitudinem quam Phylippus de Sancta Cruce, filius Senoricii de Monopoli, fidelis noster, constanter exhibuisse gnovimus, ad supplicationem fratris Hermanni domus Hospitalis sancte Marie Theuthonicorum in Jerusalem, damus et concedimus eidem Phylippo et suis heredibus in perpetuum Terlicium et Arricarum sita in terra Bari cum omnibus hominibus, juribus et pertinentiis eorum, ita tamen ut a nobis in capite teneat quod Terlicium a comitatu Licii duximus eximendum : pro quorum servitio, de equite uno et balistario uno se et heredes suos curie nostre in generali regni exercitu juxta consuetudinem regni servire mandamus de gratia speciali. Non obstante quod de hiisdem locis maius servitium esset nostre curie faciendum. Unde ad futuram memoriam et sui et heredum caudam, presens privilegium sibi fieri fecimus, sigillo nostre celsitudinis duximus communiri. Dat. apud Laudunum, anno dominice incarnationis M^oCC^oXXX^oVIII^o, mense decembris, XI^o indictione. »

« Nos igitur, attendentes grata servitia et sineceram devotionem et puram fidem quam idem Phylippus erga Romanam Ecclesiam matrem exhibuit et in fu-

» turum poterit exhibere, auctoritate nobis concessa a
 » predicto domino legato, donationem et concessionem
 » predictorum locorum de speciali gratia nunc duxi-
 » mus confirmandam, et ad majorem cautelam sui suo-
 » rumque heredum, ne eis exinde calumpnia aliqua
 » possit fieri, de novo sibi suisque heredibus ipsa loca
 » concedimus et donamus, nonobstante donatione(m)
 » predictorum locorum facta(m) per eundem domi-
 » num Fredericum quondam imperatorem Phylippo
 » Girardo vel Johanni Galvano vel Guillelmo Cinardo,
 » consanguineis suis. Ad hujusmodi autem rei memo-
 » riam et predicti Phylippi et suis heredibus (*sic*) cau-
 » telam et robur in perpetuum valitulum, nostre confir-
 » mationis scriptum exinde sibi fieri fecimus et sigillo
 » nostro muniri. Dat. apud Tranum, sub anno dominice
 » incarnationis, anno M^oCC^oLV^o, pontificatus domini
 » nostri Alexandri pape III anno primo, mense au-
 » gusti. III kalendas ejusdem, indictione XIII^a. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 XIII kalendas martii, anno secundo. »

1151

Latran, 16 février 1256.

Fratrem Hugonem de Nisum, canonicum ecclesiae b. Petri Jerosolimitani, ab Innocentio IV papa in episcopum Sebastiensem praefectum, quem Odo Tusculanus episcopus per annulam investivit, administrationem episcopatus Sebastiensis nunc ab hostibus fidei detenti committendo, confirmat, et refert litteras Odonis, Romae II idus februarii MCCLVI datas. (Reg. 24, f. 144v, ann. II, c. 124.)

« Fratri Hugoni de Nisum, capellano nostro, canonico ecclesie beati Sepulcri Jerosolimitani. Felicis recordationis I. papa predecessor noster venerabili fratri nostro ..., episcopo Liddensi, ejusque college, suas, prout accepimus, olim direxit litteras continentem, ut de Sebastiensi episcopatu ecclesie Cesariensi metropolitico jure subjecto, ejus collatio per vacationem diutinam erat ad Sedem apostolicam legitime devoluta, tibi auctoritate apostolica provideret. Cum autem tu de hujusmodi gratia nullum adhuc sis commodum assecutus, venerabilis frater noster O., Tusculanus episcopus, procurationem, curam et administrationem predicti episcopatus in spiritualibus et temporalibus, quousque in ipso qui nunc ab hostibus tui detinetur possis in episcopum et pastorem prefici, tibi de speciali mandato et auctoritate nostra commisit ac etiam de ipso te per suum anulum investivit, prout in ejus litteris inde confessis et suo sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem

episcopo Tusculano in hac parte factum est, ratum habentes et firmuni, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

Rome, 12 février 1256.

« Odo. miseratione divina Tusculanus episcopus, di-
 » lecto sibi in Christo fratri Hugoni de Nisum, capel-
 » lano domini pape, canonico ecclesie dominici Sepul-
 » cri Jerosolimitani, in vero salutari salutem. Debitus
 » virtuti favor impenditur cum benemeriti congruis
 » muneribus honorantur. Sane circumspecta benig-
 » nitas Sedis apostolice sua venerabili fratri nostro ...
 » episcopo Liddensi, ejusque college direxit litteras
 » continentem, ut de Sebastiensi episcopatu ecclesie
 » Cesariensi metropolitico jure subjecto, ejus collatio
 » per vacationem diutinam est ad eandem Sedem legi-
 » time devoluta. tibi auctoritate apostolica providerent.
 » Cum autem tu de hujusmodi gratia nullum adhuc sis
 » commodum assecutus, nos, de speciali mandato et
 » auctoritate domini pape, volentes quod et gratia ipsa
 » persone tue fructuosa reddatur, et idem episcopatus
 » propter vacationem hujusmodi gravem in bonis suis
 » non sustineat lesionem. tibi procurationem, curam
 » et administrationem ipsius in spiritualibus et tem-
 » poralibus, quousque in ipso qui nunc ab hostibus
 » fidei detinetur possis in episcopum prefici ac pasto-
 » rem, plene committimus et te de ipso per nostrum
 » anulum investimus. In ejus rei testimonium, pre-
 » sentes litteras fieri fecimus et nostri sigilli munimine
 » roborari. Actum Rome, anno Domini M^oCC^oLVI^o,
 » II idus februarii, pontificatus domini Alexandri
 » pape III anno secundo. »

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 XV kalendas martii, anno secundo. »

1152

Latran, 18 février 1256.

Fidelibus Sebastiensis ecclesiae mandat, quatinus Hugoni de Nisum tanquam eorum pastori obedient. (Reg. 24, f. 144v, ann. II, c. 124.)

« Canonicis et clericis religiosis aut secularibus ecclesie Sebastiensi subjectis. Felicis etc. usque : devoluta, dilecto filio fratri Hugoni de Nisum, capellano nostro, canonico ecclesie dominici Sepulcri Jerosolimitani, auctoritate apostolica provideret; cum autem idem canonicus de hujusmodi gratia nullum adhuc sit commodum assecutus, venerabilis frater noster O.. Tusculanus episco-

pus. procreationem, curam et administrationem predicti episcopi in spiritualibus et temporalibus, quousque prefatus canonicus in ipso qui nunc ab hostibus fidei detinetur possit in episcopum et pastorem prefigi, sibi de speciali mandato et auctoritate nostra communis ac ipsum etiam de illis per suum annulum investivit, prout in ejus litteris inde confectis et suo sigillo munitis plenius continetur. Quia vero nos id per litteras nostras duximus confirmandum, universitatem vestram rogamus et hortamur attente mandantes quatenus predictum capellatum, cum ad vos pervenerit, devote ac ylatteriter admittentes, ei condignum impendatis honorem et, super hiis que administratio sibi commissa requirit, eidem aut nunciis seu procuratoribus ejus diligenter ac efficaciter intendatis, ita quod vestra sinceritas propter hoc apud nos laudis et favoris premium mereatur. Alioquin sententiam etc. usque : observari. Datum Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. canoniceis Sebastiensis ecclesie in transmarinis seu cismariis partibus constitutis presentes litteras inspecturis.

In e. m. populo civitatis Sebastiensis usque : mereatur. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo.

In e. m. episcopo Cesariensi usque : confirmandum, fraternitatem rogamus et hortamur attente, mandantes quatinus predicto capellano, cum ad partes illas pervenerit, affectum plene caritatis exhibeas et favoris oportuni presidium largiaris, ut sollicitudinem sibi traditam possit liberius ac facilius prosequi et nos tibi exinde specialius gratias referamus. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1153

Latran, 19 février 1256.

Fratri Hugoni de Nisum praedicto concedit, quatinus semper pro dominici Sepulcri Jerosolymitani canonico habeatur. (Reg. 24, f. 145, ann. II, c. 124³.)

« *Fratri Hugoni de Nisun, capellano nostro, canonico Dominic Sepulcri Jerosolimitani.* Devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, non obstante quod procuratio, cura et administratio episcopatus Sebastiensis pastore vacantis, qui nunc ab hostibus fidei detinetur, tibi auctoritate apostolica est commissa, semper pro Dominic Sepulchri Jerosolimitani canonico habearis. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1154

Latran, 18 février 1256.

Electo Gurcensi concedit. ut a quocumque maluerit epि-

scopo possit in episcopum consecrari. (Reg. 24, f. 135, ann. II, c. 125.)

« ... electo Turonensi [sic]. Personam tuam sinecera diligentes in Domino caritate, petitionibus tuis benignum accomodamus auditum, eas precipue ad exauditionis gratiam admittendo que tuum honorem et commodum specialiter respicere dinoscuntur. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, petendi ab ... electo Salzburgensi, metropolitano tuo, ut munus consecrationis tibi per aliquem de suffraganeis suis impendi mandaret, non fueris in mora et ab ipso utepte a spiritualium et temporalium administratione suspenso id ad presens nequeas obtinere, nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, a quocumque malueris archiepiscopo vel episcopo gratiam et communionem apostolice Sedis habente, possis in episcopum consecrari. Nolumus autem ut per hoc eccliesie Salzburgensi aliquod in posterum prejudicium generetur. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1155

Latran, 12 février 1256.

Scholastico ecclesiae Lovaniensis, Leodiensis diocesis, mandat quatinus praebendam quondam Brunonis ecclesiae S. Johannis Leodiensis Godefrido de Hakendeve conferat. (Reg. 24, f. 145, ann. II, c. 126.)

« ... scolastico ecclesie Lovaniensis. Leodiensis diocesis. Dilectus filius Godefridus de Hakendeve, canonicus ecclesie sancti Johannis Leodiensis, sua nobis petitione monstravit, quod ipse in dicta ecclesia auctoritate apostolica receptus extitit in canonicum et in fratrem. Verum cum, sicut ipsius canonici habet assertio, in dicta ecclesia prebenda per mortem quondam Brunonis ejusdem ecclesie canonici debita sibi vacarit, provideri sibi de ea a nobis humiliter postulavit. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, praebendam bujusmodi cum juribus et pertinentiis suis canonico memorato per te vel per alium auctoritate nostra, amoto ab ipsa quolibet detentore illicito, conferas et assignes, inducens ipsum vel procuratorem ejus aut alium ipsius nomine in corporalem possessionem ejusdem et defendens inductam. Contradictores etc. Dat. Laterani, II idus februarii, anno secundo. »

1156

Latran, 11 février 1256.

Magistro Waltero, archidiacono Surreye, qui de mandato

Innocentii papae pro negotiis Romanae Ecclesiae plurimum laboravit, subiendo propter hoc pericula et expensas, concedit facultatem resignandi usque ad quinquennium unum de beneficiis suis et recipiendi loco ejus aliud beneficium. (REG. 24, f. 145, ann. II, c. 127.)

« Magistro Waltero, archidiacono Surreye, Wintoniensis diocesis. capellano nostro. Volentes tibi qui —. Dat. Laterani, III idus februarii. anno secundo. »

1157

Latran, 21 février 1256.

Monasterium s. Petri Cluniacensis sub beati Petri et sua protectione suscepit, possessiones ejus propriis expressas vocabulis, statuta etc., ad instar I[noceotii III] papae, communis. (REG. 24, f. 145, ann. II, c. 128; BERNOULLI, *Acta pontificum helvetica*, t. I, n° 654.)

« ... abbatii monasterii sancti Petri Cluniacensis ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religionis monastice modernis temporibus speculum et in Galliarum partibus documentum. beati Petri Cluniacensis monasterium ab ipso sue fundationis exordio Sedi apostolice in jus proprium est oblatum. Provide predecessores nostri Romani pontifices locum ipsum singularis dilectionis ac libertatis prerogativa donarunt et universa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus munierunt. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementer annuimus, et prefatum Cluniacense monasterium quod specialiter beati Petri juris existit, ad instar felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, sub ejusdem beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentium scriptorum patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam ac institutionem Cluniacensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste ac canonice pos[s]idet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis dñximus vocabulis exprimenda : locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis : in Bur- gundia, Carum locum, Martinacum, Paredum, Sanctum Marellum Cabilonensem, Virgiacum, Troaldum et omnes alios prioratus et cellas, possessiones et jura

que habetis in provincia Lugdunensi. Ultra Ararim, Nantuacum, Guiniacum, monasterium de Vallibus Polliniacum, monasterium de Alta Preta, Vallem Clusam. Ultra jugum Romanum, monasterium Paterniacum, Insulas et omnes prioratus et cellas, possessiones et jura que in illa parte Burgundie sive in Theutonia possidetis. In provincia Viennensi, Sanctum Vietorem Gebennensem, Condaminensem. Burgetum, Dominam Lavard. et omnia loca et jura que in ipsa Viennensi provincia possidetis. In Provincia, Sanctum Saturninum, Tornacum, Podium de Canagobia, extra Montem Pesulanum, Clunisetum et cetera loca vestra in Provincia constituta. In Wasconia, Bearenacum, Moriacum, Sanctum Orientum, Sanctum Montem et omnia loca vestra que in Wasconia possidetis. Præterea Silviniacum, monasterium Cessimense, Sanctum Florum, Voltam, Sanctum Eutropium, Magonem, Agiam, Monasterium de Caritate cum omnibus pertinentiis suis, Sanctum Stephanum, Sanctum Salvatorem Nivernensem, Sanctum Martinum de Campis, Longum Pontem, Gaiam, Sanetam Margaritam in Campis cum grangiis de Matri curia et de Sancta Petronilla et omnibus pertinentiis suis, Crispacum, Consiacum, Lehunum cum prioratibus Sancti Laurentii et Sancti Nicolai, quos prior Lehunensis monasterio suo cum eorum pertinentiis noviter aquisivit, Sanetam Margaritam in Codunum, Mondiderium, Abbatis villam, Sanctum Lupum, monasterium Sanetorum Cosme et Damiani, Froc Wille renangias, et quicquid in Bituricensi, Burdegalensi, Remensi, Senonensi, Treverensi et Rothomagensi provinciis possidetis.

Monasterium Lewense Lentonis. Montem Acutum, Tefford, Lebdecumbam. Opeforde et Tileessore villas cum omnibus appendiciis. Carum, Sanctam Mariam de Nigera, Sanctum Zoilum de Carrione. Villam francam, Sanctam Columbam de Burgis Cornelianam, monasterium Pontidense, monasteria Sancti Majoli Papiense. Sancti Gabrielis Cremonense, et monasterium Sancti Pauli de Argone, cellam de Bertreis et cellam de Namachia et quicquid in Anglia, Ispania, Lombardia et in Leodiensi diocesi possidetis.

In Tuscia, juxta criptas Sanctam Mariam de Aqua Viva, in civitate Tuscanensi, Sanctum Johannem de Podio, Sanctum Petrum de Aliano; et in Sicilia, prioratum de Sacco cum omnibus pertinentiis suis.

Sane laborum vestrorum decimas pro quibus tam vos quam alios monastice religionis viros inquietare episcopi consueverunt, illorum videlicet quos dominicaturas appellant, qui vestro sumptu et monasterii et cellarum vestrarum clientibus excolluntur, sine omni

episcoporum et episcopalium ministrorum contradictione deinceps habeatis quietetius (*sic*), qui vestra peregrinis fratribus et pauperibus erogatis. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit absque abbatis sui licentia de Cluniacensi claustro discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum captione nullus audeat retinere; quod, si quis forte retinere presumpserit, licitum sit vobis in ipsos monachos vel conversos regulari sententiam promulgare. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium capituli vestri providentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestre utilitatem; quod si facere presumperit, non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea vobis sit in causis propriis, sive civili, sive criminalem contingat questionem, fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium jus vestrum in aliqua valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel alia quecumque persona ad synodos vel congressus vos ire compellat, nec ad domos vestrarum causa ordines celebrandi, causas tractandi vel congressus aliquos publicos convocandi, vel missas etiam celebrandi, nisi ab abbate fuerit invitatus, accedat.

Statuitus (*sic*) etiam ut ecclesie omnes, cimiteria, monachi, clerici et laici universi infra terminos habitantes qui sunt a rivo de Salnai et ab ecclesia Rusiaci et Cruce de Lornant, a termino quoque molendini de Tornasach per villam que dicitur Varenna cum nemore Burserio, a termino que dicitur Perois usque ad Rivum de Salnai sub apostolice tamen Sedis jure ac tutione permaneant; neque ipsum Cluniacensis loci presbyteri aut etiam parochiani ad eujuslibet nisi Romanis pontificis vel ejus legati et Cluniacensis abbatis cogantur ire synodum vel conuentum.

Sane propter abbatis monachorum seu clericorum infra predictos terminos habitantium ordinatione; pro crismatis confectione, pro sacri olei ecclesiarum et altarium consecratione et cimenteriorum benedictione, Cluniacense monasterium quem maluerit autistitem convocet, gratiam et communionem apostolice Sedis habente[m]. Cluniacenses vero monachos ubilibet habitantes, nulla omnino persona, preter Romanum

Pontificem et legatum qui ad hoc missus fuerit, excommunicet aut etiam interdicat. Ita tamen ut circa legatos apostolice Sedis obedientia vel reverentia debita per hoc nullatenus minuatur. Tibi etiam, fili abbas, et per te monasterio Cluniacensi concedimus, ut in processionibus missarumque sollemniis, tam tu quam successores tui, mitra, anulo, cirothecis, sandaliis et aliis pontificalibus insigniis uti possitis, benedictionemque sollempnem super populum facere, ad divini nominis gloriam et monasterii Cluniacensis honorem. Illud autem districtius inhibemus, ne quis possessiones, bona vel jura monasterii vestri preter Sedis apostolice conscientiam cui specialiter est subjectum quolibet modo alienare vel antiquas et rationabiles ipsius monasterii consuetudines et hactenus observatas violare presumat. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Percussuram quoque proprii numismatis vel monete, sicut hactenus est obtentum, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Ad hec adicimus, ut, in omnibus prioratibus et cellis que nunc sine proprio abbatte vestro regimi sunt subiecte, nullus futuris nunquam temporibus abbatem ordinare presumat. Sed tam prioratus ipsi et celle quam et cetera in quibuslibet locis omnia, quibus Cluniacensis ecclesia tempore Arvernensis concilii, quod per felicis memorie Urbanum papam predecessorem nostrum celebratum est, investita erat, de quibus tunc nulla questio mota est, tam tibi fili abbas quam successoribus tuis in pace semper et quiete serventur, illis dumtaxat exceptis, que per auctoritatem Sedis apostolice sunt ab illo statu mutata. Pro altaribus et ecclesiis sive decimis vestrī, nulli episcoporum facultas sit gravamen vobis indebitum irrogare, sed sicut eorum permissione quedam ex parte, quedam ex integro habuistis, ita futuris temporibus habeatis. Geterum omnes ecclesie que ubilibet posite sunt seu capelle vestre et cimiteria libera sint et omnis exactio[n]is immunitia, preter censuram episcopi paratam et justitiam canoniam in presbiteros qui adversus ordinis sui offenderint dignitatem. In parochialibus vero ecclesiis quas habetis, liceat vobis seu fratribus vestrī sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare; quibus, si idonei fuerint, episcopus euram animarum committat ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus, debeant respondere.

Quam si committere illis quod absit ex pravitate noluerint, tunc presbyteri apostolice Sedis benignitate officia celebrandi dummodo sint idonei licentiam consequantur. Ecclesiarum vero seu altarium consecrationes, si dioecesani episcopi gratis voluerint exhibere, a quolibet catholico suscipiatis episcopo gratiam et communionem apostolice Sedis habente. Nec cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione divinorum officiorum suspensionem aliquatenus patientur. Sed tamen monachi ipsi quam et famuli eorum et qui se professioni monastice deoverunt, clausis ecclesiarum januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrent et peragant debita sepulture. Ceterum abbatias quas predecessores nostri Romani pontifices vostris predecessoribus concesserunt, nos quoque vobis et successoribus vestris duximus concedendas, aut (*sic*) per industriam vestram religionis status in eis auctore Domino conservetur: Videlicet abbatias sancti Marcialis Lemovicensis, Monasterii novi Pictaviensis, Sancti Johannis Angeliacensis, monasterii Lesatensis, Moysiensis, Figiacensis, Manziacensis, Tiernensis et Sancti Germani Autisiodorensis. Illud nichilominus statuentes, ut in eis sine abbatis Cluniacensis consilio abbas nullatenus eligatur. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere voluntates, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra terminos sacri banni quos supradictus Urbanus papa distinxit seu infra clausuras locorum vel grangiarum vestrarum nullus homo, cuiuscumque conditionis aut potestatis existat, invasionem, predam aut rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere seu homicidium perpetrare presumat. Preterea omnes libertates etc. ut in communi privilegio usque: communimus. Decernimus ergo etc. usque: profutura. Salva apostolice Sedis auctoritate et dioecesanorum episcoporum canonica justitia in ecclesiis non exemptis. Si qua igitur in futurum etc. usque: ultioni. Cunctis autem etc. usque: pacis inventant. Amen. amen. amen. Dat. Laterani per manum Guillelmi magistriscolarum Parmensium sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, X kalendas martii, indicatione XIII, incarnationis Dominice anno M^oCC^oLV^o, pontificatus vero Domini Alexandri pape IV anno secundo. »

1158

Latran, 12 février 1256.

Clero civitatis et dioecesis Menevensium mandat, quatinus

Riccardo, in episcopum eorum electo, obedientiam debitam exhibeant. (Reg. 24, f. 146, ann. II, c. 129.)

« *Clero civitatis et dioecesis Menevensium. Ecclesia Menevensis pastoris solatio destituta. dilecti filii capitulum ipsius convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium Riccardum, Menevensem electum, tunc ejusdem ecclesie canonicum, in eorum episcopum concorditer postularunt et, postulationem suam nobis per communes nuncios presentantes, ut cum eo, qui de clero in ordinibus constituto minoribus et soluta genitus fuerat, misericorditer agere dignaremur. humiliiter supplicarunt. Nos igitur, attentes honestatem morum, vite meritum, donum scientie, famam persone sue a pluribus approbate, neconon et commune votum capituli supradicti, sibi ad postulatam dispensationis gratiam suffragari: et sperantes ex bonis que de sue circumspetionis industria predicanter, quod eadem ecclesia sub suo regimine grata suscipiet Deo propitio in spiritualibus et temporalibus incrementa, postulationem predictam duximus de fratum nostrorum consilio et liberalitate benignitatis apostolice admittendam, eumdem preficiendo ipsi ecclesie in pastorem. Quocirea universitatem vestram monendum duximus et hortandum per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, ipsi electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliiter intendentis, exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salutaria monita et mandata suscipiendo humiliiter et inviolabiliter observando. Alioquin sententiam etc. usque: observari. Dat. Laterani, II idus februarii, anno secundo. »*

1159

Latran, 11 février 1256.

Infrascriptis mandat, ut eidem Riccardo possessiones, jura et alia bona episcopatus Menevensis faciant assignari, « detentores hujusmodi bonorum in quorum possessione bone memorie T., episcopus Menevensis, ipsius electi predecessor, fuisse dinoscitur, ad id et contradictores si qui fuerint per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo. » (Reg. 24, f. 146, ann. II, c. 129².)

« ... Londoniensi, et ... Wigorniensi episcopis, et ..., decano Lincolniensi. Menevensis ecclesia pastoris —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno secundo. »

1160

Latran, 8 février 1256.

Dispensat matrimonium inter Gaufridum de Cella Draconis,

Turonensis diocesis, et Julianam de Exclusa. (Reg. 24, f. 146, ann. II, c. 130.)

« ... archiepiscopo Turonensi. Fraternitatis tue precibus annuentes, dispensandi cum Gaufrido de Cella Draconis, tue diocesis laico, et Juliana de Exclusa, uxore sua, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo invicem se contingunt, in contracto matrimonio licite remanere possint, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Laterani, VI idus februarii, anno secundo. »

1161

Latran, 19 février 1256.

Fratribus Hospitalis s. Johannis in Jerosolimitana provincia constitutis mandat, quatinus patriarcham Jerosolimitanum sicut apostolicae Sedis legatum recipient. (Reg. 24, f. 146, ann. II, c. 131.)

« ... magistro, preceptoribus, conventibus, universis fratribus Hospitalis Sancti Johannis in Jerosolimitana provincia constitutis. Cum venerabili fratri nostro ... patriarche Jerosolimitano, tam in provincia Jerosolimitana quam etiam in exercitu christiano ubicumque pro subsidio Terre Sancte in dicta provincia fuerit plene legationis officium de fratrum nostrorum consilio duxerimus committendum, universitatì vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus ipsum sicut apostolice Sedis legatum, immo verius nos in ipso, studeatis devote recipere ac honorifice perfractare, sibique favorabiliter ac fideliter assistentes, ipsius salubria monita et mandata recipiatis humiliter et irrefragabiliter observetis, quamdiu predicte legationis officium exequetur. Alioquin sententiam quam idem rite etc. usque : observari. Non obstante si vobis aut familie vestre communiter vel divisim ab eadem Sede indulatum existat, quod interdici, suspendi et excommunicari sive quod extra certa loca evocari ad judicium non possitis, et quibuslibet aliis apostolicis vel legatorum Sedis jadidice indulgentiis obtentis vel etiam in posterum obtinendis, nisi Seden apostolice indulgentie obtinende plenam et expressam de presentibus fecerint mentionem. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. ..., magistro, conventui ac universis fratribus Sancti Lazari in Jerosolimitana provincia constitutis. Cum venerabili fratri nostro ... patriarche etc. ut in alia usque in finem.

In e. m. ..., magistro, preceptoribus, conventibus et universis fratribus domus Militie Templi in Jerosolimitana provincia constitutis.

In e. m. ..., magistro, conventibus ac universis fratribus domorum sancte Marie Theutonicorum in Jerosolimitana provincia constitutis.

1162

Latran, 18 février 1256.

Patriarchae Jerosolymitano concedit facultatem providendi sex clericis, singulis videlicet de singulis beneficiis, in ecclesiis legationis ejus. (Reg. 24, f. 146^v, ann. II, c. 131^v.)

« ... patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Cum tibi in provincia tua plene legationis officium duxerimus committendum, volentes personam tuam in tuis dono specialis gratie honorare, serenitati tue providendi per te vel per alium sex clericis tuis, singulis videlicet de singulis beneficiis prebendalibus vel aliis sive curam habeant sive non animarum annexam, in ecclesiis tue legationis cathedralibus vel aliis, ita quod in una eccllesia non nisi unico provideatur, et faciendi eos vel procuratores ipsorum corum nomine recipi in ecclesiis in quibus eis provideris, si collegiate existant, in canonicos et in fratres, neconon et contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, statuto ecclesiarum ipsarum de certo canonorum numero et quolibet alio sive consuetudinibus contrariis juramento vel confirmatione Sedis apostolice seu quacumque alia firmitate vallatis, et si prelatis aut personis sive capitulis carundem ecclesiarum ab eadem Sede indultu existat quod ad eujusquam provisionem vel receptionem compelli, sive quod de beneficiis ad eorum collationem vel presentationem spectantibus aliqui eis invitatis nequeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet indulgentia dicte Sedis vel legatorum ipsius, per quam possent forsitan se tueri et de qua facienda esset in litteris nostris mentio specialis, seu si in ecclesiis, in quibus eisdem clericis providendum duxeris, direximus scripta nostra pro aliis quibus etc. usque : generari, nequaquam obstantibus, liberam presentium tenore concedimus facultatem. Ita tamen quod, si dietis clericis vel eorum aliquibus de beneficiis curam habentibus provideris, iidem quibus sic provisum fuerit in beneficiis ipsis residentiam personalem et ad ordines quos cura ipsa requiret se statutis temporibus faciant promoveri. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1163

Latran, 11 février 1256.

Jacobinorum scolarem, oatum Radulfi de Mantua, in canon-

cum plebis de Pontenorio, Placentinae diocesis, receptum, nullo tunc beneficio in ipsa vacante, confirmat, dummodo non sit de hiis qui excluduntur per constitutionem suam. (REG. 24, f. 146^v, ann. II, c. 132.)

« Jacobino Scolari, nato Radulfi de Mantua. Justis pertinentium etc. usque : complere —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno secundo. »

1164

Latran, 16 février 1256.

Nicolao, rectori ecclesiac de Novis Villis, Catalannensis diocesis, qui meritis competentis litterature juvat et qui G. S. Eustachii diaconi cardinalis capellanus existit, dispensat, ut aliud beneficium ecclesiasticum recipiat. (REG. 24, f. 146^v, ann. II, c. 133.)

« Nicolao, rectori ecclesie de Novis Villis, Cathalaunensis diocesis. Meritis laudabilis conversationis —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1165

Latran, 16 février 1256.

Philippo de Sancta Cruce confirmat officium protontinatus in civitate Monopolitana et in Barolo, cuius Johannes Bonus, Anconitanus episcopus, Octaviani cardinalis et legati vicarius generalis, apud Brundusinum XV septembribus MCCLVI, servitia et jura enumeravit. (REG. 24, f. 146^v, ann. II, c. 134.)

« Nobili viro Phylippo de Sancta Cruce, protuntino Baroli et Monopolitano, fidieli nostro. Pura fides quam ad nos et Romanam Ecclesiam habere dinosceris, nostrum instanter sollicitant animum, ut de te tamquam de fideli filio et devoto propensius cogitantes, non solum tua tibi jura integra et illesa servemus, immo quantum cum Deo possumus augeamus. Cum itaque in nostra proposuisti presentia constitutus, venerabilis frater noster .., Anconitanus episcopus, tunc vicarius in iustitiaribus terre Bari et terre Ydronti dilecti filii nostri O. Sancte Marie in Vialata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, officium protuntinatus quod in civitate Monopolitana et in Barolo, antequam ad devotionem redires Ecclesie, exercuisse dinosceris, tibi tuisque heredibus per suas duxerit litteras confirmandum, prout in eisdem litteris super hoc confectis dicitur contineri, nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hoc provide factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Et ut majore erga nos et Romanam Ecclesiam devotione ferreas,

predictum officium tibi et eisdem heredibus in devotione ipsius Ecclesie persistentibus de novo concedimus de gratia speciali. Tenorem litterarum ipsarum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Brindes, 15 septembre 1256.

« Nos, Johannes Bonus, miseratione divina Anconitanus episcopus, venerabilis patris domini O. Sancte Marie in Vialata diaconi cardinalis, apostolice Sedis legati, in terra Bari et terra Ydronti vicarius generalis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos, attentes fidem puram, devotionem sinceram necnon grata et accepta servitia que Phylippus de Sancta Cruce, protontinus Baroli et Monopolitanus sacrosancte Romane Ecclesie, contulit hactenus et in posterum conferre valebit, ut eundem et fideles ceteros, habita de servitiis que gerunt compensatione delita meritorum, ad similia et potiora major fidei fervor accendat, protontinatus officium quod, retroactis temporibus, idem Phyliippus in predictis terris Baroli et Monopolis exercevit et ad presens exerceat, eidem et suis heredibus, auctoritate nobis commissa, pro parte sacrosancte Romane Ecclesie concedendum duximus et in perpetuum confirmandum : ut amodo officium ipsum in eisdem terris ad honorem et fidelitatem predicte Romane Ecclesie sine alieujus molestia vel contrarietate, pacifice, fideliter, quiete debeant exercere : pro cuius labore serviti, feudo digno et mercede debita volumus munerari. Siquidem sibi et suis heredibus domum Curie que est in Barolo in pictagio Marsecani prope ecclesiam Sancti Nicolai et in vicino porte Sancti Leonardi, quam domum tenet Ribaldinus, et uncias XXV annis singulis et in duana Baroli de proventibus Curie et totidem uncias in civitate Monopoli de ipsius preventibus civitatis, sibi et heredibus suis in perpetuum habere et percipere feudabiliter duximus concedendum.

Ita tamen ut ipse in galeis dictarum civitatum, quotiens eas armari contigerit, pro servitio Curie de domo sua ad ipsarum defensionem earum in singulis galeis arma ferrea quadraginta dare in servitio Curie teneatur, nec stipendia petent a Curia ipse vel sui filii qui protontinatus fungerentur officio, cum pro servitio Curie iverint cum galeis, sed phendo eis pro ipso servitio constituto erunt contenti. Verum si, quod absit, tempestate maris vel hostium, arma in dictis galeis posita amitti contigerit in servitio Curie, eisdem restituantur, ut ipsi habeant et conservent ad opus et servitium gallearum, quibus armis non

» restitutis, phendo concessso non debent minui vel
 » fraudari nec compelli debeant ad prestanda alia arma
 » ferrea pro galearum servitio memorato. Concedimus
 » etiam eisdem de gratia speciali, ut, cum in persona
 » dictus Phylippus vel sui heredes cum galeis ire no-
 » fuerint, nullatenus compellantur, sed unum de comi-
 » tibus civitatum ipsarum quem ipsi elegerint ponere
 » loco suo, sic tamen, cum dicti officiale ad hoc ser-
 » vitium constitutum eligunt, de ipsius culpa nulla-
 » temus teneantur.

» Ne vero quis per ignorantiam amiretur dicto Phy-
 lippo et suis heredibus tantam gratiam nos fecisse,
 » cum retroactis temporibus non fuerit in Apulia
 » consuetum alicui et suis heredibus concedi officium
 » memoratum, sui specialis servitii excedens meri-
 » tum, sincera fides et fervens devotione quam habent ad
 » sanctam Romanam Ecclesiam, nos induxit ut, pre-
 » stet solitum, sibi faceremus hunc gratiam specialem,
 » eisdem persistentibus in fidelitate Romane Ecclesie
 » sepeliente. Non obstante donatione facta de dicta
 » domo predicto Ribaldino, familiari marchionis de
 » Hohenbure. Ad hujus igitur rei memoria n et pre-
 » dicti Phylippi et heredum ipsius cautelam et presen-
 » tis nostri scripti perpetuam firmitatem, idem scrip-
 » tum eis exinde tieri fecimus et sigillo nostro muniri.
 » Dat, apud Brundusium sub anno incarnationis domi-
 » nice M^oCCLVI^o, regnante domino nostro Alexandro
 » papa III anno secundo, mense septembribus XV die
 » ejusdem, indictione XIII.

Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 XIII kalendas martii, anno secundo.

1166

Latran, 17 février 1256.

Potestati et communi Monopolitanis confirmat exemptiones,
 libertates et immunitates, quas Johannes Bonus, Anconitanus
 episcopus, Octaviani cardinalis et legati vicarius generalis,
 litteris Trani II kalendas augusti MCCLV datis concessit.
 (Reg. 24, f. 147, ann. II, c. 1342.)

« ... potestati, consilio et communi Monopolitanis. Quia
 vestre integritas fidei, devotionis sinceritas et inviolabili-
 constantie firmitas clare patent, omittimus hec ad
 presens commendatoriis explicare sermonibus, verba
 laudis postponimus nunc de ipsis nec ad eorum precon-
 num stilum producimus, sed potius in hiis calamin
 quodammodo coartamus. Quoniam et si digne laudare
 vellemus, vix forsitan possent facta exprimi plene dictis
 nec ad commendationem idoneam verba suppetarent,
 quia re vera plus res gesta continet quam sermo posset

prolixior enarrare, tanti namque meriti magnitudo ver-
 borum tenore non capit, nec certas suscipit laudum
 metas que velud immensa laudandi quasi superegred-
 ditur facultatem. Restat igitur ut vos, qui sicut fortes
 et constantes viriliter propugnatis pro Ecclesie matris
 honore ac vestra et totius patric libertate, in ejusdem
 Ecclesie fidelitate congruis firmemus favoribus, et civi-
 tatem vestram dignis gratiarum titulis exalteamus. Cum
 itaque, sicut dilectus filius nobilis vir Phylippus de
 Sancta Cruce, protontinus et nuncius civitatis ejusdem,
 proposuit coram nobis, venerabilis frater noster ..., Anconitanus episcopus, tunc vicarius in justitiariis
 terre Bari et terre Ydroni dilecti filii nostri O. Sancte
 Marie in Vialata diaconi cardinalis, tunc apostolice
 Sedis legati, quasdam exemptiones, libertates et immu-
 nitates vobis et civitati vestre, pensata ipsius civitatis
 devotione, duxerit concedendas, prout in ejusdem episs-
 eo i litteris suo sigillo signatis confectis exinde plenus
 continetur : Nos, vestris supplicationibus inclinati,
 quod ab eodem episcopo provide factum est, in hac
 parte ratum habentes et gratum, id auctoritate aposto-
 lia confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem
 earundem litterarum presentibus inseri facientes, qui
 talis est :

Trani, samedi 31 juillet 1255.

« Nos Johannes Bonus, miseratione divina Anconi-
 tanus episcopus, venerabilis patris domini O. Sancte
 Marie in Vialata diaconi cardinalis, apostolice Sedis
 legati, in terra Bari et terra Ydroni vicarius gene-
 ralis, notum facimus universis presentes litteras
 inspecturis, quod, presentati apud Tranum coram
 nobis pro parte sancte Romane Ecclesie Phylippus de
 Sancta Cruce, protontinus Baroli et Monopolitanus,
 et judex Bartholomeus de Lacu, judex Stephanus de
 Suagnino et judex Angelus, procuratores et sindici a
 communi Monopolitanu universaliter constituti, ob-
 tulerunt nobis duo publica instrumenta ab universis
 civibus civitatis ipsius qui subtestari sciunt suhes-
 tata : per que nobis constitit manifeste dictum com-
 mune Monopolitanum universaliter et quemlibet
 eorum singulariter per se prestitisse sacrosancte
 Romane Ecclesie vicesimo nono primi preteriti
 mensis Julii fidelitatis et ligii humagii juramenta,
 forjurato sacramento olim prestito a dicto communi
 domino Manfredo quondam principi Tarentino, et
 constituisse predictum Phylippum de Sancta Cruce
 et socios predicti communis Monopolitanis procura-
 tores et sindicos ad presentandum se coram nobis et
 prestandum pro parte dicti communis nobis pro parte

» Romane Ecclesie fidelitatis et ligii homagii jura-
 » menta : a quibus pro parte dicti communis fidelitatis,
 » ligii homagii et assecurationis receperimus juramenta.
 » Attendentes itaque dicti communis puram fidem et
 » devotionem et quod voluntarii et irrequisiti se sub-
 » traxerunt a dominio predicti domini Manfredi et
 » quod juramenta eidem prestita forjurarunt, quod sa-
 » crosante Romane Ecclesie satis gratum extitit et ac-
 » ceptum. Attendentes etiam grata et accepta servitia
 » que dictum commune Monopolitanum sacrosancte
 » Romane Ecclesie offerre poterat in futurum, aueto-
 » ritate nobis a predicto legato concessa et de innata
 » Sedis apostolice liberalitate concedimus et confirma-
 » mus dicto communi Monopolitano privilegia, conces-
 » siones, immunitates et libertates omnes, olim com-
 » muni predicto indultas a regibus, imperatoribus,
 » comitibus et dominis quibuscumque. Concedimus
 » etiam et confirmamus dicto communi omnes bonos
 » usus et consuetudines quibus usi sunt temporibus
 » retroactis, promittentes eidem communi quod die-
 » tam Romana(m) Ecclesia(m) dictam civitatem Mo-
 » nopolitanam habeat et teneat immediate in demanio
 » suo et nulli alii eam concedat, et quod dicta civitas
 » Monopolitana semper potestatem extraneam habeat
 » et commune. Concedimus etiam et confirmamus ei-
 » dem communi Monopolitano quodecumque privilegium
 » eidem civitati generaliter vel alicui ejusdem terre
 » civi specialiter retroactis temporibus ab aliquo sit
 » indultum : et predicta auctoritate nobis concessa,
 » concedimus eidem communi omnes libertates et pri-
 » vilegia que sacrosancta Romana Ecclesia civitatibus
 » Neapolitane, Capue, Brundusii et aliis civitatibus
 » Apulie contulit et decetere duxerit conferendum, ut
 » dicto communi Monopolitano collata intelligentur.
 » Et liceat eidem communi predictis libertatibus et
 » privilegiis uti ac si eidem communi collata forent
 » eisdem in fidelitate sacrosancte Romane Ecclesie
 » persistentibus. Ad hujusmodi autem rei geste memo-
 » riam et dicti communis perpetuam firmitatem atque
 » cautelam, presens ei privilegium fieri fecimus, ipsum
 » sigillo nostro pendentí cereo munientes. Dat. Trani,
 » sub anno Domini M CCLV°, regnante domino nostro
 » Alexandro papa IIII, anno ipsius primo, inductione
 » XIII, die sabbati II kalendas augusti. »
 » Nulli etc. nostre confirmationis etc. Si quis etc.
 Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

monasterii Grassensis ab abbe Vallis magnae et Carcassonensi et Biterrensi episcopis resignatione recepta, conventus monasterii successive diversos elegerunt in abbatem, denique Berengarium de Grava, camerarium monasterii; eis mandat quatinus munus benedictionis Berengario impendi faciant.
(REG. 24, f. 147v, ann. II, c. 135.)

« .., episcopo Agathensi, et ... abbatii Ville Longe Cisterciensis ordinis, Carcassonensis diocesis. Lecta coram nobis dilectorum filiorum conventus monasterii Grassensis, Carcassonensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis, petitio continebat, quod nos olim venerabilibus fratribus nostris ... Carcassonensi et .., Biterrensi episcopis, et dileeto filio .., abbatii Vallismagne, Cisterciensis ordinis, Agathensis diocesis, nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut, Bernardo quondam abbe predicti monasterii recipientes vice nostra de abbatis ejusdem monasterii liberam cessionem, injungerent predicto conventui, ut infra quindecim dies post cessionem ipsius B., de voluntate et assensu corundem episcoporum et abbatis Vallismagne, elegerint sibi personam idoneam in abbatem. Alioquin extunc predicti episcopi et abbas Vallismagne vel duo ex eis studerent ipsi monasterio de persona idonea providere, iidemque episcopi ei munus benedictionis impenderent et a subditis ipsius monasterii facerent obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Contradictores etc.

» Memorati itaque episcopi et abbas Vallismagne a jamdicto B., quondam abbe ipsius monasterii, de abbatis ejusdem resignatione recepta, injuxerunt auctoritate litterarum hujusmodi conventui supradicto, ut extunc quindecim dierum spaciū de abbate ydoneo ipsi monasterio canonice providerent. Idem vero conventus, de voluntate et licentia dictorum episcoporum et abbatis Vallismagne, in prefatum R. quondam abbatem et G. de Navano Rundaczari et Pontium de Massilia claustralem priorem monachos ipsius monasterii, transtulerunt unanimiter vota sua, concedentes eisdem tribus eligendi abbatem liberam potestate, ac promittentes illum in abbatem recipere, quem ipsi tres vel duo ex ipsis concorditer ducent eligendum. Cumque ipsi plures ad regimen dicti monasterii nominassent personas, et iidem episcopi et abbas Vallismagne suum eis nonnissent prestare consensum, denum in dilectum filium G. abbatem Sancti Hilarii. Carcassonensis diocesis, convenientes in unum, assentientibus ad id et volentibus predictis episcopis et abbate Vallismagne, in eorum abbatem concorditer postularunt. Sed quia dictus G., abbas Sancti

Ylarii, plures requisitus, hujusmodi postulationi de se celebrate noluit consentire, duo ex memoratis monachis in quos transtulit sua vota conventus, videntes quod prefatum quindecim dierum spatium, infra quod providere sibi de abbatе poterant, labefatur, tertio, videlicet B., quondam abbatе ipsius monasterii, ad hoc interesse nolente, et ne ad eligendum seu postulandum alium ipsi duo procederent appellante ad predictos episcopos, pro eo quod abbas Vallismagine ad capitulum generale Cisterciense recesserat, accesserunt, exponentes eisdem utilitatem quam predictum monasterium consequi poterat, si Berengarius de Grava, monachus et camerarius ejusdem monasterii, in abbatem prefereretur ibidem, ac petentes ab eis ut suum ipsius in hac parte consensum prestare deberent.

» Sed iudicem episcopi hoc pro sue voluntatis libito facere recusarunt, nullam causam rationabilem quare id non deberet nec posset fieri proponentes, propter quod prefati duo monachи, ne ipsi episcopi et abbas Vallismagine ad providendum de abbatе ipsi monasterio procederent, ad Sedem apostolicam appellantes, quia videlicet quod predicti episcopi suum eis malitiose differebant prestare consensum, pro eo quod predictorum quindecim dierum finis instalat, post quos potestas providendi dicto monasterio de abbatе auctoritate mandati nostri devolvebatur ad illos, prefatum camerarium pro se et prefato conventu in abbatem ipsius monasterii concorditer elegerunt, nulla provisione facta per eosdem episcopos et abbatem Vallismagine ipsi monasterio de abbatе, quod prefati conventus, paucis exceptis, unanimiter acceptantes, nobis humiliter supplicarunt, ut electionem hujusmodi confirmare de benignitate apostolica curaremus.

» Licet igitur predicti monachi bonam in hujusmodi negotio intentionem habuisse dicantur, quia tamen contra formam mandati nostri dicta extitit electio attemptata, mandamus quatinus, si rem inveneritis ita esse, processum hujusmodi super predicti camerarii electione per prefatos monachos habitum, auctoritate nostra cassare curetis. Verum quia debitum nostri requirit officii ut, inter sollicitudines alias quibus assidue premebimus, specialiter circa ecclesias et loca religiosa solertia adhibentes, ipsorum utilitatibus intendamus, in eo maxime ut viduatis ne longe vacationis dispendia patiantur, de talium nostrae diligentie studio provideatur substitutione pastorum, per quos spiritualiter et temporaliter continuum suscipiant incrementum: volumus et presentium vobis auctoritate mandamus, quatinus, si vobis de prefati Berengarii idoneitate constiterit, ita quod sit sufficiens ad

regimen monasterii supradicti et prefati conventus, vel due ipsius partes in prima circa ipsum voluntate primoque consensu prestiterint, vos, ipsum eadem auctoritate proficientes prefato monasterio in abbatem, faciatis eidem munus benedictionis impendi et a conventu et aliis subditis ipsius monasterii obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, neconon et restituи sibi omnia privilegia, instrumenta ac alia bona que prefatus B., quondam abbas de prefato monasterio, ad alium locum dicitur asportasse, recepturi ab eo postmodum nostro et Ecclesie Romane nomine fidelitatis solite juramentum juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam. Non obstantibus premisis litteris ad predictos episcopos et abbatem Vallismagine super hujusmodi negotio destinatis. Contradictores etc. formam autem jurauenti etc. usque: destinare curetis. Dat. Laterani. IX kalendas martii, anno secundo. »

1168

Latran, 23 février 156.

Patriarchae Jerosolimitano et archiepiscopo Tyrensi mandat, quatinus inhibeant receptionem Signoreti, clerici Acconensis, in ecclesie Acconensi, qui tunc in Curia existens, ad instantiam Acconensis episcopi citatus, comparere noluit et ad partes ejus rediit. (Reg. 24, l. 118, ann. II, c. 136.)

« ... patriarche Jerosolimitano, et ... archiepiscopo Tyrensi. Signoretus, clericus Acconensis, super receptione ac provisione sibi in Acconensi ecclesia facienda nuper a nobis ad certos executores litteras impetravit; quem, cum ad instantiam venerabilis fratris nostri ... Acconensis episcopi, citari invidaverimus, adhuc in nostra Curia existentem, ut in manibus dilecti filii G. magistriscolarum Parmensis, vicecancellarii nostri, ejusdem litteras assignaret, item, quainvis eum hujusmodi apprehendisset citatio, ea post habita, nec coram ipso comparere voluit nec ei dictas litteras assignare, quin immo sic contumax et mandato nostro penitus vilipenso, ad partes suas dicitur redisse. Ne igitur contingat eundem S. de contemptu mandati hujusmodi et contumacia gloriari, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus executoribus ipsis auctoritate nostra districtius inhibere curetis, ut ad receptionem et ad provisionem ipsius S. in prefata ecclesia per easdem litteras non procedant, et, si forsitan in aliquo processerunt et processu n suum studeant, revocare. Alioquin vos quicquid per eosdem executores circa receptionem et provisionem prefatas in dicta ecclesia earundem litterarum auctoritate factum extiterit, denuncietis eadem auctoritate irritum et inane. Quod si

non ambo etc. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno secundo. »

1169

Latran, 18 février 1256.

Episcopo Massiliensi mandat, ut fratrem Guillelmum, in generalem rectorem fratrum Poenitentiae Jesu Christi, ordinis s. Augustini, electum, confirmet et a subditis faciat obediri, si invenerit electionem de persona idonea canonice celebratam. (REG. 24, f. 148, ann. II, c. 137.)

« .., episcopo Massiliensi. Pro parte dilecti —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1170

Latran, 18 février 1256.

Potentibus fratribus Poenitentiae Jesu Christi, inhibet, ne quisquam, nisi eorum religionis frater existat, eorum habitum, qui ab aliis religionum diversus esse noscitur, audeat in professions eorum scandalum deportare. (REG. 24, f. 148, ann. II, c. 137².)

« .., rectori et fratribus Penitentie Jhesu Christi, ordinis sancti Augustini. Quia ex habitus —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1171

Latran, 18 février 1256.

Infrascriptis mandat, quatinus prior et fratribus hospitalis S. Petri Casae Dei, Placentinae diocesis, tribuant, si eidem hospitali expedire viderint, licentiam vendendi aliquas de ejus possessionibus ad solvendum pretium quarundam possessionum. (REG. 24, f. 148, ann. II, c. 138.)

« .., abbati Sancti Savini, et ... preposito ecclesie Sancte Marie Duodecim Apostolorum Placentine. Significarunt nolis dilecti filii .., prior et fratres hospitalis Sancti Petri Case Dei. Placentine diocesis, ad Romanam Ecclesiam ut dicitur nullo medio pertinentis, quod cum .., abbatissa, et conventus monialium Theodosii Papensis quasdam possessiones haberent positas juxta possessiones ipsorum et vendere vellent easdem, ipsi prior et fratres timentes, ne in eorum grave detrimentum, si possessiones ipse ab aliquibus laicis emerentur, illas emere procurarunt. Quare fuit ex parte dictorum prioris et fratrum nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsarum precium solvere nequeant, nisi aliquas de possessionibus suis vendant, vendendi propter hoc aliquas de possessionibus ipsius hospitalis minus utilibus, licentiam eis concedere curaremus. Quocirca mandamus

quatinus hujusmodi negotii circumstantiis sollicite in-dagatis, si eidem hospitali expedire videritis et in hoc fratres ejusdem loci vel major et sanior pars ipsorum unanimiter concordabunt, tribuatis ipsis auctoritate nostra licentiam postulatam. ita dumtaxat quod per manus vestras de predictorum prioris et fratrum con-scientia hujusmodi precium persolvatur. Proviso pru-denter ne, quod pro ipsis hospitalitatis utilitate con-cedimus, in ejus possit vergere detrimentum, idque a vobis a Domino requiratur. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1172

Latran, 28 janvier 1256.

Abbati de Lubes [Leubus] et praeposito de Opol [Oppeln], Wratislaviensis diocesis, mandat, cogant per censuram eccl-eiasticam ducem Cracoviae, qui clericos civitatis et diocesis Cracoviensium super praediis, quamvis feudalia non existerent, coram se et officialibus suis compellebat in judicio, respondere in derogationem ecclesiasticae libertatis, ut talia decetero aliquatenus non attemptet. (REG. 24, f. 148^v, ann. II, c. 139; POTTHAST 16214.)

« .., abbatii de Lubes, Cisterciensis ordinis, et ... prepo-sito ecclie de Opol, Wratislaviensis diocesis. Ad aures nostraras —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno secundo. »

1173

Latran, 5 février 1256.

[Leoni], archiepiscopo Mediolanensi, concedit facultatem possessiones ecclesiae suae in Mediolanensi, Terdonensi, Aquensi, Papiensi, Novariensi et Cumana civitatibus et dio-cesibus ac in Alexandria positas ac parum utiles vendendi aut commutandi in alias utiliores. (REG. 24, f. 148^v, ann. II, c. 140; POTTHAST 16231.)

« .., archiepiscopo Mediolanensi. Cum sicut in —. Dat. Laterani, nonis februarii, anno secundo. »

1174

Latran, 11 février 1256.

Thomae, archiepiscopo Remensi, concedit facultatem, ut, provinciae ejus majoribus et solemnibus visitatis, ab aliis qui-buscumque, si de ipsis spontanea voluntate processerit, possit moderatam procurementem recipere in pecunia nume-rata. (REG. 24, f. 148^v, ann. II, c. 141.)

« Thome, archiepiscopo Remensi. Procedit ex devotio-nis —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno se-cundo. »

1175

Latran, 21 février 1256.

Patriarchae Antiocheno proventus, curam et administrationem ecclesiae Nimociensis vacantis ad praesens committit, juxta litteras Innocentii papae; Turquemanni enim et alii Christiani nominis inimici quicquid extra civitatem Antiochenam et Castrum Cursarii erat, suposuerunt fere totaliter vastitati. (Reg. 24, f. 148^r, ann. II, c. 142.)

« ... patriarche Antiocheno, apostolice Sedis legato. Adeo Turquemanni et alii Christiani nominis inimici hactenus terram Antiochenam contumis bellorum in cursibus decreverunt, quod quicquid extra civitatem Antiochenam et castrum Cursarii, quod est Antiochenae ecclesie speciale, consistit, supposuerunt fere totaliter vastitati : propter quod, cum de proventibus patriarchatus tui utpote admodum diminutis prout decetero sustentari non posses, felicis recordationis I. papa predecessor noster super hoc tibi affectu paterno compatiens ac volens tibi, ne in Terre Sancte periculum terram predictant ab infidelibus occupari contingere, misericorditer subvenire, dilecto filio abbatи de Jubino, Cisterciensis ordinis, Antiochenae dioecesis, suis dedit litteris in mandatis, ut tibi vel procuratori tuo, tuo nomine, de aliquo archiepiscopatu vel episcopatu quem in regno Cypri vel Antiochenae provincia primo vacare contingere, per se vel per alium providere, tandem retinendo a te, donec tu et patriarchatus predictus esse in statu pacifice et tranquillo. Qui mandatum apostolicum exequi cupiens diligenter, capitulis quarundam ecclesiarum cathedralium illarum partium, prout ex earundem litterarum beneficio poterat, inhibere curavit, ne, si aliquam ipsarum ecclesiarum medio tempore vacare contingere, ad electionem vel postulationem aliquis procedere attemptaret, reservans nichilominus collationi sue archiepiscopatum vel episcopatum hujusmodi qui primo vacaret, tibi juxta mandatum apostolicum conferendum. Ac nos postmodum, quod super hoc per eundem abbatem factum extitit, auctoritate apostolica confirmantes, eidem litteris nostris injunxi mus, ut in hujusmodi negotio procederet, juxta ipsius predecessoris continentiam litterarum. Verum cum ecclesia Nimociensis, in qua inhibito hujusmodi facta fuisse dicitur, vacare noseatur ad presens, venerabili fratre nostro B., quondam Nimociensi episcopo, translatu ad ecclesiam Vicentinam, nos eupientes ut tu gratie super hoc tibi facte votivum consequaris effectum, curam et administrationem ipsius ecclesie Nimociensis gerendas per te, quoisque patriarchatus ius pacifice et tranquillo statu fuerit, tibi de fratribus nostrorum consilio duximus committendos, ut interim ejusdem

ecclesie curam et sollicitudinem in spiritualibus et temporalibus per te vel alios gerens sicut poteris in utrisque pro sustentatione tua ipsius percipias redditus et proventus. Contradictores. Dat. Laterani, VIII kalendas martii, anno secundo.

1176

Latran, 21 février 1256.

Capitulo ecclesiae Nimociensis litteras suprascriptas (1175) notificauit, mandat quatinus patriarchae Antiocheno obedire devote ac humiliter intendere procurent. (Reg. 24, f. 148^r, ann. II, c. 142^r.)

« Capitulo ecclesie Nimociensis. Adeo etc. usque : vastati —. Datum ut supra. »

In e. m. clero civitatis et diocesis Nimociensis

In e. m. universis nobilibus et populo civitatis et diocesis Nimociensis usque : tractantes, eisdem devote ac intendere procuretis. Datum ut supra.

1177

Latran, 9 février 1256.

Pandulfo de Suburca habitationem, quoad vixerit, ejusdem domus novae sacro palatio Laterani et domui Penitentioriae apostolicae contiguae confert. (Reg. 24, f. 149, ann. II, c. 143.)

« Pandulfo de Suburca, capedano nostro. Tua pro te —. Hinc est quod, cum quandam domum sacro palatio nostro Laterani contiguam ex una parte et ex altera domui Penitentiarie nostre conjuntem de novo construi et edificari tuis sumptibus feceris, nostro interveniente beneplacito et mandato, tue nos devotionis supplicationibus inclinati, habitationem domus ipsius tibi quoadvixeris auctoritate apostolica de gratia conferimus speciali. Ad petitionem tuam nichilominus statuentes, ut, postquam rebus humanis exemptus, pro anime tue remedio in usus et commodum nostre cedatur elemosina domus ipsa. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, V idus februarii, anno secundo. »

1178

Latran, 23 février 1256.

Adae dicto Ronrete de Insula, Tornacensis diocesis, qui Marottam tunc relictam quondam Egidii de Barra, ignorans quod idem Egidius quarto consanguinitatis gradu ipsum attinuerat, carnaliter cognovit, ac deum ex ipsa muliere prole suscepta contraxit matrimonium cum eadem, indulget, ut, non

obstante impedimento praedicto, in matrimonio sic contracto remanere valeat. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 144.)

« Ade dicto Rourete de Insula, Tornacensis diocesis. Etsi conjunctio copule —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno secundo. »

1179

Latran, 26 février 1256.

Indulgentia centum dierum cooperantibus aedificationi Lexoviensis campanilis. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 145).

« Universis Christi fidelibus has litteras inspecturis. Quoniam, ut ait apostolus, usque : vitam eternam. Cum igitur, sicut dilectus filius magister Paulus de Sancto Helya, canonicus Lexoviensis, proposuit coram nobis, venerabilis frater noster .., episcopus, et dilecti filii capitulum Lexovienses campanile in eoruni ecclesia edificare incepert opere non modicum sumptuosum, sitque ad id fideliuum subsidia oportuna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis etc. usque : adjutricem, centum dies etc. usque : relaxamus. Presentibus post septennium etc. Quas mitti etc. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno secundo. »

1180

Latran, 26 février 1256.

Ecclesiarum de Lenn, Yarmouth et Andeby, Norwicensis diocesis, constitutionem in prioratus confirmat. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 146.)

« ... priori et conventui Norwicensibus. Solet annuere etc. usque : impertiri. Vestra sane nobis exhibita petitio continebat quod, cum a fundatione Norwicensis ecclesie episcopi Norwicenses, qui fuerint pro tempore, ad vestre religionis augmentum, de Leme, de Gernenuia et de Andeby ecclesias, Norwicensis diocesis, de consensu patronorum ecclesiarum ipsarum vobis duxerint assignandas, vos, diocesani loci accidente consensu, prioratus constituitis de ecclesiis supradictis; facientes in earum qualibet priorem et tres monachos cum presbyteris secularibus commorari, qui curam gerant animarum in ipsis. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, concessionem et ordinationem hujusmodi provide factas et ab antiquo ut asseritis observatas, ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre

confirmationis etc. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno secundo. »

1181

Latran, 26 février 1256.

Infrascripto mandat, ut fratrem Egidium, rectorem herem de Monte Viclio, Castellanae diocesis, in rectorem domus Leprorum de Dolio, ejusdem diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, quem elegerunt fratres convenientes in unum, faciat admitti. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 147.)

« Priori Sancti Bartholomei Civitatis Castellane. Ex parte dilectorum —. Dat. ut supra. »

1182

Denuntiatio symoniae contra Dalmatium abbatem de Rivipollo lata. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 148.)

« Dilecti filii Raymundus de Colunge, prior, Pontius de Balzaron, prepositus Ausone, Raymundus de Villari Acuto, Bernardus de Luciano, Pontius de Olivella, Berengarius de Basilig de Casclar, Galcerandus de Podio Alto et alii adherentes eisdem, monachi monasterii de Rivipollo, ad Romanam Ecclesiam sicut dicitur nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Vicensis diocesis, sua nobis denuntiatione monstrarunt, quod Dalmatinus, abbas ipsius monasterii, symonia etc. cat. »

1183

Latran, 18 janvier 1256.

Archipresbytero S. Angeli ripis Conim., qui, per fautores Conradi captus et carceri mancipatus fuit et plura bona amisit pro devotione Ecclesiae, dispensat, ut retinere valeat tria beneficia ecclesiastica cum animarum cura in diocesi Alifana, quorum proventus annui X uncias auri non excedunt. (REG. 24, f. 149, ann. II, c. 149.)

« ..., archipresbytero Sancti Angeli ripis Conim.. Alijane diocesis. Pro devotione sincera quam tu et dilectus filius judex Thomas, pater tuus, circa Romanam Ecclesiam geritis, tu, sicut asseris, per fautores quondam Corradi, nati quondam Friderici imperatoris, captus et tamidu fuisti carceri mancipatus, donec te pro certa summa pecunie redemisti, dicto patre tuo cum sua familia post amissionem honorum plurium in exilio constituto. — Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno secundo. »

1184Latran, 1^{er} mars 1256.

Episcopo Wigornensi mandat quatinus ab archidiacono Helyensi in regno Angliae, qui centum marcarum argenti redditum recusat propter inundationes maris et proventuum subtractionem, istam summan exsolvi faciat Marino, Capuano electo. (REG. 24, f. 149^v, ann. II, c. 150).

« .., episcopo Wigornensi. Dilectus filius magister Marinus, Capuanus electus, in nostra proposuit presentia constitutus, quod, dudum ecclesia Capuana pastoris solatio destituta, felicis recordationis I. papa predecessor noster ipsum, tunc Ecclesie Romane vicecancellarium, de apostolice potestatis plenitudine, habito fratrum suorum consilio, in archepiscopum et pastorem prefecit eidem ecclesie Capuane, ac nichilominus omnia beneficia et prebendas, ac centum marcarum argenti de thesaurarie Saresbiriensis, nec non et alias totidem marcarum redditus de ecclesie de Helyn, Helyensis diocesis, proventibus, sibi debitos, donec in beneficiis usque ad certam marcarum argenti summam in regno Anglie provisum ei existeret, prout in ordinationibus super hiis factis et auctoritate apostolica confirmatis plenus continetur, que ante hujusmodi suam promotionem habebat, sibi eadem auctoritate plenarie reservavit. Ita quod ea omnia simul cum ecclesia Capuana retineret libere ac licite, ipsorumque fructus redditus et proventus, nec non et omnia quae sibi eorum ratione antea competebant integre perciperet sicut prius. Non obstantibus constitutione concilii generalis, et quibuscumque consuetudinibus vel statutis contrariis, juramento, confirmatione apostolica seu qualibet firmate alia roboratis, et indulgentia Sedis Apostolice qua forte Anglie vel aliis est concessum, ut si quis Ytalicus vel Sedis ejusdem officialis promoveatur ad aliquam prelaturam, beneficia prius ab ipso in terris illorum habita libere aliis, tanquam vacantia, per eos ad quos beneficiorum ipsorum spectat donatio, conferantur, et quibuslibet aliis apostolicis indulgentiis quibuscumque personis vel locis generaliter vel specialiter concessis, per quas hujusmodi gratia vel reservatio posset quomodolibet impediri, etiam si de ipsis et earum tenore de verbo ad verbum vel de personarum seu locorum aliquorum nominibus plenam et expressam fieri oportet in apostolicis litteris mentionem. Et ut idem electus liberum atque plenum absque ullo obstaculo de reservatione hujusmodi consequeretur effectum, dictus predecessor decrevit penitus irritum et inane quicquid contra eam super premissis beneficiis, prebendis, fructibus et proventibus ac redditibus ducentarum marcarum per quoscunque contigerit attemptari. Nos etiam,

generalis ecclesie suscepto regimine hujusmodi, eidem electo gratiam innovantes, sibi ut, etiam post susceptum consecrationis munus, et pallium, possit premissa omnia cum predicta Capuana ecclesia refinere, per nostras duximus litteras indulgendum, prout hec omnia in predicti predecessoris et nostris litteris super hoc obtentis plenus continetur.

Unde prefatus electus nobis humiliiter supplicavit, ut, cum archidiaconatus Helyensis predictarum centum marcarum redditus, ad quos sibi tenetur ratione ordinatio facte inter eosdem electum et archidiaconum super memorata ecclesia de Helyn quam idem archidiaconus obtinet, solvere sibi recuset, eo domitaxat pretextu quod asserit propter inundationes maris ejusdem ecclesie de Helyn proventus fore plurimum diminutos, et nonnullae aliae persone regni Anglie redditus et proventus ad quos ex predictis beneficiis et prebendis tenentur eidem, pro sua subtraxerint voluntate, providere in hac parte sibi apostolica sollicitudine curaremus. Cum igitur clara probitatis sue merita, suaque laudabilis apud Sedem Apostolicam conversatio, et longa placidaque familiaritas, ex quilus se predicto predecessor, nobis ac fratribus nostris exhibuit gratum multipliciter et acceptum, instanter exposceant ut personam suam scientia utique et moribus preditam, et precipuis attollamus favoribus et gratiis potioribus honoremus maxime, cum idem electus pro servitio generalis ecclesie diversa in propria persona pericula pertulisse noscatur, propter quod dignus est omni favore ac gratia reputandus : Nos ergo rentes propter hoc ad ipsum paternae compassionis adefactum, mandamus quatinus prefatos archidiaconum et quoslibet alios qui de predictis redditibus, fructibus et proventibus eidem electo ex apostolica reservatione debitos sibi denegant respondere, ut ei vel procuratori suo ejus nomine satisfaciant de subtractis, et in posterum ipsis, juxta tenorem apostolica reservationis, exsolvant, per te vel per alium, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, sublatore cujuslibet appellationis impedimento, compellas. Non obstantibus constitutione de duabus dietis edicta in concilio generali et quibuslibet apostolicis indulgentiis seu litteris, per quas effectus presentium impediri valeat seu etiam retardari. Invocato etc. Dat. Laterani, kalendis martii, anno secundo. »

1185

Latran, 27 février 1256.

Aymeric, episcopo Lemovicensi, indulget, ut praeposituram ecclesiae S. Juniani, Lemovicensis diocesis, una cum episcopatu retinere valeat, juxta tenorem litterarum ab I. papa pra-

decessore capitulo S. Juniani directarum. (REG. 24, f. 149^v, ann. II, c. 151.)

« *Aymerico, episcopo Lemovicensi. Ex parte tua —.
Dat. Laterani, IIII kalendas martii, anno secundo.* »

1186

Latran, 24 février 1256.

Fratribus heremitis ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli petentibus, omnem ambiguitatis scrupulum eorum regulae de prioris generalis et diffinitorum capituli generalis potestate levat. (REG. 24, fol. 149^v, ann. II, c. 152.)

« ... priori generali, et fratribus heremitis ordinis Beate Marie de Montecarmeli. Quia ex apostolici cura tenemur officii circa religionis augmentum prompti et vigiles inveniri, super hiis vestris votis libenter annuimus, in quibus honorum vestri ordinis et animarum profectum contineri sentimus. Lecta siquidem coram nobis vestra petitio continebat, quod in regula vestri ordinis, per Sedem apostolicam confirmata, dinoscitur esse statutum, ut fratres ipsius ordinis unum ex eis priorem habent, qui, unanimi omnium assensu vel eorum majoris et senioris partis, ad prioratus officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum et promissum studeat operis veritate servare cum castitate et abdicatione proprietatis; ac etiam, secundum constitutiones ejusdem ordinis, prior ipsius qui pro tempore fuerit, a prioratus officio absolvi et amoveri potest a diffinitoribus capituli generalis. Et licet tu, fili, prior, et predecessores tui, juxta ejusdem ordinis constitutionem observatam hactenus et a Sede toleratam eadem, statim postquam electi secundum statutum hujusmodi extitistis, curam gesseretis fratrum ordinis memorati, officium prioratus plene ac libere in omnibus exercentes, iidemque fratres vobis devote ac humiliter obedient et intenderint reverenter, quia tamen de premissis nuper dubitationis scrupulus in vestris et plurium dictorum fratrum conscientiis est exortus, humiliter petitiis vobis super hoc de providentia Sedis apostolice subveniri. Nos itaque, volentes omnem ambiguitatis scrupulum in hac parte de vestris cordibus amputare et ordinem ipsum a Sede approbatum eadem honestate floridum et virtute secundum privilegio apostolice gratie attollere speciali, ac vestris supplicationibus inclinati, quicquid super premissis per te, prior, dictosque predecessores fratres et diffinidores factum et observatum est hactenus, ratum habentes et firmum, vobis auctorale predicta indulgemus, ut successores tui, prior, qui erunt pro tempore, statim postquam electi

ALEXANDRE IV, t. I.

fuerint, secundum regulam et constitutiones ordinis vestri, eo ipso veri ejusdem ordinis effecti priores cum animarum fratrum ipsius ordinis plene habeant et libere gerant, ipsosque fratres auctoritate propria ligare ac solvere valeant, nec non in eodem ordine agere que ipsi et prefati diffinidores juxta memoratas regulam et constitutiones secundum Deum eisdem ordini et fratribus viderint expedire, aliasque prioratus officium licite in omnibus exercere, iidemque fratres tibi, prior, et successoribus ipsis devote ac humiliter obedient et intendant, et prefati successores, et tu, prior, a diffinitoribus capituli generalis ipsius ordinis, secundum constitutiones jam dicti ordinis, absolvi et amoveri possitis, concessa tibi, prior, tuisque successoribus ante absolutionem et amotionem hujusmodi exequendi prioratus officium quoad premissa omnia et alia nichilominus libera facultate. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VI kalendas martii, anno secundo. »

1187

Latran, 22 février 1256.

Abbatis monasterii de Voto juxta Cesarisburgum committit facultatem dispensandi, ut Robertus de Novilla presbyter monasterii ipsius canonicus, non obstante illegitimatis macula, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares administrationes dumtaxat monasterii assumi valeat. (REG. 24, f. 150, ann. II, c. 153.)

« ... abbati monasterii Sancte Marie de Voto juxta Cesarisburgum, ordinis sancti Augustini, Constantiensis diocesis. Regularis ordinis professoribus —. Dat. Laterani, VIII kalendas martii, anno secundo. »

1188

Latran, 26 janvier 1256.

Statuit, ut nullus Cervifrigidi et totius ordinis S. Trinitatis et Captivorum major minister qualibet surreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem ministri et fratres in generali capitulo congregati elegerint. (REG. 24, f. 150, ann. II, c. 154.)

« ... ministro et fratribus de Cervofrigido, ordinis Sancte Trinitatis et Captivorum, Meldensis diocesis. Solet annuere etc. usque : impertiri —. Dat. Laterani, VII kalendas februarii, anno secundo. »

1189

Latran, 29 février 1256.

Abbas S. Petri in Coelo Aureo Papiensis mandat quatinus

Savinam, monialem monasterii Theodotis Papiensis, in abbatisam perficiat, non obstante inhibitione G. de Montelongo, Aquileiensis electi, ne, in locis illorum qui quondam Frederico imperatori favebant, aliquis in paelatum, etc., eligi possit. (REG. 24, f. 150, ann. II, c. 155.)

« .., abbatii Sancti Petri in Celo Aureo Papiensis. Ex parte dilectorum in Christo filiorum conventus monasterii Theodotis Papiensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum dilectus filius G. de Montelongo, Aquileiensis electus, tunc in illis partibus apostolice Sedis legatus, anctoritate litterarum felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, duxerit inhibendum, ne collegia, conventus seu capitula monasteriorum vel ecclesiarum, civitatium vel locorum illorum qui quondam Frederico olim imperatori favebant, aliquem in prelatum, canonicum vel clericum, monachum seu conversum eligere sive recipere attemparent, absque ipsius Sedis licentia speciali, provideri mandaremus eidem monasterio abbatisse regimine destituto. Quia vero nostre sollicitudinis interest ecclesiis viduatis, ne, propter vacationem diutinam, possint in spiritualibus et temporalibus gravia incurrire detrimenta, ut de talibus provideatur personis, per quas in utrisque possint Deo propitio salutaria suspicere incertimenta, mandamus quatinus Savinam, monialem ejusdem monasterii, nolis de vita et moribus multipliciter commendataam, si tanto congruat oneri ac honori, perfcias auctoritate nostra in abbatissam monasterio supradicto, ac sibi facias munus benedictionis impendi, et a suis subditis obedientiam et reverentiam sibi debitam exhiberi. Contradictores. Recepturus ab ea postmodum, nostro et Ecclesie Romane nomine, fidelitatis solite juramentum juxta formam etc. usque: interclusam. Formam autem juramentum etc. usque: destinare procures. Dat. Laterani, II kalendas martii, anno secundo. »

1190

Latran, 23 février 1256.

Philippum Petrum de Belloforti ac ejus sequaces, monachos Cluniacensis ordinis, qui incestum, dilapidationem, perjurium, adulterium, simoniam, homicidium, incontinentiam, beneficium contra Guillelmum abbatem repetunt, jam ab Innocentio papa non admissos, non admittit. (REG. 24, fol. 150, ann. II, c. 156.)

« Guillelmo, abbatii Cluniacensi. Ne de processu coram nobis super propositis contra te habito valeat imposte-

rum dubitari, nostre sollicitudinis interest ut illum in scripturam bulla nostra munitam redigi ad perpetuam memoriam faciamus. Te igitur nuper ad apostolicam Sedem tanquam devoto filio accedente, Phylippus Petrus de Belloforti, Guillelmus de Sancto Marcello, Nicolaus de Saneto Lupo. Johannes de Monte Sancti Vincentii, Haymo, Stephanus Rufus, pro se ac suis sequacibus, prioribus seu monachis, tui ordinis, qui ante tuum ad Sedem ipsam adventum et postea nos pluries importune, ut eis preberemus audientiam, propulsarant, quorum aliqui dudum contra te coram felicis recordationis I. papa, predecessore nostro, proposuerunt multa crimina, sed admissi ab ipso non fuerant, eadem crimina repetentes contra personam tuam, incestum, dilapidationem, perjurium, adulterium, simoniam, homicidium, incontinentiam, beneficium et quod non sis presbyter, et alia varia et diversa crimina pro se ac dictis sequacibus proposuerunt in nostra presentia constituti, petentes instanter ad inquisitionem super hiis ex officio nostro procedi, ad eam prosequendam: et demum, hac via omissa, se ac sequaces eosdem ad accusationem contra te admitti cum instantia postularunt, hiis itaque ac aliis qui coram nobis voluerunt proponere ac sufficientibus excusationibus et rationibus tuis auditis, nos pronunciantes super eis, prefatos Phylippum et alios eorum sequaces ad petita vel eorum aliquod, de fratribus nostrorum consilio, non duximus admittendos, adientes quod circa statum ejusdem monasterii quod nostrum est speciale, faceremus quod viderimus expedire. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno secundo. »

1191

Latran, 17 février 1256.

Electo Laoniensi concedit, ut clericis et laicis suaे diocesis propter violentam injectionem manuum in viros religiosos et clericos sacerdetales excommunicatis, qui propter senectutem et debilitatem Sedem apostolicam adire nequeant, absolutio beneficium impertiatur. (REG. 24, f. 150, ann. II, c. 157; PORTHAST 16256.)

« .., electo Laoniensi. Ex parte tua —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1192

Latran, 4 mars 1256.

Magistro Habrae, archipresbytero Armachano, capellano archiepiscopi Armachani, eodem archiepiscopo apostolicam gratiam personaliter implorante, dispensat, ut, praeter duo beneficia ecclesiastica jam obtenta quoram proventus annuam

XXV marcarum argenti valentiam non excedunt, unicum aliud beneficium possit recipere. (Reg. 24, f. 150, ann. II, c. 158.)

« *Magistro Habrac, archipresbytero Armachano. Vite laudabilis et —. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno secundo. »*

1193

Latran, 6 mars 1256.

Stephano, abbatи monasterii S. Victoris Massiliensis, pro expediendis monasterii negotiis in Curia onera expensarum subeunti, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam trecentarum librarum turonensem et bona monasterii creditoribus obligandi. (Reg. 24, f. 150, ann. II, c. 159.)

« *Stephano, abbatи monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertincentis. Cum sicut in —. Dat. Laterani, II nonas martii, anno secundo. »*

1194

Latran, 24 février 1256.

Magistro Lucae de Berniaco, I. tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis capellano, indulget, ut beneficia ecclesiastica centum marcas sterlingorum, computato obtento, annuatim valentia recipere valeat. (Reg. 24, f. 150^v, ann. II, c. 160.)

« *Magistro Luce de Berniaco, subdiacono nostro, rectori ecclesie Sancti Andree de Ringstede, Norwicensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Laterani, VI kalendas martii, anno secundo. »*

1195

Latran, 4 mars 1256.

P[randotae], episcopo Cracoviensi, consuetudinem antiquam, ut ecclesiae Cracoviensis episcopus ordinatus canonice pri- muni locum et vocem post metropolitanum inter suffraganeos ejus obtineat, etiam si sit posterius ordinatus, confirmat. (Reg. 24, f. 150^v, ann. II, c. 161; POTTHAST 16270.)

« *P., episcopo Cracoviensi. Ex tue proeedit —. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno secundo. »*

1196

Latran, 2 mars 1256.

Episcopo Trecensi concedit facultatem faciendi recipi duos clericos in Trecensi ecclesia. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 162.)

« *.., episcopo Treccensi. Tue fraternitatis obtentu, tibi*

gratificari et per exhibitam tibi gratiam alii providere volentes, faciendi reeipi duos clericos in Trecensi ecclesia, in qua prebendarum collatio ad te sicut asseris pertinet, in canonicos et in fratres et providendi eorum euilibet de prebenda, si vacat ibidem adpresens vel quamecito ad id se facultas obtulerit, dummodo sint in saeris constituti ordinibus ae alias idonei et velint in ea residere personaliter et continue deservire, necnon et compeseendi contradictores per censuram ecclesiastie, appellatione remota, tibi auctoritate presentium concedimus liberam facultatem. Non obstante statuto ipsius ecclesie de certo canonicorum numero, jura- mento —. Dat. Laterani, VI nonas martii, anno se- cundo. »

1197

Latran, 29 février 1256.

[Petro], episcopo Pesauriensis, mandat, ne permittat ut infra trecentos passus a loco fratrum Minorum de Fano ecclesia vel monasterium de novo erigatur. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 163; POTTHAST 16268.)

« *.., episcopo Pesauriensis. Circumspecta humilitas di- lectorum —. Dat. Laterani, II kalendas martii, anno secundo. »*

1198

Latran, 14 février 1256.

Martino Johannis, per Compostellani archiepiscopi litteras commendato, dispensat, ut, cum ecclesia S. Vincentii de Eluma, Compostellanae diocesis, septem marcarum sterlingorum valentiam annuatim vix excedente, aliud ecclesiasticum beneficium recipere valeat, non obstantibus constitutionibus generalis concilii et quondam Sabinensis episcopi in illis par- tibus legati. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 164.)

« *Martino Johannis, clero chori ecclesie Compostellane. Adjutos honestatis et —. Dat. Laterani, XVI kalendas martii, anno secundo. »*

1199

Latran, 20 décembre 1255.

Fratribus monasterii Sancti Johannis Angeliacensis et prioratu ejus indulget, ut extra Xanctonensem aut aliam eorum diocesini per litteras apostolicas trahi non possint in causam. (Reg., 24, f. 151, ann. II, c. 165.)

« *.., abbati, et conventui monasterii Sancti Johannis An- geliacensis, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis. Solet annuere Sedes —. Hinc est quod nos, vestris sup-*

plicationibus benignum impertientes assensum, ut vos et priores prioratnum vestrorum et homines monasterii vestri extra Xanetonensem et alias dioeceses, in quibus priores et homines predicti consistunt, per litteras apostolicas trahi non possitis in causam, auctoritate vobis presentium indulgemus, nisi littere ipse de hac indulgentia plenam et expressam fecerint mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Presentibus post triennium etc. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno secundo. »

1200

Latran, 18 janvier 1256.

Abbati ejusdem monasterii, sancti Johannis capite praedotati, usum mitrae et annuli concedit. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 166.)

« ... abbatii monasterii Sancti Johannis, ut supra. Dignum arbitramur et congruum, ut monasterium tuum, quod Precursoris titulo insignitum ejusque precioso capite predotatum existit, dignis a nobis attollatur preconiis et devota reverentia veneretur ac exuberante Sedis apostolice gratia majoribus decoretur insigniis, amplietur honoribus ac prerogativa gaudeat speciali. Unde ipsius Precursoris reverentia et religionis que in ipso monasterio viget puritas, nos inducunt, ut petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Eapropter, dilecte fili, tuis precibus inclinati, usum mitre et anuli tibi tuisque successoribus in perpetuum duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno secundo. »

1201

Latran, 29 février 1256.

Monacho, electo Albensi, tempus recipienda consecrationis usque ad duos menses postquam [Leo], archiepiscopus Mediolanensis, metropolitanus, in provinciam suam venerit, prorogat. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 167; POTTHAST 16269.)

« Monacho, electo Albensi. Exigentibus meritis tue —. Dat. Laterani, II kalendas martii, anno secundo. »

1202

Latran, 3 février 1256.

Immunitatem capellae de Ignacio Jardo sitae in manorio regis Navarrai, in Suessionensi dioecesi, conventui monasterii Sancti Martini de Sernaco confirmat. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 168.)

« ... abbatii, et conventui monasterii Sancti Martini de

Sernaco, ordinis sancti Augustini, Remensis diocesis. Justis potentium etc. usque : completere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, capella vestra de Ignacio Jardo, curam animarum non habens, sita in manorio quod carissimum in Christo filius noster ..., rex Navarre illustris comesque Campanie, in Suessionensi dioecesi habere dinoscitur, onera procurationum ab ejus fundatione non subierit. LX annis et amplius jam transactis, nos vestris suppliciis inclinati, ut, si premissis veritas suffragatur, quod dicta capella decetero in hujusmodi libertate ac immunitate permaneat, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, III nonas februario, anno secundo. »

1203

Latran, 8 mars 1256.

Abbati monasterii de Albalanda committit curam cum Petro de Capite Pontis presbytero, canonico ejus, de presbytero et soluta genito, super defectu natalium dispensandi et ad regulares administrationes ejusdem dunitaxat monasterii assumptionem permittendi. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 169.)

« ... abbatii monasterii de Albalanda, Premonstratensis ordinis, Constantiensis diocesis. Regularis ordinis professoribus —. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno secundo. »

1204

Latran, 29 janvier 1256.

Archidiacono Estridungiae, sede Eboracensi vacante, mandat, ut Roberti, prioris monasterii de Watria [Wartre], ordinis s. Augustini, Eboracensis diocesis, corporis infirmitate ac debilitate gravati, resignationem accipiat, ipsi et uni vel duobus ipsis obsequiis insistentibus de bonis monasterii provisionem congruam assignans, et ad novi prioris electionem faciens provideri. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 170.)

« ... archidiacono Estridungie in ecclesia Eboracensi. Cum, sicut accepimus —. Dat. Laterani. IIII kalendas februarii, anno secundo. »

1205

Latran, 16 février 1256.

Abbati monasterii S. Martini de Sernaco, Remensis diocesis, mandat quatinus proventus ecclesiae de Vespero in solutionem debitorum predictae ecclesiae colligi faciat. (Reg. 24, f. 151, ann. II, c. 171.)

« ... abbatii monasterii Sancti Martini de Sernaco, or-

dinis sancti Augustini, Remensis diocesis. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod ecclesia de Vespero, Remensis diocesis, tibi immediate subjecta, est adeo eris alieni onere pergravata, quod, nisi ei celeriter succurratur in brevi, tota ipsius subjecta deperibit voragine usurarum. Nos igitur, super hoc paterna sollicitudine providere volentes, mandamus quatinus, si est ita, proventus ipsius ecclesie ad manus tuas recipiens, ipsos per te vel per alios colligi facias in solutionem debitorum hujusmodi fideliter convertendos. Ita tamen quod de ipsis personis in eadem ecclesia degentibus sustentatio congrua reservetur. Contradictores. Dat. Laterani, XIIII kalendas martii, anno secundo. »

1206

Latran, 18 décembre 1254.

Decano Meldensi mandat conversionem hujusmodi in solutione debitorum prioratus de Monte Felici, Suessionensis diocesis. (Reg. 24, f. 151^v, ann. II, c. 172.)

« .., decano Meldensi. Referentibus nobis dilectis filiis ... abbate et conventu de Sernaco, ordinis sancti Augustini, Remensis diocesis, nobis innotuit quod prioratus de Monte Felici, Suessionensis diocesis, ei immediate subjectus, tanto premitur ouere debitorum, quod, nisi ei celeriter succurratur, vix poterit adici ut resurgat. Nos igitur, cui omnium ecclesiarum sollicitudo incumbit, indemnitati ejusdem prioratus, quantum cum Deo possumus, precavere volentes, mandamus quatinus ipsius prioratus ad manus tuas recipiens, redditus et proventus, reservata residentibus in eodem prioratu de ipsis congrua portione, eos convertas in solutione hujusmodi debitorum. Contradictores. Dat. Laterani, XV januarii, anno primo. »

1207

Latran, 8 février 1256.

Stephano de Fuer, civi Lugdunensi, concessionem domus de Lymans, ab abbe et conventu Cluniacensi mense septembri MCCLIV^o factam, confirmat, juxta tenorem eujusdam instrumenti publici II idus junii MCCLIV^o redacti, litteras concessionis continentis insertas. (Reg. 24, f. 152, ann. II, c. 173.)

« Stephano de Fuer, civi Lugdunensi. Cum a nobis petitur, etc. usque : effectum. Sane exhibita nobis tua petitio continebat, quod dilecti filii .., abbas et conventus Cluniacensis, pensata utilitate domus secularis ipsorum de Lymans, Lugdunensis diocesis, ipsam tibi sub certo censu annuo concesserunt quoadvixeris possidendam, quam etiam tu a creditoribus pro quingen-

tis libris Viennensium ut asseris redemisti, prout in instrumento publico, tenorem litterarum sigillo predicatorum abbatis et conventus sigillatarum continente, plenus continentur, cujus tenorem de verbo ad verbum inferius fecimus annotari.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem abbatte et conventu super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenor autem ipsius instrumenti talis est :

12 juin 1255.

« In nomine Domini, amen. Anno ejusdem MCCLV, » indictione XIII, II idus junii, pontificatus domini » Alexandri pape III anno primo, per presens instru- » mentum cunetis evidenter appareat, quod, in pre- » sentia testium subscriptorum, Stephanus de Fuer, » nepos domini Bartholomei de Fuer, civis Lugdunen- » sis, litteram infrascriptam, non cancellatam, non » viciatam, non abolitam, nec in aliqua parte sui cor- » ruptam, veris et integris sigillis Guillelmi abbatis » et conventus Cluniacensis sigillatam, mihi Thome » Blancepeil Normanno, auctoritate apostolica scrinia- » rio, presentavit et tradidit ad exemplandum et ponen- » dum in publicam formam, cujus tenor talis est :

Lyon, septembre 1254.

» Universis presentes litteras inspecturis, frater » Guillelmus, miseratione divina humilis abbas Clu- » niacensis, et conventus ejusdem loci, salutem in Do- » mino. Noverit universitas vestra quod nos, pensata » utilitate domus nostre de Limans, Lugdunensis dio- » cesis, dilecto nobis in Christo Stephano de Fuer, civi » Lugdunensi, dictam domum ad vitam suam tantum- » modo possidendam sub anno censu concedimus et » tradimus. Et idem Stephanus juravit, tactis sacro- » sanctis evangelii, quod nobis et successoribus nos- » tris obediens erit et fidelis, et quod omnia bona im- » mobilia dicte domus vel pertinentiarum suarum non » vendet, non donabit, non obligabit, non alienabit, » non infeudabit, non accensabit, nec aliquid scienter » faciet, quod in prejudicium nostrum seu ordinis vel » predicte domus aut pertinentiarum suarum seu mo- » nasterii nostri Cluniacensis redundet : et quod dicta » domus, post mortem ipsius, cum pertinentiis omni- » bus juribus libera et immunis ab omni debito, cum » omnibus mobilibus et immobilibus et omni melio- » ratione et incremento, ad monasterium Cluniacense » reverteretur pacifice et quiete. Procurationes autem » nostras et successorum nostrorum, si ad predictum

» locum accesserimus, bis in anno persolvet. Visita-
 » tores et nuncios nostros recipiet et invite necessariis
 » competenter providebit. Omnia autem onera dictae
 » domus et pertinentiarum suarum suis sumptibus
 » faciet et etiam procurabit quinquaginta siquidem et
 » V libras Viennensium idem Stephanus apud Clunia-
 » cum nobis vel certo nuncio nostro et successoribus
 » nostris in capitulo nostro generali Cluniacensi an-
 » nuatim, nomine annui census, persolvet. Et si in dicta
 » solutione predictarum quinquaginta et V librarum
 » Viennensium deficeret, prout superius est expressum,
 » pro qualibet die V solidos Viennensium pro pena
 » solveret. Sciendum est autem, quod idem Stepha-
 » nus dictam domum aut ipsius pertinentias alicui
 » dare, cedere aut concedere seu extra manum suam
 » ponere non potest. Dictus vero Stephanus, habita
 » consideratione ad concessionem quam sibi facinus
 » de dicta domo, dedit nobis et solvit in elemosinam
 » et pro solvendis debitibus dictae domus quingentas li-
 » bras Viennensium in pecunia numerata, quas in
 » utilitatem nostri monasterii Cluniacensis et solutio-
 » nem debitorum dictae domus fuisse missas totaliter
 » et conversas publice collitemur. Promittentes per
 » stipulationem et in bona fide, quod si senescalcus
 » Lugdunensis prefatum Stephanum vel suos supra
 » predicta domo de Limans seu ejus pertinentiis in
 » parte vel in toto impeteret, molestaret aut in causam
 » traheret, vel pensionem peteret in eisdem coram
 » quibuscumque judicibus ordinariis seu etiam dele-
 » gatis a papa, sive provisionis nomine, seu qualibet
 » alia ratione, nos pro eodem Stephano nos opponere-
 » mus et ipsum defendemus cum expensis nostris
 » propriis et indempnem penitus servaremus. Renun-
 » ciamus siquidem in hoc facto ex certa scientia except-
 » tioni non numerate et non habite pecunie, dolii in
 » factum, beneficio restitutionis in integrum, illius
 » constitutionis hoc jus porrectum subsidio omnibus
 » constitutionibus et statutis factis et faciendis, pri-
 » vilegiis, gratiis et indulgentiis apostolicis et aliis
 » quibuscumque impetratis et imprestandis, et omni
 » auxilio et beneficio juris canonici et civilis, quod
 » nobis vel successoribus nostris adveniendum contra
 » premissa vel aliquod predictorum posset competere
 » modo aliquo vel prodesse et eidem Stephano obesse :
 » omnia predicta et singula idem Stephanus juravit
 » coram nobis, tactis sacrosanctis evangelii, si ipsum
 » Deus adjuvet, et sancta Dei evangelia firmiter ser-
 » vare. In eujus rei testimonium, nos predicti abbas
 » et conventus presentibus litteris sigilla nostra duxi-
 » mus apponenda. Actum anno Domini MCCLIII,

» mense septembribus ante festum beati Mathei apostoli,
 » actum Lugduni, presentibus Guichardo de Portali,
 » Bernardo Parentis auctoritate apostolica publico no-
 » tario, Petro Raynundi, testibus ad hoc vocatis vi-
 » dentibus et audientibus. »

« Ego Thomas Blanepil Normannus, auctoritate
 » apostolica scribaniarius, premissam litteram exemplavi
 » et in publicam formam redigi, rogatus a dicto Ste-
 » phano, et collationem ad originale feci. »

Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Late-
 rani, VI idus februarii, anno secundo. »

1208

Latran, 4 avril 1256.

Episcopo Noviomensi mandat, quatinus magistro Thomae
 de Jouigniaco, clericu Guillelmi abbatis Cluniacensis, de praeben-
 da in ecclesia Noviomensi providere procuret. (Reg. 24,
 f. 152, ann. II, c. 173².)

« ... episcopo Noviomensi. Ne liberalitas suo —. Hinc
 est quod, obtentu dilecti filii Guillelmi, abbatis Cluniacensis,
 pro dilecto filio magistro Thoma de Junigiac, capellano nostro, canonico ecclesie Sancti Petri Sues-
 sionensis, clericu ejusdem abbatis, pro quo apud nos
 litterarum scientia et morum elegantia evidentius in-
 tercedunt, fraternitatem tuam rogamus, monemus et
 hortamur attente ac per apostolica tibi scripta preci-
 piendo mandamus, pro speciali munere nichilominus
 postulantes, quatinus predicto magistro vel procuratori
 suo, ejus nomine, de prebenda, si qua in ecclesia No-
 viomensi, in qua prebendarum collatio ad te pertinere
 dicitur, vacat ad presens vel quancito ad id se facultas
 obtulerit, pro nostra et apostolice Sedis reverentia sue
 quoque probitatis intuitu, liberaliter providere procure-
 res, seiturus quod id gratum erit nobis quamplurimum
 et acceptum. Quinimmo eo gratius hoc habebimus quo
 ex devotione procedere videbitur potiori quodque nos
 in tuis et ecclesie tue agendis senties magis favorabiles
 et benignos, et studebinus etiam alias tibi et ipsi ec-
 clesie, cognita in hoc tui animi puritate, grata vicissi-
 tudine respondere. Ut autem nostras in hac parte pre-
 ces et mandatum valeas efficacius adimplere, fraternitati
 tue faciendi ipsum recipi, auctoritate nostra, in pre-
 dicta ecclesia vel procuratorem suum, ejus nomine, in
 canonicum et in fratrem, sibique stallum in choro et
 locum in capitulo cum plenitudine juris canonici as-
 signandi, etc. Contradictores, etc. Non obstantibus quod
 idem alias in pluribus ecclesiis beneficiatus extitit, aut
 quod non est de tua diocesi oriundus, vel si direximus
 tibi pro aliis scripta nostra, quibus etc. usque : gene-

rari, seu statuto de certo canonicorum numero, jura-
mento, etc. usque : fuerit attemptatum. Dat. Late-
rani, II nonas aprilis, anno secundo. »

1209

Latran, 29 mars 1256.

Episcopum Ambianensem rogit, ut Roberto de Bensiaco,
clerico Suessionensis diocesis, nepoti magistri Thomae de
Jouigniaco, praebendam in ecclesia Ambianensi concedat, non
obstante quod idem alias beneficiatus existit aut quod non est
de dioecesi oriundus. (REG. 24, f. 152, ann. II, c. 173³.)

« ... , episcopo Ambianensi. Ne liberalitas etc. —. Dat.
Laterani, IIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1210

Latran, 5 avril 1256.

Eundem Thomam de Jouigniaco in capellatum suum ad-
mittit. (REG. 24, f. 152, ann. II, c. 173⁴.)

« Magistro Thome de Jouigniaco, capellano nostro. Me-
rititis tue probitatis —. Dat. Laterani, nonis aprilis,
anno secundo. »

1211

Latran, 4 février 1256.

Juramentum relaxat abbatis monasterii Pontileviensis, Car-
notensis diocesis, qui, propter importunitatem quorundam
nobilium filios nitentium in monachos recipi, in manibus
prioris fidem dedit, quod non reciperet aliquem in fratrem,
donec conventus ad tricennarium numerum redactus fuerit.
(REG. 24, f. 152v, ann. II, c. 174.)

« Magistro Raynaldo, dicto Tupim, canonico ecclesie
Sancti Andree de Castriduno, Carnotensis diocesis. Sua no-
bis dilectus filius ... abbas monasterii Pontileviensis,
ordinis sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, petitione
monuit, quod ipse olim, propter importunitatem quo-
rumdam nobilium, qui quosdam ex filiis et aliis consan-
guineis suis nitebantur forte recipi in eodem monas-
terio in monachos et in fratres, quod erat ex plurimum
receptione gravatum, in manibus prioris ejusdem mo-
nasterii fidem dedit, quod, donec ipsius monasterii
conventus ad tricennarium numerum redactus fuerit,
non reciperet nec recipi faceret in eo aliquem in mo-
naehum et in fratrem. Verum cum ex hoc in partibus
illis et in monasterio ipso scandalum non modicum
generetur, supplicavit nobis dictus abbas, ut ab hujus-
modi fidei datione absolviri faceremus eundem. Quo-
circum mandamus qualinus, si est ita, juramentum hu-

jusmodi auctoritate nostra relaxes, si utilitati ejusdem
monasterii videris expedire. Nolumus enim quod idem
monasterium ex hoc incurrat aliquam lesionem. Dat.
Laterani, II nonas februarii, anno secundo. »

1212

Latran, 26 février 1256.

[Prandotae], episcopo Cracoviensi, concedit facultatem
poenitentes in diebus festivitatum s. Stanislavi et in octavis
earum introducendi in ipsam ecclesiam eosque reconciliandi.
(REG. 24, f. 152v, ann. II, c. 175; POTTHAST 16265.)

« ... , episcopo Cracoviensi. Cum sicut tua —. Dat. La-
terani, V kalendas martii, anno secundo. »

1213

Latran, 8 mars 1256.

Plebanus S. Johannis Campileonis, Aretinae diocesis, man-
dat, quatinus Hugoni, archidiacono Arctino, fratri Vulterani
electi, centum librarum Turonensium provisionem faciat assi-
gnari ab ecclesiis Tusciae, non obstante ammissione litterarum
Innocentii papae apud Foggiam facta. (REG. 24, f. 152v, ann. II,
c. 176.)

« ... , plebanus Sancti Johannis Campileonis, Aretine dio-
cesis. Dilectus filius Hugo, archidiaconus Aretinus, ca-
pellanus noster, frater dilecti filii .., electi Vulterani,
sua nobis petitione monuit, quod felicis recordationis
I. papa predecessor .., archipresbytero Vulterano, sub
certa forma suis dedit litteris in mandatis, ut eidem ab
ecclesiis Tuscie exemplis et non exceptis in centum
libris Turonensium faceret annis singulis provideri.
Unde cum dictus capellanus, cui hujusmodi provisio a
quibusdam ecclesiarum ipsarum personis assignata
fuerat et qui partem per aliquot annos ex ea perceperat,
easdem litteras, dum erat apud Fogiam cum eodem
electo in Ecclesie servitio, cum multis rebus suis aliis
amisset, ne facta sibi super hoc frustretur gratia, ip-
sarum litterarum aminiculo destitutus, nobis humiliter
supplicavit, ut ei paterna providere sollicitudine eura-
reimus. Quocirca mandamus qualinus, si tibi consti-
tuit per fidei dignorum testimonium de ipsarum littera-
rum tenore, non obstante ammissione illarum, juxta
earum continentiam, prefato capellano provisionem
ipsam facias assignari. Dat. Laterani, VIII idus martii,
anno secundo. »

1214

Latran, 4 mars 1256.

Praeposito et fratribus de Rubono, ordinis Humiliatorum,

REGISTRES D'ALEXANDRE IV.

Mediolanensis diocesis, quibus [Leo], archiepiscopus Mediolanensis, hoc monasterium tunc monialium ordinis s. Benedicti concesserat, hanc concessionem confirmat. (REG. 24, f. 152^v, ann. II, c. 177; POTTHAST 16278.)

« .., preposito, et fratribus ordinis de Rubono, ordinis Humiliatorum, Mediolanensis diocesis. Justis petentium etc. usque : complere —. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno secundo. »

1215

Latran, 9 mars 1256.

Abbati monasterii B. Mariae de Voto juxta Cesarisburgum committit, ut cum Nicolao de Sigovile, subdiacono, canonico ipsius, de soluto et soluta genito, dispenset quod, non obstante defectu natalium, ad regulares administrationes sui monasterii dumtaxat assumi valeat. (REG. 24, f. 152^v, ann. II, c. 178.)

« .., abbati monasterii Beate Marie de Voto juxta Cesarisburgum, ordinis sancti Augustini, Constantiensis diocesis. Regularis ordinis professoribus —. Dat. Laterani, VII idus martii, anno secundo. »

1216

Latran, 8 février 1256.

Infrascriptis mandat, ut Stephanum de Fuer in possessionem domus de « Lyntaus » (Limans), ab abbatte et conventu Cluniacensibus ei concessae, inducant et defendant inductum. (REG. 24, f. 152^v, ann. II, c. 178^v.)

« ... decano majoris, et ... sacriste Sancti Pauli ecclesiarum Lugdunensium. Petatio dilecti filii —. Dat. Laterani, VI idus februarii, anno secundo. »

1217

Latran, 4 février 1256.

Episcopo Siracusano mandat, quatinus B., episcopo Frequentino, a sede propria miserabiliter exulare coacto, provisionem necessariam pro se, uno clero, duobus servientibus ac tribus equitaturis faciat exhiberi ab ecclesiis et monasteriis Siciliae. (REG. 24, f. 153, ann. II, c. 179.)

« ... episcopo Siracusano. Constitutus in presentia nostra venerabilis frater noster B., episcopus Frequentinus, nobis humiliter supplicavit ut, eum ipse, presentis temporis et quorundam emulorum suorum faciente malitia, a sede propria miserabiliter exulare cogatur, nec habet unde valeat sustentari, subvenire indigentie sue apostolica sollicitudine curaremus. Nos igitur, ipsius supplicationibus inclinati, mandamus,

quatinus eidem episcopo ab aliquibus ecclesiis et monasteriis insule Sycilie exemptis et non exemptis tamdiu facias pro se et uno clero et duobus servientibus ac tribus equitaturis in vite necessariis provideri, donec possit ad ecclesiam suam cum securitate redire. Contradictores. Non obstante si personis aut locis aliquibus a Sede apostolica sit indulatum, quod ad provisionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli non possint per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia prefata Sedis indulgentia per quam ejusdem episcopi provisio impediri valeat seu differri. Dat. Laterani, II nonas februarii, anno secundo. »

1218

Latran, 11 mars 1256.

Capitulo Eboracensi mandat, quatinus Sewaldo electo tanquam pastori animarum obedientiam impendant, dispensans eum eodem Sewaldo super defectum natalium. (REG. 24, f. 153, ann. II, cap. 180.)

« Capitulo Eboracensi. Recte tunc ecclesiarum utilitati prospicit et indemnitati salubriter precavetur, cum discretis et providis earum eura committitur et viduatarum regimini pastores idonei preponuntur. Unde Romanus pontifex, cui ex apostolatus officio imminet de universis ecclesiis sollicite cogitare, hoc maxime circa ipsas attendit et ad id propensius invigilat, ut per bonos et dignos gubernentur rectores, perduces prospicuos in suis gregibus dirigantur, per sacros et eruditos ministros in spiritualibus fulgeant et per dispensatores prudentes temporalium proficiant incrementis: quia navis, qui perito remige dueitur, liquida recte percurrit spacia, et domus ubertate rerum excrescit, que patrefamilias regitur studiose, ac vinea quam diligens cultor curat in botros exuberat opulentos, et ager in vegetem fecundam fructificat, quem agricultura bonus colit. In eo etiam ecclesiis apostolica Sedes provide prospicit et benigna, quod, si aliquos propriis adjutis meritis ad earum prelaturas interdum evocari contingit, qui alias forte propter aliquem suum defectum vel notam minime promoveri deberent, ipsa, temperans in hoc sue minime lenitate canonice censure rigorem et juris duritiam benignitate pietatis emolliens, remedium, circa id utilitate prospecta, oportune dispensationis apponit, inhabiles et ineptos coaptans et reparans misericorditer ad honores, aperiendo clementer eis januam dignitatum, quia austere ipsis ecclesiastica instituta precludunt et gratiose illos ad presulatus

officium admittendo, a quo probrose duris sanctionibus repelluntur.

» Sane bone memorie Waltero, archiepiscopo Eboraensi, viam universe carnis ingresso, vos, vocatis et presentibus omnibus qui deluerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, in dilectum filium magistrum Sewallum, electum Eboraensem, tunc decanum ipsius ecclesie, ac sex alios ex vobis, providendi per electionem vel postulationem eidem ecclesie de pastore contulisti unanimiter potestatem, promittentes illum recipere quem iidem de se ipsis vel de aliis, de ipsis tamen ecclesie gremio, eligendum ducerent vel etiam postulandum; quorum sex, ejusdem ecclesie statu ipsiusque necessitate provida consideratione pensatis, predictum magistrum S. in archiepiscopum ipsius ecclesie canonice ac concorditer postularunt. Vos autem, quod per illos in hac parte factum extiterat communiter acceptantes ac regium super hoc requirentes assensum, dilectos filios magistros Johannem, cancellarium, Petrum, archidiaconum Nortinghe, Rogerium de Skeklig canonicos et Radulphum de Pavilli, procuratores prediecte ecclesie, ad nostram presentiam transmisistis, supplicantes humiliter per eosdem vel postulationem hujusmodi, dispensando cum predicto magistro S. super defectum natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, de benignitate admittere apostolica curaremus, cum firmiter speraretis et crederetis predictam ecclesiam majora per ipsum posse suscipere incrementa. Nos vero, postulationis ejusdem cum multa diligentia discusso processu, demum quia comperimus postulationem eandem fuisse a vobis canonice ac concorditer celebratam, et laudabilia de predicto decano a quampluribus probis et fide dignis audivimus testimonia, considerantes ex hiis quod premissum supplet commendabili bonitate defectum redimitque virtutibus vitium geniture, quodque sibi vite nitor, mornm honestas et eminens litterarum scientia magis prosunt, quam notabilis ortus ob sit, et quod promotionis aditum quem dampnabant dampnata natalia digne sibi merita comprobata parvunt, prefataam postulationem de fratribus nostrorum consilio benigne duximus admittendam, secum super ipso defectum quantum ad hoc autoritate apostolica misericorditer dispensantes et ecclesie prediecte de speciali gratia ipsum in pastorem et archiepiscopum concedentes. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sen-

tentiam quam idem rite etc. usque : observari. Dat. Laterani, V idus martii, anno secundo. »

1219

Latran, 8 mars 1256.

Abbatii S. Justi Volterani mandat, quatinus sententias interdicti ab abbate de Turri, Senensis diocesis, contra episcopos, abbates et clerum Senensis, Grossetanae ac Massanae dioecesum de mandato apostolico prolatas, faciat observari; praedicti enim episcopi et clerici noluerunt quantitatem pecuniae ipsis impositam solvere electo Volterano personaliter accedenti pro servitio Ecclesiae ad regnum Siciliae. (REG. 24, f. 153, ann. II, c. 181.)

« ... abbatii Sancti Justi Wolterani. Dilectus filius ... electus Wolteranus, sua nobis petitione monuit, quod, cum nos, compatiientes ei super gravibus expensarum oneribus que subiit accedendo personaliter cum decenti comitiva militum pro servitio Ecclesie ad regnum Sicilie, mandaverimus et venerabilibus fratribus nostris episcopis et capitulis Senensis, Grossetane ac Massane civitatum, nec non abbatibus et eorum conventibus, et clero earumdem civitatum et suarum diocesum exemptis et non exemptis, sub certa forma in certa summa pecunie provideri, dantes dilecto filio ... abbatii de Turri, Senensis diocesis, nostris litteris in mandatis, ut per se vel discretos aliquos secundum sue discretionis arbitrium imponens eorum singulis proportionaliter juxta facultates proprias certam de hujusmodi pecunia quantitatem, ipsos ad solvendum ipsi electo quantitatem eandem infra prefixum eis terminum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cohartaret, idem abbas predictis episcopis et aliis, litterarum ipsarum auctoritate, mandavit, ut impositant eis ab ipso secundum mandatum apostolicum quantitatem, eidem electo in statuto termino exhiberent. Sed dicti Massanus et Grossetanus episcopi, et capitula, et clerici Massane et Grossetane civitatum et dioecesum, nec non et quidam alii earumdem et Volterane ac Senensis civitatum et dioecesum, asserentes in quantitate ipsis imposita ultra facultates proprios se gravatos, et propter hoc ad Eudem apostolicam appellantes, quantitatem prefato electo in eodem termino solvere contumaciter denegarunt : propter quod dictus abbas, appellationem hujusmodi frivolam reputans, prout erat, cum iidem, licet proponerent gravamen, efficax nullatenus ostendisse, ipsis episcopis, canonica monitione premissa, ingressum ecclesie ac sacerdotiale officium interdixit, in alios vero excommunicationis sententiam, exigente justitia,

promulgavit, ac eorum ecclesias supposuit ecclesiastico interdicto, hujusmodi sententias nichilominus publicando.

» Verum ipsi, eosdem sententias dampnabiliter contempentes, divina officia celebrare, immo, quantum in eis est, verius prophanare presumunt, in animarum suarum periculum, dicti electi prejudicium et ecclesiastice discipline contemptum. Quare fuit ex parte ipsius electi nobis humiliiter supplicatum, ut dietas sententias robur firmitatis debitum obtinere, ac eos pro hujusmodi presumptionis excessu puniri pena canonica mandaremus. Ideoque mandamus, quatinus sententias ipsas sic prolatas, non obstante appellatione predicta, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari, easdem sententias singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per omnia loca in quibus expedire videris, publicando sollempniter, et publicari faciendo, ac nunciando prefatas ecclesias interdictas, alias aggravando prefatas sententias, prout exegerit protervitas eorumdem. Si vero episcopi et alii predicti sic ligati vel aliqui ex eis super hiis satisfactionem plenariam electo impenderint memorato, auctoritate nostra, relaxes juxta formam Ecclesie sententias antedictas, et dispenses cum eis super irregularitate, si quam propter hoc forsitan contraxerunt. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno secundo. »

1220

Latran, 26 décembre 1255.

Infrascripto indulget, ut recipere valeat unicum aliud beneficium curam babens animarum. (Reg. 24, f. 153v, ann. II, c. 182.)

« *Willemo de Alto Monte, rectori ecclesie de Holecote, Lincolniensis diocesis. Devotionis tue merita —. Dat. Laterani, VII kalendas januarii, anno secundo.* »

1221

Latran, 4 mars 1256

Fratribus domus leprosorum S. Lazari, Mutinensis diocesis, confirmat exemptionem ab omnibus collectis ecclesiae quam eis concessit Albertus Mutinensis episcopus die sabbati XV intrante januario MCCLVI, litteras exemptionis inserendo. (Reg. 24, f. 153v, ann. II, c. 483.)

« *..., magistro, et fratribus domus leprosorum Sancti Lazari, Mutinensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis acceptimus, quod venerabilis frater noster ..., episcopus*

Mutinensis, loci dioecesanus, paupertati et angustiis vestris paterno affectu compatiens, vos ecclesiam et dominum vestras ab omnibus collectis et onere collectarum imperpetuum, prout spectabant ad eum, pia et provida deliberatione absolvit : ita quod ab eo et successoribus suis aut capellanis civitatis Mutinensis ad premissa cogi decetere non possitis, prout in patentibus litteris prefati episcopi confectis exinde ac suo sigillo signatis plenus continetur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

Modene, 15 janvier 1256

« In nomine Domini nostri Ihesu Christi, anno a
 » Nativitate ejusdem M^oCC^oLVI^o, indictione XIII, die
 » sabbati XV intrante januario, ad honorem Dei Onni-
 » potentis et beatissime Marie Virginis, necon et
 » gloriosi Geminiani confessoris et episcopi, dominus
 » Albertus, Dei gratia venerabilis episcopus Mutinen-
 » sis, pro remedio anime sue ac suorum predecessorum
 » et successorum misericordia motus, volens necessi-
 » tate et paupertati ac miseriis et afflictionibus infirmo-
 » rum Sancti Lazari providere, exemit, absolvit atque
 » liberavit pro se et suis successoribus imperpetuum
 » ecclesiam Sancti Lazari et infirmos ab omnibus
 » collectis et onere collectarum decetere factarum oc-
 » casione aliqua, ita quod ab ipso domino episcopo,
 » neque snis successoribus seu a capellaniis civitatis
 » Mutinensis ulterius pro collectis aliquibus dicta ec-
 » clesia et infirmi compelli non possint. Ad maiorem
 » autem hujusmodi rei firmitatem, jussit prefatus do-
 » minus episcopus hanc paginam sui sigilli munimine
 » roborari. Actum Mutine in episcopali palatio, pre-
 » sentibus testibus et rogatis domino Marchio de Vi-
 » centia, capellano ipsius domini episcopi, domino
 » Jacobo, archipresbytero plebis de Saliceto, et domino
 » Lanfranco de Boschetis.

» Ego Bonaventura, imperiali auctoritate notarius,
 » filius fratris Jacobi de Penitentia de Soleria, interfui
 » et de mandato prefati domini episcopi scripsi. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 IIII nonas martii, anno secundo. »

1222

Latran, 17 février 1256.

[Leoni], archiepiscopo Mediolanensi, concedit facultatem

compellendi suffraganeos ejus, ut potestates ab ipso archiepiscopo excommunicatos evitent et evitari faciant, donec illi satisferint. (REG. 24, f. 153v, ann. II, c. 184.)

« ... archiepiscopo Mediolanensi. Tua nobis fraternitas —. Dat. Laterani, XIII kalendas martii, anno secundo. »

1223

Latran, 11 mars 1256.

Mathaeo de Vineis, presbytero Cenomanensis diocesis, episcopi Sagiensis capellano, indulget, ut, duobus beneficiis curam animarum habentibus ab ipso resignatis, alia duo recipere valeat in regno Franciae. (REG. 24, f. 154, ann. II, c. 185.)

« Matheo de Vineis, presbytero Cenomanensis diocesis. Sedes apostolica que —. Dat. Laterani. V idus martii, anno secundo. »

1224

Latran, 8 mars 1256.

Fratribus hospitalis S. Antonii Viennensis concedit facultatem utendi Officio Romanae Ecclesiae. (REG. 24, f. 154, ann. II, c. 186.)

« ... magistro, et fratribus Hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis. Justis potentium etc. usque : complere. Cum igitur proprium in divinis celebrandis officium, sicut habent alie religiones, hospitale vestrum non habeat, prout ex parte vestra fuit propositum coram nobis, nos, vestris supplicationibus inclinati, utendi Officio Ecclesie Romane circa divina celebranda, plenam vobis concedimus auctoritate presentium facultalem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno secundo. »

1225

Latran, 13 mars 1256.

Archiepiscopo Barensi mandat, quatinus Petrum de Cidonola, Minerbinensem electum, Cannensi ecclesiae perficiat in episcopum, juxta capituli Cannensis votum unanime et propter graves inimicitias quorundam nobilium quas incurrit in partibus Minerbinensis ecclesiae defendendo jura ipsius ecclesiae. (REG. 24, f. 154, ann. II, c. 187.)

« ... archiepiscopo Barensi. Ecclesia Cannensi, que metropolitico jure tibi subesse dicitur, adeo in spiritualibus et temporalibus, prout accepimus, collapsa manente, ut ad susceptionem sui regiminis vix posset aliquis voluntarius inveniri, dilecti filii, capitulum

cujusdem ecclesie, in dilectum filium Petrum de Cidonola, Minerbinensem electum, suffraganeum tuum, vota sua unanimiter et concorditer direxerunt, pro firmo tenentes quod, eum ipse sit vite laudabilis et scientie competentis, dicta ecclesia per ipsius industriam in spiritualibus et temporalibus Deo propitio grata consequi debeat incrementa. Quare humiliter petebant a nobis, ut eum absolutum a vinculo Minerbinensis ecclesie, in episcopum et pastorem ipsi Cannensi ecclesie concedere dignaremur, maxime cum dictus electus, propter graves inimicitias quorundam nobilium de partibus illis, quas incurrit defendendo jura ipsius Minerbinensis ecclesie, in ea proficere nequeat iuxta votum.

» Nos itaque, prefati capituli supplicationibus annuentes, mandamus quatinus, consideratis diligenter circumstantiis universis, si translationem predicti electi videris expedire, ipsum, dummodo ad id ejus consensus aceedat, dictumque capitulum in pristino voto perduret, a vinculo quo ecclesie Minerbinensi tenetur asstrictus absolvens, auctoritate nostra eum sepedie Cannensis ecclesie perficias in episcopum et pastorem, sibique transeundi ad illam licentiam largiaris et eidem a subditis suis obedientiam et reverentiam debitam facias exhiberi, munus consecrationis sibi postmodum, prout ad te spectare dinoscitur, impensurus. Contradictores. Dat. Laterani, III idus martii, anno secundo. »

1226

Latran, 18 février 1256.

Infrascripto mandat, ut ad provisionem Bartholomaei de Dessa, pauperis clerici Lemovicensis diocesis, de praebendali vel alio ecclesiastico beneficio civitatis ac diocesis Lemovicensis, exceptis cathedrali ecclesia et locis exemptis, procedat, juxta continentiam litterarum Innocentii IV Magistro Petro Pitandi, canonico S. Austregisili de Castro Bituricensi, directarum, nullum autem commodum assecutarum, « eodem canonico, postquam sibi littere ipse, vivente adhuc dicto predecessor, fuerunt legitime presentate, se ad partes transrente remotas. » (REG. 24, f. 154, ann. II, c. 188.)

« Magistro Hugoni Lasala, canonico ecclesie Ahentensis, Lemovicensis diocesis. Exposuit coram nobis —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1227

Latran, 6 mars 1256.

Ordinis S. Trinitatis et Captivorum majori ministro concedit, ut, non obstante inhibitione in regula contenta, fratres possint

equitare, quando redemptioni captivorum videtur expedire. (Reg. 24, f. 154, ann. II, c. 189.)

« ... *Cervi Frigidi, Meldensis diocesis, et totius ordinis Sancte Trinitatis et captivorum majori ministro.* Pietatis opera, que in tuo frequentantur ordine, nos inducunt, ut, que ad ipsius profectum redundare perspicimus, affectu benivolo concedamus, ducti secura fiducia quod, quanto tu et ipsius ordinis professores majorem gratiam ab apostolica Sede percipitis, tanto sibi devotione sincerissima placere jugiter studeatis. Ex tua siquidem et dilectorum filiorum universorum ministrorum ac fratrum ejusdem ordinis petitione collegimus, quod in ejus regula continetur, ut fratres ipsius ordinis equos non ascendant aut equitent, nisi cum urgens necessitas id exposcit. Verum licet ex dispensatione tua seu majoris ministri, qui pro tempore preest ordini memorato, prout apostolica Sedes indulssisse dinoscitur, fratres ipsius ordinis mulos consueverunt equitare; quia tamen, repugnante qualitate diversorum locorum ad que dictos fratres, tum pro administrationibus et dominibus quas illie obtinent, tum pro fidelibus captivis redimendis interdum de manibus paganorum, in quorum redemptionem tercia pars omnium proventuum ordinis memorati convertitur, transire frequenter oportet, ipsi mulos eosdem illuc ducere ac in illis nequeunt comode se transferre, idem ordo sepe gravi detrimento subesse perspicitur et dictorum captivorum redemptio impenditur. Quare pro tua et predictorum ministrorum ac fratrum parte humiliter petebatur a nobis, ut providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaque, tuis et eorum devotis supplicationibus annuentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut, de consensu capitulo generali prefati ordinis, valeas cum dictis ministris et fratribus dispensare, quod, quando necessitas imminet equitare, possint equos religiosi congruos, prout locorum qualitas et condicio personarum exegerint ac utilitati dicti ordinis et etiam necessitatibus captivorum ipsorum secundum Deum videris expedire. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II nonas martii, anno secundo. »

1228

Latran, 14 février 1256.

Helyae de Lavaura dispensat, ut capellam de Bathles, Xanetonensis diocesis, et ecclesiam S. Romani de Villa Boe, Petragoricensis diocesis, quarum proventus triginta libras Turonensem annis singulis non excedunt, retinere possit. (Reg. 24, f. 154, ann. II, c. 190).

« *Helye de Lavaura, rectori ecclesie Sancti Romani de*

Villa Boe, Petragoricensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Laterani, XVI kalendas martii, anno secundo. »

1229

Latran, 18 février 1256.

Infrascripto mandat, ut Petrum presbyterum canonicum ecclesiae S. Eraelini Pesaurensis, ordinis s. Augustini, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, in priorem ab Juneta, Berardo et Benevenuto, reliquis canonicis ejusdem ecclesiae, quae propter guerrarum discrimina et incuriam priorum est collapsa, electum admittat, non obstante defectu natalium, si electionem inveniat de persona idonea. (Reg. 24, f. 154v, ann. II, c. 191.)

« ... *archipresbytero plebis Sancti Martini in Folea. Pesaurensis diocesis.* Significavit nobis dilectus —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1230

Latran, 9 mars 1256.

Petro, Sagieosis episcopi consanguineo, indulget, ut, praeter ecclesiam de Parceyo, Andegavensis diocesis, unicum aliud beneficium aut, praefata ecclesia resignata, duo beneficia similem curam habentia in regno Franciae recipere valeat. (Reg. 24, f. 154v, ann. II, c. 192.)

« *Petro, rectori ecclesie de Parceyo, Andegavensis diocesis.* Tuis ac venerabilis —. Dat. Laterani, VII idus martii, anno secundo. »

1231

Latran, 11 mars 1256.

Petro, archidiacono Wastinensi, Nicolai camerarii et capellani sui obtentu, indulget, ut, praeter archidiaconatum, unicum aliud beneficium recipere valeat. (Reg. 24, f. 154v, ann. II, c. 193.)

« *Petro, archidiacono Wastinensi in ecclesia Senonensi.* Volentes persone tue —. Dat. Laterani, V idus martii, anno secundo. »

1232

Latran, 17 mars 1256.

Magistro Johanni, capellano suo, cancellarium Eboracensem et alia ecclesiastica beneficia confirmat, « et licet nullum contra ipsorum collationem, receptionem ac detentionem credas invenisse defectum, ad amovendum tamen de conscientia tua omne dubium in hac parte, » supplet defectum, si quis in praemissis existit, facultatem mutandi beneficia pro-

aliis et unicum aliud beneficium recipiendi indulgendo.
(REG. 24, f. 154v, ann. II, c. 194.)

« *Magistro Johanni, cancellario Eboracensi, capellano nostro. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, anno secundo.* »

1233

Latran, 15 mars 1256.

Capituli Menevensis, qui Riccardum, tunc canonicum ejusdem ecclesiae, in episcopum concorditer postulabat, de clero tamen in ordinibus constituto minoribus et soluta genitum, postulationem admittit, Riccardum praeficiendo eidem ecclesiae in pastorem, de suis manibus ipsi munere consecrationis impenso. (REG. 24, f. 154v, ann. II, c. 195.)

« *Capitulo Menevensi. Ecclesia Menevensis pastoris —. Datum Laterani, idus martii, anno secundo.* »

In eundem modum, clero civitatis et diocesis Menevensis.

In eundem modum, populo civitatis et diocesis Menevensis usque : suscipientes, ejus salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis. Datum ut supra.

In eundem modum, carissimo in Christo filio ..., regi Anglie illustri, usque : remittendum. Quocirca serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus, prefatum episcopum et commissam sibi ecclesiam habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, cum tanquam acceptum nobis tibique devotum et fidum favore regio in assignatione regalium et aliorum que a tua expectantur munificentia prosequaris, ac ipsum et sepedictam ecclesiam molestari ab aliquibus tue ditioni subjectis, quantum in te fuerit, non permittas, molestatores, si qui fuerint, clementi potestate tibi celitus tradita compescendo. Ita quod ipsum episcopum tuo nomini devotiorem constitutas ex devoto nosque reddamur ad tua beneplacita promptiores. Datum ut supra.

In eundem modum, Riccardo, episcopo Menevensi, usque : demum tibi consecrationis monus de nostris duximus manibus impendendum, mutatis mutandis. Ad eandem igitur ecclesiam, quam Dei et apostolica tibi conjunxit dispensatio cum gratie nostre plenitudine proficisciens in caritate Christi, pascendum suscipe gregem ejus et sic fideliter et prudenter regere studeas domum Dei, quod tibi per vite meritum aliis proficias per exemplum nosque devotionis tue studium non immerito commendemus. Datum ut supra.

1234

Latran, 10 mars 1256.

Ro., abbati monasterii de Thiletheya [Tiltey], Londoniensis diocesis, concedit facultatem dispensandi cum R. priore, Wilhelmo ac Johanne monasterii ipsius monachis, presbyteris defectum natalium patientibus, ut ministrare in susceptis ordi-

nibus et ad regulares administrationes et abbatias Cisterciensis ordinis assumi valeant. (REG. 24, f. 155, ann. II, c. 196.)

« *Ro., abbati monasterii de Thiletheya, Cisterciensis ordinis, Londoniensis diocesis. A nobis fuit —. Dat. Laterani, VI idus martii, anno secundo.* »

1235

Latran, 11 mars 1256.

In quaestione inter capitulum Roffense et hospitale de Strodes orta et suo arbitrio submissa, statuit, ut ecclesia S. Margaretae extra Fossam capitulo remaneat, hospitale autem a solutione pensionis XVIII marcarum argenti deinceps sit immune. (REG. 24, f. 155, ann. II, c. 197.)

« ... , priori et capitulo Roffensi. Dudum inter vos, ex parte una, et yconomum ac fratres hospitalis de Strodes, Roffensis diocesis, ex altera, super ecclesia Sancte Margarete extra Fossam et pensione annua XVIII marcarum sterlingorum, quam ut asseritis consuevistis percipere de ecclesia de Eyllefforde, Roffensis diocesis, ad idem hospitale spectante, orta materia questionis, felicis recordationis I. papa predecessor noster dilectum filium R., Sancti Angeli diaconum cardinalem, primo ac lite coram eo legitime contestata, venerabiles fratres nostros (*sic*) ..., Prenestinum episcopum, in causa hujusmodi dedit partibus auditores. Porro magister Edmundus, predictorum fratrum, ac frater Rogerus, monachus Rolfensis, vestri procuratores, habentes super hoc mandata sufficientia, consentientes quod per concordiam causa terminaretur hujusmodi, ordinationi ac arbitrio nostro super hoc se totaliter summiserunt : promittentes quod ordinationem nostram servabunt et non venient contra eam.

» Nos itaque, volentes predictam causam per ordinationem congruam terminare, ordinamus, statuimus et providemus, quod dicta ecclesia Sancte Margarete cum omnibus pertinentiis suis, quocumque nomine censeantur, cum integritate vobis remaneat pacifice ac quiete ; yconomus vero et fratres predicti a solutione predictarum XVIII marcarum ac etiam duarum alias marcarum, quas alias de predicta ecclesia de Eyllefforde iidem yconomus et fratres vobis anuuatim consueverunt solvere ab antiquo, nomine pensionis, deinceps sint liberi et immunes : predictis quoque yonomo et fratribus super eadem ecclesia Sancte Margarete ac pertinentiis ejus ac vobis super perceptione omnium predictarum marcarum, duximus perpetuum silentium imponendum. Decernentes irritum et inane, si quid contra ordinationem hujusmodi a quoque

quam contigerit attemptari. Non obstante si ad hoc venerabilis fratris nostri .., Roffensis episcopi, vel alicuius alterius persone debuerit requiri consensus, vel si quis defectus fuit in predictorum procuratorum procuratoriis aut quoemque alio modo vel facto, per quod vel per quem ordinatio statum (*sic* et provisio hujusmodi possent in irritum revocari. Nulli etc. nostre ordinationis, provisionis et constitutionis etc. Dat. Laterani, V idus martii, anno secundo. »

1236

Latran, 14 mars 1256.

Episcopo Argentinensi mandat, ut, juxta litteras Innocentii IV, Conrado port[ion]ario ecclesiae S. Thomae Argentinensis ecclesiam de Dosenhein, ejusdem diocesis, ad collationem abbatis et conventus de Swargahe, ordinis s. Benedicti, pertinentem, quam Johannes rector paratus erat resignare, conferat, « non obstante quod idem rector, qui vocatur Nicolaus, Johannes per errorem in eisdem litteris dicebatur. » (Reg. 24, f. 155, ann. II, c. 198.)

« .., episcopo Argentinensi. Cum. sicut dilectus —. Dat. Laterani, II idus martii, anno secundo. »

1237

Latran, 18 mars 1256.

Guillelmo, rectori ecclesiae de Scakepol Elidir, Menevensis diocesis, X libras sterlingorum annuatim valentis, indulget, ut unicum aliud beneficium recipere valeat. (Reg. 24, f. 155, ann. II, c. 199.)

« Guillelmo, rectori ecclesie de Scakepol Elidir, Menevensis diocesis. Etsi propter ambitiones —. Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno secundo. »

1238

Latran, 17 mars 1256.

[Henrico], electo Spirensi, confirmat, tenorem instrumenti inserendo, arbitrium H[ugonis], Sanctae Sabinae presbyteri, R[iccardi], Sancti Angeli, et P[etri], Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconorum cardinalium, in controversia de episcopatu Herbipolensi exorta, latum in palatio Sanctae Sabinae de Urbe, anno MCCLVI mense januario die quarto, per quod Iringo, episcopo Herbipolensi, episcopatus ille adjudicatus sit, Henrico vero damna illata resarciri debeant. (Reg. 24, f. 155, ann. II, c. 200. — RÖDENBERG, t. III, p. 387.)

« .., electo Spirensi. Ea que iudicio —. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, anno secundo. »

1239

Latran, 14 mars 1256.

Infrascripto dispensat, ut unicum aliud beneficium recipere valeat, praeter ecclesias de Hale et de Moriseby, quarum centrum solidorum sterlingorum annuatim valentiam proventus non exceedunt. (Reg. 24, f. 156, ann. II, c. 201.)

« Helye, de Hale et de Moriseby ecclesiarum rectori. Eboracensis diocesis. Licet nequis plures —. Dat. Laterani, II idus martii, anno secundo. »

1240

Latran, 25 avril 1256.

Capitulo Aniciensi inhibet, ne praepositura ecclesiae alieni conferatur, lice adhuc pendente super eadem praepositura inter capellam suum Johannem de Camezano et Armannum de Podempniaco aut alios. (Reg. 24, f. 156, ann. II, c. 202.)

« .., decano, et capitulo Aniciensi. Dilectus filius Johannes de Camezano, capellanus noster et contradicitarum nostrarum auditor, canonicus ecclesie vestre, in prepositura ejusdem ecclesie se jus habere proponebat. Armannum de Podempniaco, canonicum ejusdem ecclesie, qui preposituram ipsam detinere dicitur, et omnes alios qui se super ipsa dicto auditori ducent opponendos ac in ea se dicent jus habere, ad Seden apostolicam, prout asserit, per litteras nostras citari obtinuit, et super hoc dilectum filium nostrum P., Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalis, sibi dari etiam auditorem. Quia vero lice pendente nichil est innovandum, universitati vestre auctoritate presentium districtius inhibemus, ne preposituram ipsam de novo alieni conferre vel de ipsa per vos vel alios attemptare aliquid presumatis, donec jus predicti capellani super eadem prepositura prejudicium fuerit declaratum. Nos enim ex nunc decernimus irritum et inane, si quid de prepositura predicta contra inhibitionem hujusmodi contigerit attemptari. Dat. Laterani, VII kalendas maii, anno secundo. »

1241

Latran, 26 février 1256.

Episcopo Pictaviensi mandat, quatinus ad apostolicam Seden mittere studeat omnes partes litigantes de electione Guillelmi de Jarniaco, abbatis monasterii Sancti Stephani Baciacensis, Xanetonensis diocesis, qui benedictionis munus a Sede apostolica recepturus non venit. (Reg. 24, f. 156, ann. II, c. 202.)

« .., episcopo Pictaviensi. Sua nobis dilectus Guillelmus de Jarniaco, abbas monasterii Sancti Stephani Baciacensis, ordinis sancti Benedicti, Xanetonensis

diocesis, petitione monuit, quod, monasterio ipso abbatis regimine destituto, conventus ipsius convenientes in unum. Spiritus Sancti gratia invocata, eum ipsius monasterii monachum in eorum abbatem canonice ac concorditer elegerunt, ac venerabilis frater noster, Xanthonensis episcopus, loci diocesanus, prout ad eum de antiqua et approbata consuetudine pertinet, presentatam sibi hujusmodi electionem confirmavit. Sed Ranulfo dicto Corion, Guillelmo et Iterio dictis Pater noster, monachis dicti monasterii, suggestibus nobis quod, monasterio predicto, quod dicebatur ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, vacante, conventus ipsius convenientes in unum ad tractandum de electione abbatis, universi et singuli firmarant se facturos, prestito juramento, quod ille ex eis quem alii in eorum abbatem eligerent, veniret confirmationis et benedictionis munus post electionem canonice celebratam a Sede Apostolica recepturus, et quod dictus abbas electionem de se factam per eundem episcopum confirmari et impendi sibi munus benedictionis, in ipsorum et dicti monasterii prejudicium, de facto, cum de jure nequiverit, in Ecclesie Romane juris injuriam, procurarat, dilectis filiis magistro Petro Raymundi, capellano nostro, decano, et Guillelmo de Lumbiniaco, canonico Engolismensi, super hoc sub certa forma nostras litteras dicimus direxisse, a quibus dictus abbas, sentiens indebita se gravari, ad Sedem appellavit eandem.

» Nosque dilectum filium nostrum Ottobonum, Sancti Adriani diaconum cardinalem, super hoc dedimus partibus auditorem: coram quo, lite in causa ipsa legitime contestata, diutius in hujusmodi negotio est processum. Porro judices predicti, legitima ipsius abbatis appellatione contempta, eum a regimine abbatie dicti monasterii dicuntur sententialiter amovisse, predicto conventui providendi sibi de persona idonea per electionem canonicam vel postulationem concordem concessa nichilominus facultate. Ceterum dictus conventus Ranulfo, Guillelmo et Iterio predictis eligendi et postulandi aliquem canonice in abbatem predicti monasterii in Romana Curia vel alibi, ubicumque expedire viderent, potestatem dicitur contulisse. Qui, causa hujusmodi appellationis pendente, dilectum filium Petrum dictum Bermundi, capellanum nostrum, abbatem monasterii Sancti Theodardi de Monte Albano, Caturcensis diocesis, in abbatem dicti monasterii Baciacensis de facto, cum de jure nequiverint, postularunt.

» Demum predictus conventus et ..., prior ipsius monasterii Baciacensis, tacito fraudulenter quod idem cardinalis datus erat auditor et quod pendebat causa hujusmodi coram eo super predicto negotio, ad vene-

rabilem fratrem nostrum ..., Caturensem episcopum, sub certa forma nostras dicuntur litteras impetrasse. Quare dictus Guillelmus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum autem dividi non debeat cause continentia supradicte, mandamus quatinus universas litteras hincinde ab apostolica Sede obtentos omnesque processus tamen per illas quam alias in hujusmodi negotio habitos tibi faciens exhiberi detentores, ad exhibitionem ipsorum auctoritate nostra, appellatione postposita, compellendo, eos ad apostolicam Sedem mittere studeas, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo perse vel procuratores idoneos sufficienter instructos cum omnibus juribus et rationibus ac munimentis suis compareant coram nobis, facture et receptione super hoc quod ordo dictaverit rationis. Diem autem citationis et quicquid inde feceris per tuas nobis patentes litteras, tenorem continentis presentium, studeas intimare. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno secundo. »

1242

Latran, 15 mars 1256.

Viris religiosis conventus de Bello loco in Cypro, Cisterciensis ordinis, quibus Odo, Tuscanus episcopus, apostolicae Sedis legatus, concessit facultatem ipsos transferendi de loco de Purgo ad locum de Bello loco prope Nicosiam, hanc concessionem confirmat, litteras Odonis, datas in Castris juxta Caesaream Palestinam XII kalendas augusti MCCLI inserendo. (Reg. 24, f. 156v, ann. II, c. 203.)

« ... abbatii, et conventui monasterii Belli loci in insula Cypri, Cisterciensis ordinis. Nicosiensis diocesis. Cum a nobis petitur etc. usque: effectum. Sane lecta coram nobis vestra petitio continebat, quod venerabilis frater noster ..., episcopus Tuscanus, tunc in partibus illis apostolice Sedis legatus, pia considerans diligentia quod locus de Pirgo, in quo tunc temporis morabimini, vobis pluribus de causis rationabilibus non erat accommodus, per suas litteras vobis facultatem concessit, ut, contraria consuetudine Cisterciensis ordinis non obstante, ad locum Belli loci juxta Nicosiam, contemplativis usibus magis aptum, possetis libere vos transferre, cuius concessionis auctoritate vos ad locum ipsum de Bello loco postmodum transtulistis. Nos itaque, vestris devotis supplicationibus annuentes, concessionem et translationem hujusmodi ratas habentes et firmas, illas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque: communimus. Concedentes vobis nichilominus ut, non obstantibus si translationi hujusmodi venerabilis fra-

tris nostri .., archiepiscopi, et capituli Nicosiensis non intervenit assensus et aliquibus litteris apostolicis impetratis vel etiam impetrandis, iubi libere remanere ac licite valeatis. Tenorem autem dictarum litterarum ipsius legati de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus, qui talis est :

Au camp près de Césarée de Palestine, 21 juillet 1251.

« Odo, miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolice Sedis legatus, viris religiosis .., abbatii et conventui de Bello loco in Cypro. Cisterciensis ordinis, salutem in Domino sempiternam. Cum locum de Purgo vobis incommode sciamus propter causas quamplures, prout fide perspeximus oculata, auctoritate legationis qua fungimur, vobis concedimus, ut, si domum que fuit fratrum Minorum sitam prope Nicosiam habere poteritis ad habitandum ibidem, vos transferre possitis loco prefato relicto. Non obstante constitutione aliqua super hoc edita in vestro capitulo generali, quan Romanæ Ecclesie sive nostre legationi prejudicare non credimus in hac parte. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum in Castris juxta Cesaream Palestine, anno Domini M^oCC^oL^o, XII kalendas augusti. »

» Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc. Dat. Laterani, idibus martii, anno secundo. »

1243

Latran, 23 mars 1256.

Priori et conventui monasterii S. Thomae de Haverfordia, Menevensis diocesis, pauperibus, indulget, ut in ecclesia S. Martini de Haverfordia et capellaniis ipsius per capellanos suos, ut hactenus consueverunt, deservire valcent, cedente vel deceidente vicario qui deservit nunc inibi, per bonae memoriae Menevensem episcopum loci diocesanum instituto. (REG. 24, f. 156^v, ann. II, c. 204.)

« ... priori, et conventui monasterii Sancti Thome de Haverfordia, ordinis sancti Augustini, Menevensis diocesis. Exigentibus vestre devotionis —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno secundo. »

1244

Latran, 20 mars 1256.

Episcopo Sagieni concedit facultatem deputandi mensae episcopali, cuius redditus sunt tenues, duas ecclesias parochiales diocesis. (REG. 24, f. 156^v, ann. II, c. 205.)

« ... episcopo Sagieni. Exigentibus tue devotionis me-

ritis etc. usque : exaudimus. Cum igitur, sicut dilectus filius magister Paulus de Sancto Helya, canonicus Baiocensis, proposuit coram nobis, mense tue redditus sunt ultra quam debeat tenues et exiles, nos, ipsius supplicationibus inclinati, deputandi eidem mense duas ecclesias parochiales tue diocesis, ad tuam collationem et patronatum spectantes, ita ut earum redditus et proventus applicentur ad perpetuum usum ejusdem mense, cedentibus vel decadentibus rectoribus earumdem, ac compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, plenam tibi concedimus auctoritate presentium faenltatem. Proviso ut eadem ecclesie debitum etc. usque : negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1245

Latran, 27 mars 1256.

Abbatii monasterii S. Genovefae Parisiensis usum mitrae, annuli ac aliorum pontificalium concedit (REG. 24, f. 157, ann. II, c. 206.)

« ... abbatii monasterii Sancte Genovefae Parisiensis, ordinis sancti Augustini. Laudabilis religio que in monasterio Sancte Genovefae Parisiensis, ad Romanam Ecclesiam immediate spectante, colitur, sic ab eo mundane delectationis relegavit illecebras, ut inter alia claustralibus abstinentie nexibus religatum observantie puritate fulgeat regularis et voluntatis libitum cohartans omnino sub obedientie debito, dignam et sedulam exhibeat Domino servitutem —. Dat. Laterani, VI kalendas aprilis, anno secundo. »

1246

Latran, 23 mars 1256.

Servos S. Mariae de Monte Sonaio, Florentinæ diocesis, cum omnibus bonis protegendo suscipiendo, confirmat statuta, quae ab eis apud ecclesiam eorum sitam prope civitatem Florentinam loco dicto Caffagio edita fuerunt (nonis octobris MCCLI), de concessione bonae memoriae A[rdingi], Florentini episcopi, auctoritate ordinaria agentis, neenon a bonae memoriae Raynerio S. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, tunc in partibus illis legationis fungente officio confirmata. (REG. 24, f. 157, ann. II, c. 207; POTIHAEST 16302.)

« ... priori, et fratribus beate Marie de Monte Sonaio, Servis Sancte Marie vulgariter nuncupatis, ordinis sancti Augustini, Florentine diocesis. Deo grata et —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno secundo. »

1247

Latran, 31 mars 1256.

Ludovico, regi Francorum, indulget, ut nullus archiepiscopus seu quilibet et alius praefatus possit in terram ejus excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, absque licentia Seu illis apostolicae speciali. (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 208; POTTHAST 16313.)

« *Lodowico, regi Francie illustri. Illo caritatis affectu —. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno secundo.* »

1248

Latran, 15 mars 1256.

Angelo Bisantii de Nisobarolo, Ecclesiae Romanae devoto ac fideli, quem spoliaverunt Manfredi fautores, confirmat promissa O., S. Mariae in Via lata cardinalis, quod ipsi restituatur de bonis regni Siciliae. (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 209.)

« *Angelo Bisantii de Nisobarolo, nostro et Ecclesie Romane devoto ac fideli. Fidei tue constantia. qua Sedis apostolice specialem benivolentiam meruisti, in nostris et nostrorum fratrum auribus pro te clamat, laudabilibus operum testimoniis. quibus hiis diebus precipue clariuit, non sinentibus tuis postulationibus exauditionis gratiam denegari. Te quidem referente. nobis innotuit, quod dilectus filius noster O.. Sancte Marie in Vialata diaconus cardinalis, tunc in regno Sicilie apostolice Sedis legatus. super revocatione Baroli ad Ecclesie devotionem, per suas litteras te concernentes, inter alia in eisdem litteris dedit tibi firmiter in promissis, quod circa omne id quod hujusmodi occasione perderes. tibi de bonis regni restitueret supradicti, sicut in eisdem litteris perspeximus contineri. Et quia, tuis mediatis studiis, sicut, eodem cardinali proponente, didicimus, Barolum, ad ejusdem Ecclesie et suam devotionem rediens, Manfredo condam principi Tarentino et aliis ipsi Ecclesie inimicis se duxit publice opponendum, iidem M. et inimici eorumque fautores postmodum te, oportunitate capta, omnibus bonis tuis mobilibus spoliarunt, et alias tibi dampna gravia intulerunt, que mille centum et XL unciarum summam auri attingisse noscuntur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod per cardinalem predictum factum est, in hac parte ratum habentes et gratum, illudque auctoritate apostolica confirmantes, universos redditus et proventus, quos curia regni predicti in predicto Barolo ejusque pertinentiis habere dinoscitur, tibi ad restitutionem subtractorum et dampnorum hujusmodi manere decernimus obligatos, ut super hiis plena tibi ex eisdem proventibus et redditibus debeat et prestetur satisfactio statuentes. Nulli etc. nostre confirmationis et*

ALEXANDRE IV, t. I.

constitutionis etc. Dat. Laterani, i libus martii, anno secundo. »

1249

Latran, 28 mars 1256.

Roberto, episcopo Virdunensi, regalia ecclesiae Virdunensis, cum imperium vacet ad praesens, vice regia concedit, « ita tamen quod pro ipsis futuro regi Romanorum, cum per Sedem apostolicam sua fuerit electio confirmata, fideliter exhibeas quae consueverunt a tuis praedecessoribus exhiberi. » (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 210; POTTHAST 16309.)

« *Roberto, episcopo Virdunensi. Inter alias sollicitudines —. Dat. Laterani, V kalendas aprilis. anno secundo.* »

1250

Latran, 12 mars 1256.

Infrascripto dispensat, ut recipiat ecclesiastica beneficia usque ad annum valorem ducentarum marcarum sterlingorum. (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 211.)

« *Magistro Andree, capellano nostro, canonico Florentino, nato dilecti filii Spiliati Cambii civis Florentini, familiaris nostri. Adjutos morum et —. Dat. Laterani, III idus martii, anno secundo.* »

1251

Latran, 26 février 1256.

Decano et capitulo ecclesiae Monasteriensis indulget, ut ad receptionem seu provisionem nonnullorum clericorum earumdem partium, qui super provisionibus in eadem ecclesia litteras apostolicas impetrarunt, compelli aliquatenus non possint, juxta constitutionis suae tenorem de quatuor canoniceis in quacunque ecclesia tantummodo recipiendis. (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 212.)

« *.., preposito, .., decano, et capitulo ecclesie Monasteriensis. Oblata nobis ex —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno secundo.* »

1252

Latran, 23 février 1256.

Infrascripto mandat, ut Petro dicto Messori, juxta litteras Innocentii IV in ecclesia Ruthenensi canonico recepto, de praebenda in eadem ecclesia providere procuret, dummodo Petrus sit de quaternario numero canonorum praescripto. (REG. 24, f. 157^v, ann. II, c. 213.)

« *.., archipresbytero Aureliacensi, Claromontensis dio-*

cessit. Cum sicut petitio —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno secundo. »

1253Latran, 1^{er} avril 1256.

Concedit facultatem absolvendi Mauricium Filium Geroldi a voto in Terrae Sanetae subsidium proficiendi, postquam negotium regni Siciliae cum rege Angliae incepit prosequi. (Reg. 24, f. 158, ann. II, c. 214.)

« *Magistris Willelmo de Culva et Willelmo de Norfeld, canoniciis Dublinensibus. Licet dilectus filius nobilis vir Mauricius Filius Geroldi, dudum zelo fidei et devotionis accensus, vivifice crucis assumpto signaculo, proposuit in Terre Sanete subsidium proficiisci, quia tamen votum hujusmodi nequit ex causa rationabili adimplere, provideri super hoc sue conscientie ac saluti apostolice dispensationis remedio supplicavit; de vestra itaque circumspictione plenam in Domino fiduciam obtinentes, absolvendi eum a predicto voto, postquam negocium regni Siciliae cum carissimo in Christo filio nostro illustri rege Anglie incepit prosequi cum effectu, liberam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno secundo. »*

1254

Latran, 13 janvier 1256.

Infrascriptis item inter praepositum ecclesiae S. Johannis Osnaburgensis et nonnullos ejusdem canonicos super assignatione praebendarum vertentem, committit terminandam. (Reg. 24, f. 158, ann. II, c. 215; POTTHAST 16186.)

« *... priori fratrum Predicorum. et ... decano ecclesie Sancti Martini Mindensis, et Alfrimmo canonico Osnaburgensi. Oblata nobis dilecti —. Dat. Laterani, idibus januarii, anno secundo. »*

1255

Latran, 3 février 1256.

Eisdem scribit de controversia inter Gerardum, rectorem ecclesiae de Rimello, et Henricum dictum Stempel clericum Osnaburgensem exorta super quadam praebenda vacante in ecclesia S. Johannis Osnaburgensis, eisque mandat, ut lata in praefatum rectorem excommunicationis sententiam denuntient esse nullam et partes ad judicium remittant examen. (Reg. 24, f. 158, ann. II, c. 215²; POTTHAST 16222.)

« *Eisdem. Sua nobis Gerardus —. Dat. Laterani, III nonas februarii, anno secundo. »*

1256 Palais de l'archevêque de Cagliari, 3 décembre 1254.

Benedictae, Calaritanæ judicissæ, donatio ad Ecclesiam Romanam. (Reg. 24, f. 158, ann. II, c. 216.)

« In nomine Domini, amen. Ego Benedicta domicella, » marchisa... et judicissa Kalaritana, persistens in » pleno statu et sensu meo, non vi coacta, nec dolo malo » inducta, sed mea et propria et voluntate spontanea, » vobis domino Gottifredo, prefecto Urbis, domini pape » subdiacono et capellano, totius Sardinie et Corsice » legato, recipienti nomine Romane Ecclesie, ab hac » hora in antea viginti libras argenti, nomine census, » pro regno meo Kalaritano sive judicatu ac tota terra » quam habeo in Sardinia, que omnia me confiteor ab » ipsa Ecclesia possedisse hactenus et possidere in » futurum, in festo Omnium sanctorum promitto sol- » vere annuatim. Item promitto quod nullus de novo » efficietur judex vel judicissa in ipso regno sive judi- » catu, quin juret fidelitatem ipsi Ecclesie, et faciat » omnes liberos terre sive terre magnenses habentes » feudum ab eis in principio sue dignitatis jurare fide- » litatem Ecclesie memorare. Item judex et judicissa » procurabunt legatum Sedis Apostolice sicut archi- » episcopus Kalaritanus, et cum primo ipsum recipient, » judex Kalaritanus addextrabit eum pedester per de- » cimam partem miliaris unius. Item judex et judi- » cissa omnia spiritualia dimittent libere ipsi Ecclesie, » non obstantibus consuetudine aliqua vel abusu. Item » judex Kalaritanus non recipiet uxorem, nec judicissa » maritum sine speciali ejusdem Ecclesie licentia et » mandato. Item si judex vel judicissa Kalaritani de- » edent sine filiis masculis vel feminis, totam terram » libere et absolute ipsi Ecclesie relinquere teneantur, » salvo tamen quod tertiam partem mobilium pro » anima sua libere derelinquant. Item cum judex vel » judicissa de novo efficientur in ipso regno sive judi- » catu Kalaritanis, ad Curiam Romanam personaliter » accedent, vel sollempnes nuncios destinabunt infra » spatium duorum mensium a die sue dignitatis inci- » pientium, pro vexillo in signum dominii a Sede » apostolica humiliter obtainendo. Item guerram et pa- » cem facient ad mandatum ipsius Ecclesie contra » universos et singulos per Sardiniam constitutos, qui » forte aliquo tempore presumunt ipsi Ecclesie in ali- » quo rebellare. Item nulli statuentur ad custodiam » castrorum vel arctium ipsius regni sive judicatus » Kalaritanorum, quin primo jurent honorem, liberta- » tes et jura ejusdem Ecclesie per omnia et in omni- » bus firma et illibata, bona fide, ac sine fraude ser- » vare. Insuper autem ut hec omnia in posterum firma

» permaneant, obligo me meosque heredes ad penam
 » decem milium marcarum argenti, si contra predicta
 » vel aliquod predictorum per me vel per meos heredes
 » sive per aliquam submissam personam tempore ali-
 » quo venire temptabo, et pena soluta, idem scriptum
 » plenam obtineat firmitatem. Verum ad majorem fir-
 » mitatem ipsius, Ecclesie corporali a me juramento
 » prestito de predictis omnibus observandis, presens
 » scriptum feci exinde fieri, tam bulle regni mei sive
 » judicatus quam sigilli proprii munimine roboratum.
 » Actum in palatio venerabilis patris .., archiepiscopi
 » Kalaritani, in camera inferiori apud villam Sancte
 » Cecilie, presentibus magistro Johanne preposito Fo-
 » ripopolensi, presbitero Benevenuto, rectore ecclesie
 » Sancti Michaelis Labertallorum Bononiensis, magis-
 » tro Benedicto Cortese, clero domini Raynerii
 » Sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, nobi-
 » libus viris Bonifacio Germano, ipsis domini Gotti-
 » fredi legati Sardinie et Corsice, et Ramicio Forti-
 » guerre. Urbevetanis militibus. Anno Domini nostri
 » MCCXXIII, indictione XII^o, tercio nonas decem-
 » bris, pontificatus domini Honorii pape III anno
 » nono. »

1257

Latran, 21 mars 1256.

[Patritio], episcopo Ratpothensi, concedit, ut contra laicos
 suae diocesis, qui non solum ydola colere et suas consanguineas
 vel affines in uxores ducere non abhorrent, immo contra
 fidem catholicam et itam auctoritatem quae Sedi apostolicae
 divinitus est concessa, temere disputare praesumunt, ecclesiasticae
 censurae gladium exerceat. (REG. 24, f. 158^v, ann. II,
 c. 216²; POTTHAST 16296.)

« ... episcopo Ratpothensi. Constitutus in nostra —.
 Dat. Laterani, XII kalendas aprilis, anno secundo. »

1258

Latran, 21 mars 1256.

Vicario prioris provincialis fratrum ordinis Praedicatorum
 in Ybernia mandat, ut P[atritio], Ratpothensi episcopo, duos
 fratres providos concedat, per quos verbum Dei proponi faciat,
 et secundum illorum salubria consilia dirigatur. (REG. 24,
 f. 158^v, ann. II, c. 216³; POTTHAST 16297.)

« ... vicario .., prioris provincialis fratrum ordinis
 Praedicatorum in Ybernia. Constitutus in presentia —.
 Dat. Laterani, ut supra. »

1259

Latran, 23 mars 1256.

Fratribus Templi bona eorum confirmat. (REG. 24, f. 158^v,
 ann. II, c. 217.)

« .., Magistro, et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani. Provenit ex devotionis —. Hinc est quod nos,
 vestris supplicationibus inclinati, casalia, villas, terras,
 possessiones et alia bona vestra, cum juribus et pertinentiis suis, que per XL annos et amplius juste et
 pacifice possidetis et super quibus estis legitima prescriptione muniti, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, X kalendas aprilis. anno secundo. »

1260

Latran, 20 mars 1256.

Regi et reginae Franciae indulget, ut in locis interdicto suppositis divina audire possint. (REG. 24, f. 158^v, ann. II, c. 218.)

« Carissimis in Christo filiis Ludowico regi et Margarite,
 uxori ejus, regine Francie, illustribus. Illam regalem ex-
 cellentiam caritatis prerogativa diligimus et sic eam
 sinceritatis brachiis amplexamur, ut in hiis vobis apostolice Sedis gratiam impendamus, in quibus nunquam
 vel raro aliis faceremus. Hinc est quod innatae vobis
 devotionis supplicationibus benignum impertientes as-
 sensum, personis vestris auctoritate presentium indul-
 gimus, ut, si vos ad loca ecclesiastico interdicto sup-
 posita declinare contigerit, liceat vobis ibidem, clausis
 januis, interdictis et excommunicatis exclusis, non
 pulsatis campanis, audire divina, etiam si voce alta
 eandem celebrantur ; dummodo vos causam non dede-
 ritis interdicto et id non contingat vobis specialiter
 interdici. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Late-
 rani, XIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1261

Latran, 4 avril 1256.

Episcopo Castellano committit, ut absolvat nonnullos Vene-
 tos qui excommunicationis sententiam incurserunt, cum per-
 dictionis filio Ezelino de Romano et aliis hominibus Marchiae
 Tervisinae commercium ineuntes. (REG. 24, f. 158^v, ann. II,
 c. 219.)

« .., episcopo Castellano. Ne fideles populi contagiosam
 deformitatis notam contraherent ex participio reprobo-
 rum, omnes illos qui cum perditionis filio Ezelino de
 Romano et aliis hominibus terrarum Marchie Tervisine

sibi adherentibus vel ejus tirampnidi et potestati subjectis, in mercimoniis vel aliis quibuscumque negoiciis communicare presumerent aut suos permitterent subditos contrahere vel communicare sive societatem vel commercium inire cum illis, per te excommunicationi subdi fecimus et excommunicatos publice nunciari.

» Quare fuit nobis pro parte dilecti filii nobilis viri ..., ducis, consilii et communis Venetorum humiliiter supplicatum, ut, si aliqui clerici vel laici illarum partium, interdictum hujusmodi violando, prefatam sententiam incurrerunt, providere talibus de absolutionis beneficio ac circa populum Venetum rigorem mitigari sententie supradicte, de consueta Sedis apostolice misericordia, faceremus. Memoriam igitur retinentes quanta devotionis constantia dicti dux, consilium et commune Romane Ecclesie in suis necessitatibus adhererunt, ac per hoc eorum supplicationibus favorabiliter annuentes, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium anctoritate committimus, ut clericos et laicos supradictos, qui hujusmodi excommunicationis sententiam incurrerunt, absolvamus juxta formam Ecclesie vice nostra, injuncta eis modo culpe penitentia competenti. Et licet supradictis iniuriantis filiis licite ac impune communicari nolimus, certi tamen de Venetorum fide, quod talium contagio violari nequebit, et ideo eorum volentes necessitatibus provideri, de gratia ipsis speciali concedimus quod premissa sententia usque ad nostrum beneplacitum non ligentur, quam quidem gratiam eis per te precipimus nunciari. Dat. Laterani, II nonas aprilis, anno secundo. »

1262

Latran, 4 avrit 1256.

Infrascriptos absolvit decimarum solutione. (REG. 24, f. 159, ann. II, c. 220.)

« .., Magistro, et fratribus Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. Cum ea que tam de vestris possessiōnibus quam aliunde volis obveniunt, infirmis prosint pauperibus, fiant divitiae ac expositis liberaliter expōnantur, sitque per hoc vobis et hospitali vestro favor apostolicus impendendum, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut de terris quas propriis manibus aut sumptibus colitis circa Urbem, nulli teneamini solvere decimas, vobis auctoritate presentium indulgemus. Districtius inhibemus, ne quis a volis de terris hujusmodi decimas exigere vel extorquere presunat. Nulli etc. nostre concessionis et inhibitionis etc. Dat. Laterani, II nonas aprilis, anno secundo. »

1263

Latran, 25 mars 1256.

Episcopo Mutinensi mandat quatinus monasteria et ecclesiæ diocesis Parmensis, quae in non modica pecuniae quantitate pro exoneratione debitorum Parmensis ecclesiæ tenentur subvenire, denunciet non teneri ad solutionem trium librarum Venetorum conventui S. Mariae de Virginibus in Venetiis, cuius bona detinentur per Ezelinum de Romano. (REG. 24, f. 159, ann. II, c. 221.)

« .., episcopo Mutinensi. Petatio dilectorum filiorum .., electi, et cleri civitatis et diocesis Parmensis nobis exhibita continebat, quod nos primicerio Sancti Marci de Venetiis nostris dedimus litteris in mandatis, ut dilecto filio .., priori, et conventui Sancte Marie de Virginibus in Venetiis, quamdui eorum bona per Ezelinum de Romano occupata detinerentur, faceret a monasteriis et ecclesiis Lombardie, Romanie ac Marchie Anconitane, tam exemptis quam non exemptis, auctoritate nostra in vite necessariis provideri. Unde primicerius ipse .., vicario dilecti filii .., electi Parmensis, injunxit, auctoritate hujusmodi litterarum, ut monasteriis et ecclesiis civitatis et diocesis Parmensis exemptis et non exemptis tres libras Venetorum grossorum infra triginta dies post receptionem litterarum suarum imponeret ac exigeret eorumdem prioris et conventus nuncio persolvendas, super quo apostolice providentie fuit remedium imploratum. Nos igitur, attendentes quod ipsa monasteria et ecclesie in non modica pecunie quantitate pro exoneratione debitorum Parmensis ecclesiæ de nostro tenentur subvenire mandato, et propter hoc ipsos ab omnibus aliis duximus provisionibus, ut asseritur, per nostras litteras absolvendos, mandamus quatinus, si est ita, eadem monasteria et ecclesias ad solutionem predictæ pecunie denuncians non teneri, universas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias in predictum vicarium vel aliquem de clero civitatis et diocesis predictarum hujusmodi pecunie occasione prolatas, juxta formam Ecclesie per te vel alium vice nostra relaxes et ferendas nuncies penitus non teneri. Contradictores. Non obstante constitutione de duabus dietis etc., dummodo ultra tertiam vel quartam etc. Volumus tamen ut hui qui in solutione predictorum debitorum contribuere non curaverint, presentium beneficio non juventur. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

1264

Latran, 31 mars 1256.

Patriarchæ Hierosolymitano apostoliceae Sedis legationis officium committens tam in provincia ejus quam in exercitu

Christiano, notificat se universis fratribus Hospitalis Sancti Johannis, militiae Templi, domorum Sanctae Mariae Theutonicorum et Sancti Lazari in jadicta provincia constitutis, per alias suas dare litteras in mandatis, districte praecipientes, ut illum sicut apostolicae Sedis legatum devote recipient. (REG. 21, f. 159, ann. II, c. 222.)

« .., patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Cum nos tibi —. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno secundo. »

1265

Latran, 30 mars 1256.

Episcopo Sagiensi, cuius redditus mensae sunt tenues et exiles, parochialem ecclesiam de Buresart, ad ejus collationem et patronatum spectantem, concedit ad usum ejusdem mensae, cedente vel decedente rectore. (REG. 24, f. 159, ann. II, c. 223.)

« .., episcopo Sagiensi. Exigentibus tue devotionis —. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno secundo. »

1266

Latran, 11 avril 1256.

Hospitali S. Spiritus de Urbe monasterium S. Helyae, Nepsinæ diocesis, propter dissolutionem monachorum ordinis s. Benedicti tribuit. (REG. 24, f. 159, ann. II, c. 224.)

« .., Magistro, et fratribus Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. Cum, sicut pro certo didicimus, in hospitali vestro pauperum expositorum et languentium jaceat multitudo, ad quorum sustentationem juxta vestrum desiderium et ad alia etiam caritatis opera exercenda, quibus jugiter, prout accepimus, deservit, ipsius hospitalis non sufficient facultates, supplicastis per Sedem apostolicam vobis et hujusmodi languentibus misericorditer provideri. Ut igitur premissa ex fervore magne pietatis prodeuntia exercere possitis fortius et liberins, propter Deum monasterium Sancti Helye, ordinis sancti Benedicti, olim Nepsine diocesis, quod propter dissolutionem et incuriam seu malitiam habitantium in eodem spiritualiter et temporaliter est non modicum deformatum, vobis et eidem hospitali ad opus pauperum eorumdem, cum ecclesiis, castris, juribus et omnibus pertinentiis suis, de fratribus nostrorum consilio, de gratia conferimus speciali. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno secundo. »

1267

Latran, 11 avril 1256.

R., S. Angeli diacono cardinali, mandat, ut, abbatte ac monachis monasterii S. Helyae amotis et in aliis monasteriis ordinis s. Benedicti collocatis, fratres S. Spiritus in corporalem ipsius monasterii, ecclesiarum et pertinentiarum ejusdem possessionem inducat. (REG. 24, f. 159^v, ann. II, c. 224²)

« R., Sancti Angeli diacono cardinali. Cum sicut pro —. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno secundo. »

1268

Latran, 4 avril 1256.

Decano et capitulo Bituricensibus concedit facultatem observandi ultimam ordinationem quae inter eos intervenit super jurisdictionis quaestione. (REG. 24, f. 159^v, ann. II, c. 225.)

« .., decano et capitulo Bituricensibus. Ex tenore vestre petitionis accepimus, quod olim diversis temporibus inter decanos qui in ecclesia Bituricensi fuerunt pro tempore successive, ex parte una, et capitulum Bituricensis ecclesie super jurisdictione temporali quarundam villarum ad ecclesiam ipsam spectantium, ex altera, materia questionis, et super hoc diversis temporibus hinc inde diversis compositionibus initis de observandis eisdem et de non impetrando aliquas litteras ab apostolica Sede, ad revocandum easdem et de non utendo etiam impetratis singulariter corporali juramento firmastis. Demum vobis communiter recentibus a compositionibus supradictis et remittentibus vobis ad invicem hujusmodi juramenta, amicabilis alia super jurisdictione ipsa, mediantibus bonis juris, inter vos ordinatio intervenit, ad quam servandam sponte vos, juramento corporali prestito, astrinxistis, que per Sedem apostolicam est, ut asseritis, confirmata. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, observandi ordinationem ipsam ultimam, primis juramentis nequaquam obstantibus, auctoritate vobis presentium liberam concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Lalerani, II nonas aprili, anno secundo. »

1269

Latran, 11 avril 1256.

Archiepiscopo Armachano, Yberniae primato, cum nonnulli clerici provinciae ipsius plura ecclesiastica beneficia sine dispensatione detinent, concedit facultatem conferendi septem de beneficiis hujusmodi vacaturis totidem personis idoneis volentibus residere et suscipere ordines congruentes. (REG. 24, f. 159^v, ann. II, c. 226.)

« .., archiepiscopo Armachano, Ybernie primato. Dig-

num arbitramur et —. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno secundo. »

1270

Latran, 2 avril 1256.

Abbati Cisterci mandat, ut decimam omnium reddituum locorum Cluniacensis ordinis, monasterio Cluniacensi concessam, per viros idoneos colligi faciat, in solutionem debitorum convertendam. (Reg. 24, f. 159v, ann. II, c. 227.)

« .., abbati Cisterci. Cum monasteriu Cluniacense, tum ex pecunia non modica, quam dilecti filii.., abbas et conventus ejusdem monasterii felicis recordationis I. pape predecessoris nostri pro necessitatibus Ecclesie jamdudum, prout in ejus litteris plenius contineri perspeximus, mutuarunt, tum etiam pro aliis urgentibus negoziis et oportunitatibus eorumdem multis et gravibus, sit debitum obligatum, nos, attentes quod hujusmodi debita consueverunt facultates ecclesiarm per usurariam voraginem absorbere, decimam omnium reddituum et proventuum trium annorum singulorum locorum Cluniacensis ordinis, ubilibet positorum, eis concedimus, in solutionem debitorum hujusmodi totaliter convertendam. Quocirca mandamus quatinus hujusmodi decimam per viros idoneos fideliter colligi facias et deponi consignatam in aliquibus tutis locis, per tuas et ejusdem abbatis manus in solutionem debitorum hujusmodi totaliter convertendam. Invocato etc. Contradictores —. Non obstantibus aliquibus —. Dat. Laterani, IIII nonas aprilis, anno secundo. »

1271

Latran, 7 avril 1256.

Gilberto de Brehaut indulget, ut, praeter ecclesias de Laufar Magdalen et de Falkeburn, Londoniensis diocesis, quarum proventus XX librarum sterlingorum valentiam annis singulis non excedunt, possit adhuc unicum aliud beneficium recipere. (Reg. 24, f. 159v, ann. II, c. 228.)

« Gilberto de Brehaut, rectori ecclesie de Laufarre Magdalensi, Londonensis diocesis. Volentes persone tue —. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno secundo. »

1272

Latran, 8 avril 1256.

Guillelmo, abbati Cluniacensi, apud Sedem apostolicam pro ipsis et monasterii Cluniacensis negotiis constituto et onera expensarum subeunti, concedit facultatem contrabendi mutuum

propter hoc usque ad summam mille et trecentarum librarum Turonensem, bona monasterii creditoribus obligando. (Reg. 24, f. 159v, ann. II, c. 229.)

« Guillelmo, abbati Cluniacensi. Cum sicut in —. Dat. Laterani, VI idus aprilis, anno secundo. »

1273

Latran, 5 avril 1256.

Obtentu episcopi Vicensis, dispensat, ut Petrus Montanarius et Berengaria nata Bernardi de S. Eulalia, que in quarto consanguinitatis gradu quondam B. uxorem Petri contingebat, in matrimonio contracto remanere possint. (Reg. 24, f. 160, ann. II, c. 230.)

« Petro Montanario, civi Vicensi. Ex tenore litterarum —. Dat. Laterani, nonis aprilis, anno secundo. »

1274

Latran, 5 mars 1256.

[Aegidio], archiepiscopo Tyrensi, qui de propriis bonis unum hospitale in domo sita in Vico Anglicorum Aconensi ad opus peregrinorum pauperum Britonum ad transmarinas partes venientium duxit construendum, cui autem Odo, episcopus Tusculanus, tunc in partibus illis apostolicae Sedis legatus, concessit facultatem in dicta domo construendi oratorium et in honorem beati Martini confessoris erigendi altare, id auctoritate apostolica confirmat, litteris Odonis datas Acon, anno Domini M^oCC^oLIV^o, IV kalendas septembrios, inserendo. (Reg. 24, f. 160, ann. II, c. 231 — DELAVILLE LE ROUTX, *L'hôpital des Bretons à Saint-Jean d'Acre au treizième siècle*. Nantes, Société des Bibliophiles bretons, 1880, in-8^o, p. 13.)

« .., archiepiscopo Tyrensi. Ex tenore tue —. Dat. Laterani, III nonas martii, anno secundo. »

1275

Latran, 9 avril 1256.

Magistro Petro de Papa, canonico Parisiensi, mandat quatinus Orlandum, consobrinum et capellatum suum, recipi faciat in canonicum ad praebendam quondam Walteri, canonici Senonensis ecclesiae, eius collatio, ad archiepiscopum Senensem spectans, per litteras ipsius archiepiscopi sibi, summo videlicet pontifici, oblata fuit; notificat autem quod « magister Adenulfus de Anagnia, subdiaconus et capellanus noster, praebendam hujusmodi et canonicatum ejusdem ecclesie sibi [Orlando] de conscientia nostra contulerit, ipsum per suum pilleum investiens de eisdem. » (Reg. 24, f. 160, ann. II, c. 232.)

« Magistro Petro de Papa, canonico Parisiensi. Cum

sicut dilectus —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno secundo. »

1276

Latran, 5 avril 1256.

Eidem Orlando, consobrino suo, indulget, ut fructus praebendae Senonensis ecclesiae percipere valeat, non obstante quod obsequiis papae insistat. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 232 2.)

« *Orlando, consobrino et capellano nostro, canonico Senonensi.* Tuis supplicationibus inclinati —. Dat. Laterani, nonis aprilis, anno secundo. »

1277

Latran, 7 avril 1256.

Magistro Nicolao de Senis mandat, ut eidem Orlando fructus praebendae predictae faciat integre ministrari. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 232 3.)

« *Magistro Nicolao de Senis, subdiacono et capellano nostro.* Dilecti filii Orlandi —. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno secundo. »

1278

Latran, 10 mars 1256.

Magistro Fulconi, scriptori suo, canonico Trecensi, nepoti Jacobi episcopi Prenestini, indulget ut, praeter beneficia ecclesiastica jam obtenta, unicum aliud beneficium possit recipere. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 233.)

« *Magistro Fulconi, scriptori nostro, canonico Trecensi.* Sinceritatis affectum quem —. Dat. Laterani, VI idus martii, anno secundo. »

1279

Latran, 14 avril 1256.

Magistro Guizardo, juris civilis professori, indulget ut, praeter ecclesiam de Alesleia, cuius proventus C solidorum sterlingorum valentiam annuam non excedunt, unicunq; aliud beneficium recipere valeat. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 234.)

« *Magistro Guizardo, rectori ecclesie de Alesleia, Conventrensis diocesis, juris civilis professori.* Licet propter quorundam —. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno secundo. »

1280

Latran, 7 avril 1256.

Abbati monasterii Tutellensis, Lemovicensis diocesis, indulget monasterium ejus non contractibus sigillo ejus non mutatis obligari. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 235.)

« .., abbati monasterii Tutellensis, ordinis sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis. Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, conventus tui monasterii proprium sigillum non habeat, sed in quibuslibet tractatis, contractibus et negotiis uti sigillo abbatis, qui in eodem monasterio preest pro tempore, teneatur, et ita pacifice observatum fuerit a tempore cujus memoria non existit, nos, cupientes ejusdem monasterii indempnitatis paterna sollicitudine providere, ne aliquid deinceps in contrarium presumatur, auctoritate presentium inhibemus et, si secus attemptatum fuerit, decernimus irritum et inane, ac contractus hujusmodi et precipue mutui, si quos absque tui sigilli munimine decetero celebrari contigerit, vires aliquas non habere dictumque monasterium per ipsos nullatenus obligari. Nulli etc. nostre inhibitionis et constitutionis etc. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno secundo. »

1281

Latran, 23 avril 1256.

Supplicante S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, conventui monasterio' S. Pancratii de Urbe propter paupertatem ejus concedit monasterium S. Angeli sub Ripa situm prope castrum Cerveteris, Portuensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, quod olim ordinis s. Benedicti esse consueverat, cum ecclesia, domibus et claustro aeterris. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 236.)

« .., abbatisse et conventui monasterii Sancti Pancracii de Urbe, Cisterciensis ordinis. Quia mundi blandiis —. Dat. Laterani, IX kalendas maii, anno secundo. »

1282

Latran, 24 mars 1256.

Moniales inclusas S. Angeli Esculani absolvit praestatione procurationum legatorum Sedis apostolicae, exactionum, collectarum seu subsidiorum quorumcumque. (REG. 24, f. 160^v, ann. II, c. 237; POTTHAST 16304.)

« .., abbatisse, et conventui monasterii monialium inclusarum Sancti Angeli Esculani, ordinis sancti Damiani. Paupertati vestre quam —. Dat. Laterani, IX kalendas aprilis, anno secundo. »

1283

Conventus Cisterciensis ordinis absolvit eadem praestatione procurationum, etc. (REG. 24, f. 161, ann. II, c. 237².)

« .., abbatii Cisterci, ejusque coabbatis et conventibus universis Cisterciensis ordinis. Religionis vestre mereatur —. Dat. Laterani, VI kalendas marcii, anno secundo. »

1284

Latran, 9 avril 1256.

Eisdem, ad J[ohannis] tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis supplicationes, privilegia et indulgentias ac gratias ipsi ordini a Sede apostolica concessa, non obstantibus quibuslibet constitutionibus, provisionibus, dislimitationibus et ordinationibus factis vel promulgatis ab eadem Sede ad instantiam praelatorum ecclesiae Gallicanae et quoniamcumque aliorum, confirmat. (REG. 24, f. 161, ann. II, c. 238; POTHYST 16336.)

« .., abbatii Cisterci, ejusque coabbatis et conventibus universis Cisterciensis ordinis. Plantatus olim in —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno secundo. »

1285

Latran, 20 avril 1256.

Margaritae, reginae Navarre, indulget, « ut nullus excepto apostolicae Sedis legato personam tuam, quantum ad regnum tuum dimitaxat, excommunicare vel interdicere tibi ingressum ecclesie valeat nisi pro manifesta causa et rationabili. » (REG. 24, f. 161, ann. II, c. 239).

« Margarite, regine Navarre illustri. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno secundo. »

1286

Latran, 4 avril 1256.

In quaestione inter conventum ordinis fratrum Praedicatorum S. Quintini, Noviomensis diocesis, et capitulum ecclesiae ejusdem civitatis, sententiam Praenestini episcopi et S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis dislimitivam proclamat et confirmat. (REG. 24, f. 161, ann. II, c. 240.)

« .., priori, et conventui domus ordinis fratrum Predicatorum de Sancto Quintino, Noviomensis diocesis. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane cum inter vos, ex parte una, et.., decanum, ac capitulum ecclesie Sancti Quintini, Noviomensis diocesis, ex altera, super subjectione et jurisdictione ordinaria, quos iidem deca-

nus et capitulum in vos se habere dicebant, et super tertia parte quoru[m]d[am] legatorum et rebus aliis co[r]am diversis auditoribus a felicis recordationis I. papa, predecessor nostro, partibus deputatis, questio ventilata fuisset, tandem dilectus filius noster I., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, eisdem partibus a dicto predecessor deputatus auditor, cognitis cause meritis et juris ordine observato, super omnibus que in libellis hinc inde porrectis continebantur, de speciali mandato nostro dislimitivam pro vobis sententiam promulgavit, prout in instrumento publico exinde confecto sigillo cardinalis ejusdem signato plenius continetur.

» Magistro autem Roberto de Bona Valle, ejusdem ecclesie canonico, ipsorum decani et capitulo procuratore, ab eadem sententia ad nostram audientiam appellante, nos, auditis et plenius intellectis que partes co[r]am nobis et fratribus nostris proponere voluerunt, de fratribus ipsorum consilio, presente dicto procuratore, pronunciavimus et diximus eandem sententiam esse justam.

» Verum quia idem procurator novos articulos par tem suam relevare valentes se dicebat habere, petens instanter se al eorum probationem admitti, nos, de benignitate Sedis apostolice, venerabilem fratrem nostrum .., Prenestinum episcopum, et dilectum filium nostrum I., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, eisdem partibus super hiis concessimus auditores. Coram quibus procurator ipse porrexit omnes articulos quos proponere voluit, renuncians aliis proponeundis, super quibus auditis hinc in rationibus, facia etiam nobis et fratribus nostris relatione fideli, procuratoribus etiam utriusque partis ad majorum certitudinem quoram nobis et fratribus ipsis vocalis et auditis qui proponere voluerunt, visum est nobis et ipsis fratribus post diligenter examinationem quod hujusmodi articuli admitti aliquatenus non debebant. Unde iidem auditores, de speciali mandato nostro, pronunciaverunt eosdem articulos non esse aliquatenus admittendos, prout in instrumento publice confecto exinde sigillis eorum signato plenius continetur. Nos igitur, vestris precibus inclinati, eandem dislimitivam ratam habentes, illam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, II nonas aprilis, anno secundo. »

1287

Latran, 27 avril 1256.

Abbatii et conventui monasterii de Lundors significat, se

intibere ne diocesanus vel loci archidiaconus, occasione onerum, quae soli perpetui vicarii ecclesiarum quas monasterium in A(l)berdoneusi dioecesi in proprios usus habeat, supportare tenentur, aliquid de portione quam monasterium in eisdem ecclesiis obtineat exigant vel dictam portionem sequestrent. (REG. 24, f. 161^v, ann. II, c. 241; POTTHAST 16343.)

« .., abbatii, et conventui monasterii de Lunders, ordinis sancti Benedicti. Sancti Andree diocesis. Petatio vestra nobis —. Dat. Laterani, V kalendas maii, anno secundo. »

1288

Latran, 27 avril 1256.

Heremitis S. Augustini indulget, ut nullus ex illis per litteras de cetero impetratas ad pecuniam colligendam cogi possit (REG. 24, f. 161^v, ann. II, c. 242.)

« .., generali, et provincialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. Vestra semper in —. Ob hoc enim, sicut accepimus, quod a nullo vestrum, alicujus specialis loci vel persone pretextu, verbum exhortationis de colligenda pecunia proponatur, in ordine vestro laudabiliter statuistis, pie cogitantes ac provide quod, dum simpliciter ab hiis imminunes invitatis, ad vestram et proximorum salutem predicationis officium liberius exercetis. Nos itaque, devotorum vota salubria benignis affectibus prosequi delectantes, quod nullus ex vobis per litteras deeptero impetratas seu de mandato alicujus ad pecuniam colligendam cogi possit invitus, nisi littere ipse de hac indulgentia plenam fecerint mentionem, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre conces-sionis etc. Dat. ut supra. »

1289

Latran, 12 avril 1256.

Eisdem significat, se inhibere, ne quis de virgultis, ortis, animalium notrimentis illorum, necnon de terris et possessio-nibus nuper quibusdam domibus illorum de mandato aposto-lico reservatis, quas propriis manibus aut somptibus colunt, decimas ab illis exigere praesumat. (REG. 24, f. 161^v, ann. II, c. 242².)

« Eisdem. Ut eo fortius —. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno secundo. »

1290

Latran, 24 avril 1256.

Episcopo et capitulo Legionensibus significans constitutio-

nem suam de quartenario canonicorum numero non ad por-tionarios extendi, eis mandat, ut portiones quatuor portiona-riis reddant. (REG. 24, f. 161^v, ann. II, c. 243.)

« .., episcopo, et capitulo Legionensibus. Exhibita nobis dilectorum filiorum Martini Alvari, Pelegai Pelagii. Nicolai Martini et Egidii Nicolai, portionariorum Legionensis ecclesie, petitio continebat quod, cum ipsi olim auctoritate Sedis apostolice in eadem ecclesia tunc vacante unanimiter et concorditer in portionarios recepti fuissent a vobis, in dubium existitit (sic) revo-catum, an constitutio nostra, per quam quatuor auctoritate apostolica prius receptos in canonicos in ecclesiis quibuscumque decrevimus remanere, receptionibus aliorum revocatis in irritum, ad portionarios se exten-dat. Verum cum in constitutione ipsa de portionariis nulla mentio habeatur, eandem non debere extendi ad portionarios declarantes, mandamus quatinus dictis portionariis de portionibus sibi debitibus si vacant vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere cu-rebis. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno se-cundo. »

1291

Latran, 8 février 1256.

Raynero de Papia, episcopo Maynensi, mandat, ut, si vide-rit expedire, terras, possessiones, honores et jurisdictionem temporelam, quas monasterium monialium Senatoris Papiense in ptebanatu de Porletia, in territoriis de Lama et de Montanea, diocesis Mediolanensis, obtineat, vendat pro eo quod a dicto cœnobio nimis distant. (REG. 24, f. 161^v, ann. II, c. 244; POTTHAST 16236.)

« Raynero de Papia, episcopo Maynensi. Dilecte in Christo —. Dat. Laterani, VI idus februarii, anno se-cundo. »

1292

Latran, 30 mars 1256.

Confirmat sententiam Riccardi, S. Angeli diaconi cardinalis, absolventem monasterium S. Germani Autisiodorensis ab omni subjectione Cluniacensi abbatii, litteras Riccardi, IIII ka-lendas aprilis, et suas proprias Riccardum partibus conceden-tes auditorem, VI kalendas aprilis datas, inserendo. (REN. 24, f. 162, ann. II, c. 245.)

« .., abbatii, et conventui monasterii Sancti Germani Au-tisiodorensis, ordinis sancti Benedicti. Licet ea que per fratres nostros maxime cardinales, de speciali auctoritate et conscientia nostra, fiunt, plenam in se habeant

firmitatem, ut tamen intemerata consistant, cum nostro fuerint communia presidio, ipsa libenter apostolico munimine roboramus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod, cum felicis recordationis I. papa, predecessor noster, dilectis filiis .., abbati, et conventui Cluniacensibus, tunc ere alieno gravatis, decimam unius anni omnium proventuum totius Cluniacensis ordinis, ut per hoc exonerarent se a debitibus, concessisset, eis asserentibus monasterium vestrum esse Cluniacensis ordinis et ob hoc a vobis vestrisque membris hujusmodi decimam postulantibus sibi solvi, et contra vero vobis negantibus vos esse predicti ordinis ac ob hoc affirmantibus vos ad prestationem ipsius decime non teneri, orta est hinc inde super hoc et subjectione ipsius monasterii et membrorum ipsius materia questionis : cumque super hujusmodi subjectione et correctione, visitatione ac procuratione, quam predictus abbas in eodem monasterio se habere dicebat, nec non jure preficiendi abbatem ibidem, de ipsius abbatis consilio et assensu atque precepto, et aliis diversis articulis predictis Cluniacensibus deducentibus utrumque jus, videlicet petitorum et possessorum, in judicium litigatum fuisset, coram diversis auditoribus et judicibus datis a Sede apostolica diutius inter partes, ac post litis contestationem testes producti et alie probationes exhibite fuerint ab eisdem.

» Deum Johannes, dictus de Consantiis, monachus Cluniacensis, et magister Thomas de Joniniaco clericus, pro parte dictorum Cluniacensium, et Amauricus, prior de Saxiaco et Fromundus, monachi predicti monasterii vestri, pro eodem monasterio et membris ipsius, procuratores apud Sedem apostolicam constituti, habentes super hoc speciale mandatum, se dilecti filii nostri R., Sancti Angeli diaconi cardinalis, ordinationi, dispositioni, sententie seu arbitrio submittentes, compromiserunt in ipsum super hiis omnibus spontanea voluntate. Unde nos ut, quod super hiis predictis cardinalis faceret, obtineret majorem immo perpetuam firmitatem, eorundem procuratorum supplicationibus inclinati, ordinandi, componendi, disponendi, sententiandi, arbitrandi et alias providendi super predictis plenam eidem cardinali concessimus per nostras litteras potestatem.

» Qui, ut predictum est, hujusmodi summissione ac compromisso receptis et auditis ac diligenter examinatis, tam ipso negotio ejusque continentias et circumstantias universis quam procuratorum rationibus et allegationibus eorundem, ordinando, pronuntiando, decernendo, arbitrando, disponendo seu providendo, tam auctoritate nostra quam arbitraria etiam potestate

et summissione predicta, eisdem procuratoribus Cluniacensibus, nomine ipsorum abbatis et conventus Cluniacensium, et eisdem abbati et conventui Cluniacensibus perpetuum silentium super omnibus predictis imponens, ab eorum impetitione prefatos procuratores vestros, ac vos, necnon et monasterium vestrum ejusque membra absolvit super omni subjectione et super omnibus et singulis supradictis, ita ut ab abbe et conventu Cluniacensibus in eodem monasterio Sancti Germani et ejus membris et locis ac personis eorundem monasterii et membrorum, nichil unquam de cetero peti possit, prefatis procuratoribus acceptantibus hec omnia spontanea voluntate, prout in litteris ejusdem cardinalis plenus continetur.

» Nos igitur, quod super predictis omnibus ab eodem cardinali factum est, ratum et gratum habentes, ac defectum, si quis ex quacumque causa vel omissione in eis extitit, supplentes de nostre plenitudine potestatis, auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus etc. usque : communimus. Litterarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Rome, SS. Jean et Paul, 29 mars 1256.

« Riccardus, miseratione divina Sancti Angeli diaconus cardinalis, ad rei memoriam sempiternam. Recepimus domini pape litteras in hec verba :

Latran, 27 mars 1256.

« Alexander, episcopus etc. Dilecto filio nostro R., Sancti Angeli diacono cardinali, salutem et apostoli cam benedictionem. Cum felicis recordationis I. papa predecessor noster dilectis filiis .., abbati et conventui Cluniacensibus, tunc ere alieno gravatis, decimam unius anni omnium proventuum totius Cluniacensis ordinis et ob hoc ab .., abbate, et conventu ipsius monasterii ejusque membris hujusmodi decimam postulantibus sibi solvi, et contra vero eisdem Antisiodorensibus se negantibus esse predicti ordinis ac ob hoc affirmantibus se ad prestationem ipsius decime non teneri, orta est hinc inde super hoc et subjectione predicti monasterii Sancti Germani et membrorum ipsius materia questionis. Cumque super hujusmodi subjectione et correctione, visitatione ac procuratione, quam predictus abbas Cluniacensis in eodem monasterio Sancti Germani se habere dicebat, nec non jure preficiendi abbatem ibidem, de ipsius abbatis Cluniacensis consilio et assensu atque precepto, et aliis diversis articulis predictis Cluniacensibus deducentibus utrumque jus, videlicet petitorum et possessorum, in judicium li-

» ligatum fuisset coram diversis auditoribus et judici-
 » bus datis a Sede apostolica diutius inter partes ac
 » post litis contestationem testes producti et alie pro-
 » bationes exhibite fuerint ab eisdem: demum Johan-
 » nes, dictus de Consantiis, monachus Cluniacensis,
 » et magister Thomas de Jouigniaco, clericus pro-
 » parte ipsorum Cluniacensium, et Amauricus, prior
 » de Saxiaco. et Fromundus, monachi predicti monas-
 » terii Sancti Germani, pro eodem monasterio et mem-
 » bris ipsius procuratores apud Sedem apostolicam
 » constituti, habentes super hoc speciale mandatum
 » se tue ordinationi, dispositioni, sententie seu arbit-
 » riorum summittentes, compromiserunt in te super hiis
 » omnibus spontanea voluntate. Ut igitur, quod su-
 » per hiis feceris, majorem immo perpetuam obtineat
 » firmitatem, eorundem procuratorum supplicationibus
 » inclinati, ordinandi, componendi, disponendi, sen-
 » tentiandi, arbitrandi et alias providendi super pre-
 » dictis, plenam tibi concedimus auctoritate presen-
 » tium potestate. Dat. Laterani, VI kalendas aprilis,
 » anno secundo. »

« Nos igitur, ut predictum est, hujusmodi summis-
 » sione ac compromisso receptis et auditis ac diligenter
 » examinatis, tam ipso negotio ejusque continentia et
 » circumstantiis universis quarum usque quaque non
 » eramus ignari, quam procuratorum rationibus et
 » allegationibus eorundem, ordinando, pronuntiando,
 » decernendo, arbitrando, disponendo seu providendo,
 » tam auctoritate domini pape nobis commissa quam
 » arbitraria etiam potestate et summissione predicta,
 » eisdem procuratoribus Cluniacensium nomine ipso-
 » rum abbatis et conventus Cluniacensium, perpetuum
 » super predictis omnibus silentium imponentes, ab
 » eorum impetitione prefatos procuratores Sancti Ger-
 » mani, nomine ipsius monasterii Sancti Germani, ac
 » ipsos abbatem et conventum necnon monasterium
 » Sancti Germani et ejus membra absolvimus ab omni
 » subjectione et super omnibus et singulis supradictis.
 » Ita ut ab abbatore et conventu Cluniacensibus in eo-
 » demi monasterio Sancti Germani ejusque membris et
 » locis ac personis eorumdem monasterii et membro-
 » rum nichil umquam decetero peti possit, prefatis
 » procuratoribus acceptantibus hec omnia spontanea
 » voluntate. In cuius rei testimonium, has litteras si-
 » gilli nostri munimine fecimus roborari. Actum in
 » palatio nostro apud ecclesiam Sanctorum Johannis et
 » Pauli, IIII kalendas aprilis, pontificatus domini
 » Alexandri pape IV anno secundo. »

» Nulli etc. nostre suppletionis et confirmationis.
 Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno secundo. »

1293

[Latran, 27 mars 1256.]

Mentio litterarum suprascriptarum [1292], Riccardo S.
 Angeli cardinali directarum. (Reg. 24, f. 162v, ann. II,
 c. 245v.)

« R., Sancti Angeli diacono cardinali. Cum felici-
 » cis etc. ut in ista eadem inserta usque in finem. »

1294

Latran, 27 avril 1256.

Henricum de Wigornia, olim priorem monasterii de Eves-
 » ham, ordinis sancti Benedicti, Wigorniensis diocesis, ad Ro-
 » manam Ecclesiam nullo medio pertinentis, quem septem mo-
 » nachii ejusdem monasterii, ab universo conventu electi, a rege
 » Anglorum licentia eligendi abbatem prout moris est obtenta,
 » in abbatem elegerunt cujusque electionem fratres Willemus
 » et Reginaldus, ejusdem monasterii monaci et nuntii ad Se-
 » dem apostolicam mandati, supplicant confirmandam, confir-
 » mans, regem Anglorum rogat et bortatur quatinus regalia
 » monasterii quae ad manus ejus retinet eidem electo faciat as-
 » signari. (Reg. 24, f. 162v, ann. II, c. 246.)

« ... regi Anglie illustri. Ad culmen summi —. Dat.
 » Laterani, V kalendas maii, anno secundo. »

1295

Latran, 27 avril 1256.

Conventui de Evesham mandat, ut eidem electo tanquam
 » pastori obediat. (Reg. 24, f. 162v, ann. II, c. 246v.)

« ... , suppriori, et conventui monasterii de Evesham,
 » ordinis sancti Benedicti, Wigorniensis diocesis, ad Roma-
 » nam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Ad culmen etc.
 » usque : sane —. Dat. ut supra. »

1296

Latran, 28 avril 1256.

Infrascriptis indulget, ut per litteras apostolicas vel legato-
 » rum apostolicae Sedis conveniri ab aliquo non possit, nisi
 » litterae ipsae de ordine eorum fecerint mentionem. (Reg. 24,
 f. 162v, ann. II, c. 247.)

« ... , abbati, et conventui monasterii Molismensis, ordi-
 » nis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis. Vestre pacis
 » querentes —. Dat. Laterani, IIII kalendas maii, anno
 » secundo. »

1297

Magistri ordinis Cruciferorum Bononiensis precibus incli-

nati, indulget, ut capellanus ejus in sacerdotio constitutus in nonnullos fratres et conversos obedientiae jugum abicere satagentes, ei obedientiam et reverentiam debitam praestare ac juxta instituta ordinis regularem denegantes suscipere disciplinam, excommunicationis sententiam promulgare valeat. (Reg. 24, f. 162^v, ann. II, c. 248.)

« ... magistro ordinis Cruciferorum Bononiensis. Religionis favor sub —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno secundo. »

1298

Latran, 28 avril 1256.

[Henrico II], episcopo Lucano, testator : cum Pisani, ut ab excommunicatione absolverentur, petierint, ipse autem proponuerit ante restitutionem castrorum ecclesiae Lucanae ab eis occupatorum sententiam relaxari non debere, papam pronuntiasse Pisanos ad petitam admittendos non fore. (Reg. 24, f. 163, ann. II, c. 249. — RÖDENBERG, t. III, p. 390, n° 432.)

« ... episcopo Lucano. Cum potestas, consilium —. Dat. Laterani, III kalendas maii, anno secundo. »

1299Latran, 1^{er} mai 1256.

Abbatii Sancti Simpliciani Mediolanensis mandat quatinus Johanni clero, nepoti magistri Bartholomei, canonici ecclesiae Sancti Marcelli Parisiensis, capellani bona memoriae Guillielmi Sancti Eustachii diaconi cardinalis, praebendum in ecclesia Sancti Nazari in Brolio Mediolanensi assignare procuret cum stallo chori, loco capituli et juris plenitudine canoniae, sicut jam ad mandatum Innocentii papae IV fuit receputus, eadem receptione postmodum revocata a constitutione sua receptiones in vacaturas praebendas expectativas revocante. (Reg. 24, f. 263, ann. II, c. 250.)

« ... abbatii Sancti Simpliciani Mediolanensis. Sicut ex parte —. Dat. Laterani, kalendis maii, anno secundo. »

1300

Latran, 25 mars 1256.

Archiepiscopo Nazarensi indulget, ut apud Acon resideat. (Reg. 24, f. 163, ann. II, c. 251.)

« ... archiepiscopo Nazarensi. Cum, sicut tua nobis fraternitas intimavit, apud ecclesiam tuam residere nequeas, presertim hoc tempore illam paganis detinentibus, Domino permittente, nos, tuis supplicationibus inclinati, ut apud Acon, ubi ecclesiam, domos et possessiones te habere asseris, possis, durante hujus-

modi tempore, ea que jurisdictionis sunt, in tuos subditos exercere, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1301

Latran, 4 mai 1256.

Unionem diversarum domum Heremitarum in unum ordinem, a R., S. Angeli diacono cardinali, factam, et erectionem fratris Lanfranci in priorem generalem approbat. (Reg. 24, f. 163, ann. II, c. 252.)

« ... fratri Lanfranco, generali, provincialibus et conventionalibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini, tam presentibus quam futuris, salutem etc. Licit ecclesie catholice integritatem corporis sui sincera membrorum diversitas subministret et circumambietus species multiplicibus in ea varietibus decoretur, nichil tamen in ipsa exprimit contrarietas incontinuum, in qua consensum nutrit inextimabilis concordia caritatis et individuum fovet universitatis conformitas siveque simplicitas unitatem. Verum circa edificationis fabriam que in templum sanctum in Domino, operariorum ejus studio moliente, succrescit, credimus assidue providendum, ut in varietatibus partium que ad decorem structure dominice adhibentur, sic appareat distincta diversitas, ut non sit confusio indiscreta, nee alterius forma inopportuna consimilitudine speciem pretendat alterius, sed singula queque certum proprii modi ordinem sortiantur. Haec sane consideratione commoniti, cum consona in vobis Heremitarum appellatio et parum diversa professio disparibus titulis et in aliquibus dissimili habituum scemace discreparet, cogitavimus sponse Christi, in cuius veste pia sacre religionis depinxit institutio, ceteros vestros convenire, decori si religiosa militie vestre casta, que sub uno vocabulo non magna discipline distantia secernebat, sub communi capite in differenti con corporationis federe jungerentur, et ex pluribus cuneis, acies una consurgeret fortior, ad hostiles spiritualis nequitie impetus conferendos.

» Propterea dudum a nobis mandatum apostolicum emanavit, ut de singulis domibus vestris, quarum quedam sancti Guillielmi, quedam sancti Augustini, non nulle autem fratris Johannis Boui, aliisque vero de Fabali, alie vero de Brietinis eensembarunt, et apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant, duo fratres cum pleno mandato ad nostram mitterentur presentiam, quod nostra circa vos salutiter ordinaret dispositio, recepturi.

» Cumque fratres hujusmodi ad Sedem apostolicam accessissent coram dilecto filio nostro R., Sancti Angeli diacono cardinali, quem negotio unionis perficiendo deputavimus vice nostra, suffientia ad id exhibere mandata. et in generali capitulo vestro in Urbe celebriter congregato, nomine omnium a quibus fuerant destinati, et de communi capituli ejusdem assensu, vos et domos vestras in unam ordinis observantiam uniendi, formulam uniformem redigi unumque ex eis ovile fieri generalis prioris presidentia gubernandum unanimiter consenserunt, petentes ut per gratiam unionis et conformitatis hujusmodi, eis, juxta conceptum votum paupertatis spontanee, perpetua possessionum terrestrium abdicatio remaneret, et ipsis baculos vel ferulas deferendi imposita necessitas tolleretur, collata in cardinaleni eundem providendi vobis, ea vice, de generali priore totius ordinis nichilominus potestate.

» Porro idem cardinalis, nostri auctoritate mandati vivo ad eum sermone directi, neconon et concordi eorumdem fratrum ac predieti capituli consensione susfultus, universas domos et congregaciones vestras in unam ordinis heremitarum sancti Augustini professionem et regularem observantiam perpetuo counirat, sub generalis cura prioris canonice instituendi pro tempore pre aliis provincialibus nec non et conventionalibus singularum domorum prioribus regulariter gubernandas. Et ut novam ovilis dominici unionem universalis capitis unitas consumaret, te, dilecte fili, frater L., in generalem ordinis ejusdem priorem ac patrem, Spiritus Sancti gratia invocata, prefecit ac etiam, prout a nobis specialiter in mandatis acceperat, confirmavit, vos universos et successores vestros a baculis vel ferulis deportandis, et quod non cogamini ad recipiendas possessiones aliquas vel habendas, decernens perpetuo liberos et exemptos.

» Nos igitur, prefati cardinalis processum convenientem cum voluntatis nostre proposito approbantes, premissa omnia grata habemus et rata, ipsaque auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Insuper autem personas et domos vestras sub beatorum Petri et Pauli protectione suscipientes et nostra, presentium auctoritate statuimus, ut vos, filii priores, et fratres in professione predieti ordinis, in prefato generali capitulo ordinata, quo quidem ordine vos perpetuo censi volumus, vobiscum super diversarum professionum ant observationum debito, quas antea feereratis in predictis vel aliis ordinibus dispensantes, sub devota generalis prioris, quem nunc vobis divina ordinatio pretulit, ejusque successorum obedientia, perpetuo virtutum Domino servientes, nigris dumentaxat et nullis

aliis alterius coloris cueullis et uniformis amictus, normam ejusdem in vobis professionis ostendat, ut amini decetero universi. Et ut hec sancta unio, quam perpetue pacis tranquillitate gaudere volumus, omnibus integritatis sue perfecta partibus stabilis perseveret, decernimus, ut omnes domus ordinum suprascriptorum, quarum fratres juxta mandati nostri formam ad nostram presentiam non venerunt, ipsi unioni tanquam corpori membra absque diffugio ullius exceptionis inhereant, et ad observationem predictorum omnium teneantur. Alioquin, sententiam quam tu, dilecte fili, prior generalis, et successores tui rite tuleritis in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Nulli etc. nostre confirmationis, protectionis, dispensationis et constitutionis etc. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno secundo. »

1302

Latran, 3 mai 1256.

Philippo Luwel, thesaurario regis Angliae, indulget, obtentu precum I., tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, ut beneficia usque ad summam ducentarum librarum sterlingorum annuae valentiae recipere valeat, computatis beneficiis jam obtentis, quorum proventus triginta marcas sterlingorum non excedunt. (Reg. 24, f. 163v, ann. II, c. 253.)

« *Phylippo Luwel, capellano nostro, thesaurario carissimi in Christo filii nostri ..., illustris regis Anglie. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, V nonas maii, anno secundo. »*

1303

Latran, 6 mai 1256.

Conventui monasterii Cesariensis pro dono gratias agit. (Reg. 24, f. 163v, ann. II, c. 254.)

« *.., abbati, et conventui monasterii Cesariensis, ordinis sancti Benedicti, Baiocensis diocesis. Super eo quod dilectus filius Riccardus de Mara, procurator vester, nobis in mille quingentis libris provisinorum ex parte vestra servivit, gratiarum vobis multimodas referimus actiones. Dat. Laterani, II nonas maii, anno secundo. »*

1304

Latran, 27 avril 1256.

Laurentio de Aretio, duo beneficia ecclesiastica curam animarum habentia in regno Franciae obtainenti, indulget, obtentu

episcopi Sagiensis, cuius clericus et procurator existit, ut, iſtis duobus resignatis, duo alia beneficia recipere valeat, (Reg. 24, f. 163^v, ann. II, c. 255.)

« Laurentio de Aretio, rectori ecclesie Ville Lupensis. Turonensis diocesis. Tua coram nobis —. Dat. Laterani. V kalendas maii, anno secundo. »

1305

Latran, 15 février 1256.

Nicolao Beraudi, canonico ecclesiae Dauratensis, speciali clero et notario A., episcopi Lemovicensis, qui cum per affectuosas litteras summo pontifici commendavit, induget, ut, priester ecclesias S. Mariae de Belac et S. Salvatoris, quarum una dependet ab altera quaeque unum dumtaxat beneficium in Lemovicensi diocesi censeri noseuntur, unicum aliud beneficium recipere valeat, (Reg. 24, f. 163, ann. II, c. 256)

« Nicolao Beraudi, canonico ecclesie Dauratensis, Lemovicensis diocesis. Per studia laudabilis —. Dat. Laterani, XV kalendas marci, anno secundo. »

1306

Latran, 4 mai 1256.

Priori et capitulo ecclesiae S. Christophori de Barga, Lucane diocesis, que per unum milliare distat a plebe Leppiae, concessionem fontium baptismatum, ab Octaviano, S. Mariae in Via lata cardinali, factam, auctoritate litterarum suarum, confirmat, inserendo litteras suas Laterani, V kalendas maii MCCLVI, et Octavianus, kalendis maii ejusdem anni datas, (Reg. 24, f. 164, ann. II, c. 257)

« ... priori, et capitulo ecclesie Sancti Christofori de Barga, Lucene diocesis. Cuni a nobis petitur etc. usque: effectum. Exposita siquidem coram nobis vestra petatio continebat, quod dilectus filius noster O., Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, litterarum nostrarum auctoritate, vobis fontes baptismales conces- sit, prout in publico instrumento confeeto exinde ac ipsius cardinalis sigillo munito plenius continetur. Nos itaque, devotionis vestre precibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam et gratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Ipsius instrumenti tenorem presentibus inseri facientes, qui talis est :

Rome, palais des Quatre Saints couronnés, 1^{er} mai 1256.

« Octavianus, miseratione divina Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, discretis viris dilectis in Christo sibi priori et capitulo ecclesie Sancti

» Christofori de Barga, Lucene diocesis, salutem in
» Domino. Recepimus domini nostri Summi Pontili-
» eis litteras in hec verba :

Latran, 27 avril 1256.

» Alexander, episcopus, servus servorum Dei, di-
» lecto filio O., Sancte Marie in Via lata diacono car-
» dinali, salutem et apostolicam benedictionem. Con-
» titutus in presentia nostra dilectus filius Girar-
» dus de Carfaniano, quondam familiaris felicis re-
» cordationis I. pape predecessoris nostri, nuncius
» dilectorum filiorum hominum de Barga, Lucene dio-
» cesis, fidelium nostrorum, ex parte ipsorum fidelium.
» nobis humiliter supplicavit, ut, cum predictis homi-
» nibus nimis sit laboriosum et grave ad plebem de
» Leppia, que non modicum distat ab eis, parvulos
» baptizandos deferre, providere in haec parte ipsis de
» benignitate solita curaremus. Nos igitur, attentes
» grata obsequia, quibus idem Girardus in oculis pre-
» decessoris ejusdem se reddidit multipliciter gratio-
» sum, nec non et laudabilem apud Sedem apostoli-
» eam conversationem ipsius, ac volentes ob ipsum
» predictos homines speciali prosequi gratia et favore,
» ejusdem G. ac predictorum hominum supplicationi-
» bus inclinati, mandamus quatinus dilectis filiis ...
» priori et capitulo ecclesie ejusdem loci de Barga bap-
» tismales fontes auctoritate nostra concedas. Contra-
» dictores etc. Dat. Laterani, V kalend. maii, pontifi-
» catus nostri anno secundo. »

» Hanc igitur auctoritate, vobis et ecclesie vestre
» predicte, que, sicut nobis constituit, per unum mi-
» liare distat a plebe predicta, in perpetuum fontes
» concedimus baptismales, ut ibidem pueri hominum
» de Barga de cetero baptizentur. In eius rei testi-
» monium, presens scriptum publicum fieri et nostro
» sigillo mandavimus communiri. Actum in domo hos-
» picii ejusdem domini cardinalis Sanctorum Quatuor
» de Urbe, presentibus et rogatis testibus venerabili-
» bus in Christo patribus fratre Gualterio, Dei gratia
» Faventino, et fratre B. Gaietano episcopis, magistro
» Ubaldo, et magistro Ottone Viecomite domini pape
» capellanis, et aliis. Anno dominice Incarnationis
» M° CC° LVI, kalendis Maii, XIII Indictione, pon-
» tificate domini Alexандri pape III anno secundo.
» Ego Rodulphus de Podio Bonizi, auctoritate Im-
» periali notarius publicus, predictis actis a domino
» cardinali presens interfui, et ea omnia de mandato
» ipsius scripsi et publicavi. Nulli etc. nostre confir-
» mationis etc. Dat. Laterani, III non. maii, anno se-
» cundo. »

1307

Latran, 28 avril 1256.

Johanni de Semercort, clero, dispensatio recipiendi unicum aliud ecclesiasticum beneficium. (REG. 24, f. 164, ann. II, c. 258.)

« *Johanni de Semercort, clero. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, III kalendas maii, anno secundo.* »

1308

Latran, 5 mai 1256.

Infrascripto mandat, ut Michaeli de Fienles, cancellario Eduardi, primogeniti regis Angliae, de dignitate in dioecesi Morinensi provideat. (REG. 24, f. 164, ann. II, c. 259.)

« *.., abbatii Sancti Vlmari in Bolonia, ordinis sancti Augustini, Morinensis dioecesis. Sua nobis dilectus filius Michael de Fienles, canonicus Morinensis. petitio monebat quod, cum felicis recordationis I. papa predecessor noster super provisione facienda dicto canonico de aliqua dignitate vel personatu in civitate vel dioecesi Morinensibus aut comitatibus Bolonie et Flandrensi sub certa forma tibi direxerit scripta sua. licet per hujusmodi litteras procedere incepferis, eodem predecessor vivente, predicto tamen canonico nullum est de ipsis commodum assecutus. Nolentes igitur ut idem canonicus, pro quo dilectus filius nobilis vir Edwardus. primogenitus carissimi in Christo filii nostri... regis Anglie illustris, cuius existit cancellarius, per suas litteras nos rogavit, facta sibi gratia defraudetur, mandamus quatinus, si est ita, super ipsius provisione procedas, juxta prefati predecessoris continentiam litterarum. Dat. Laterani, III nonas maii, anno secundo.* »

1309

Latran, 2 mai 1256.

Bonifacio, nato nobilis viri Jacobini de Benezeto, concedit feendum in Fragnano. (REG. 24, f. 164, ann. II, c. 260.)

« *Bonifacio, nato nobilis viri Jacobini de Benezeto, militis Parmensis. Devotionis tue et dilecti filii nobilis viri Jacobini de Benezeto patris tui meritis ac supplicatiibus inclinati, fundum vacans, quod quondam Petrus de Montedueho, germanus tuus, quem sine liberis ac aliis fratribus decessisse asseris in Fragnano, Mutinensis et Bononiensis dioecesum, ab Ecclesia Romana tenuisse noscitur sub consuetis servitiis, presentium tibi anctoritate duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VI nonas maii, anno secundo.* »

1310

Latran, 9 avril 1256.

Ecclesiam S. Mariae de Metre de Urbe sub sua protectione suscipit et jura, libertates et exemptiones enumerat. (REG. 24, f. 164, ann. II, c. 261.)

« *.., priori ecclesie Sancte Marie de Metri de Urbe, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligen- tibus etc. usque : infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii. vestris postulationibus elementer annuimus, et ecclesiam Sancte Marie de Metri de Urbe, in qua di- vino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo canonieus, qui secundum Deum et beati Augustini regu- lam atque institutionem fratrum de Penitentia beatorum Martyrum in eadem ecclesia institutus esse di- noscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, que- cumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum, concessione pontifi- cum, largitione regum vel principum, oblatione fide- lium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illi- bata permaneant. In quibus hec propriis duximus ex- primenda vocabulis.*

» Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, Sancte Marie et Sancte Eli- saethi in Ailesuelt ac Sancti Petri de Insula Cuiavien ecclesias, cum domibus, terris, vineis, possessionibus et omnibus earum pertinentiis, cum terris, pratis, vi- neis, memoribus usuagiis et paseuis, in bosco et piano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

» Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis haec tenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere pre- sumat.

» Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibe- mus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in ecclesia vestra professionem, fas sit, sine prioris sui licentia, de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere : discedente vero, absque communis litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere.

» Cum autem generale interdictum terre fuerit, li- ceat vobis, clausis januis etc. usque : interdicto. Crisma vero etc. usque : exhibere. Prohibemus insu-

per ut, infra fines parrochie vestre, nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis aliquis omnibus ecclesiasticis, secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus.

» Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni etc. usque : obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

» Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci priore, vel tuorum etc. usque : elendum. Paci quoque et tranquillitati vestre etc. usque : audeat exercere.

» Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesie vestre concessas, neenon libertates et exemptiones etc. usque : communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet prefatam ecclesiam temere perturbare etc. usque : profutura. Salva Sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si quis igitur in futurum, ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam etc. usque : ultioni. Cunetis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax etc. usque : inveniant. Amen. Amen. Amen.

» Dat. Laterani per manum Guillelmi magistriscolarum Parmensis sancte Romane Ecclesie vicecancelarii, V idus aprilis, indictione XIII^o, Incarnationis Dominice anno M^oCC^oLVI^o, pontificatus vero domini pape III anno secundo. »

1311

Latran, 5 avril 1256.

Fratribus ordinis de Sempingham indulget, ut per litteras praefatorum vel judicum conveniri minime valeant, quae de ordine eorum non fecerint mentionem. (Reg. 24, f. 164^v, ann. II, c. 262.)

« Magistro et universis fratribus ordinis de Sempingham. Meritis vestre religionis —. Lecta siquidem coram nobis universitatis vestre petitio continet, quod, licet ordini vestro a Sede apostolica sit indultum ne per litteras Sedis ejusdem conveniri possitis, que de

ordine vestro non fecerint mentionem, nonnulli tamen ecclesiarum prelati et judices vestris libertatibus invidentes, cum aliquas litteras Sedis predicte ad eos imputrari contingit, in quibus generaliter continetur, quod non obstant aliqua privilegia seu indulgentie a Sede nominata obtente, per que attribute ipsis jurisdictionis explicatio impediti valeat vel differri, et de quibus oporteat fieri mentionem, in vos jurisdictionem indebitam vendicare. neenon, litterarum ipsarum pretextu, vos evocare eoram se ad judicium non veretur in totius vestri ordinis maximum prejudicium et gravamen. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut per hujusmodi litteras impetratas vel etiam impetrandas, conveniri minime valeatis seu ad judicium evocari, que de dicto ordine non fecerint mentionem, ad instar felicis recordationis I pape predecessoris nostri, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostri concessionis etc. Dat. Laterani, nonis aprilis, anno secundo. »

1312

Latran, 4 avril 1256.

Eisdem propter indigentiam concedit ecclesiam de Orbling, Lincolniensis diocesis, in usus proprios. (Reg. 24, f. 164^v, ann. II, c. 262².)

« Magistro et fratribus monasterii de Sempingham, Lincolnensis diocesis. Ex tenore vestre petitionis acceperimus quod, felicis recordationis I. papa predecessore nostro intellecto dudum monasterium vestrum, in quo ducente mulieres sub regulari observantia commorantur, adeo tenues proventus habere, quod nonnulli ipsarum, pro necessariorum defectu, debilitates varias et graves corporis infirmitates incurrerant, ac propter hoc volens vestre indigentie misereri, ecclesiam de Orblinge, Lincolniensis diocesis, vix excedentem valorem annum triginta marcarum argenti, in qua jus patronatus habetis, cuius etiam proventus in duas partes divisi a duabus, ut dicuntur, percipiuntur personis, eis cedentibus vel decadentibus, in usus proprios ad relevanda hujusmodi paupertatis onera retinendi et ingrediendi sine diocesani assensu, quandcumque personaruin ipsarum altera cesserit vel decesserit, partis sue ac postmodum, cum de reliqua idem contigerit, totius ecclesie possessionem vobis facultatem sub certa forma concessit, prout in predecessoris ejusdem litteris pleniis dicitur contineri. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, ut gratia super hoc facta vobis gaudere possitis, devotioni vestre auctoritate presentium duximus concedendum. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II nonas aprilis, anno secundo. »

1313

Latran, 7 mai 1256.

Eisdem indulget, ut non debitis sed voluntariis exempliis decetere minime teneantur. (REG. 24, f. 164v, ann. II, c. 262.)

« *Magistro, prioribus et fratribus ordinis de Sempingham.* Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Cum igitur, sicut lecta coram nobis vestra petitio continebat, diocesani vestri, pretextu exempliorum que ipsi aliquando legatis et nunciis Sedis apostolice non ratione procreationis sed voluntarie exhibent, pecuniam a vobis exigere ac extorquere presumant, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut vos ad contribuendum in hujusmodi non debitis sed voluntariis exempliis decetere minime teneamini, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »

1314

Latran, 12 avril 1256.

Fratribus ordinis Heremitarum, de diversis ordinum titulis nunc sub uno redactis, indulget facultatem, ubi plura loca obtinent, uno locorum reservato, reliquum alienandi. (REG. 24, f. 164v, ann. II, c. 263.)

« *Generali et provincialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum, ordinis sancti Augustini.* Cum, sicut vestra petitio nobis exhibita continebat, plura loca vestri ordinis in eadem civitate vel villa seu castro ex eo nunc haberi noscantur, quod Sedes apostolica omnes fratres, qui olim Heremitarum nomine sub diversorum ordinum titulis censebantur, ad unum ovile reduxit, sub unius generalis prioris custodia gubernandos, nos, attendentes quod in eodem loco plures domos vestri ordinis habere non congruat, ac volentes vestris utilitatibus salubriter providere, vobis auctoritate presentium indulgeamus, ut, ubi plura loca taliter obtinetis, uno locorum ipsorum qui commodior fuerit reservato, reliquum vendere seu commutare, distracthare aut alias etiam alienare libere valeatis, prout utilitati ejusdem ordinis videritis expedire. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno secundo. »

1315

Latran, 5 mai 1256.

Fratribus hospitalis S. Martini confessoris in Accon, quod archiepiscopus Tyrensis construit pro recipiendis pauperibus Britonibus in Terrae Sanctae subsidium transfretantibus, indulget facultatem deferendi super vestes imaginem beati Mar-

tini pallium pauperi dividentis. (REG. 24, f. 164v, ann. II, c. 264.)

« *Magistro et fratribus hospitalis Beati Martini confessoris in Acon.* Venerabilis frater noster ..., Tyrensis archiepiscopus, in multis sed in eo precipue se gratum Deo reddere dicitur, quod vacare pietatis operibus delectatur. Sane idem. sicut accepimus. vestrum hospitale pro recipiendis et fovendis in eo pauperibus Britonibus provincie Turonensis in Terre Sancte subsidium transfretantibus, duxit de suis bonis propriis construendum. Cum itaque in suo et vestro geratur affectu quod. ad differentiam aliarum religionum, vobis certus habitus deputetur, nos, ejus et vestris supplicationibus benignius annuentes, ut ymaginem beati Martini confessoris pallium pauperi dividentis super vestes pro habitu vestro, non obstante prohibitione cuiusquam, in perpetuum deferre libere valeatis, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, III nonas maii. anno secundo. »

1316

Latran, 26 avril 1256.

Archiepiscopo Turonensi mandat quatinus Johannem, comitem Britanniae, absolutum ab omnibus sententiis excommunicationum denunciat. (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 265.)

« ... archiepiscopo Turonensi. Cum dilectus filius noster H., tituli Sancte Sabine presbyter, et R., Sancti Angeli diaconus cardinales, dilectum filium nobilem Johannem, comitem Britanie, ab omnibus sententiis excommunicationum latis in ipsum, iam pro sententiis quam pro ordinationibus, preceptis, decretis et pro manifestis offensis et dubiis de parendo eisdem sententiis, ordinationibus, preceptis et decretis, ac satisfaciendo de manifestis offensis, et stando juri de dubiis, ab eo corporali prestito juramento juxta formam Ecclesie, de speciali mandato nostro absolverint et denunciaverint absolutum interdicti sententiis, si que in eundem comitem aut familiam seu terram ipsius vel communicantes eidem, occasione predictorum, late fuerant, relaxatis, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo eorumdem cardinalium plenius continetur, nos, quod super hoc ab eisdem cardinalibus factum est, ratum et firmum habentes, mandamus quatinus eundem comitem absolutum a predictis sententiis et interdictum hujusmodi relaxatum denuncias, et ab aliis denunciari facias per Turonensem provinciam et per omnia loca, in quibus idem comes viderit expedire. Dat. Laterani, VI kalendas maii, anno secundo. »

1317

Latran, 11 avril 1256.

Infrascripto mandat, ut Hugolino, clero, nato Jacobi de Podiobonizi, Camerae pontificalis scrinario et familiari suo, de aliquo plebanatu, archipresbyteratu, prioratu secularis ecclesiac sive alio beneficio in Senensi vel Vulnerana diocesibus provideat, juxta litterarum continentiam Innocentii IV praeposito ecclesiae S. Mariae de Podiobonizi, Florentinae diocesis, directarum. (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 266.)

« ... priori Sancti Petri de Cedda, Senensis diocesis. Sua nobis Hugolimus —. Dat. Laterani. III idus aprilis. anno secundo. »

1318

Latran, 20 avril 1256.

Ad universos fratres ordinis Heremitarum s. Augustini extendit privilegia et indulgentias nonnullis domibus ordinis eorum, antequam essent in unius religionis corpus de mandato suo redacti, singulariter olim indulta, concedens facultatem utendi ipsis quotiens opus erit. (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 267.)

« ... generali, et provincialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. Oblata nobis ex —. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno secundo. »

1319

Latran, 23 mars 1256.

Statuit, ut pure ac munde fiat concessio seu collatio prioratum, ita quod pretii datione vel sub pactione nulli « tradantur, sed in eorum concessionē penitus ista cessent. » (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 268¹; PORTHAST 16300.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Quia persone religiose —. Dat. Laterani. X kalendas aprilis, anno secundo. »

1320

Latran, 28 mars 1256.

Decernit non licere communis et scabinis in regno Franciae et eis qui in illis jurisdictione temporalem obtinent vel iustitiam saecularem exercent, tallias, collectas aut exactiones ecclesiis vel ecclesiasticis personis imponere vel exigere ab eisdem pro domibus, praediis etc., nec etiam licere illis ipsis ecclesiis vel personas ad distrahendum vel alienandum aut extra manum suam ponendum acquisita jam aliquatenus coarctare. (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 268²; PORTHAST 16308.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Quia nonnulli tempore —. Dat. Laterani, V kalendas aprilis, anno secundo. »

1321

Latran, 26 mars 1256.

Statuit ut Templari et alii religiosi privilegio exemptionis gaudentes in regno Franciae hospites suos qui Dati seu Oblati dicuntur, ab episcoporum sententia nullatenus eximant, nec capellas construant sine consensu diocesanorum. (REG. 24, f. 165, ann. II, c. 268³.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Licet regularis ordinis professores, illos presertim quos majoris liberalitatis apostolica Sedes privilegiis honoravit, congruis attollere favoribus et ipsorum illibata conservare privilegia intendamus, sic tamen eos suis juribus volumus manere contentos, quod privilegiorum ipsorum limites observantes, jura non occupent aut impediant aliorum. Sane intelleximus quod Templarii et Hospitalarii, et alii religiosi privilegio exemptionis gaudentes de regno Francie, hospites suos qui Dati corum ordini seu Oblati dicuntur, vel qui aliquem censum, etiam modicum, eis solvunt, per se ac conservatores sibi a Sede apostolica deputatos, privilegiorum suorum pretextu defendunt. ne hii, cum delinquunt a suis ordinariis ecclesiasticis, sicut alii laici, pro furtis videlicet, adulteris et aliis criminibus, quorum ad ordinarios ipsos spectat correptio, puniantur. Capellas autem et oratoria sine consensu et auctoritate diocesanorum construunt, nec non et interdicti ac suspensionis sententias, quas ordinarii proferunt in personas et loca sibi subjecta, dampnabiliter contempnentes, faciunt in locis eisdem ac capellis et oratoriis sibi constructis divina temeritate propria celebrari, quamquam quod hec ipsis licent, apostolicum privilegium vel indulgentiam non ostendant. Causas quoque suorum hominum assumentes, illos quos ipsis hominibus injuriari asserunt, super hujusmodi injuriis, licet sint iidem homines liberi, convenient et in causam nomine suo trahunt.

» Idem etiam exempti et alii quamplures religiosi pro certis peccatis certas penas statuunt infligendas, ex quo interdum evenit, quod, dum tales pene delinquentibus infliguntur, eorum peccata que occulta fuerant, in noticiam veniunt aliorum.

Volentes itaque talium presumptionibus, congruis, prout nostre in eum bunt sollicitudini, remediis obviare, apostolica auctoritate, de consilio fratrum nostrorum, statuimus, quod hujusmodi hospites vel homines qui Dati vel Oblati dicuntur, vel qui prefatis exemptis aliquem censum solvunt, si non se eisdem exemptis omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnime duixerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos ipsi episcopi, sicut in alios

parrochianos suos. exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi, nec ob hoc exemptorum ipsorum conservatores quicquam contra eosdem episcopos valent attemptare. Oratoria vero vel capellas in locis non exemptis, sine diocesanorum locorum ipsorum licentia, iidem exempli construere non presumant, nec in sic constructis, neque in locis non exemptis, cum ab ordinariis fuerint interdicta, celebrent vel faciant celebrari divina. Quod si talia presumpserint, ab hiis per locorum ipsorum ordinarios compescantur, et si quas, propter hoc, exemptorum ipsorum conservatores sententias in contrarium protulerunt, illas penitus revocamus. Inhibemus autem, ne in locis etiam exemptis, hec ipsi exempti facere audeant, nisi super hiis licentiam Sedis apostolice habeant vel ipsius privilegium speciale. Causas quoque sive lites proprias suorum liberorum hominum, que videlicet ad ipsos tantum homines pertinent, iidem exempti suo nomine, sive ut actores, sive ut defensores, velut suas aliquatenus non assumant, etiam si sint ipsis dicti homines censuales, cum id nequaquam licitum sit eisdem. Pro peccato vero incognito et occulto, certa pena nullatenus statuatur, ex qua, si per eam satisfiant, possit quoquomodo peccatum ipsum percipi, conjici vel adverti. Nulli etc. nostre constitutionis et inhibitionis etc. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno secundo. »

1322

Latran, 26 mars 1256.

Inhibitio contra questores in regno Franciae apostolicas litteras pro petendis elemosinis deferentes. (REG. 24, f. 166v, ann. II, c. 268t.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Quia intelleximus quod nonnulli questores in regno Francie apostolicas litteras pro petendis et colligendis a Christi fidelibus elemosinis deferentes, in suis questibus et monitionibus ac exhortationibus, quas propter hoc populis faciunt, multa presumunt in aliorum scandalum et offensam, festa et vacationes in locis ad que deveniunt, quamdiu in illis pro hujusmodi procurandis questibus permanent, inducentes, et plebes ad suas predicationes et exhortationes, per citationes et excommunicationis sententias seu comminationes de proferendis hujusmodi sententiis, compellentes accedere ac inibi stare invitatis quousque circa questus et elemosinas colligendas, suum ministerium vel exercitium impleverint inchoatum, nos eisdem questoribus, ne unquam deinceps talia facere audeant, auctoritate apostolica. de fratribus nostrorum consilio, districtius inhibemus. Statuentes

quod, si hec attemptaverint et si aliud preter id quod in litteris seu indulgentiis apostolicis continetur, proposare vel suggestere presumpserint, ab hiis per locorum ordinarios compescantur. Nulli etc. nostre inhibitionis et constitutionis etc. Dat. ut supra. »

1323

Latran, 29 avril 1256.

Statutum ne legati seu nunci apostolicae Sedis ecclesias vel ecclesiasticas personas indebitis exactionibus gravare attemptent. (REG. 24, f. 166v, ann. II, c. 268t.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ne legati seu nunci, quos plerumque apostolica Sedes mittit, ecclesias vel ecclesiasticas personas indebitis exactionibus de facili amodo gravare attemptent. de fratribus nostrorum consilio duximus statuendum, ut, cum iidem a prelatis vel aliis personis ecclesiasticis aliquid postularint, eis, quando videlicet ipsi legati seu nunci presentes fuerint vel vicini, litteras apostolicas continentis personarum et evectionum numerum, cum quo recipi debeant. Quando autem presentes vel vicini non fuerint, illarum transcriptum sigillo autentico consignatum ostendere teneantur. Alioquin iidem prelati seu persone non teneantur illis in aliquo respondere. Universos tamen prelatos et personas ecclesiasticas monemus et hortamur attente, ut eisdem legatis sive nuncis in necessitatibus suis, victualia pro personarum et equorum numero in litteris apostolicis comprehenso, juxta tempus in quo ipsos morari contigerit, competenter studeant ministrare. Si vero alia que ex litterarum apostolicarum beneficio exigere forsan poterunt, ut puta, equos vel vestes aut pecuniam pro procurationibus, vel alia causa seu necessitate, ab eisdem prelatis aut personis, sive ad eos declinaverint, sive non duxerint exigenda, illa exigentibus exhibere minime teneantur, nisi eis litteras suas patentes concesserint, exigentes que expresse contineant quid. quantum et quando receperint ab eisdem. Que quidem littere locorum ordinariis assignentur qui, si legatos seu nuncios in hiis constiterit excessisse, hoc Romano Pontifici nunciare procurent, ut pena condigna feriat excedentes. Quando autem absentes premissa per procuratorem aut nuncium petierint, huius a quibus illa petentur, litteras eorum super hoc directas vel earum transcriptum autentico sigillo signatum, si forte pluribus dirigantur, retineant in rerum testimonium petitarum, et sub aliquorum testimonio illi procuratori aut nuncio petita illa, videlicet que ex forma earum de litterarum apostolicarum exhibere tenebuntur, exhibeant, ut sic de

« exhibitione hujusmodi postmodum haberi valeat certitudo. Ceterum inhibemus ne ab aliis quam ab illis per quorum dioecesim transierint, procurationes vel alia recipient, nisi eos ex causa necessaria trahere moram alicubi contingeret, vel aliqua diocesis forsitan secundum tempus more facte imibi nimis in procurationibus gravaretur. Quod si contra hujusmodi nostram constitutionem aut inhibitionem facere presumperint, sententia, si qua, occasione hujusmodi, a presumptoribus ipsis lata fuerit, non teneat, neque liget. Porro quantum ad legatos, quibus in aliqua provincia plene legationis officium non committitur, servanda intelligimus que superius sunt expressa. Nulli etc. nostre constitutionis et inhibitionis. Dat. Laterani, III kalendas maii, anno secundo. »

1324

Latran, 26 mars 1256.

Decernit quod dioecesani sententias religiosorum prelatorum in monasteriorum Franciae personas et subditos prolatas valeant revocare. (Reg. 24, f. 167, ann. II, c. 268⁶.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad audienciam nostram pervenit, quod nonnulli abbates et alii religiosi prelationis gerentes officium de regno Francie subditis suis inhibit, ne statum monasteriorum suorum, personarum et rerum eorundem dioecesanis suis vel aliis per quos ad noticiam eorum perveniat, insinuent vel exponant in ipsis; si secus egerint, excommunicacionis sententiam proferentes: ex quo evenit quod, cum ipsi dioecesani eademi monasteria visitant, illorum statum scire non possunt, propter quod multa in eis, tam in capite quam in membris, que correctione ac reformatione indigerent, remanent incorrecta. Contra hujusmodi ergo detestabiles ac periculosa astutias prouidere volentes, decernimus, habito fratrum nostrorum consilio, quod ipsi dioecesani sententias, quas hujusmodi religiosi prelati in suorum monasteriorum personas et subditos, in quibus iidem dioecesani visitationem habent, hac occasione protulerunt, valeant revocare. Nulli etc. nostre constitutionis etc. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno secundo. »

1325

Latran, 24 mars 1256.

Declaratio de processu contra pontificali dignitate praeditos. (Reg. 24, f. 167, ann. II, c. 268⁷.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Quia pontificali dignitate preditis, ob reverentiam sacri officii quod exer-

cent, plurimum differri convenit et eos plus aliis honorari, decet utique ut, cum a judicibus vel conservatoribus a Sede apostolica deputatis contra eos ad coactiones aliquas sive penas fuerit procedendum, gradus et modestia in hujusmodi processu servetur: ita quod eis quadam condigna reverentia supportalis ingressus primo ipsius ecclesie vel sacerdotale interdicatur ministerium, ac deinde ab officio suspendantur, et subsequenter aggravetur censura ecclesiastica contra eos, nisi aliter fieri snaserit nimia contumacia, protervitas sive culpa. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1326

Latran, 24 mars 1256.

Declarat quod in singulis primis edictis citatoris impetrator exprimat nomina citatorum. (Reg. 24, f. 167, ann. II, c. 268⁸.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Cum per illam generalem clausulam « quidam alii », que frequenter apostolicis inseritur litteris, ultra tres vel quatuor in judicio trahi non possint, quorum nomina in primo citatorio debet exprimere impetrator, nos, ut omnino in hac parte via fraudibus precludatur, duximus declarandum, quod in singulis primis ediclis citatoriis, ipsa eadem nomina impetrator exprimat et conserbat, etiam si non nisi unum ipsorum trium vel quatuor per hujusmodi primum edictum citari contingat, et si scienter plures ad judicium evocari fecerit, et ipse LX solidos usualis monete, et judex etiam, qui in hoc culpabilis fuerit, totidem, vel si post factam citationem in cause processu id sciverint, et infra octo dies non destiterint ab incepto, et illud non revocaverint, ipsi citato vel reo infra unum mensem exhibere ac solvere teneantur; quos, si infra hujusmodi tempus non solverint, eo ipso maledictionem incurvant, a qua nunquam, nisi prius illos persolverint, liberentur; et nos nichilominus quod ad illos processum censemus penitus esse nullum. Nulli etc. nostre declarationis et constitutions. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1327

Latran, 30 mars 1256.

Revocat apostolica indulta nonnullis personis concessa, quod interdici, suspensi vel excommunicari non possint. (Reg. 24, f. 167, ann. II, c. 268⁹.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Quia nounnullis per-

sonis, tam ecclesiasticis quam secularibus, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut quod eorum terre subici ecclesiastico interdicto non possint, quibusdam quidem ad certum tempus, quibusdam autem sine temporis determinatione, a Sede apostolica dicitur esse indultum, propter quod a talibus multa sumunt malignandi materia et audacia delinquendi, nos, super hoc providere volentes, omnia hujusmodi apostolica indulta quibuscumque concessa personis, in quantum per ea ordinariorum jurisdictione impeditur, restringitur vel artetur totaliter, de fratribus nostrorum consilio revocamus : ita quod iidem ordinarii in personas et terras ipsas, regibus et reginis, quantum ad regna sua tantum, et regnis ipsis, necnon regum ipsis filiis et fratribus, ac eorum uxoribus, et eorundem filiorum, fratrum et uxorum terris exceptis, jurisdictionem suam, talibus indultis nequaquam obstantibus, valeant, prout ad eos pertinet exercere. Nulli etc. nostre revocationis etc. Dat. Laterani. III kalendas aprilis, anno secundo. »

1328

Latran, 23 mars 1256.

Statuit, ut deinceps soli episcopi, abbates et canonici cathedralium ecclesiarum, maxime bi qui sunt in ipsis ecclesiis dignitatibus praediti, et nullae aliae personae ecclesiasticae conservatores existant. Statuit insuper, quod nulla ecclesiastica secularis persona, exceptis regibus et reginis quantum ad regna sua, conservatorem habeat, et quod omnes alii conservatores quicumque anno elapsu revocentur. (REG. 24, f. 167, ann. II, c. 268¹⁰; POTTUAST 16301.)

« *Ad perpetuam etc.* Quia de conservatoribus —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno secundo. »

1329

Latran, 24 mars 1256.

Statuit, ut abbates benedictionem impetriri per vias aut civitates non valeant. (REG. 24, f. 168, ann. II, c. 268¹¹.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Quoniam nonnulli abbates, quos apostolica Sedes specialibus privilegiis insignivit, tam in exhibitione benedictionis super populum, quam aliis pluribus feruntur excedere, per que multos non modicum scandalizant, nos, turbationis et offensionis in hac parte materiam tollere cupientes, duximus declarandum, quod ipsi abbates, qui apostolica super hiis habent privilegia, in suis ecclesiis, quando in eis divina officia celebrant, possunt, post missarum sollempnia et vespertinas ac matutinas lau-

des, benedictionem sollempnem super populum elargiri. Alibi autem publice, aut per vias, civitates, castra et villas populis et pleibus benedictionem facere vel impetriri non valent, nisi hoc eis expresse apostolico privilegio sit concessum, nec est ipsis licitum aliis quam monasteriorum suorum conversis, et hiis qui ad illa convolaverint, et in quos ecclesiastica et quasi episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram, nisi eis id competit ex pleno prefate Sedis indulto vel consuetudine jam prescripta. Nulli etc. nostre declarationis etc. Dat. Laterani, VIII kalendas aprilis, anno secundo. »

1330

Latran, 6 avril 1256.

Archiepiscopo et capitulo Nazarenis indulget, ut tempus triginta et novem annorum a quo ecclesia Nazarena in manibus paganorum est, non proposit alicui contra eam. (REG. 24, f. 167^v, ann. II, c. 269.)

« *.., archiepiscopo, et capitulo Nazarenis.* Justis providentie vestre precibus benignum impetrantes assensum, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum Nazarena ecclesia jam per triginta et novem annos percussione divina fuerit in manibus paganorum, tempus hujusmodi et id per quod ecclesia ipsa. Deo permittente, tenebitur a paginis, eidem non currat ecclesie nec ad prescribendum proposit alicui contra eam. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, VIII idus aprilis, anno secundo. »

1331

Latran, 7 mai 1256.

Capitulo Laudunensi confirmat consuetudinem animadvertisendi in pervasores bonorum ecclesiae eorum. (REG. 24, f. 167^v, ann. II, c. 270.)

« *.., decano, et capitulo Laudunensi.* Et vestris supplicationibus —. Exposita siquidem coram nobis vestra petitio continebat, quod, cum nonnulli Romani pontifices, predecessores nostri, vobis animadvertisendi in pervasores bonorum ecclesie vestre olim concesserint per suas litteras facultatem, pretextu concessionis ipsius, consuetudo hujusmodi, approbatibus episcopis Laudunensibus qui fuere pro tempore, tam a vobis quam a predecessoribus vestris pacifice ab antiquo usque ad hec tempora est obtenta, quod in eos, quos manifestos legitime cognovistis vestre malefactores ecclesie bonorumve ipsius impios invasores, exerceustis,

sive presente sive absente episcopo vestro, quotiens oportuit usque ad satisfactionem condignam censure ecclesiastice disciplinam quam consuetudinem petiistis favore apostolico roborari. Vestris igitur supplicacionibus inclinati, consuetudinem hujusmodi auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »

1332

Latran, 21 décembre 1255.

Archebaldo cancellarium ecclesiae Moraviensis, curam animarum habentem, ei a Gamelino tunc cancellario, in episcopum S. Andreac postulato, canonice collatam, confirmat : « non obstante quod eidem Gamelino dicimus per nostras litteras concessisse ut beneficia ecclesiastica, que confirmationis sue tempore obtinebat, possit per aliquod tempus post lapsum temporis de consecrandis episcopis retinere, cum dicto episcopo de concessione ipsa tempore collationis hujusmodi per litteras apostolicas certum aliquid non constaret. » (REG. 24, f. 167v, ann. II, c. 271.)

« Archebaldo, cancellario ecclesie Moraviensis. Lecta si quidem coram—. Dat. Laterani, XII kalendas januarii, anno secundo. »

1333

Latran, 7 mai 1256.

Infrascriptis confert cognitionem quaestionis inter Walterm, praepositum ecclesiae Argentinensis, et praepositum ecclesiae Hasilaeensis super collatione ecclesiae Zunswilre exortae. (REG. 24, f. 167v, ann. II, c. 272)

« .., abbati monasterii Belli prati, Cisterciensis ordinis, Tullensis diocesis, .., scolastico ecclesie Sancti Salvatoris Metensis, et .., thesaurario ecclesie Sancti Petri Argentinensis. Sua nobis dilectus filius .., prepositus ecclesie Hasilaeensis, petitione monebat, quod Walterus, prepositus ecclesie Argentinensis, asserens quod ipse, cum quo super pluralitate beneficiorum erat per Sedem apostolicam dispensatum, ad vacantem ecclesiam Zunswilre, Argentinensis diocesis, curam animarum habentem, a vero patrono ipsius loci archidiaconi, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine institutio rectoris in eadem pertinet, fuerat canonice presentatus, et quod idem prepositus Hasilaeensis institutioni sue ejusdem ecclesie se contra justitiam opponebat, super hoc in communi forma ad te, fili scolastice, apostolicas litteras impetravit. Nos igitur, volentes ut judicium sine suspicione procedat, te,

fili thesaurarie, ad petitionem ipsius prepositi Hasilaeensis ac te, fili abbas, de utriusque partis procuratorum assensu, cognitioni ejusdem negotii, non obstante si per te, fili scolastice, vel per Balduinum, tuum concionicum, cui, diffinitiva tibi sententia ac receptione testium reservatis in causa ipsa, commisisse diceris vices tuas, in eodem negotio est processum, duximus adjudicendos. Quocirca mandamus quatinus, hujusmodi legitimo servato processu in causa ipsa, procedatis per vos vel alios neutri parti suspectos, juxta priorum continentiam litterarum. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »

1334

Latran, 5 mai 1256.

Riccardo, decanatum Lincolnensem et alia beneficia obtinenti, indulget ut unicum aliud beneficium recipere valeat. (REG. 24, f. 167v, ann. II, c. 273.)

« Riccardo, decano Lincolnensi. Volentes tibi gratiam —. Dat. Laterani, III nonas maii, anno secundo. »

1335

Latran, 11 mai 1256.

A., electum Anitiensem, praeficit in episcopum. (REG. 24, f. 167v, ann. II, c. 274.)

« A., electo Anitiensi. Debitum officii nostri —. Sane Aniciensis ecclesia, Ecclesie Romane immedietate (*sic*) subiecta, per cessionem dilecti filii B. Vendator, quondam Aniciensis electi, in manibus nostris factam, vacante, dilectus filius Petrus de Monte Acuto, Stephanus de Bello Monte et Guillelmus Garini, ejusdem ecclesie canonici, et Robertus, archipresbyter de Sancto Pauliano, dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie prediche procuratores et nuncii, apud Sedem apostolicam existentes, ex parte ipsorum decani et capituli humiliter postularunt a nobis, ut de te, tunc ipsorum preposito, providere ipsi ecclesie paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, qui ex jugo apostolice servitutis universis sumus ecclesiis obligati, volentes ecclesie prefate, ne ex longa vacatione gravia dampna subiret, salubriter providere, considerato attente quod dicta ecclesia, que in medio nationis perverse posita tyrannide superborum atteritur, tali presule indiget, qui contra talium incursum manu potenti defendere possit eandem, te qui, sicut accepimus, in ea fuisti hactenus laudabiliter conversatus, ipsi ecclesie in episcopum et pastorem prefecimus, de fratribus nostrorum

consilio et plenitudine potestatis. Sperantes quod, cum tibi morum ac generis nobilitas et litterarum scientia neconon et probitatis merita sull'fragari dicantur, eadem ecclesia tua circumspetione laudabili tam circa spiritualia quam temporalia, gratis tribuente Domino, proficiet incrementis. Quocirea discretionem tuam rogamus, inonemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus reverenter et devote suscipiens impositum tibi onus et submittens fortitudinis tue collum ad injusmodi sollicitudinibus sarcinam mente stabili deferendam, ipsius ecclesie prudenter et sollicite enram geras, ut tuo labore ac studio, auxilio cooperante divino, in spiritualibus et temporalibus multipliciter augeatur. Dat. Laterani, II idus maii, anno secundo. »

1336

Latran, 15 mai 1256.

Archiepiscopo Viennensi mandat, ut eundem A. ad diaconatus et presbyteratus ordines statutis temporibus promoveat et ascito legitimo episcoporum numero manus consecrationis ei impendat, recepturus ab eo fidelitatis juramentum. (Reg. 24, f. 168, ann. II, c. 274².)

« .., archiepiscopo Viennensi. Debitum etc. usque : postularunt —. Dat. Laterani, idibus maii, anno secundo. »

1337

Latran, 15 mai 1256.

Abbati et conventui monasterii de Rupe, Eboracensis diocesis, in receptione hospitum onera expensarum sustinentibus, concedit, supplicante J., tituli S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, ut, si contigerit jus patronatus alicujus ecclesiae canonice eis conferri, usibus eorum applicent ipsiusque possessionem ingrediantur, dioecesani loci assensu minime requisito. (Reg. 24, f. 168, ann. II, c. 275.)

« .., abbati, et conventui monasterii de Rupe, Cistercensis ordinis, Eboracensis diocesis. Ex parte vestra —. Dat. Laterani, idibus maii, anno secundo. »

1338

Latran, 11 mai 1256.

Magistro hospitalis de Alto passu, taico, indulget, ut capellanus ejus in fratres et conversos ordinis ejus non obedientes sententiam excommunicationis promulgare valeat. (Reg. 24, f. 168, ann. II, c. 276.)

« .., magistro hospitalis de Alto passu, ad Romanam Ec-

clesiam nullo medio pertinentis. Religionis favor sub —. Sane presentata nobis ex parte tua petitio continebat, quod nonnulli fratres et conversi tui ordinis, obedientie jugum abicere satagentes, tibi obedientiam et reverentiam debitam denegant exhibere, qui, te, pro eo quod es laicus, nequeunte ipsorum excessus animadversione debita castigare, majorem assumunt audaciam delinquendi, dum sic eorum culpe remanent incorrecte. Quare nobis humiliter supplicasti. ut in hac parte ipsorum ruin providere saluti salubri remedio curaremus. Cum igitur dignum sit, ut religiosis saltem pene metu tollatur materia delinquendi, tuis devotis precibus inclinati, ut capellanus tuus, in sacerdotio constitutus, in dictos fratres et conversos tibi obedientiam et reverentiam hujusmodi prestare ac, juxta tui instituta ordinis, regularem denegantes suscipere disciplinam excommunicationis sententiam promulgare, ac eis, juxta formam ecclesie, absolutionis beneficium ab ea impertiri valeat, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, V idus maii, anno secundo. »

1339

Latran, 24 avril 1256.

Episcopo et capitulo Legionensibus mandat, ut Martino Petri et Alfonso Petri, in portionariis Legionensis ecclesiae receptis, postea revocatis, de novo de portionibus debitibus provideant, constitutione de quaternario canonicorum numero portionariis non applicanda. (Reg. 24, f. 168, ann. II, c. 277.)

« .., episcopo et capitulo Legionensibus. Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno secundo. »

1340

Latran, 7 avril 1256.

Roberto de Miners militi et Eva, uxori ejus, Dunkeldensis diocesis, indulget, ut in matrimonio, non obstante quod alter reliquum quartu consanguinitatis gradu contingere dicatur, remanere licite possint. (Reg. 24, f. 168, ann. II, c. 278; Port. THAST 16330.)

« Roberto de Miners militi et Eve, uxori ejus, Dunkeldensis diocesis. Consuevit Sedes apostolica —. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno secundo. »

1341

Latran, 15 mai 1256.

Hospitali S. Mariae Cruciferorum Bononiensi hospitate et

ecclesiam S. Matthaei de Merulana in Urbe incorporat. (REG. 24, f. 168, ann. II, c. 279.)

« . . , magistro ordinis et fratribus hospitalis Sancte Marie Cruciferorum Bononiensis. Quoniam in alimonias pauperum et infirmorum bona vestra fideliter, ut accepimus, dispensantes, adeo creditum vobis studetis multiplicare talentum, quod digne promeremini constitui super plura, nos, devotionis vestre precibus inclinati, hospitale et ecclesiam Sancti Mathei de Merulana in Urbe, ad nos immediate spectantia, vestro auctoritate presentium incorporantes ordini, ea cum omnibus ipsorum pertinentiis vobis et per vos successoribus vestris in perpetuum de consueta Sedis apostolice liberalitate conferimus ad usum pauperum predictorum : ne quis ipsi quibusvis aliis usibus applicare vel deputare presumat, districtius inhibentes ac decernentes quicquid de hospitali. ecclesia et pertinentiis supradictis contra concessionem nostram factum fuerit irritum et inane. Ad ea insuper universa privilegia dicti ordinis extenderentes, quod immunitatibus per illa ordini concessis eidem gaudeat, indulgemus. Nulli etc. nostre collationis, inhibitionis, constitutionis et concessionis etc. Dat. Laterani, idibus maii, anno secundo. »

1342

Latran, 15 mai 1256.

O., S. Mariae in Via lata diacono cardinali, mandat, ut eosdem magistrum et fratres hospitalis S. Mariae Cruciferorum in corporalem possessionem ecclesiae et hospitalis S. Matthaei inducat et defendat inductos. (REG. 24, f. 168v, ann. II, c. 279².)

« O., Sancte Marie in Via lata diacono cardinali. Quoniam dilecti filii —. Dat. ul supra. »

1343Latran, 1^{er} avril 1256.

Infrascriptis indulget, ut ad exhibendum aliquas procurations aut exactiones, procurationis nomine, legatis vel nuntiis Sedis apostolicae, nisi ad domum eorum declinaverint, minime teneantur. (REG. 24, f. 168v, ann. II, c. 280.)

« . . , priori, et fratribus heremiti Camaldulensis heremii, Aretine diocesis. Sacre religionis vestre —. Dat. Laterani, kalendis aprilis, anno secundo. »

1344

Latran, 11 mai 1256.

Capitulum ecclesie S. Nazarii in Brolio Mediolanensis qua-

tinns Landulfum de Kaude, praepositum ecclesiae de Sagrate, recipient in canonicum. (REG. 24, f. 168v, ann. II, c. 281.)

« . . , preposito, et capitulo ecclesie Sancti Nazarii in Brolio Mediolanensis. Credentes vos illa erga nos et Romanam Ecclesiam devotionis sinceritate fervere, ut preces nostras, etiam si eas pro extraneis diriganus, studatis effectui mancipare. Speramus firmiter illas a vobis, cum porrigitur pro votis et compatriotis vestris, eo promptius adimpleri quo de sinceriori affectu procedere dinoscuntur, maxime dum rogamus pro illis qui sue probitatis meritis prerogativa sunt specialis favoris et gratie preferendi. Hinc est quod pro dilecto filio Landulfo de Kaude, preposito ecclesie de Sagrate. Mediolanensis diocesis, de quo laudabile perhibetur testimonium coram nobis, universitatem vestram rogamus duximus attente et hortandam, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ipsum pro nostra et apostolica Sedis reverentia, sue quoque bonitatis obtenuit, in ecclesia vestra, in qua prebendarum collatio ad vos pertinere dicitur, recipiatis in canonicum et in fratrem, sibique de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, liberaliiter providere curetis. Non obstante statuto de certo canonicorum numero, juramento —. Preces nostras et mandatum taliter impleturi, quod idem L. apud vos assequi quod intendit, nosque devotionem vestram dignis exinde in Domino laudibus merito commendemus. Dat. Laterani, V idus maii, anno secundo. »

1345

Latran, 31 mars 1256.

Ottoni de Lasarrea, archidiacono Rubeimontis in ecclesia Bisuntina, mandat quatinus Hugoni dicto Archiepiscopo, in canonicum ecclesiae cathedralis jam recepto, de praebenda faciat exhiberi, non obstante capitulo Bisuntini decreto praetextu constitutione de quatuor canonicis solummodo recipiens. (REG. 24, f. 168v, ann. II, c. 282.)

« Ottoni de Lasarrea, archidiacono Rubeimontis in ecclesia Bisuntina. Significante nobis dilecto filio magistro Hugone dicto Archiepiscopo, accepimus quod felicis recordationis Leo papa, predecessor noster, in ecclesia Sancti Stephani Bisuntini altare quoddam in honore ipsius sancti propriis manibus consecratus, duxit inter cetera statuendum, ut in eodem altari VII ex canonicis ejusdem ecclesie presbiteri, quos Cardinales appellari voluit, missarum sollempnia celebrarent. Cumque postmodum decanus et capitulum ecclesie supradictae, considerantes quod ecclesia ipsa defectum in talibus

presbiteris sustinebat, antequam eadem et Sancti Johannis Bisuntini ecclesie unite fuissent et erecte in unam ecclesiam cathedralem, concorditer statuissent, ut ille quem primo in eadem ecclesia reciperet in canonicum, se faceret in presbiterum promoveri pro hujusmodi missarum sollempniis celebrandis, iidem decanus et capitulum dictum Hugonem immediate post statutum hujusmodi in canonicum receperunt. Et licet idem magister, post hujusmodi suam receptionem se faciens ad presbiteratus ordinem ad ejusdem ecclesie Sancti Stephani titulum promoveri, per triennium et amplius in eadem ecclesia in eodem ordine ministrarit et interim cotidianas distributiones, sicut unus ex aliis ecclesie predice canonicis, ac quamdam annuam bladi quantitatem ex concessione capituli supradicti, neenon et partem que contingit ipsi de quibusdam redditibus deputatis presbiteris memoratis, perceperit, antequam receptiones, prebendas expectantium vacaturas, preter quatuor priores, in quibuscumque paetas ecclesiis edicto cassaverimus generali, tamen quidam canonici Bisuntini, auctoritate dicatorum, capituli contra justitiam decreverunt, quod per constitutionem eandem predicta sua receptio, que non existit de predictis quatuor, sit cassata: propter quod prefatus magister ad audientiam nostram appellans, nobis humiliter supplicavit, ut providere super hoc ei de benignitate solita curaremus. Cum igitur indignum et indecens videatur ut idem presbiter, qui ad dicta titulum ecclesie est in presbiterum ordinatus et tanto tempore distributiones cotidianas et alia predicta percepit ibidem, ab eadem ecclesia pretextu hujusmodi taliter excludatur, mandamus quatinus, si est ita, ipsum tanquam canonicum ipsius ecclesie a decano et capitulo ipsius faciens pertractari, de prebenda sibi de jure debita, si in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quam cito ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium auctoritate nostra, predictis constitutione nostra et ipsorum canonorum decreto nequaquam obstantibus, studeas providere. Contradictores etc. Nolumus autem quod dilectus tilius magister Johannes, archidiaconus Tullensis, ecclesie Bisuntine canonicus, per hujusmodi litteras evocetur ad judicium, vel ipsi per eas in assecutione prebende in eadem ecclesia aliquod prejudicium generetur. Dat. Laterani, II kalendas aprilis, anno secundo. »

1346

Latran, 17 décembre 1256.

Henrico, episcopo Argentinensi, qui pro negotio Ecclesiae ALEXANDRE IV, t. I.

graves inimicitias incurrerat, et quibusdam consanguineis ac familiaribus ejus, indulget, ut ad citationem partium trahi ad judicium usque ad biennium non possint. (Reg. 24, f. 168v, ann. II, e 283.)

« *Henrico, episcopo Argentinensi.* Lecta coram nobis tua petitio continebat quod, pro ecclesiastica libertate tuenda et pro negotio Ecclesie ac Imperii quod in illis partibus agebatur efficaciter promovendo, tu adeo graves inimicitias incurristi, quod tibi et consanguineis ac familiaribus tuis non est tutum extra tuam diocesim litigare. Quare humiliter petebas a nobis, ut occurrere tuis et illorum in hac parte dispendiis misericorditer curaremus. Nos itaque personam tuam dignam speciali gratia reputantes ac propter hoc tuis supplicationibus inclinati, ut tu et dilectus filius nobilis vir Alexander, germanus, Henricus, rector ecclesie de Ebersheim, filius ejus, nepos tui, neenou O., scolasticus Honauensis ecclesie, tuus clericus specialis, tue diocesis, qui tibi fideliter in dicto negotio astitit, extra diocesim ipsam per litteras apostolicas impetratas, per quas ad citationem partium minime sit processum, vel etiam impetrandas, que de presentibus plenam et expressam mentionem non fecerint, conveniri vel trahi ad judicium usque ad biennium non possitis, dummodo infra ipsam diocesim coram competenti judgee parati sitis interim conquerentibus de vobis justitie plenitudinem exhibere, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XVI kalendas januarii, anno primo. »

1347

Latran, 7 janvier 1256.

Eidem concedit, ut Henricum, rectorem ecclesiae de Ebersheim, Argentinensis diocesis, nepotem ejus, natum nobilem viri Alexandri fratri ejus, in canonum Argentinensem, consentiente capitulo, instituere valeat, non obstantibus quibusdam constitutionibus et excommunicationum sententiis a legatis apostolicae Sedis et metropolitano loci contra receptiones ad beneficia non vacantia promulgatis. (Reg. 24, f. 169, ann. II, e. 283².)

« *H., episcopo Argentinensi.* Ex tuarum serie —. Dat. Laterani, VII idus januarii, anno secundo. »

1348

Latran, 8 janvier 1256.

Capitulum ecclesiae Hasilacensis hortatur mandans, ut Alexandrum, praepositum ecclesiae corum, nepotem Henrici episcopi Argentinensis, in canonum et in fratrem, ut con-

sueverunt esse praecedentes praepositi, recipient. (Reg. 24, f. 169, ann. II, c. 283³.)

« *Capitulo ecclesie Hoselatensis. Argentinensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Dat. Laterani. VI idus januarii, anno secundo. »

1349

Latran, 1^{er} mai 1256.

Infrascriptis mandat quatinus causam inter abbatem monasterii Aureliacensis, Claromontensis diocesis, et Guillelmum Aymonii, decanum ab ipso amotum ab administratione monasterii Solliacensis, Caturensis diocesis, andiant et terminent. (Reg. 24, f. 169, ann. II, c. 284.)

« *Magistris Radulfo de Albucanio, capellano nostro, Ebroicensi, et Petro Barani, Ruthenensi canonici.* Significavit nobis dilectus filius Hugo de Castronovo, qui pro decano monasterii Solliacensis se gerit, ordinis sancti Benedicti, Caturensis diocesis, quod cum ... abbas monasterii Aureliacensis, ejusdem ordinis, Claromontensis diocesis, ad monasterium ipsum Solliacense, quod eidem monasterio Aureliacensi pleno jure in spiritualibus et temporalibus est subjectum, ut ibidem, prout ad ipsum abbatem pertinet, tam in capite quam in membris, inquisitionis exerceret officium, accessisset, tandem inquisitione per eundem abbatem in dicto monasterio Solliacensi facta, Guillelmus Aymonii, tunc decanus, et conventus ejusdem monasterii Solliacensis, ex superabundanti voluntate ejusdem abbatis super ordinatione dicti monasterii se totaliter submisserunt, super hoc prestito juramento.

Idem vero abbas, ad quem institutio et destitutio decani ejusdem monasterii, de antiqua et approbata et haec tenus pacifice observata consuetudine, pertinet, in hujus inquisitionis procedens negotio, et eundem Guillelmu, exigentibus culpis suis, ab administratione decanatus ipsius Solliacensis monasterii sententialiter amovens, predictum Hugonem prefecit eidem decanatu in decanum, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo ipsius abbatis plenius dicitur contineri.

Sane dictus Guillelmus, contra predictum juramentum ab ipso prestitum temere veniens, decanatum ipsum contra justitiam detinet occupatum, in ipsius Hugonis prejudicium et gravamen. Quare idem Hugo, ad apostolice Sedis providentiam recursum habens, humiliter supplicavit, ut processum hujusmodi ejusdem abbatis confirmare de consueta misericordia curaremus.

Procurator vero dictorum Guillelmi decani et con-

ventus proposuit ex adverso, quod, licet dictum monasterium Solliacense prefato monasterio Aureliacensi nullatenus sit subjectum, et abbas predictus nullam in ipso vel ipsius personis jurisdictionem obtineat de consuetudine vel de jure, idem tamen abbas, in messem illius per usurpationis injuriam propriam falcam extendens, et in eo ac ipsius personis indebitam sibi jurisdictionem assumens, ad ipsum visitationis causa descendit. Et licet ei ab eisdem decano et conventu super hiis fuisse contradictum expresse, ac propter hoc, et ob quasdam alias legitimas causas, ab eo legitime ad Sedem apostolicam appellatum, idem tamen abbas, hujusmodi appellatione contempta, motum sequens voluntatis proprie, non judicium rationis, ad ammonitionem ipsius Guillelmi et substitutionem Hugonis predicti, propria temeritate, processit, propter quod, ex parte dictorum Guillelmi et conventus, iterato exitit ad Sedem apostolicam appellatum. Quare pro parte ipsorum petebatur a nobis, ut de appellatione ipsa cognoscet amotionem et institutionem hujusmodi, nec non quicquid alias esset post appellationem ipsam indebitate attemptatum, revocari in irritum mandaremus.

Quocirca discretioni vestre, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, super premissis omnibus causam audiatis, ipsamque judicio, vel, si de partium voluntate processerit concordia, terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes etc. Dat. Laterani, kalendis maii, anno secundo. »

1350

Latran, 5 mai 1256.

Magistro Alberto, canonico Leodiensi, procuratori Leodiensis electi, pro expediendis negotiis ejusdem onera expensarum subeundi, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam milie marcarum bonorum, novorum et legatuum sterlingorum, et ipsum electum ac bona ipsius creditoribus obligandi. (Reg. 24, f. 169^v, ann. II, c. 285.)

« *Magistro Alberto, canonico Leodiensi, procuratori dicti filii ... Leodiensis electi.* Cum sicut in —. Dat. Laterani, III nonas maii, anno secundo. »

1351

Latran, 18 mai 1256.

Exposuit magister Sibatto, canonicus Curiensis, nomine majoris et senioris partis conventus monasterii Majoris Augie, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Constantiensis diocesis, quorum in Curia procura-

tor existit, quod Burchardus, abbas ipsius monasterii, diversis criminibus irretitus et vita dissolutus, bona dilapidat, praepositum custodemque monasterii in vinculis ferreis detinet. Infrascriptis igitur mandat, ut inquirant contra dictum abbatem, corrigant, reformat et amoveant praepositumque et custodem restituant libertati. (REG. 24, f. 169v, ann. II, c. 286.)

« .., in Ottenburon et .., Keremitarum ac ... Novillarensi abbatibus, ordinis sancti Benedicti, Augustensis. Constantiensis et Argentinensis diocesum. Exposuit nobis dilectus —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno secundo. »

1352

Latran, 14 mai 1256.

Episcopum Ferrariensem, annuac visitationi astrictum, a visitatione praesentis anni absolvit. (REG. 24, f. 169v, ann. II, c. 287.)

« .., episcopo Ferrariensi. Licet tenearis ex —. Dat. Laterani. II idus maii, anno secundo. »

1353

Latran, 22 mai 1256.

Decano et capitulo Carnotensibus quamdam jurisdictionem consuetam confirmat. (REG. 24, f. 169v, ann. II, c. 288.)

« .., decano, et capitulo Carnotensibus. Ut vestris supplicationibus —. Exposita siquidem coram nobis vestra petitio continebat, quod, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, est obtentum in ecclesia Carnotensi, ut si aliqui de civitate vel diocesi Carnotensibus vobis vel alicui vestrum aut clericis seu servientibus hominibus vel hospitibus vestris injurias et dampna inferant vel jacturas, injuriatores hujusmodi, citati de mandato vestro coram decano aut subdecano vel archidiaconis ejusdem ecclesie Carnotensis seu gentribus vices eorum, in capitulo exhibere debent et exhibent de se conquerentibus justitic complementum. Quare nobis humiliter supplicasti, ut eandem dignarremur consuetudinem apostolico munimine roborari. Vestris itaque supplicationibus inclinati, consuetudinem hujusmodi auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, XI kalendas junii, anno secundo. »

1354

Latran, 15 mai 1256.

Johanni, episcopo Paduano, nuper consecrato, dispensat,

ut omnia beneficia ecclesiastica jam obtenta possit retinere, quoisque ipsius ecclesiae Paduanae plenam possessionem fuerit assecutus. (REG. 24, f. 169v, ann. II, c. 289.)

« Johanni, episcopo Paduano. Tuorum inducimur exigentia —. Dat. Laterani, idibus maii. anno secundo. »

1355

Latran, 29 avril 1256.

Infrascriptis mandat quatinus causam inter Nicolaum, rectorem ecclesiarum S. Mariae de Bellac et villae S. Salvatoris, et capitulum ecclesiae Dauratensis, Lemovicensis diocesis, exortam, de perceptione oblationum et sepultura nobilium parochianorum, andiant et terminent. (REG. 24, f. 170, ann. II, c. 290.)

« .., decano, .., magistroscolarum, et Petro de Solido, canonico Engolismensi. Exposuit coram nobis Nicolaus, clericus venerabilis fratris nostri ... episcopi Lemovicensis, rector ecclesiarum Sancte Marie de Belac et ville Sancti Salvatoris, quarum una dependet ab allera, quod albas et capitulum secularis ecclesie Dauralensis, Lemovicensis diocesis, quasdam decimas ad dictas ecclesias de Belac et Sancti Salvatoris spectantes et infra earum parochias existentes minus juste occupant, contendentes nichilominus medietatem oblationum et proventuum earundem ecclesiarum percipere, quamvis hoc sibi non competit de consuetudine vel de jure. Iidem quoque abbas et capitulum corpora nobilium et militum parochianorum ecclesiarum ipsarum, cum deceidunt, quamvis apud eos sepulturam non elegant, presumunt in suo cimiterio sepelire, in dictorum rectoris et ecclesiarum non modicum prejudicium et gravamen, alias super quadam pecunie summa et rebus aliis rectori injuriantes eidem.

Sane magister Johannes. dictus Saracenus. procurator predictorum abbatis et capitulo, proposuit ex adverso, quod, licet dicti abbas et capitulum predictas decimas neonon hujusmodi medietatem oblationum et proventuum eorundem predictarum ecclesiarum. in quibus jus obtinent patronatus, ad cotidianarum distributionum onera in eadem Dauratensi ecclesia supportanda, percipere, ac nobilium et militum predictorum corpora in cimiterio dicte Dauratensis ecclesie tradere ecclesiastice sepulture sine contradictione aliqua consueverunt a tempore cuius memoria non existit, predictus tamen rector quominus iidem abbas et capitulum decimas ac medietatem proventum et oblationum hujusmodi percipient, et corpora nobilium et militum predictorum, cum deceidunt, in eodem cimiterio dicte

Dauratensis ecclesie sepeliant, contra justitiam impedire presumit, in ipsorum abbatis et capituli ac predictae ecclesie Dauratensis prejudicium et gravamen. Dictus quoque rector super quadam summa pecunie et rebus aliis abbatii et capitulo injuriatur eisdem.

Quocirca discretioni vestre, de dictorum rectoris et procuratoris assensu, per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus convocatis, causas audiatis hujusmodi et eas infra quatuor menses post receptionem presentium, si de partium ipsarum voluntate processerit, judicio vel concordia terminare curetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota vel cessante, firmiter observari. Testes etc. Alioquin ipsas ex tunc instructas vel non instructas ad nostrum remittatis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel per procuratores idoneos cum omnibus rationibus et munimentis suis illas contingentibus, nostro se conspectui representent, facture et recepture super premissis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam, et quicquid inde feceritis, nobis per vestras litteras, harum seriem continentibus, studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, III kalendas maii, anno secundo. »

1356

Latran, 4 mai 1256.

Inscriptio dispensat, ut unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere valeat. (Reg. 24, f. 170, ann. II, c. 291.)

« *Guillelmo de Asneriis, subdiacono nostro, canonico Lexoviensi, rectori ecclesie Sancti Iudoeni de Morrivilla, Lexoviensis diocesis. Volentes tibi gratiam —. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno secundo.* »

1357

Latran, 27 avril 1256.

Confirmat sententiam Johannis, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, Romae IIII kalendas martii MCCLVI latam, in litigio inter episcopos Colimbriensem et Egitanensem de limitatione diocesum. (Reg. 24, f. 170, ann. II, c. 292.)

« *Episcopis et capitulis Colimbriensibus et Eganiensibus. Etsi ea que justitie rectitudo disponit, dignum sit perpetua firmitate muniri. illa tamen, ne cavillationi subjaceant vel aliquomodo vacillent imposterum, sunt potissime apostolico munimine roboranda, que post contemptiosos litium strepitum, post diutinos et longos labores causarum, post sumptuosa judicialium conten-*

tionum dispendia, super decisione causarum, a fratribus nostris sacrosancte Romane Ecclesie cardinalibus, diligentि juris et facti decisione prehabita, cuin matritate debita ordinantur. Sane, cuin in causa que inter vos, frater episcope et filii capitulum Colimbrienses, ex parte una, et vos, frater episcope et filii capitulum Eganienses, ex altera, ecclesiarum vestrarum nomine, super limitatione Colimbriensis et Eganiensis diocesum, quibusdam ecclesiis, quorundam locorum episcopalibus juribus, sequestrationis providentia, de mandato felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, facta, possessionibus laicalibus, debitibus, fructibus perceptis, invasionibus, spoliationibus, dampnis, quibusdam aliis articulis, nec non ex eisdem consurgentibus, vertebarunt, idem predecessor dilectum filium nostrum J., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, dederit partibus auditorem. tandem vos, fratres episcopi, et dilectus filius Petrus, cantor Eganiensis, et magister Johannes, nostri filii capituli procuratores, habentes ad componendum plenariam potestatem, in eundem cardinalem, tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, compromittere curavistis, sicut in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillis vestris, fratres episcopi, et inferius annotato, plenus continetur, cuius tenor talis est:

Naples, 12 novembre 1254.

« In nomine Christi. Amen. Anno Domini M^oCC^oLIII^o, XII die mensis novembris, XIIII indictione, Neapoli, in ecclesia monasterii Sancti Severini, in presentia mei Bernaldi de Littera notarii, et testium subscriptorum, scilicet religiosi viri ..., abbatis Rothonensis, magistri Roberti Mediolanensis, Rothomagensis canonicus, magistri Petri Roderici, canonici Auriensis, magistri Roberti, canonici Sancti Quintini, magistri Coneinatii, canonici Esculani, Petri Codatii, clerici Auriensis, Goffredi clerici, procuratoris abbatis Dolensis, nobilis viri domini Goffredi comitis de Aquila, domini Gotofredide Argento, notarii Galganide Tramonto, magistri Jacobi Vulturis de Salerno, et quamplurium aliorum: Venerabiles patres domini Egeas, Colimbriensis, et Rodericus, Eganiensis episcopi, eorum nomine et ecclesiarum suarum, pro se et successoribus suis, ac providi viri magister Johannes Andree, canonicus Colimbriensis, procurator capituli Colimbriensis, et Petrus Martini, cantor Eganiensis, procurator Eganiensis capituli, habentes ad hoc specialia mandata ab eisdem capitulis, nomine capitularum ipsorum, sponte, non vi vel metu compulsi, non dolo inducti, sed pro bono pacis,

» concordie et unicabilis compositionis, renunciantes
 » exceptioni doli non commissi, et fraudis colludii
 » atque falacie, compromiserunt in venerabilem pa-
 » trem dominum Johannem, Sancti Nicolai in Car-
 » cere Tulliano diaconum cardinalem, auditorem eis
 » a domino papa concessum, tanquam in arbitrum
 » et arbitratorem ac amicabilem compositorem super
 » causis, controversiis, questionibus et litibus motis,
 » et que moveri possent in posterum inter eosdem
 » episcopos, nomine ecclesiarum suarum, et dictos
 » procuratores, nomine capitulorum prefatorum, super
 » dampnis, injuriis ab alterutra parte datis seu dandis.
 » usque ad hujusmodi diffinitionem, ordinationem,
 » provisionem seu determinationem negotii, seques-
 » trationibus factis et faciendis, invasionibus, fructi-
 » bus perceptis vel qui percipi potuerunt et poterunt
 » usque ad diffinitionem, ordinationem, provisionem
 » seu determinationem hujusmodi negotii, confinibus,
 » limitationibus utriusque diocesis, ac omnibus aliis
 » que facta seu attemptata fuerunt hinc inde, nec non
 » rebus, ecclesiis, locis et juribus episcopalibus ecclae-
 » siarum de Covelliano, Celorico, Linares, Felgosino,
 » Gaudelano et Sena, possessionibus et domibus sitis
 » in eisdem castris et locis, ae de quinque milibus au-
 » reorum, quos utraque pars ab alterutra sibi deberi
 » dicebat, et de jure patronatus ecclesie Sancte Marie
 » de Covelliano, et de executione sententie sub arbri-
 » trorum facienda vel non facienda in tota Betra et
 » Covelliano quoad episcopalia et temporalia jura, et
 » de dominio temporali, et de episcopalibus juribus de
 » Bello monte, et quoad episcopalia in villis et cas-
 » tris de Sancto Romano, Auco, Cogia, Laurosa, Mi-
 » dones, Pedrogano, Figuroo, Dornis, Aquis bellis,
 » Arega, cum terminis et pertinentiis omnium predi-
 » torum locorum, et super omnibus aliis ecclesiis sitis
 » a monte qui dicitur Asinabrava et Asiana de Jun-
 » coso sive Naba fluvio qui fluit juxta castrum de Tho-
 » mar Teimplariorum citra versus Egitaniam directe
 » et collateraliter, quoad episcopalia, et generaliter de
 » omnibus litibus, questionibus, et controversiis mo-
 » tis et que moveri possent in posterum inter predi-
 » tos episcopos et ecclesias suas, ac procuratores pre-
 » fatos, tam de sequestratione, restitutione, proprietate
 » temporalium et spiritualium, quam de divisione li-
 » mitatione diocesum earundem; de spoliationibus,
 » invasionibus, dampnis, injuriis, fructibus et expensis,
 » submittentes se in omnibus et singulis ordinationi,
 » dispositioni, determinationi, diffinitioni et provisioni
 » ejusdem domini cardinalis; ita quod ipse dominus
 » cardinalis in omnibus et singulis predictorum pro-

» cedere possit lite contestata et non contesta, sol-
 » lempnitate juris servata et non servata, causa in-
 » structa et non instructa, secundum quod sibi melius
 » visum fuerit, et quod possit idem dominus cardina-
 » lis dicere, precipere, sententiare, arbitrari, ordinare,
 » diffinire, terminare et amicabiliter componere inter
 » prefatos episcopos et procuratores, eis presentibus et
 » absentibus, in scriptis et sine scriptis, semel et
 » pluries, divisim et separatim, diebus feriatis et non
 » feriatis, una parte presente et altera absente, citata
 » et non citata, mutando, corrigendo, et interpretando
 » secundum quod eidem domino cardinali melius vi-
 » sum fuerit, etiam post ordinationem, diffinitionem,
 » determinationem, dispositionem et provisionem,
 » quas idem dominus cardinalis in premissis omnibus
 » et singulis duxerit faciendas, promittendo pars parti,
 » sollempni stipulatione, ad sancta Dei evangelia ju-
 » rando, attendere, observare et se curaturam et fac-
 » turam attendi et observari facere omnia et singula
 » que dictus dominus cardinalis preceperit, dixerit,
 » arbitratus fuerit, ordinaverit, sententiaverit, provi-
 » derit vel statuerit inter easdem vel earum alteram,
 » et hoc in pena vel sub pena mille marcarum auri ad
 » invicem sollempni stipulatione premissa, exigenda
 » pro quolibet capitulo cum effectu et in solidum et
 » contra quemlibet et pro quolibet, totiens quotiens
 » conventum erit vel paritum non erit, que soluta et
 » exacta semel vel sepius, omnibus predictis et singu-
 » lis in sua firmitate manentibus, cum commissione et
 » exactione ejusdem pene.
 » Et pro hiis predictis omnibus et singulis attenden-
 » dis et observandis, dieti episcopi et procuratores sili
 » ad invicem bona omnia ecclesiarum suarum et capi-
 » tulorum earum pignori obligarunt, tam pro pena
 » quam pro omnibus aliis attendendis et observandis,
 » renunciando quod non possint dicere se obligatos
 » sine causa vel justa causa, vel quod non sint certio-
 » rati de omnibus et singulis articulis superius memori-
 » ratis, et omni juri speciali et generali beneficio
 » restitutionis in integrum, litteris impetratis et im-
 » petrandis, per quas impediri posset hujusmodi com-
 » promissum, seu quod super premissis per dictum do-
 » minum cardinalis preceptum, ordinatum, dictum,
 » arbitratum, sententiatum, diffinitum, determinatum
 » vel provisum fuerit, juri ordinario et extra ordina-
 » rio, omnique alii juri canonico, civili, romano vel
 » consuetudinario, per quod se predictis omnibus vel
 » ab aliquo predictorum se possent defendere vel vel-
 » lent, de jure vel de facto, quod posset dici vel de
 » facto excogitari, prefato domino cardinali ordinaria

et delegata jurisdictione in omnibus et singulis re-servata, ut ex eadem possit eosdem episcopos et procuratores compellere ad observationem sententie, arbitrii, laudi, precepti, dicti, diffinitionis, determinationis, dispositionis, provisionis et compositionis amicabilis, secundum quod visum fuerit eidem dominino cardinali.

» In cuius rei testimonium, prefati episcopi, pro se et nomine predictorum procuratorum, qui dicebant se ad presens sigilla propria non habere, sigilla sua apposuerunt, procuratoribus ipsis presentibus, voluntibus, consentientibus et approbantibus, et ego prefatus Bernaldus, apostolice Sedis auctoritate notarius, qui rogatus premissis interfui, hoc presens publicum instrumentum propria manu scripsi ac in publicam formam redigi, et signum meum apposui.

» ., abbas Rothensis, testis, magister Robertus Mediolanensis, Rothoniensis canonicus, magister Petrus Roderici, canonicus Auriensis, Magister Robertus, canonicus Sancti Quintini, magister Continatus, canonicus Esculanus, Petrus Codarii, clericus Auriensis, Goffridus clericus, procurator ., abbatis Dolensis, nobilis vir dominus Goffridus, comes de Aquila, dominus Gothofridus de Argento, notarius Galgani de Traimonto et magister Jacobus Vulturis de Salerno, testes. »

« Idem vero cardinalis, fatus auctoritate ac potestate sibi a nobis tradita et juribus hujusmodi compromissi, auditis que de jure et de facto partes proponere voluerunt, ac demum super illis conclusione secuta, quamdam ordinationem, provisionem, decisionem, seu etiam diffinitionem statuit et edidit inter partes, prout in instrumento publico confecto exinde sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius continetur. Vosque, fratres episcopi et dicti procuratores, ordinationem, provisionem, decisionem seu diffinitionem hujusmodi receperitis. Nos itaque, cupientes materiam exosis amputare litigiis, ut sic opus justitie pax et silentium cultus ejus, quod super premissis per eundem cardinalem providendo, ordinando, decernendo, statuendo seu etiam diffiniendo factum est, ratum et firmum habentes, ac decernentes perpetuo robore duraturum, supplentes quoque ex certa scientia de plenitudine potestatis nostre defectum, si quis extitit in predictis vel aliquo predictorum, non obstantibus protestationibus ab alterutra partium ante prolationem dicti cardinalis vel post factis, seu appellatione ad nos, nomine Compostellane ecclesie, interjecta, presentibus partibus, de fratribus nostrorum consilio, auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Ceterum quia nostre intentionis

existit vestre ad dictarum ecclesiarum vestrarum paci et tranquillitati prospicere, ut inter vos vel successores aut metropolitanos vestros seu ecclesiarum metropolitanarum capitula, ratione provinciarum suarum, nulla super premissis possit deinceps questio suscitari, ne si, quod absit, predicta relaberentur in recidive questionis scrupulum, contentiones exerescerent in immensum et lites fierent immortales, modum vite hominis excedentes, statuimus, decernimus et irrevocabiliter diffinimus, ut quelibet partium et earum prediecte ecclesie, ac ipsarum metropolitanarum et ecclesiarum metropolitanarum capitula concessis seu adjudicatis atque assignatis per cardinalem predictum locis, iuribus et limitibus perpetuo sint contenta, nec earum alieni licet in judicium vel extra contra partem alteram super premissis vel aliquo premissorum mouere imposterum questionem, vel ad appellationem seu supplicationem, aut restitutionem in integrum, sive ad quodvis aliud juris auxilium ordinarium vel extraordinarium, ullo unquam tempore, habere recursum, vel quomodo libet partem alteram perturbare, sed omnia juxta ordinationem prefati cardinalis et confirmationem nostram durare sancimus perpetua firmitate. Volentes omnino vos et predictos omnes prefatae ordinationi, provisioni, decisioni seu diffinitioni, omni questione cessante, imperpetuum subjacere. Tenorem autem instrumenti, ordinationis, provisionis, decisionis seu etiam diffinitionis predicti cardinalis de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

Rome, 28 février 1256.

« In nomine Christi, amen. Johannes, miseratione divina Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, universis Christi fidelibus in perpetuum. Etsi dirimere litigiorum involuera, quibus humani generis fedus infringitur, seditiones proficisciuntur interdum et scandala, justitie rigor exposcat illa pressum adducere decisionis ad exitum, que, animarum non absque pernitie, dispendiis personarum et sumptibus sub multiformium evolutione processum vetus propagavit antiquitas, equitatis benignitas persuadet, ut contentiones diutine lomite subducto de medio litigantes in mutue caritatis et pacis unione respirent.

« Sane materia questionis exorta vertitur inter ., episcopum, et capitulum Colim brienses ex parte una, et ., episcopum, et capitulum Egitanenses ex altera, ecclesiarum suarum nomine, super suarum limitatione diocesum, quibusdam ecclesiis, quorundam locorum episcopalibus iuribus, sequestrationis

» providentia felicis recordationis domini Innocentii
 » pape III facta mandato, possessionibus laicalibus,
 » debitibus, fructibus perceptis, invasionibus, spoliatio-
 » nibus, dampnis, quibusdam aliis articulis, nec non et
 » consurgentibus ex eisdem in Ispanie partibus eoram
 » quibusdam arbitris vel eorum subarbitris ac demum
 » in Romana Curia, in presentia quamplurium Roma-
 » norum pontificum et auditorum in ea concessionum
 » ab ipsis, coramque judicibus a Sede apostolica dele-
 » gatis ac subdelegatis eorum, multis temporibus, ab
 » etatis moderne memoria fore pre nimia vetustate re-
 » motis, sub processuum involutione multimoda exti-
 » tit ventilata. Si que personis prosequentibus eam de
 » medio temporum vetustate sublatis multifariis intri-
 » cationibus implexa remansit, ac multiformibus ceci-
 » tatis nebulis obfuscata, usque adeo quod, diverso-
 » rum precessuum exuberante volumine, vergere
 » quodammodo videbatur ad infinitatis abissum. Ce-
 » terum venerabiles patres Egeas, Colimbriensis,
 » et Rodericus, Egitanensis episcopi, et magister
 » Johannes Colimbriensis, et Petrus, cantor Egita-
 » niensis, capitulorum procuratores, occasione ques-
 » tionis hujusmodi, ad Curiam memoratam personali-
 » ter accesserunt, et eoram nobis sibi per felicis
 » recordationis dominum Innocentium papam IIII
 » auditore concesso, nonnullis temporibus litigarunt.
 » Ipsi tandem animarum periculis precavere volen-
 » tes, que possent pretextu questionis premissae con-
 » tingere, causeque antiquitatem circumspicientes
 » ipsius, ac interminabilem quasi progressum ejusdem,
 » qui in posterum succedere potuisse, si judicii seve-
 » ritas servaretur, laborumque dispendia ac impendia
 » sumptuosa, quibus tam ipsi quam predecessores
 » eorum dietas ecclesias affecerant et afficerent in fu-
 » turum, atque hujusmodi negocii finem celerem af-
 » fectantes, specialiter et generaliter super omnibus
 » supradictis et causis, controversiis, questionibus et
 » litibus motis et que moveri possent in posterum, se-
 » questrationibus factis et etiam faciendis, et pluribus
 » articulis aliis in eoniproviso distinctis expressim,
 » in nos, suo et ecclesiarum suarum nomine, compro-
 » miserunt ultronei tamquam in arbitrum. arbitrato-
 » rem atque compositorem amicabilem, dicto arbitrio,
 » sententie, precepto, ordinationi, diffinitioni faciendis
 » per nos, lite contestata et non contestata, sollempni-
 » tate juris servata et non servata, tam instructa et
 » non instructa, se totaliter submittendo, prout in pu-
 » blico instrumento inde confecto, sigillorum ipsorum
 » episcoporum impressione munito, hec omnia plenius
 » et expressius continentur.

» Negocium antem contentionis hujusmodi tam varia
 » processuum perplexitate prolixum abreviare volentes
 » et ad sue veritatis indaginem summotenus pervenire,
 » libellos offerri mandavimus ab alterutra partium eo-
 » ram nobis, qui fuerunt exhibiti in hac forma :

» Coram vobis, reverende pater, domino J., Sancti
 » Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, pe-
 » tunt episcopus, et magister Johannes, procurator
 » capituli Colimbriensis, ex mandato domini Honorii,
 » sibi restitui Covellianum, Celoricum, Linares et
 » Felgosinum in spiritualibus et temporalibus, quoad
 » jura episcopalicia, cum terminis et pertinentiis, que
 » tenet et possidet, vel quasi, ibi ecclesia Egitanien-
 » sis, et de facto, cum fructibus temporis preteriti,
 » quos fructus extimant IIII^{or} milia marearum argenti,
 » vel petunt predieta secundum providentiam domini
 » pape Innocentii III sequestrari, si forte sibi non
 » videritis restituenda.

» Item petunt, ex mandato domini Innocentii tertii et
 » domini Honorii, sententiam subarbitrorum latam pro
 » ecclesia Colimbriensi contra Egitanensem super
 » restitutionem omnium episcopalium jurium, spiri-
 » tualium et temporalium fructuum medii temporis
 » totius Beyre et Covelliani mandari executioni in
 » Garda, Tauro, Castello Menendi, Germelos, Al-
 » vendi, cum terminis et pertinentiis suis; quam exe-
 » cutionem petunt cum fructibus, quos extimant qua-
 » tuor milia marearum argenti.

» Item petunt, ex condempnatione domini Innocen-
 » tii tereii, fructus Covelliani, Celorici, Linares, Fel-
 » gosini, Gaudele et Sene unius anni, qui effluxit a
 » tempore limitationis facte per Auriensem, primos us-
 » que ad tempus sequestrationis facte per Zamorensem,
 » quos extimant centum marca argenti.

» Item petunt, ex mandato domini Innocentii tertii,
 » restitutionem laicalium possessionum possessarum
 » et detentarum per ecclesiam Egitanensem, quos epis-
 » copus Colimbriensis in Covelliano, Celorio et eo-
 » rum terminis acquisivit, cum pertinentiis omnibus
 » et fructibus temporis preteriti, quos extimant tre-
 » centas marcas argenti.

» Possessiones autem predictae sunt iste : in Celorio
 » et in Furno Telario, et aliis terminis ejusdem, do-
 » mus omnes et possessiones quas ibi detinet Egita-
 » niensis ; in Covelliano, in Castello, domus omnes et
 » apoteca cum cupis, tinis et aliis necessariis que di-
 » vidunt, ex una parte cum dominis Sancte Crucis, ex
 » alia cum Garsia Furuandi milite, ex alia per mu-
 » rum, ex alia per viam publicam.

» Item in terminis Covelliani, V molendina et locus
 » ubi consuevit esse aliud molendinum, cum una vinea
 » de Monta in Collo, et possessiones de Correzes, sicut
 » dividunt per portum de Rivulo de molendinis, et su-
 » per portum de Correzes superius, cum Martino Didaci
 » suptus et supra, et cum Johanne Didaci ultra Rivum
 » de Correzes, et cum Petro Fernandi mercatore, et
 » cum hereditate que fuit de Gusalvo vicino, et cum
 » illa que fuit de Arrizado, et per vineas de capite
 » Pellagii retura inferius, et cum Fernandino, et per
 » Rivum de Covelliano, et per vias publicas.

» Item petunt restitutionem juris patronatus ecclesie
 » Sancte Marie de Castro Covelliani, et omnium eo-
 » rum que ecclesia Egitaliensis habuit, percepit, ha-
 » bet et percipit in ipsa et ab ipsa ecclesia preter epis-
 » copalia, quorum summam extimant triginta marcas
 » argenti, et de restitutione omnium predictorum pe-
 » tunt sibi Egitalensem episcopum et procuratorem
 » capituli, nomine ecclesie sue, condempnari.

» Item petunt omnia que supra petuntur cum termi-
 » nis et pertinentiis suis, et cum fructibus medio tem-
 » pore perceptis, quos extimant ad valorem octo mi-
 » lium et quingentarum marcarum argenti, sibi
 » restitui, adjudicari et declarari sententialiter ad Co-
 » limbriensem ecclesiam pertinere, quoad jura episco-
 » palia, dicentes ea esse in sua diocesi constituta.

» Item petunt ecclesiam Sancte Marie de Castro Co-
 » velliani, cum fructibus inde perceptis ratione juris
 » patronatus, quos extimant triginta marcas argenti, et
 » possessiones laicales nominatas, detentas per episco-
 » pum et ecclesiam Egitalienses, quas in Covelliano et
 » Celorico et eorum terminis Colimbriensis episcopus
 » acquisivit, adjudicari. dicentes eas ad Colimbrien-
 » sem ecclesiam pertinere jure dominii vel quasi.

» Item petunt per sententiam vestram declarari Se-
 » nam, et Gaudelam, Belmonte, Auco, Cogiam, Pedro-
 » ganum, Figueyroo, Arganil, Sanctum Romanum,
 » Laurosam, Midones, Aregam, Aquasbellas, cum ter-
 » minis et pertinentiis suis, et omnia que tenet ecclesia
 » Colimbriensis citra Ozezar fluvium versus se, esse de
 » diocesi Colimbriensi et ad Colimbensem ecclesiam
 » pertinere, quoad jura episcopalia, cum sint in sua
 » diocesi constitute, et possessiones laicales, quas in
 » predictis locis tenet vel possidet ecclesia Colimbren-
 » sis, dicentes ad se pertinere jure dominii vel quasi.

» Predicta omnia petunt cum expensis et dampnis,
 » que existimant ad XX milia aureorum, salvis expen-
 » sis usque ad finem negotii faciendis, et salvo jure
 » sui possessori, et protestatur quod per hanc petitio-
 » nem vel aliam quam facient coram vobis, non inten-

» dunt recedere a possessorio vel commmodo aliquo,
 » quod ratione possessionis sibi possit vel debeat de-
 » jure competere in hac causa.

» Coram vobis, reverende pater, domino J. Sancti
 » Nicolai in Careere Tulliano diacono cardinali, dicunt
 » et proponunt episcopus Egitaliensis, et Petrus cau-
 » tor, procurator capituli Egitaliensis, nomine Egita-
 » niensis ecclesie, contra Colimbriensem episcopum et
 » magistrum Johannem, procuratorem capituli Colim-
 » briensis, quod, cum episcopus Egitaliensis, nomine
 » Egitaliensis ecclesie, possideret vel quasi ecclesias
 » sitas in castris de Sena et de Gaudela et terminis
 » corundem cum villis de Auco, Cogia, Pedrogano,
 » Figerroo, Arganil, Sancto Romano, Laurosa, Mi-
 » dones, Arega, Dornis, Aquasbellis, quoad jura epis-
 » copalia, et omnes alias ecclesiasticas (*sic!*) et loca que
 » episcopus et ecclesia Colimbrienses detinent, quoad
 » dieta jura, a monte vel loco qui dicitur Asina brava.
 » et a fluvio qui dicitur Naban, et qui fluit juxta cas-
 » trum de Thomar Templariorum citra respectu Egi-
 » tanie, ex providentia et mandato domini Innocentii
 » tertii, dicte ecclesie et loca apud judices Zamorenses
 » sequestrare fuissent, quoad jura prefata, dictus epis-
 » copus et ecclesia Colimbrienses ipsa jura episcopalia
 » in ecclesiis de Sena et de Gaudela, et de terminis
 » corundem, occasione processus dictorum judicum
 » Zamorensium post sequestrationem habiti et cassati,
 » et in aliis ecclesiis et locis supradictis, auctoritate
 » propria occuparunt, et in prejudicium episcopi et ec-
 » clesie Egitaliensium contra justitiam detinent occu-
 » pata; que omnia supradicta pervenerunt ad eccl-
 » esiam Colimbriensem in grave dampnum Egitaliensis
 » ecclesie et periculum animarum et scandalum pluri-
 » morum.

» Unde petunt dicti episcops Egitaliensis et procu-
 » rator dicti capituli, nomine Egitaliensis ecclesie,
 » jura omnia supradicta ad statum pristinum seques-
 » trationis vel sue possessionis revocari, cum fructibus
 » inde medio tempore perceptis et qui percipi potue-
 » runt, quos extimant triginta milia aureorum.

» Item cum ecclesia Egitaliensis teneret et posside-
 » ret, vel quasi, omnia supradicta, quando sequestrata
 » fuerunt, et sint de diocesi sua, petunt predicti epis-
 » copus Egitaliensis et procurator capituli sui ea om-
 » nia sibi, nomine Egitaliensis ecclesie, restitui, et ju-
 » dicari sententialiter, et declarari esse de diocesi
 » Egitalensi, et ad Egitalensem ecclesiam pertinere.
 » cum fructibus inde perceptis et qui percipi potue-
 » runt, quos extimant triginta milia aureorum

» Item dicunt et proponunt predicti episcopus Egitanensis et procurator capituli Egitanensis quod, cum ecclesia Egitanensis tenuerit et possederit et nunc teneat et possideat, quoad episcopalia, castra de Covelliano, Celorico, Linares et Felgosino, cum terminis et pertinentiis suis, exceptis ecclesiis de Belmonte, de quibus agunt inferius, petunt dicta castra cum terminis suis ad Egitanensem ecclesiam de jure spectare per vestram sententiam declarari et .., episcopo, et ecclesie Colimbriensibus super eis perpetuum silentium imponi, cum nullum jus habent in eisdem, et idem petunt, quoad possessiones laicales, quas tenet et possidet Egitanensis ecclesia.

» Item dicunt et proponunt quod .., episcopus Colimbriensis, nomine ecclesie sue, recepit et tenuit ab Egitanensi episcopo Covellianum cum terminis suis, obligatam quoad episcopalia pro quinque milibus aureorum ex processu Zamorensi cassato, et perceptam exinde dietam pecuniam retinuit et retinet de ipsa obligatione, quoad episcopalia, Belmonte, qui est de terminis Covelliani, in prejudicium Egitanensis ecclesie, et sibi reddere contradicit.

» Unde petunt dicti Egitanensis episcopus et procurator capituli sui, quod dictus episcopus et ecclesia Colimbrienses restituant sibi dicta V milia aureorum, que habuerunt ab Egitanensibus ex dicto processu cassato, et quod restituant sibi dictum locum de Belmonte, quoad dieta jura, cum fructibus inde postea perceptis et qui percipi potuerunt, quos extimant VII milia aureorum, et petunt jura episcopalia in ecclesiis de Belmonte et de pertinentiis suis, nomine ecclesie sue, sibi per vos, reverende pater, sententialiter adjudicari, cum sint in sua diocesi constitute.

» Item dicunt et proponunt, quod, cum ecclesia Egitanensis esset in possessione laicalium possessorum de Belmonte, et in terminis de Covelliano et de Ollas, de Godino et de Anguies, in termino de Cortellia, Colimbriensis episcopus spoliavit Egitanensem ecclesiam possessionibus supradictis, easdem, anctoritate propria, occupando, que ad Colimbriensem ecclesiam in prejudicium Egitanensis ecclesie pervenerunt.

» Unde petunt dicti episcopus Egitanensis et procurator ejusdem capituli possessiones sibi restitui memoratas, cum fructibus inde perceptis, et qui percipi potuerunt, quos extimant V milia aureorum, et dicunt dictas possessiones ad Egitanensem ecclesiam pertinere, et petunt eas sibi per vos, reverende pater, sententialiter judicari.

» Petunt etiam jura episcopalia sibi adjudicari in eisdem locis, quia sunt in Egitanensi dioecesi constitute.

» Item petunt per vos mandatum domini Innocentii III executioni mandari contra Colimbriensem predictum, super expensis mille ducentorum solidorum Legionensium monete, in quibus Colimbriensis episcopus Egitanensi per judices Aurienses fuerat condempnatus.

» Item cum vobis constet, reverende pater, per confessionem partis adverse de invasione et occupatione quas episcopus Colimbriensis fecit, nomine ecclesie Colimbriensis, in Celorico et Felgusino et terminis suis Egitanensis ecclesie, et pro parte de fructibus et de dampnis que sibi intulit in eisdem, et episcopus Egitanensis et procurator capituli siut parati docere de aliis, sicut debent, petunt dicti Egitanensis, nomine ecclesie sue, sibi per vos ab episcopo et ecclesia Colimbriensibus satisfieri de dampnis et fructibus memoratis, que extimant ad valorem XII milium aureorum; et petunt episcopum et ecclesiam Colimbrienses propter dictam invasionem de jure puniri, cum ecclesia sua in hiis ratum habuerit factum suum.

» Item cum Colimbriensis episcopus, in causa limitationis Egitanensis et Colimbriensis ecclesiarum, approbaverit in judicio divisiones clare me[n]orie regis Bambe, in quibus continetur: Egitanensis teneat de Salama usque Nabam, de Sena usque Mauriellam, Colimbria teneat de Naba usque Borgam, de Torrente usque Loram, et sequatur in divisione Colimbriensis ecclesie, infra hos terminos suam habeat diocesim Colimbria, et episcopus et ecclesia Colimbrienses in prejudicium Egitanensis ecclesie transgrediantur terminos supradictos sibi concessos, partem Egitanensis diocesis occupando, petunt dicti Egitanensis episcopus et procurator capituli ejusdem, quod compellatis, reverende pater, episcopum et ecclesiam Colimbrienses divisionibus suis et limitibus supradictis manere contentos, limitationem dictarum ecclesiarum juxta predictas divisiones et limites sententialiter declarando; et petunt per vos, reverende pater, sibi, nomine ecclesie sue, dictum Colimbriensem episcopum et procuratorem capituli sui, nomine Colimbriensis ecclesie, ad predicta omnia sententialiter condemnari, et ad satisfactionem compelli.

» Item petunt expensas factas in lite, quas extimant XX milia aureorum, et protestantur de faciendis, salvo jure addendi et diminuendi etc.

» Ad eos tandem litis contestatione secuta de causa lumpnia et veritate dicenda, prestito juramento partibus ab eisdem, factisque positionibus ac responsionibus subsequentis, ad allegationes extitit hinc inde processum.

» Verum per semitam compositionis et pacis quam indisseramus frequenter partibus nominatis, in ipso negotio procedere nequeuerentes, ac diligentius avertentes quod, si ordo judiciarius servaretur, cum possessorum judicium, quod eisdem intentabatur a partibus, plurium processuum obscuritatibus intricatum, sic idem negocium, maxime ob probationes alias quas requirere videbatur, involveret, quod modernis temporibus terminum expeditionis optate attingere minime potuisse, quin potius in anfractis profundis immersum extitisset antiquos (*sic*), compendii tramitem (*sic*) duximus eligendum. Attendentes namque negocium questionis ipsius inter ecclesiasticas versari personas, quas quicquam minime convenit possidere per obscuritatis ambages seu enjuspiam occupationis vel detentionis abusum, sequestravimus apud dominum papam et Romanam Ecclesiam ab episcopo et ecclesia Egitaniensi Covellianum cum suis terminis per verticem montis Ochiae, secundum quod aque fluunt versus Covellianum, Celoricum, Linares et Felgosimum, cum terminis eorum, possessionesque laicales in Covelliano et ejus terminis, quas determinate et distinete pars Colimbriensis pertierat in libello, et in Cellorico domos episcopales in parrochia Sancti Andree, quoad omnia que petebantur in locis et dominibus supradictis : que omnia Egitaniensem ecclesiam possidere vel quasi comperimus seu tenere.

» Idemque per omnia fecimus de jure patronatus ecclesie Sancte Marie de Covelliano, dum tantum apud Egitaniensem episcopum vel ecclesiam possessio, vel quasi, aut detentio esset ipsius. Similiter sequetravimus ab episcopo et ecclesia Colimbriensis apud eosdem dominum et Romanam Ecclesiam, quoad ea que petebantur in eis, Senam et Gaudelam, cum terminis suis, quibusdam locis, sive essent de terminis, sive non, inferius nominatis exceptis, de quibus postmodum extitit specialis ordinatio suscepta, nec non Avoo, Sanctum Romanum, et Arganis, quorum omnium dictos episcopum et ecclesiam Colimbrienses reperimus possessores, vel quasi, seu detentores. Statuentes ac etiam decernentes, ut ex tunc prefati dominus papa et Ecclesia Romana predicta omnia vere possiderent ad utilitatem et communem partium carundem vel alterius ipsarum

» assignanda, scilicet postmodum ipsis partibus vel earum alterutri, prout de eis per nos judicatum vel arbitratum existeret in posterum seu provisum : et ipsi dominus papa et Romana Ecclesia tantum in eis pro veris possessoribus haberentur, nullo possessoris commodo in premissis vel aliquo premissorum de jure vel de facto dietis partibus vel earum alterutri reservato, omnem possessionem vel detencionem dictorum locorum et jurium ab eisdem penitus abdicando.

» Declaravimus insuper quod, cum ad decisionem, ordinationem seu diffinitionem faciendam de predictis que sunt sequestrata superius veniretur, ratione possessionis seu detentionis eorum in quibus, ut dictum est, invenimus partes ipsas, ad judicandum dudum vel assignandum ob eam causam hoc isti, hoc illi, nos vel quivis alius judex arbiter seu proximus nullatenus arceremur, cum, pretextu possessionis aut detentionis huiusmodi, nollemus partem parti aliquatenus anteferri, et, si contigeret idem negotium forsan per nos minime terminari, iidem dominus et Ecclesia Romana, in ipso juris ordine procedentes, illi partium quam in proprietate jus habere constaret, adjudicarent eadem et etiam assignarent, et si pars utraque forsitan de suo jure docere non posset, in hoc casu predictis ecclesiis vel earum alteri et nulli alii conferrent pro sua providentia, et assignarent predicta superius sequestrata.

» Interim vero episcopalia jura et spiritualia que pertebantur hinc inde in predictis ecclesiis atque locis, auctoritate dictorum domini pape et Romane Ecclesie, exercerentur per eum vel eos, quem vel quos assumeremus ad ea.

» Stauimus quoque, ut fructus omnes provenientes ex sequestratis eisdem, per illum vel illos, quem vel quos deputaremus ad id, colligerentur et etiam servarentur : qui, deductis expensis ab eis, quas in ipso negocio, juxta provisionem nostram, fieri oportet, partibus nominatis vel earum alteri, secundum nostram providentiam, traducerentur. Circa possessionem vero, vel quasi, seu detentionem Egitaniensis ecclesie in Furno, Telario et aliis possessionibus, quas in terminis de Celorio tenebat, neconon et circa possessionem, vel quasi, seu detentionem ipsius in Guarda, Tauro, Castro Menendi, si tamen illud detineret, Alvandi, Germaelos, vel jurium in eisdem, neconon et Colimbriensis ecclesie in locis, ecclesiis et possessionibus infrascriptis, vel jurium in eisdem, scilicet, in Cogia, Pedrogano, Figueiroo, Laurosa, Midones, Arega, Dornis. Aquis bellis, omni usque ecclesiis et

» locis per Egitanensem ab ecclesia Colim briensi pe-
 » titis aliis, scilicet ab illis que erant in locis superius
 » sequestratis, quas eadem Colimbriensis ecclesia de-
 » tinebat ab Asinabrava et a fluvio qui in dicto libello
 » Egitanensi dicitur Naban et qui fluit justa castrum
 » Thamar Templariorum citra versus Egitaniam, nec-
 » non et circa possessionem, vel quasi, seu detentio-
 » nem Colimbriensis ecclesie in Belmonte, Angues,
 » Ollas de Godino, et possessionem laicalium in eis-
 » dem locis, quoad omnia que in dicto libello Egi-
 » taniensi petebantur, nichil duximus innovandum :
 » alterutri partium possessione, vel quasi, seu deten-
 » tione, quam habebat in ipsis, omnino reservata.
 » Ab omnibus etiam fructibus perceptis hinc inde,
 » dampnis, interesse, expensis factis in lite, V milibus
 » aureorum, onibusque summis pecuniaris, que fue-
 » runt coram nobis ex causis quibuscumque petite,
 » utramque partem ab impetitione alterius absolvimus;
 » precipientes ut se in antea mutuo super hiis nulla-
 » tenus impeterent, vel aliquatenus molestarent, eis-
 » dem partibus, super hiis, perpetuum silentium im-
 » ponendo.

» Item omnes sententias, processus antiquos, tam
 » super possessorio quam petitorio, habitos inter par-
 » tes usque ad tempus quo compromissum in nos exti-
 » terat per eosdem, super omnibus locis seu juribus
 » supradictis vel aliquo predictorum, coram arbitris,
 » subarbitris, judicibus a Sede Apostolica delegatis,
 » et subdelegatis eorum, ac quibuslibet aliis, sive in
 » Curia Romana, vel alibi, commissiones ac confirma-
 » tiones a quoquam obtentas, omnemque utilitatem et
 » commodum que, ex rescriptis apostolicis aut proces-
 » sibus, per Romanos pontifices, qui pro tempore fue-
 » rant, vel quospiam alios, habitisque partibus memo-
 » ratis vel earum alterutri competebant vel competere
 » potuissent in agendo, defendendo seu quomodolibet,
 » necnon confessiones tam super possessorio quam pe-
 » titorio habitos inter partes easdem usque ad tempus
 » compromissi superius enarratum, substulimus et
 » prorsus extinximus.

» Statuentes eos et eas, quoad utilitatem, commo-
 » dum, prejudicium sive dampnum partium earundem
 » vel ipsarum alterius, quoad proprietatem seu posses-
 » sionem, nullius esse vel fore valoris, firmitatis, ro-
 » boris, seu momenti. Mandavimus etiam ut eis vel
 » eorum aliquo deinceps neutra partium uteretur : hoc
 » ipsum ordinavimus et dissimivimus de oblationibus
 » libellorum, contestationibus litium, confessionibus,
 » omniisque processu etiam a tempore compromissi
 » usque tunc, circa possessorium hinc inde a partibus

» ipsis habitis coram nobis, inconcussis et illibatis ma-
 » nentibus, omni eo quod in nostra presentia in peti-
 » torio aetum erat a tempore compromissi, neconon
 » quibusdam confessionibus partium olim factis super
 » divisionibus regis Bambe, sub bulla felicis recorda-
 » tionis domini Honorii pape III, comprehensis.

» Statuimus etenim partes jamdictas super posses-
 » sorio, judicio intentato vel intentando, super pre-
 » missis omnibus vel aliquo premissorum nullatenus
 » audiendas. Volentes quod actis quibuslibet, quo-
 » cumque tempore in possessorio habitis, et etiam in
 » petitorio usque ad tempus dicti compromissi partes
 » eedem nullatenus uterentur, littera domini Honorii
 » prelibata super divisionibus regis Bambe dumtaxat
 » excepta. Omne namque possessorium in premissis
 » et circa premissa, quod potuisset ex predictis oriri,
 » prorsus abolevimus, ad decisionem petitorii juxta
 » quod nobis videretur expediens procedere intenden-
 » tes, prout hec omnia in instrumento publico inde
 » confecto, nostri sigilli munimine roborato, plenius
 » continetur. Denique ordinatione seu provisione pre-
 » missa per Sedem Apostolicam confirmata, partes
 » eedem constitute in judicio coram nobis, asseren-
 » tes se fore contentas hiis que, in presenti negotio,
 » in presentia nostra acta fuerant inter eas, nec velle
 » ulterius alias probationes inducere, renunciando
 » ipsis omnino, in negocio concluserunt, eun instantia
 » postulantes a nobis idem negocium finaliter dissimiri.

» Verum approbatis ab alterutra partium divisioni-
 » bus regis Bambe, has pro se tam olim quam etiam
 » coram nobis pars Egitanensis exhibuit: Egitanensis
 » teneat de Salama usque Naba, de Sena usque Mou-
 » riella (*sic*); infra hos terminos suam habet diocesim.
 » Colimbria teneat de Naba usque Borgam, de Torrente
 » usque Loram; infra hos terminos suam habet dio-
 » cesim.

» Pars autem Colimbriensis has induxit: Egitania
 » teneat de Salama usque Navam, de Sena usque Mau-
 » riellam; infra hos terminos suam habet diocesim:
 » tota Egitania Menne, Cepio et Francos subimus
 » quatuor. Colimbria teneat de Nava usque Borgam,
 » de Torrente usque Loram; infra hos terminos suam
 » habet diocesim: Colimbria, Ermio, Selio, Turbine.
 » Insula Astusiane, castrum antiquum Portugalie subi-
 » mus octo. Sieque pars utraque divisiones esse tan-
 » tummodo dicti regis, quas pro se induxerat, assere-
 » bat, nequaquam ad id probationis aliud sufficiens
 » amminiculum inducendo.

» Cumque partes ipse in duobus terminis, Sena vi-
 » deliceat et Salama, quoad situm et terminorum ipso-

rum certa corpora, convenienter, hoc excepto solummodo quod a parte Egitanensi dicebatur fore terminus Sene castrum, parte altera in contrarium astruente, videlicet quod territorium Sene castrum secundum antiquos terminos, quos usque ad verticem montis Ochiae proponebat extendi, terminus existebat, quod quidem territorium Senam assertabat vulgari vocabulo nuncupari: in terminis ceteris, quoad situationem et corpora, penitus discrepabant. Licet autem ad astruendam intentionem suam, pars utraque pro se determinata terminorum corpora, que referebantur in dubium, effingere niteretur, ut, secundum pretensionem intellectualium linearum, de termino ad terminum, loca de quibus agitur infra terminos sue diocesis viderentur includi, ad nullam tamen certitudinem super terminis hujusmodi, per probationes aliquas potuimus pervenire. Porro quoniam, ex ipsarum partium mutua confessione, constabat, quod euieunque diocesi castrum cedit, ipsius cedunt consequenter et termini, pars Egitanensis inferebat quod per jamblictas divisiones Sena castrum esset sue diocesis limes datus, ipsum tanquam limes inclusivus idem infra suam inclusus diocesim cum omnibus suis terminis sibi cedens, debebat ad suam diocesim totaliter pertinere. Unde sibi adjecari dictum castrum cum omnibus suis pertinentiis exposcebat, et per consequens necessario Covellianam cum suis terminis et signanter cum castro de Belmonte, Anguies, Ollas de Codina et corum pertinentiis, que in ejusdem Covelliani terminis continentur, utpote infra dictum suum limite in et Egitaniam constituta. Subjungens quod cum termini Sene, quos spectare ad suam diocesim astruebat, ut superius est expressum, Colimbriensi episcopo aditum prorsus obstruerent ad Gaudelam, Felgosinum, Linares et Celoricum, et ad loca cetera ulterius constituta, que a Colimbriensi ecclesia petebantur super eis, tam ob hoc quam alia que dicebat, ab imputatione Colimbriensis ecclesie debebat absolviri, ac eidem imponi perpetuum silentium super ipsis.

E contrario pars Colimbriensis proponebat quod Sena non erat Egitanensi diocesi limes datus, sed erat ei designatus terminus exclusivus, id est intra Egitanensem diocesim nullatenus includendus, prout ex tenore verborum contentorum in divisionibus superius nominatis, ubi continetur apertius, Egitanensis infra hos terminos suam diocesim habet: colligitur evidenter, maxime cum constet altum terminum, scilicet Salamam, ab Egitanensi ecclesia

minime possideri, nec esse infra Egitanensem diocesim constitutum: propter quod manifeste liquebat Senam cum terminis suis antiquis, qui usque ad dictum montem Ochiae, ut prelibatur superius, extenduntur, non ad Egitanensem ecclesiam, sed ad suam potius pertinere dicebat, et etiam ad dictam Colimbriensem ecclesiam consequenter Covellianam cum terminis suis, et castrum de Belmonte, cum Anguies, et Ollas de Godino, que infra antiquos Sene terminos contineri dicuntur, sieque Egitanensis ratio memorata, super obstruktione aditus introducta, nullius esse videtur efficacie vel vigoris: adiciens quod cum per nominatas divisiones mons Ernius cedat ei Covellianam, qui cum locorum predictorum, de quibus agitur, parte non modica continetur in eo vel ejus descensu seu Beira ipsius, ut ejus verbis utamur, necessario per quamdam consequentiam ad Colimbriensem ecclesiam pertinere. Denum nec nobis constitit de antiquis Sene terminis supradictis, nec etiam quis foret Ernius seu quod per predictas divisiones Colimbriensis ecclesie sit concessus cum montem, in quo dicta loca situata dicuntur, non Ermium sed Serram de Strela pars Egitanensis nominaret.

Nos igitur, auditis hiis et aliis que partes hinc inde proponere voluerunt, consideratis confessionibus partium, qualitate negotii, ac singulis circumstantiis diligenter, omni auctoritate et potestate a domino papa viribus compromissi seu quomodolibet nobis in hac parte tradita vel concessa suffulti, de prudentium virorum consilio, revocando sequestrationem quam fecimus de premissis, pronunciamus, dicimus et etiam declaramus Covellianam cum terminis suis, et nominatim Castrum de Belmonte, Anguies et Ollas de Godina cum suis pertinentiis esse de Egitanensi diocesi, et adjudicamus episcopo et procuratori capituli Egitanensis, ejusdem ecclesie nomine, jura episcopalia in locis ipsis et pertinentiis corundem, ipsos super hiis ab imputatione dictorum episcopi et procuratoris capituli Colimbriensis. Colimbriensis ecclesie nomine, absolventes, eisdem Colimbriensibus super eis perpetuum silentium imponendo.

Absolvimus etiam eosdem Egitanensem episcopum et procuratorem capituli sui ab imputatione prefatorum episcopi et procuratoris capituli Colimbriensis super hiis que petuntur ab eis in Guarda, Tauro, Castello Menendi, Germaelos, Alvandi, eis que Colimbriensibus perpetuum silentium imponimus super ipsis.

» Preterea ordinamus, decernimus, statuimus et etiam diffinimus Celoricum cum terminis et pertinentiis suis villas, que dicuntur Miserella, Vitis de monte et Prados cum terminis earundem, quarum due ultime de pertinentiis Laniores, et prima, scilicet Miserella, partim de pertinentiis Celorici et partim de pertinentiis Linares esse dicuntur, fore perpetuo de Egitaniensi diocesi, et quod episcopus et ecclesia Egitanienses episcopalia jura exercere libere valeant in eisdem tanquam in locis sue diocesis et in sua diocesi constitutis. Super eis episcopum et procuratorem capituli Egitaniensis ab impetitione sepedictorum episcopi et procuratoris capituli Colimbriensium absolventes, eisdem Colimbriensibus super hiis perpetuum silentium imponendo.

» Absolvimus insuper eosdem episcopum et procuratorem capituli Egitaniensis ab impetitione dictorum episcopi et procuratoris capituli Colimbriensis super jure patronatus ecclesie Sancte Marie de Covelliana, et ipsis Colimbriensibus silentium perpetuum imponimus super eo.

» Rursus providemus, ordinamus, decernimus, statuimus ac etiam diffinimus ut possessiones laicales, in Covelliana, Celorico eorumque terminis ac locis aliis quas determinate et distincte pars Colimbriensis ab Egitaniensi tanquam detentoribus petiti in libello, sint juris et proprietatis perpetuo Egitaniensis ecclesie, et prefatos Egitaniensem episcopum et procuratorem capituli sui, super hiis, ab impetitione episcopi et procuratoris capituli Colimbriensium absolventes, et eisdem Colimbriensibus perpetuum silentium imponimus super eis.

» Amplius providemus, ordinamus, decernimus, statuimus ac etiam diffinimus quod Linares cum terminis et pertinentiis suis, tribus villis pretaxatis, videlicet Miserella, Vite de monte, et Prados, cum pertinentiis suis dumtaxat exceptis, nec non Felgosinum, Gaudela, Sena cum terminis et pertinentiis earundem, Cogia, Avoo, Arganil, Sanctus Romanus, Laurosa, Midones, Pedragono, Arega, Figueiroo, Aquisbellis cum terminis et pertinentiis earundem, omnesque ecclesie alie et loca per partem Egitaniensem a Colimbriensi ecclesia in libello petita, que tenet eadem Colimbriensis ecclesia ab Asinabrava et a fluvio qui dicitur in dicto libello Egitaniensi Naban, qui juxta castrum de Thonar Templiciorum fluit citra versus Egitaniam, sint perpetuo de Colimbriensi diocesi, et episcopus et ecclesia Colimbrienses episcopalia jura in locis eisdem exercere

» libere possint, velut in locis sue diocesis et in sua diocesi constitutis, super eis episcopum et procuratorem capituli Colimbriensis ab impetitione superdictorum episcopi et procuratoris capituli Egitaniensium absolventes, eisdem Egitaniensibus super hiis perpetuum silentium imponendo.

» Absolvimus etiam eosdem episcopum Colimbriensem et procuratorem capituli sui ab impetitione praefatorum episcopi Egitaniensis et procuratoris capituli sui, super hiis que petuntur ab eis in Dornis, eisdem Egitaniensibus super ipsis perpetuum silentium imponentes.

» Providemus quoque, ordinamus, decernimus, statuimus ac etiam diffinimus, ut possessiones laicales, quas tenet Colimbriensis episcopus in Belmonte, Anguies, Ollis de Condino, et locis aliis de quibus mentio in libellis utriusque partis habetur, que sequestratae per nos non fuerunt, perpetuo juris et proprietatis existant Colimbriensis ecclesie, ipsisque episcopum et procuratorem capituli sui absolvimus, quoad ipsis, ab impetitione episcopi et procuratoris capituli Egitaniensium, sibi, super ipsis, perpetuum silentium imponendo.

» Ad hec, ne de fructibus perceptis ex locis et possessionibus sequestratis per nos, a tempore sequestrationis ejusdem, nondum de facto executioni mandate, et quos in antea percipi contigerit usque ad duos menses, infra quos ad partes ipsas hujusmodi nostre diffinitionis seu decisionis notitia poterit pervenire, inter partes questionis scrupulus oriatur, ordinamus et etiam providemus, quod iidem fructus partis sint et efficiantur illius qui, ante tempus sequestrationis hujusmodi, erat in possessione percipiendi eos ex locis et possessionibus sequestratis ab ea.

» Postremo dicimus, precipimus et mandamus ut predicti episcopi et eorum ecclesie, locis ac rebus per nos sibi superius designatis et assignatis, ac hujusmodi nostra declaracione, provisione, ordinatione, diffinitione et pronunciatione contenti de cetero, mutuo super ipsis se non impetant aliquatenus vel molestent, nec pars altera jurisdictionem seu jura alterius in premissis invadere vel usurpare presumat.

» Reservamus etiam nobis in predictis omnibus et singulis potestatem interpretandi, mutandi, corrigendi, addendi, minuendi, ac omnia alia faciendi que nobis sunt specialiter et generaliter in pretaxato compromisso concessa.

» In cuius rei testimonium, hoc presens publicum

» instrumentum fecimus nostri sigilli munimine roboro. Actum Rome Transtiberim in dominibus cardinalis Sancti Grisogoni, III kalend. marcii, XIII In- dictione, anno Domini M^oCC^oLVI^o, pontificatus domini Alexандri pape III anno secundo.

» Ego Bernardus de Littera, apostolice Sedis auctoritate notarius, qui pronunciationi omnium premis sorum facte per dominum venerabilem patrem dominum J. cardinalem, presentibus episcopis et procuratoribus memoratis ac venerabilibus viris dominis R., Virdunensi electo, S., abbate Sancti Victoris Massiliensis, providis viris magistris Matheo Rubeo, canonico Carnotensi, Martino Hyspano, capellani domini pape, Johanne Rupellensi, magistro Conti natio Esculano archipresbiteris, magistro Abraam, cantore Armachano, et pluribus aliis, rogatus interfui, de mandato ejusdem domini cardinalis, hoc presens publicum instrumentum propria manu scripsi ac in publicam formam redigi, et signum meum apposui. »

Nulli etc. nostre confirmationis et definitionis etc. Dat. Laterani, V kalendas maii, anno secundo. »

1358

Latran, 6 avril 1256.

Electo Parmensi approbat concessionem ab Innocentio papa IV factam ordiundi ecclesias civitatis et diocesis vacatas, prout expedire videret, de praclatis et presbyteris, aut praelatis et presbyteros magis idoneos substituendi, non obstante contradictione illorum qui in eisdem ecclesiis recepterant vel ut reciperentur instabant. (REG. 24, f. 174v, ann. II, c. 293.)

« .., electo Parmensi. Olim te felicis —. Dat. Laterani, VIII idus aprilis, anno secundo. »

1359

Latran, 18 avril 1256.

Infrascripto concedit facultatem dispensandi magistro Stephano Colimbriensi, Pelagio Menendi Bracharensi et magistro Gonsalvo Astoricensi canonicis ac duobus aliis Bracharensis provincie quos ad hoc idoneos esse noverit, ut eorum quilibet dua beneficia ecclesiastica recipiat. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 294)

« Magistro M., capellano nostro, priori secularis ecclesie Wimaranensis, Bracharensis diocesis. Clara probitatis tue —. Dat. Laterani, XIII kalendas maii, anno secundo. »

1360

Latran, 15 mai 1256.

R., archiepiscopo Armachano, indulget, ut ecclesiam de Germunfekin, diocesis ipsius, ad usus mensae quoadvixerit retinere possit. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 295.)

« R., archiepiscopo Armachano. Cum tu ecclesie —. Dat. Laterani, idus maii, anno secundo. »

1361

Latran, 16 mai 1256.

Balduno abbat, pro expediendis negotiis monasterii S. Andreae de Castello, Cameracensis diocesis, et membrorum ejus ad Sedem apostolicam acceso, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam duorum milium ducentarum et quinquaginta librarum Turonensem et obligandi creditoribus bona monasterii et membrorum. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 296.)

« Balduino, abbatu monasterii Sancti Andree de Castello, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis. Cum sicut in —. Dat. Laterani, XVII kalendas junii, anno secundo. »

1362

Latran, 4 février 1256.

Conventui monasterii Fiscanensis pro dono gratias agit. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 297.)

« ... abbatu et conventu monasterii Fiscanensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Super eo quod dilectus filius magister Johannes de Putot, capellanus noster, tune procurator vester, nobis in duabus milibus librarum provisiorum, dum essemus Anagnie, ex parte vestra servivit, gratiarum vobis multitudines referimus actiones. Dat. Laterani, II nonas februarii, anno secundo. »

1363

Anagni, 5 juin 1256.

Archipresbytero ecclesiae Astensis mandat quatinus, — resignatione recepta a Petro, abbe monasterii Bremetensis, ordinis sancti Benedicti, Papiensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, quem conventus concorditer elegit episcopusque Terdonensis, Innocentii papae IV litterarum auctoritate, confirmavit, cuius autem electio fit irrita et inanis inhibitione Aquileiensis electi, tunc in partibus Lombardiae apostolicae Sedis legati, ne aliquem in episcopum, abbatem seu canonicum, monachum vel conversum capitula vel collegia eligere praesumerent in terris faventibus

quondam Frederico, olim Romanorum imperatori, — eumdem Petrum auctoritate apostolica praedicto monasterio in abbatem faciat recipi. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 298.)

« .., archipresbitero ecclesie Astensis. Ex parte Petri —.
Dat. Anagnie, nonis junii, anno secundo. »

1364

Latran, 13 avril 1256.

Conventui monasterii Novillarensis, Argentinensis diocesis, confirmat affectationem in usus proprios ecclesiae de Azenheim, quam concesserunt Henricus, episcopus Argentinensis, et Petrus, S. Georgii ad Velum aureum cardinalis, litteras eorum, Argentinae mense februarii MCCLII et III idus martii MCCLV datas, inserendo. (REG. 24, f. 174, ann. II, c. 299.)

« .., abbatii et conventui monasterii Novillarensis, ordinis sancti Benedicti, Argentinensis dioecesis. Cum a nobis petitur etc. usque : effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster episcopus .., decanus, et capitulum Argentinenses, communis mense vestri monasterii tenuitatem pensata, vobis deliberatione provide concesserunt, ut ecclesiam de Azenheim, in qua jus patronatus habetis, Argentinensis diocesis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, cedente vel decadente rectore ipsius, ad usus ejusdem mense libere possitis recipere ac liceite retinere, assignata nichilominus perpetuo vicario in eadem ecclesia servituro de bonis ipsius ecclesie congrua portione, de qua idem sustentari valeat et consueta ipsius ecclesie onera supportare.

» Concessionem quoque hujusmodi dilectus filius noster P.. Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis, tunc in illis partibus apostolice Sedis legatus, auctoritate sue legationis, postmodum confirmavit, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem episcopo, decano et capitulo provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Literarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Strasbourg, 4 mars 1255.

« Petrus, miseratione divina Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis, apostolice Sedis legatus, dilectis in Christo .., abbatii. et conventui monasterii Novillarensis, ordinis sancti Benedicti. Argentinensis diocesis, salutem in Domino. Lecta nobis vestra petitio continet at, quod venerabilis pater

» .., episcopus, ... decanus, et capitulum Argentinenses, tenuitate mense vestre communis digna consideratione pensata, vobis ut ecclesiam de Azenheim, in qua jus patronatus habetis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quarecito eam vacare contigerit, ad usus dictae mense libere recipere ac liceite retinere, et per vos seu per vestrum aliquem possessionem ecclesie predicte nancisci, perpetuumque ad ipsam presentare vicarium, qui, assignata sibi de bonis ejusdem ecclesie pro sustentatione sua congrua portione, gerat animarum curam et onera supportet ecclesie memorate, possitis, unanimiter et concorditer concesserunt, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi provide factam, ratam et gratam habentes, eam auctoritate presentium confirmamus etc. usque : communimus. Non obstantibus aliquibus litteris vel indulgentiis apostolice Sedis vel legatorum ipsis impetratis super provisionibus aliquorum, cuiuscumque tenoris existant, quibus non intendimus, quoad assecutionem aliarum ecclesiarum, auctoritate presentium prejudicium generari, vel etiam impetrandis, aut quibuscumque reservationibus vel inhibitionibus per eas factis aut etiam faciendis, vel si vos, auctoritate dictae Sedis aut legatorum eorundem, sive proprio motu, ad proximum aliquibus de beneficiis ecclesiasticis, in quibus jus presentandi vel conferendi ad vos pertinere dinoscitur, vestris litteris obligastis, per quas non intendimus vobis, quoad assecutionem ecclesie predicte, aliquod obstaculum interponi. Decernimus autem irritum et inane, si quid de predicta ecclesia contra concessionem hujusmodi et confirmationis nostre tenorem a quoquam extiterit attemptatum. Tenorem autem litterarum eorundem de verbo ad verbū presentibus inseri fecimus, qui talis est :

Strasbourg, février 1252 (vieux style).

» Henricus, divina providentia episcopus, B., decanus, totumque capitulum Argentinensis ecclesie, dilectis in Christo .., abbatii, et conventui monasterii Novillarensis, ordinis sancti Benedicti, Argentinensis diocesis, eorumque successoribus, salutem in perpetuum. Meritis vestre devotionis inducimur, ut preces vestras libenter animo, quantum cum Deo possumus, exaudiamus. Hinc est quod, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, vobis, pro vestra vestrorumque successorum salute, auctoritate presentium indulgemus, ut ecclesiam de Azenheim, eum omnibus attentiis suis, decimus.

» olventionibus sive proventibus quibuscumque, in
 » qua jus patronatus obtinetis ex antiquo. Argentini-
 » nensis diocesis, quamprimum ipsam vacare conti-
 » gerit, licet vobis ad mensam vestram communem,
 » que hactenus satis tenuis extitit et adhuc extitit, ab-
 » solute, simul et libere retinere, et corporalem ejusdem
 » possessionem per vos vel per aliquem ex vobis
 » intrare et perpetuo possidere, ut ex uberiore refec-
 » tionis consolatione ubiores Deo gratias agentes,
 » divinis obsequiis liberius insistatis, perpetuumque
 » vicarium semper in eadem ad curam animarum ha-
 » bendam et onera ejusdem ecclesie sustentanda pre-
 » sentare valeatis, assignantes eidem prebendam unde
 » valeat sustentari. Nos enim exinde decernimus irri-
 » tum et inane et penitus viribus carere quicquid de
 » cetero a quoquam hominum contra indultum hujus-
 » modi fuerit attemptatum, nolentes ut, si aliquid
 » attemptatum fuerit, ex hoc vobis et vestris successo-
 » ribus aliquod prejudicium generari [possit]. In eius
 » rei evidentiam, ut presens factum debitam pariter et
 » inconcussam recipiat firmitatem, presens scriptum
 » sigillorum nostrorum appensionibus fecimus sol-
 » lempniter communiri. Actum anno Domini M^oCC^oLII,
 » mense februarii, in civitate Argentinensi. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Si quis antea-
 » etc. Dat. Argentine, III idus martii, anno Domini
 » M^oCC^oLV. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Later-
 » rani, idibus aprilis, anno secundo. »

1365

Anagni, 10 juin 1256.

Confirmat sententiam magistri Martini, archiepiscopi Bracharensis, Laterani mense maii, die quinto intrante, MCCLVI promulgatau, in quaestione inter episcopum Tusculanum et conventum Cryptaeferatae suborta. (REG. 24, f. 174v, ann. II, c. 300.)

« Ea que iudicio etc. usque : communiri. Sane du-
 dum inter vos, ex parte una, et .., abbatem, et conven-
 tum monasterii Cripteferrate super mortuariis legatis
 vel fidei commissis, oblationibus et quibusdam aliis
 articulis, ex altera, questione suborta, nos venerabilem
 fratrem nostrum magistrum Martinum, archiepisco-
 pum Bracharensem, tunc priorem Wimaranensem et
 capellanum nostrum, concessimus partibus auditorem,
 qui, audita confessione sindici vel procuratoris dicto-
 rum abbatis et conventus, ac habito super hiis juris

peritorum consilio, super nonnullis articulorum ipso-
 rum diffinitivam pro vobis sententiam promulgavit,
 dictos abbatem et conventum super quibusdam in li-
 bello vestro petitis ab impetione vestra nihilominus
 absolvendo, prout in instrumento publico ejusdem au-
 ditoris sigillo signato confecto exinde plenius continet.
 Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati,
 sententiam huiusmodi ratam habentes, illam auctoritate
 apostolica confirmamus etc. usque : communimus.
 Tenorem predicti instrumenti presentibus inseri fa-
 cientes, qui talis est :

Latran. 5 mai 1256.

« In nomine Domini. Amen. Venerabilis pater Do-
 minus O., Tuscanus episcopus, archipresbiteri,
 presbiteri et clerici diocesis Tusculane .., abbatem,
 et conventum monasterii Cripteferrate coram nobis,
 magistro Martino, domini pape capellano, priore Wi-
 maranensi, partibus auditore dato, traxerunt in cau-
 sam. Constitutis igitur in presentia nostra Nicolao
 Romano, procuratore dictorum episcopi, archipresbi-
 terorum et clericorum, et fratre Donato monacho,
 procuratore et syndico dictorum abbatis et conven-
 tus, dictus N.., procurator, contra eundem syndicum
 libellum obtulit in hec verba :

« Coram vobis, magistro Martino, domini pape ca-
 pellano, partibus auditore concesso, proponit ...
 procurator venerabilis patris .., episcopi Tusculani,
 quorum archipresbiterorum nomina in procuratoriis
 exprimuntur, nomine eorundem, contra .., abbatem,
 et conventum Cripteferrate sive procuratorem seu
 yeonomum ipsum, nomine eorundem, quod pre-
 dicti abbas et conventus quosdam parochianos dicti
 episcopi et archipresbiterorum et presbiterorum dicte
 diocesis receperunt ad ecclesiasticam sepulturam,
 recipiendo certam summani pecunie pro mortuariis
 eaurundem, quoru[m] quidam apud eos elegerant se-
 pultram, quidam non.

« Item receperunt a quibusdam aliis parochianis
 domini episcopi (et presbiterorum), archipresbitero-
 rum et presbiterorum, qui apud eos non fuerunt se-
 pulti, quedam legata seu relicta vel tidei commissa, in
 ipsius domini episcopi et predictorum archipresbite-
 rorum et presbiterorum prejudicium non modicum
 et gravamen. Unde cum tam de predictis mortuariis
 quam de legatis, relictis vel tidei commissis predictis,
 videlicet cum ibi eligeret sepulturam vel etiam alibi,
 sed eis, aliqua reliquerunt, idem episcopus et pre-
 dicti debeat canonicas portionem habere, secun-
 dum canonicas sanctiones, petit dictam canonicam
 portionem eisdem sibi reddi, et predictis archipres-

» biteris et presbiteris, et de predicta canonica portione sibi integre satisfieri ab eisdem. Omnia vero alia que ad ipsos pervenerunt ab illis qui apud eos sepulti sunt, cum tamen ibi non elegissent sepulturam, petit sibi integre et absque diminutione restituvi, et hoc casu petit eos puniri secundum canonicas sanctiones. Petit etiam eisdem sententialiter inhiberi, ne aliquos parrochianos dicti domini episcopi et predictorum recipient ad ecclesiasticam sepulturam, nisi prout jura concedunt, et tunc de omnibus oblationibus, legatis et omnibus aliis que relinquunt parrochiani hujusmodi diocesis Tusculane ipsi monasterio pro animabus suis in ultima voluntate, solvant eis terciam partem integrum sine aliqua diminutione pro sua canonica portione, ita quod de legatis relictis episcopo Tusculano seu prefatis archipresbiteris sive eorum ecclesiis, ab hujusmodi parrochianis nulla prorsus fiat deductio, aut compensatio habeatur, sed preter prefatam terciam apud ipsum episcopum et archipresbiteros sive eorum ecclesias integra maneant et persistant.

» Item petit consimilem terciam partem sibi solvi de omnibus oblationibus, legatis et omnibus aliis que parrochiani dicte diocesis, qui alibi sepeliuntur, relinquunt ipsi monasterio in ultima voluntate.

» Item petit, ut, si corpora aliquorum parrochianorum suorum, qui apud eos non elegerint sepeliri, ad sepulturam admiserint, omnia que occasione hujusmodi ad ipsos obvenerint, predictis episcopo et archipresbiteris integre restituant sive etiam ecclesiis eorundem.

» Preterea petit quod parrochianos predictos ad aliqua divina officia seu ecclesiastica sacramenta non admittant sine speciali licentia predictorum, et super predictis petit eos sibi et aliis per vos, domine judex, sententialiter condempnari, et predicta petit cum expensis in lite factis et faciendis, quas tempore sententie declarabit, juris beneficio sibi in omnibus semper salvo, protestans quod non astringit se ad omnia predicta probanda, sed offert se probaturum quod sibi sufficiat de premissis.

» Super quo libello, dictus syndicus item contestatus est in hunc modum : Frater Donatus, monachus et procurator .., abbatis, et conventus monasterii Cripteferrate, item contestando, confitetur et dicit quod .., abbas, et conventus dicti monasterii de omnibus oblationibus, legatis et omnibus aliis que relinquunt parrochiani ecclesiarum episcopatus Tusculani ipsi monasterio pro anima sua in ultima

» voluntate, debent dare episcopo et ipsis ecclesiis parochialibus integrum terciam partem pro canonica portione, et volunt in posterum sine contradictione prestare.

» Item confitetur et dicit quod non debent recipere aliquem parrochianum, contemptis propriis presbiteris ecclesiarum ipsarum, ad audienda divina in monasterio eorum vel recipienda ecclesiastica sacramenta, et volunt facere in futurum. Confitetur etiam et dicit quod non debent recipere aliquem parrochianum ipsorum ad ecclesiasticam sepulturam, nec recipient in futurum, nisi in eorum monasterio elegerit sepeliri.

» Cumque dicti abbas et conventus memoratum fratrem Donatum ad partes misissent remotas, alium procuratorem, fratrem Pignu videlicet, eorum monachum, in causa constituerunt eadem. Qui, coram nobis in judicio constitutus, nomine abbatis et conventus predictorum, approbavit et ratificavit confessiones factas per fratrem Donatum predictum, ac postmodum ad revocandum confessiones predictas exhibuit speciale mandatum et revocavit easdem.

» Et tandem dicti abbas et conventus, recognoscentes quod privilegia quibus a prestatione petitorum se tueri sperabant, eos minime liberabant, jam dictas confessiones per suas speciales litteras approbantes, revocationem factam de dictis confessionibus per dictum fratrem Pignu penitus revocarunt.

» Nos itaque, audita confessione hujusmodi syndici memorati, et hiis que secuta sunt diligenti deliberatione pensatis, ac tandem dicto fratre Pygnu, procuratore dictorum abbatis et conventus, et Stephano, procuratore dictorum domini episcopi, archipresbitorum et presbiterorum constituto per dictum Nicolaum Romanum, in causa concludentibus et sententiam ferri instanter potentibus, habito super hiis omnibus juris peritorum consilio, et plena deliberatione nobiscum, prefato procuratori dictorum abbatis et conventus, ipsorum nomine, neenon ipsis abbati et conventui sententialiter inhibemus, ne aliquos parrochianos dicti domini episcopi et archipresbitorum, presbiterorum et clericorum ad ecclesiasticam recipient sepulturam, nisi, prout jura concedunt, etiam in hoc casu scilicet cum in eodem monasterio elegerint sepulturam, et etiam cum alibi sepeliuntur, ut de omnibus oblationibus, legatis et omnibus aliis que relinquunt ipsi parrochiani dicto monasterio in ultima voluntate pro anima sua, iidem abbas et conventus solvant eis terciam partem integrum, sine aliqua diminutione, pro sua canonica portione : ita

» quod de legatis relictis episcopo Tusculano seu pre-
 » fatis archipresbiteris, presbiteris sive eorum ecclae-
 » siis ab hujusmodi parrochianis, nulla prorsus fiat
 » deductio aut compensatio habeatur. Sed ea, preter
 » prefatam terciam, apud ipsum episcopum et archi-
 » presbiteros sive eorum ecclesias integra maneant et
 » persistant : memoratum procuratorem abbatis et
 » conventus ipsorum nonine, et ipsos abbatem et con-
 » ventum per eundem procuratorem sententialiter con-
 » dempnamus, inhibentes eisdem ne corpora aliquorum
 » parrochianorum predictorum qui apud eos non ele-
 » gerint sepeliri, ad sepulturam admittant. Quod si
 » contra hanc nostram inhibitionem [a]liqua admis-
 » sert, decernimus, ut omnia, que occasione hujus-
 » modi ad ipsos obvenerint, predictis episcopo et ar-
 » chipresbiteris et presbiteris integre restituant, sive
 » etiam ecclesiis eorundem, sed et firmiter inhibemus,
 » quod parrochianos predictos ad aliqua divina officia
 » seu ecclesiastica sacramenta contra jus, seu propriis
 » contemptis presbiteris, de cetero non admittant, et
 » ad hoc omnia prefatum procuratorem dictorum ab-
 » batis et conventus, eorundem nomine, et ipsos abba-
 » tem et conventum per diffinitivam sententiam con-
 » dempnamus. Super aliis vero in predicto libello
 » petitis, dictos abbatem et conventum absolvimus ab
 » impetitione episcopi memorati et dictorum archipres-
 » biterorum, presbiterorum et clericorum diocesis Tus-
 » culane.

» In cuius rei testimonium, presentes litteras per
 » Matheum notarium infrascriptum fieri fecimus et
 » nostro sigillo muniri. Actum Laterani coram hiis
 » testibus, Andrea, decano Agrigentino, magistro Pe-
 » tro, scolastico Lucensi, Geraldo Menendi, canonico
 » Portugalensi. Pelagio Petri et Martino Dominici ele-
 » rieis, anno Domini M°CC°LVI, mense maii, die
 » quinto intrante, inductione XIII, pontificatus domini
 » Alexandri pape III anno secundo.

» Ego Matheus Narniensis, sacrosancte Romane Ec-
 » clesie auctoritate notarius, prolationi sententie
 » prescripte interfui, et de mandato dicti magistri
 » Martini scripsi et in publicam formam redigi. No-
 » mina vero parrochianorum et mortuaria seu legata
 » vel fideicomissa vel relicta ab ipsis parrochianis, a
 » predictis abate et conventu percepta, que continen-
 » tur in libello posito in Regesto, quia dominus ma-
 » gister Martinus mandavit mihi quod in libello posito
 » in sententia prescripta non inserarem, ea huic sen-
 » tencie inserere pretermisi. »

» Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
 III idus junii, anno secundo. »

1366

Latran, 9 avril 1256.

Abbati et conventui monasterii S. Germani de Seleby, Eboracensis diocesis, ad supportanda hospitalitatis onera concedit in usus proprios parochiale ecclesiam de Ludington, Lincolniensis diocesis, in qua jus patronatus habent et enjus proventus XXV marcas argenti annis singulis vix excedunt : « Quicquid contra presentis indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum juribus et pertinentiis suis in prejudicium nostrum nostra vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuerit, decernimus irritum et inane. » (Reg. 24, f. 175^v, ann. II, c. 301.)

« ... abbati, et conventui monasterii Sancti Germani de Seleby, ordinis sancti Benedicti. Eboracensis diocesis. Devotionis vestre merita —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno secundo. »

1367

Anagni, 31 mai 1256.

Abbati ejusdem monasterii concedit in perpetuum facultatem utendi annulo, mitra, baculo pastorali, tunica, dalmatica, cirothecis et sandaliis ac benedicendi pallas altaris et alia ornementa ecclesiastica et conferendi primam tonsuram. (Reg. 24, f. 175^v, ann. II, c. 301².)

« Eisdem. Ut pulca et —. Dat. Anagnie, II kalendas junii, anno secundo. »

1368

Anagni, 31 mai 1256.

Eisdem abbati et conventui confirmat libertates, consuetudines certamque jurisdictionem consuetam in ecclesiis de Seleby et de Snayt, Eboracensis diocesis. (Reg. 24, f. 175^v, ann. II, c. 301³.)

« Eisdem. Exigentibus vestre devotionis —. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, in de Seleby et de Snayt ecclesiis, Eboracensis diocesis, ac hominibus et parrochianis ipsarum ac villis ad eas spectantibus usi fueritis, a tempore ejus non extat memoria, quibusdam libertatibus, consuetudinibus et jurisdictionibus circa correctionem videlicet excessum dictorum hominum et parrochianorum ecclesiarum ipsarum, circa citationem et cognitionem causarum ipsorum, tam criminalium quam civilium, ad ecclesiasticum forum spectantium, et circa alia que ad jurisdictionem noscuntur ecclesiasticam pertinere, nos, vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut in premissis circa hec eisdem libertatibus, consuetudinibus et jurisdictionibus

uti decetero valeatis. Nulli etc. nostre concessionis etc.
Dat. ut in alia. »

1369

Latran, 19 janvier 1256.

Romanino, clero Landulfii, Mothonensis episcopi, donationem XXII yperperorum redditus confirmat, ejusdem Landulfii litteras inserendo, Anagniae mense augusti MCCLV datas. (REG. 24, f. 175v, ann. II, c. 302.)

« *Romanino, clero venerabilis fratris nostri Landulfii, Mothonensis episcopi.* Ex tue devotionis —.

Anagni, 23 août 1255.

« Noverint universi presentes litteras inspecturi,
» quod nos Landulfus, Dei gratia Mothonensis episco-
» pus, damus et concedimus in beneficium Romanino
» clero nostro redditum viginti duorum yperperorum
» de bonis ad mensam nostram spectantibus, quam
» habemus in parochia Druxi, donec eidem R. per nos
» sive successores nostros in equivalenti fuerit bene-
» ficio vel uberiori provisum in ecclesia vel diocesi
» Mothonensi. In cuius rei testimonium, presentes pa-
» tentes litteras nostro sigillo munitas sibi duximus con-
» cedendas. Datum Anagnie, anno Domini M^oCC^oLV^o,
» mense augusti, die nono exeunte, inductione XIII^a. »
» Nulli etc. Nostre concessionis et confirmationis
etc. Datum Laterani, XIII kalendas februario, anno
secundo. »

1370

Anagni, 11 juin 1256.

[Guillelmo], archiepiscopo Bisuntino, narrans quomodo ci-
» vies Argentinenses clericos ac fratres ordinis Praedicatorum
graviter verberarunt, mandat quatinus magistrum et com-
» mune civitatis Argentinensis et nobiles diocesis compellat ut
a molestatione hujusmodi desistant. (REO. 24, f. 176, ann. II,
c. 303; RODENBERG, t. III, p. 393, n° 435.)

« ... , archiepiscopo Bisuntino. Venerabilis frater noster
.., episcopus, et dilecti filii capitulum Argentinenses ac
universi prelati et clerici Argentinensis civitatis et
diocesis sua nobis petitione monstrarunt, quod, cum
quidam cives Argentinenses, perditionis filii, nonnullos
clericos ac personas ecclesiasticas, ordinis videlicet
fratrum Predicatorum, diversis injuriis affecissent,
quibusdam eorum graviter verberatis et quodam de
ponte in aquam precipitato, quodam vero suspenso et
alio afflicto diversis generibus tormentorum, idem epis-
copus, ut, quos Dei timor a malo non revocat, saltem
pena coerceat temporalis, de consilio et assensu capi-

tuli, prelatorum et clericorum predictorum provida
deliberatione, statuit, ut, si quis laicus earundem civi-
tatis et diocesis aliquem clericum sive personam ecclae-
siasticam sacrilego ausu occidere aut in membro mutilare
presumpserit, officia et feuda, si qua tenebat ab ecclae-
siis vel personis ecclaeasticis predictarum civitatis et
diocesis, ipso facto ammittat et ex hiis nichil transeat
ad heredes.

» Adjecit etiam, quod officia et feuda hujusmodi
infra quindecim dies a die patrati sceleris per eos, ad
quos eorum spectat collatio, aliis conferantur. Dictus
quoque episcopus, de predictorum consilio et assensu,
contra laicos earundem civitatis et diocesis, qui hujus-
modi scelera perpetrarent, et posteritates eorum que-
dam alia statuta edidit honesta et juri consona, que
redundant in augmentum ecclaeastice libertatis, ad
quorum observationem episcopus, capitulum, prelati
et clerici predicti se astrinxerunt prestito juramento.

» Verum magister, consules et communitas Argen-
tinenses ac nonnulli nobiles et mulieres earundem
civitatis et diocesis contra eosdem prelatos et clericos
propter hoc conspirantes, eos per captionem et occu-
pationem bonorum suorum ad infringendum hujus-
modi statuta nituntur compellere, in derogationem
ecclaeastice libertatis, ac episcopi, prelatorum et cle-
ricorum predictorum non modicum prejudicium et
gravamen.

» Quare episcopus et capitulum, prelati et clerici
predicti nolis humiliter supplicarunt, ut providere
ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quo-
circa mandamus quatinus, si est ita, magistrum, con-
sules, universitatem, nobiles et milites predictos, quod
ab ipsorum injuriis super hiis omnino desistant, moni-
tione premissa, per excommunicationis in personas et
in terras eorum interdicti sententias, appellatione remo-
ta, compellens, sententias ipsas usque ad satisfac-
tionem condignam singulis diebus dominicis et festivis,
pulsatis campanis et candelis accensis, publice nuncies
et facias ab aliis per omnia loca, in quibus expedire
videris, nunciari. Non obstantibus si predice commun-
itatii vel aliquibus aliis a Sede apostolica sit indultum,
quod extra suam civitatem vel diocesim trahi non pos-
sint in causam per litteras apostolicas, que de indulto
hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentio-
nem, et constitutione de duabus dictis edita in concilio
generali. Dat. Anagnie, III idus junii, anno secundo. »

1371

Anagni, 10 juin 1256.

Confirmat statuta episcopi Argentinensis contra cives Ar-

gentinenses qui scelera patrarunt praedicta (cf. **1370**).
(REG. 24, f. 176, ann. II, c. 303¹)

« ... episcopo et capitulo Argentinensibus, ac universis prelatis et clericis Argentinensium civitatis et dioecesis. His que pro augmento ecclesiastice libertatis provide statuuntur, libenter adicinus apostolici muniminis firmatatem, ut intemerata consistant, cum nostro fuerint presidio communita. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, eum quidam cives Argentinenses etc. ut in alia usque : tormentoru; tu, frater episcope, ut, quos Dei timor a malo non revocat, saltem pena coereat temporalis, de consilio et assensu dilectorum filiorum capituli, prelatorum et cleri tuorum deliberatione provida, statuisti, ut, si quis laicus Argentinensium civitatis et dioecesis, aliquem clericum etc. usque : ad heredes.

» Adjecisti etiam, frater episcope, quod officia et feuda hujusmodi infra XV dies a die patrati sceleris per eos ad quos corum spectat collatio, aliis conferantur. Insuper tu, frater episcope, de predictorum capituli, prelatorum et cleri consilio et assensu, contra laicos carundem civitatis et dioecesis, qui hujusmodi scelera perpetrarent, et posteritates eorum, quedam alia statuta edidisti honesta et juri consona, habentes rata et grata, ea auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, IIII idus junii, anno secundo. »

1372

Anagni, 10 juin 1256.

[Guillelmo], archiepiscopo Bisuntino, mandat quatinus magistrum, consules et universitatem civitatis Argentinensis compellat, ut clerum civitatis ejusdem bladum et vinum suum de civitate extrahere vel ibidem vendere sine exactione pecuniae patientur. (REG. 24, f. 176, ann. II, c. 303²; RODENBERG, n° 434.)

« ..., archiepiscopo Bisuntino. Exhibita nobis venerabilis —. Dat. Anagnie, IIII idus junii, anno secundo. »

1373

Anagni, 18 mai 1256.

Abbati et conventui monasterii Compendiensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, indulget, ut nullum libertatibus et immunitatibus eorum ab apostolica Sede concessis praejudicium generetur, occasione statuti Innocentii papae IV, a se decreti observandum, « ut exempti quantacumque gaudeant libertati, nichilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possint co-

ram locorum ordinariis conveniri et illi quo ad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere. » (REG. 24, f. 176¹, ann. II, c. 304.)

« ... abbati, et conventui monasterii Compendiensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum felicis recordationis —. Dat. Anagnie, XV kalendas junii, anno secundo. »

1374

Latran, 30 mars 1256.

Dionysio, patrono ecclesiae S. Elisabeth de Villa Poloson, Strigoniensis diocesis, episcopoque Prenestino, avunculo ejus, potentibus, ecclesiam ipsam a Dionysio de bonis propriis constructam et dotatam a jure archidiaconi loci eximit. (REG. 24, f. 176¹, ann. II, c. 304².)

« Nobili viro Dionisio, patrono ecclesie Sancte Elisabeth de Villa Poloson, Strigoniensis diocesis. Arbitrantes dignum quod —. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno secundo. »

1375

Anagni, 17 juin 1256.

Monasterium S. Nicolai in Prato Virdunense sub sua protectione suscipit, possessiones, jura et immunitates ejus enumerando. (REG. 24, f. 176¹, ann. II, c. 305.)

« ..., abbati monasterii Sancti Nicolai in Prato Virdunensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam profitentibus in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos deceat libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancti Nicolai in Prato Virdunense, in quo estis divino obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis Ilo., G., predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus etc. usque : communimus.

» In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste ac canonice possidet, ut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestris-

que successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis :

» Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis ; ecclesiam de Domewowe, cum tota decima; et ecclesiam de Metringnes, cum omnibus pertinentiis earundem : de Conflanz, de Boneonrt et de Wintonville ecclesias, cum majori et minori decima et omnibus pertinentiis earundem ; prebendam unam quam in majori ecclesia Virdunensi canonice obtinetis ; fructus unius anni prebende cuiuslibet canonici decedentis in ecclesia Sancte Marie Magdalene Virdunensis ; medietatem grosse decime quam habetis in villa que appellatur Hene ; duas partes majoris et minoris decime quam habetis in villa que Herbeville vulgariter appellatur ; tertiam partem totius decime quam habetis in villa que appellatur Bramant super Mozam ; quartam partem decime grosse et minoris in villa que appella(n)tur Bramant subtus Claromonte ; redditum domorum omnium que sunt in loco qui Pratum Episcopi nuncupari solebat ; medietatem domus que appellatur Hale , necnon furni et fori, cum omnibus pertinentiis suis que habetis ibidem, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et passuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

» Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit, sine abbatis sui licentia, de eodem loco , nisi artioris religionis obtentu, discedere, discedente vero etc. usque : retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, etc. usque : celebrare. Crisma vero etc. usque : exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice Sedis habentem. qui, nostra fretus auctoritate, vobis quod postulatur impendat. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis , episcopis , archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus etc. usque : obssitat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum,

nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres, communis consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque etc. usque : audeat exercere. Preterea omnes libertates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates etc. usque : communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet prefatum monasterium temere perturbare etc. usque : profutura, salva Sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona etc. usque : ultioni. Cunctis autem eidem loco etc. usque : inveniant. Amen, amen, amen.

» Dat. Anagnie per manum magistri Jordani, domini pape subdiaconi et notarii, XV kalendas julii, indicatione XIII, Incarnationis dominice anno M^oCCLVI^o, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno secundo. »

1376

Anagni, 22 juin 1256.

Fratribus ordinis de Sempingham indulget, ut ad exhibendam quibusvis archidiaconis obedientiam ratione ecclesiarum parochialium quas in usus proprios obtinent compelli non possint. (REG. 24, f. 177, ann. II, c. 306.)

« .., magistro et universis prioribus ac fratribus ordinis de Sempingham. Religionis vestre meretur honestas et dilecti filii nostri J., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, precamina nos inducunt, ut petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos, vestris et ipsis cardinalis supplicationibus inclinati, universitati vestre auctoritate presentium indulgemus, ut vos vel vestrungi aliqui ad exhibendam quibusvis archidiaconis obedientiam, ratione ecclesiarum parochialium, quas vobis in usus proprios deputatas in eorum archidiaconatibus obtinetis, compelli aliquatenus non possitis, presertim cum, sicut asseritis, vos nequaquam ad id teneamini de consuetudine vel de jure, et perpetui vicarii ecclesiarum ipsarum hujusmodi exhibeant et exhibere consueverint pro eisdem ecclesiis obedientiam archidiaconis memoratis. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagni, X kalendas julii, anno secundo. »

1377

Anagni, 22 juin 1256.

Eisdem indulget, ut quicumque episcopos canonicos ordinis

corum ad ordines promoveat et moniales benedicat. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 306².)

« ... magistro et universis prioribus et fratribus ac sororibus ordinis de Sempingham. Religionis vestre etc. ut in alia usque : inclinati, universitati vestre ut licet vobis ordinationes canonicorum, qui ad ordines fuerint promovendi, et benedictiones monialium vestri ordinis a quocumque malueritis catholico episcopo, gratiam et communionem apostolice Sedis habente, recipere, si locorum diocesani super hoc humiliter requisiti difficultates se reddiderint et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua noluerint exhibere, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

1378

Anagni, 22 juin 1256.

Eisdem indulget, ut, cum cathedrales ecclesiae, in quarum diocesibus prioratus et ecclesiae eorum consistunt, vacare contigerit, ad exhibendum locorum metropolitanis ratione ecclesiasticum et prioratum praedictorum obedientiam et reverentiam compelli aliquatenus non possint. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 306³.)

« ... magistro et universis prioribus et fratribus ordinis de Sempingham. Religionis vestre —. Dat. ut supra. »

1379

Anagni, 3 juin 1256.

Abbatii de Lesberen, Monasteriensis diocesis, notum facit supplicationes praepositi, decani et capituli Monasteriensis ecclesiae, quos nonnulli clerici earumdem partium super receptionibus ac provisionibus eorum in ipsa ecclesia multipli citer inquietant, occasione litterarum apostolicae Sedis impletarum ante constitutionem suam ultra quaternarium numerum canonicorum in quacumque ecclesia excludentem jam receptos; eidemque mandat quatinus, juxta litteras suas indulgentes capitulo Monasteriensis ecclesiae, ut ad receptionem talium compelli non possint, compellat praefatos clericos quod ab hujusmodi inquietatione desistant. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 307.)

« ... abbatii de Lesberen, ordinis sancti Benedicti, Monasteriensis diocesis. Oblata nobis ex —. Dat. Anagnie, III nonas junii, anno secundo. »

1380

Anagni, 5 juin 1256.

Infrascripto ad preces Henrici, regis Angliae, indulget, ut

praeter ecclesias de Adinburg et de Hicling, Eboracensis diocesis, curam animarum habentes, quarum unam videlicet intitulatam et aliam habet ex diocesani gratia commendatam, ad presentationem diversorum laicorum patronorum pertinentes, unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 308.)

« Henrico de Grey, clero, nato nobilis viri W. de Grey, Eboracensis diocesis. Ad faciendam tibi —. Dat. Anagnie, nonis junii, anno secundo. »

1381

Anagni, 28 juin 1256.

Nantelminum, canonicum Lucanum, in scriptorem in cancellaria sua praefecit. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 309.)

« Nantelmino, canonico Lucano. Volentes tibi, consideratione bone memorie Guillelmi vicecancellarii nostri, cuius nepos fuisse dinosceris, aperire beneficentie nostrae manus, te per dilectum filium Rolandum, vicecancelarium nostrum, de officio scriptorie in cancellaria nostra fecimus investiri, recepto a te quod a nostris prestari solet scriptoribus juramento. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, presente litteram tibi duximus concedendam. Dat. Anagnie, IIII kalendas julii, anno secundo. »

1382

Anagni, 13 juin 1256.

Infrascriptos rogat, mandans, ut Nicolao dicto Porea, pauperi clero, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, laudabilisque testimonii, unam de capellaniis altaris S. Mariae Magdalena positi in ecclesia Vercellensi conferant. (Reg. 24, f. 177, ann. II, c. 310.)

« Bartholino de Blandrate et Jacobo nato Cathalani de Bononia, canonicis Vercellensis [ecclesie]. Pro dilecto filio —. Dat. Anagnie, idibus junii, anno secundo. »

1383

Latran, 7 mai 1256.

Episcopo Warmaciensi, pro episcopatus ejus negotiis ad Sedem advento apostolicam et onera expensarum subeunti, concedit facultatem contrahendi propter hoc mutuum usque ad summam centum et sedecim marcarum sterlingorum ac praedictum episcopatum creditoribus obligandi. (Reg. 24, f. 177*, ann. II, c. 311.)

« ... episcopo Warmaciensi. Cum te pro —. Dat. Late rani, nonis maii, anno secundo. »

1384

Anagni, 27 juin 1256.

Philippe, decano Cluniacensi, similem licentiam concedit contrahendi mutuum propter negotia Cluniacensis monasterii reformationis. (REG. 24, f. 177v, ann. II, c. 3t2.)

« *Phylippo, decano Cluniacensi.* Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, pro expensis factis in prosequendo apud Sedem apostolicam negotio reformationis Cluniacensis monasterii, quod per incuriam abbatis ipsius, qui nunc est, in spiritualibus et temporalibus in totius ordinis manifestam injuriam est colapsum, sis in non modica summa pecunie obligatus, contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam mille librarum Turonensium et obligandi creditoribus dictum monasterium et bona ipsius, ac renunciandi etc. ut in alia usque : in integrum, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Ita etiam quod dictus abbas vel qui pro tempore fuerit et conventus ipsius monasterii tencantur ad hujusmodi pecuniam persolvendam, et illi, qui eam tibi mutuaverint, ipsam in utilitatem dicti monasterii versam esse, pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis vel cuiuscumque alterius, per quas idem abbas et conventus ac successores eorum tueri se possent, et probandi necessitas non incumbat. Dat. Anagnie, V kalendas julii, anno secundo. »

1385

Anagni, 1er juillet 1256.

Electiones Thomae et Nicolai, electorum successive in episcopos Nepesinos, cassans, mandat capitulo Nepesino quatinus obedientiam impendant Amato, tunc Anagnino canonico, tanquam pastori animarum. (REG. 24, f. 177v, ann. II, c. 313.)

« *Capitulo Nepesino.* Debitum officii nostri requirit etc. usque : incrementum. Sane vacante ecclesia Nepesina, vos, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa convenientes in unum, primo dilectum filium magistrum Thomam, archipresbyterum ecclesie Sanctorum Sergi et Bachii in subura de Urbe, postmodum vero, dum ipsius super hoc expectaretur responsum, dilectum filium fratrem Nicolaum, conventualem ecclesie Sancte Marie de Populo, ordinis Hieremitarum Sancti Augustini in vestros episcopos elegistis.

» Verum quia, nobis electionibus hujusmodi pensatis, invenimus eas minus canonice celebratas, nos illas, de fratribus nostrorum consilio, justitia cassavimus exigente, et ne predicta ecclesia gravia in spiritualibus et temporalibus ex vacatione diutina detimenta subiret,

dilectum filium Amatum, electum Nepesinum, tunc Anagninum canonicum et capellanum dilecti filii nostri R., Sancti Angeli diaconi cardinalis, virum utique litteratum, morum honestate conspicuum, consilio providum et in spiritualibus et temporalibus circumspicuum, predicte ecclesie, de ipsorum fratribus consilio et apostolice potestatis plenitudine, in episcopum prefecimus et pastorem; sperantes quod eadem ecclesia sua circumspectione laudabili et providentia circumspecta tam circa spiritualia quam temporalia, gratis tribuente Domino, proficiet incrementis. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, eum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes, obedientiam sibi et reverentiam debitam impendatis, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo. Alioquin sententiam quam idem rite etc. usque : observari. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno secundo. »

In eundem modum clero civitatis et diocesis Nepesine, verbis competenter mutatis.

In eundem modum potestati, consilio et populo Nepesino usque : suscipientes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Dat. ut supra.

1386

Anagni, 4 juillet 1256.

Radulpho, thesaurariam Lichefeldensem et ecclesiam de Breton, Eboracensis diocesis, obtinenti, quarum proventus XII marcas argenti annis singulis vix excedunt, dispensat, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (REG. 24, f. 177v, ann. II, c. 314.)

« *Radulfo, thesaurario Lichefeldensi.* Ad faciendam tibi —. Dat. Anagnie, IIII nonas julii, anno secundo. »

1387

Anagni, 17 juin 1256.

Gandulfo de Regio, clericu et familiari Andreae de Lavania, capellani papae et praepositi ecclesiae Carnotensis in Normannia, qui ad ecclesiam de Ebrardivilla ab eodem praeposito in rectorem praesentatus fuit et ab Ebroicensi episcopo admissus, indulget, ut, insistens ipsius praepositi vel fratribus ejus obsequiis, ad suscipiendos subdiaconatui superiores ordines seu personalem residentiam in ecclesia de Ebrardivilla faciendam compelli non possit iovitus. (REG. 24, f. 177v, ann. II, c. 315.)

« *Gandulfo de Regio, rectori ecclesie de Ebrardivilla, Ebroicensis diocesis.* Tue devotionis merita —. Dat. Anagnie, XV kalendas julii, anno secundo. »

1388

Anagni, 17 juin 1256.

Episcopo Ebroicensi indulgentiam Gandulfo de Regio concessam significat eique mandat, ut tradat Gandolfo corporalem possessionem et concedat administrationem liberam ecclesiae supradictae. « Alioquin dilectis filiis .., sucentorfi, et magistro Iphyllipo de Porta Morardi, canonico Carnotensi, damus nostris litteris in mandatis, ut super hoc mandatum apostolicum exequantur. » (REG. 24, f. 178, ann. II, c. 315².)

« .., episcopo Ebroicensi. Petitio dilecti filii —. Dat, ut supra. »

Illis scribatur.

1389

Latran, 18 février 1256

Confirmat sententiam Ottoboni, S. Adriani diaconi cardinalis, Romae apud ecclesiam S. Clementis II nonas februarii MCCLVI promulgatau, in quaestione suborta inter magistrum Johannem de Monte Caprello, scriptorem suum, et archipresbyterum Raymundum de Lature super quadam prebenda Vercellensis ecclesiae. (REG. 24, f. 178, ann. II, c. 315³.)

« Magistro Johanni de Monte Caprello, scriptori nostro, canonico ecclesie Vercellensis. Ea que judicio etc. usque : communiri. Sane tua petitio nobis exposita continebat quod, cum in causa que inter te ac dilectum filium Raymundum de Lature, capellanum nostrum, archipresbyterum Modociensem, canonicum Vercellensis ecclesie, super quadam prebenda dicte ecclesie, que fuit quondam Mainardi, ejusdem ecclesie canonici, super quatu et idem capellanus proponebatis habere jus, vertebar, dilectum filium nostrum O., Sancti Adriani diaconum cardinalem, dedimus auditorem, concessa sibi nichilominus ordinandi, diffiniendi, statuendi, precipiendi et providendi de dicta prebenda et eam contingentibus inter te et dictum capellanum, que expedientia et utilia videret, plenaria potestate.

» Idem cardinalis, cognitis cause meritis et juris ordine observato, prebendam ipsam cum omnibus juribus et pertinentiis suis, utraque parte presente, dicto capellano adjudicans, eam ad ipsum perlinere decrevit et sententialiter declaravit, super ea tibi perpetuum silentium imponendo. Verum idem cardinalis, attendens quod felicis recordationis I., papa, predecessor noster, inter te ac dilectum filium Jacobinum, canonicum predicte ecclesie, nepotem bone memorie O., Portuensis episcopi, super quadam prebenda prefatae ecclesie, que fuit quondam Mathie Carosi, ejusdem ecclesie canonici, orta questionis materia, ordinarat quod, te et eodem Jacobino in possessione juris canoniciatus predicte ec-

clesie persistentibus, predictus Jacobinus fructus predicte prebende perciperet universos, te X libras imperialium annuatim de proventibus communibus ejusdem ecclesie nec non cotidianas distributiones et alia que canonici residentibus exhibentur, donec adeptus forces prebendam in prefata ecclesia, percepturo, pro bono pacis et concordie, de speciali mandato nostro, statuit et ordinavit quod idem capellanus tandem triginta libras mezanorum seu medietatem proventuum ipsius prebende, prout acceptaveris, certo termino exhibeat annuatim, ad quod dictum capellanum et prebendam ipsam tibi obligavit, donec non solum prebenda in ecclesia memorata vacaverit, et fructus perceperis ex eadem, sed etiam donec ipsam possederis ac etiam sine lite.

» Insuper dictus cardinalis receptionem tuam factam in eadem ecclesia et omne jus tibi acquisitum in canonicatu et cotidianis distributionibus ac prebenda ipsius ecclesie, et illud maxime quod dictus predecessor noster, ex predicta ordinatione sua, et omnibus voluit anteferri, ratum et firmum, non obstante constitutione quam super revocationem receptionum in omnibus ecclesiis generaliter edidimus, permanere, deerevit, teque assequi debere prebendam in eadem ecclesia proximo vacaturam, unam scilicet de XXIII^{or} inibi antiquitus constitutis, et quoad illam te debere omnibus Sedis apostolice vel legatorum ipsius seu quavis auctoritate receptis in ecclesia memorata preferri : quam tibi conferendam, auctoritate nostra, donationi apostolice reservans, irritavit quicquid de ipsa in tuum prejudicium et preter mandatum apostolicum contigerit attemptari, ita quod pro eo quod interim alie in nominata ecclesia vacaverunt prebende, et quod super ipsis jus tuum non fuisti in judicio prosecutus, nullum tibi prejudicium generetur, nec quoad assecutionem hujusmodi proxime vacature prebende tibi opponi valeat, quod in illis, tanquam tibi debitum, jus tuum prosequi omiseris negligenter. Ceterum cum pro eo quod prebendam hujusmodi, per eundem cardinalem dicto capellano adjudicatam, videbaris adeptus, perceptionem dictarum X librarum in manibus capituli ecclesie nominate duxeris liberaliter, attamen incaute seu simpliciter resignandam, prefatus cardinalis, de speciali mandato nostro, tibi annuatim V libras imperialium ab eodem capitulo exhiberi precepit, donec, juxta ordinationem hujusmodi, prebendam in memorata ecclesia consequaris, et eam possederis sine lite. Non obstantibus resignatione predicta, seu litteris vel instrumentis inde confectis, aut contraria consuetudine, vel statuto ipsius ecclesie, juramento, confirmatione Sedis ejusdem, sive

quacumque firmitate vallatis, seu quibuscumque litteris apostolicis impetratis vel etiam impetratis, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo prelibati cardinalis, plenius continetur.

» Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque : communimus. Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

Rome, S. Clément, 4 février 1256.

« Universis Christi fidelibus, Ottobonus, miseratione divina Sancti Adriani diaconus cardinalis, rei geste memoriam. Humane dignitas creature hiis suspensa duabus quasi funiculis eminebat, rectitudine scilicet justitie et scientie claritate. Per illam presidebat hummanis, per istam celestibus propinquabat, sed post sue conditionis occasum, rupte federe caritatis, sic eandem illicitus appetitus illexit, ut plerumque questionibus immisceretur et litibus, ae multiforum conditionum stimulis urgeretur. Prodiit tamen ex provisione superna consilium, ut status humani federis pacifice servaretur, quod litis exorte seditio certa judicii, sine concordie aut ordinationis seu proportionis interdum moderamine, sedaretur. Sane inter discretos viros Raymundum, archipresbiterum Modiciensem, domini pape capellatum, ex una parte, et magistrum Johannem de Monte Caprello, domini pape scriptorem et capellatum reverendi patris domini Riccardi Sancti Angeli diaconi cardinalis, super prebenda que in ecclesia Vercellensi vacavit per mortem Mainardi, ipsius ecclesie canonici, ex altera, orta materia questionis, dominus noster Alexander papa IIII nobis causam ipsam audiendam et terminandam(que) commisit. Partibus itaque personaliter et per procuratores comparentibus coram nobis, pro parte dicti archipresbiteri, libellus porrectus extitit in hec verba.

» Coram vobis domino O., Sancti Adriani diacono cardinali, partibus auditore concesso, proponit Johannes Ferrarius, procurator domini Raymundi de Laturre archipresbiteri Modociensis, contra magistrum Johannem de Monte Caprello Vercellensem seu ejus legitimum procuratorem, quod, cum dictus archipresbiter, auctoritate apostolica, receptus fuisset in ecclesia Vercellensi, et ibidem quedam prebenda vacasset per mortem Mainardi, olim canonicus ipsius ecclesie, que ad ipsum archipresbiterum de jure pertinet et spectat, predictus magister procuravit eam sibi conferri et se de ipsa investiri, et

» in ipsius possessione, vel quasi, se induci, in prejudicium dicti archipresbiteri, et dictam prebendam detinet occupatam. Quare petit dictus procurator, nomine predicto, predictam prebendam ipsi archipresbitero assignari et adjudicari, et predictum magistrum per sententiam condemnari ad restitutionem ipsius prebende et pertinentiarum ipsius, cum fructibus inde perceptis et qui percipi potuerunt, a tempore vacationis ejusdem, quos extimat singulis annis libras L imperialium, et predicto magistro super prebenda et ejus pertinentiis perpetuum silentium imponi. Protestatur de expensis, quas suo tempore declarabit. Lite autem super dicto libello legitime contestata, prestitoque juramento de veritate dicenda, et factis ab utraque parte positionibus et responsionibus ad eandem, predictus archipresbiter asservens se diu ante ipsum magistrum Johannem, auctoritate felicis recordationis domini Gregorii pape VIII, esse receptum in eadem Vercellensi ecclesia in canonicum et in fratrem, et super hoc intenti nem suam esse fundandam, sententiam petuit pro se ferri.

» Verum dictus magister, ex adverso, respondit, quod, cum auctoritate litterarum venerabilis patris, G., Aquilegensis electit, unc in partibus Lombardie apostolice Sedis legati, receptus fuisset in ipsa ecclesia in canonicum et in fratrem, et assecutus postmodum prebendam quam quondam obtinuit Matheus Carosus in ecclesia memorata, et ad illam in subdiaconum ordinatus, cotidianas distributiones ipsius ecclesie perciperet, sicut ceteri canonici residentes, ... abbas de Azano, Astensis dioecesis, auctoritate litterarum sancte memorie domini I. pape IIII, prebendam ipsam, dicto scriptore amoto ab ea, Jacobino, nepoti bone memorie O., Portuensis episcopi, assignavit.

» Cumque inter eos super ipsa prebenda questio suborta fuisset, idem dominus felicis recordationis ..., Albanensem episcopum, dedit super hoc partibus auditorem. Unde dominus ipse, recitatis sibi per eundem Albanensem partium juribus, duxit taliter ordinandum, videlicet, quod, utroque ipsorum in possessione juris canonicatus ipsius ecclesie persistente, prefatus Jacobinus fructus ipsius prebende perciperet universos, eodem scriptore X libras imperialium annualim de proventibus communibus ejusdem ecclesie, necnon cotidianas distributiones, et alia que canonici residentibus exhibentur, donec adeptus foret prebendam in prefata ecclesia, percepturo.

» Postmodum autem sepedictus dominus .., prep
» sito Novariensi, per suas injunxit litteras, ut preben
» dam que primo vacaret in predieta ecclesia, quam
» eidem scriptori conferendam apostolice donationi re
» servans, decrevit irritum et inane, quicquid de ipsa
» preter mandatum apostolicum contingeret attemp
» tari, eidem scriptori conferret. Contradictores etc.
» Non obstantibus si in eadem ecclesia aliqui, aucto
» ritate ipsius domini Innocentii vel legatorum Sedis
» apostolice aut motu proprio ipsius ecclesie, recepti
» fuissent, quibus dictum scriptorem dominus ipse in
» prebende assecutione voluit anteferri, sicut in eisdem
» litteris continetur. Propter que sententiam pro se
» dicebat esse ferendam.

» Ceterum ad hec respondit archipresbiter supradic
» tus, quod nunquam fuit intentionis prefati domini
» Innocentii, quod per alias litteras ipsi scriptori
» concessas deberet sibi aliquod prejudicium generari.

» Nos igitur, auditis et intellectis rationibus partiun
» diligenter, et tradita nobis a predicto domino Alexan
» dro papa vive vocis oraculo plenaria potestate ordi
» nandi, diligendi, statuendi, precipiendi et provi
» dendi de dicta prebenda, et eam contingentibus,
» inter eosdem archipresbiterum et scriptorem que ex
» pedientia et utilia videremus, prebendam ipsam, cum
» omnibus juribus et pertinentiis suis, dicto archipres
» bitero adjudicamus, et ad eum pertinere decernimus,
» ac sententialiter declaramus, predicto scriptori super
» ea perpetuum silentium imponentes, cum tamen ab
» imputatione dicti archipresbiteri, super perceptis ex
» prebenda ipsa fructibus et etiam expensis in causa
» factis hujusmodi, absolvendo. Pro bono autem pacis
» et concordie, de speciali mandato domini pape, sta
» tuimus et ordinamus quod idem archipresbiter tan
» diu dicto scriptori XXX libras mezanorum seu me
» dictatem proventum ipsius prebende, prout accep
» taverit ipse scriptor, exhibeat annuatim. Ad quod
» dictum archipresbiterum et prebendam ipsam scrip
» tori obligamus eidem, donec non solum prebenda in
» ecclesia memorata vacaverit et fructus perceperit ex
» eadem, sed etiam donec ipsam integre possederit ac
» etiam sine lite. Ad quorum solutionem festum heati
» Michaelis terminum deputamus, volentes quod, si
» dictus archipresbiter in ipso termino dictam pecu
» niam seu medietatem ipsius prebende proventum
» ipsi scriptori aut procuratori suo, pro eo, non exhib
» erit, ut est dictum, ad hujusmodi exhibitionem per
» ipsum scriptorem vel procuratorem suum requiri
» debeat, et si requisitus, transacto termino, infra
» unum mensem post requisitionem predictam pecu

» niam seu medietatem prebende proventum non
» curaverit exhibere, incurrat excommunicationis sen
» tentiam ipso facto, quod idem archipresbiter exce
» tavit. Ne vero jus ipsius scriptoris, quod acquisitum
» est, sibi in ecclesia memorata, quoad canonicatum
» et alia supradicta, contingat quomodolibet vacillare,
» ejusdem auctoritate mandati, receptionem ipsius
» scriptoris et omne sibi jus acquisitum in canonicatu
» et cotidianis distributionibus ac prebenda ipsius ec
» clesie, et illud maxime quo eum dictus dominus
» Innocentius omnibus voluit anteferri, ex ordinatione
» predicta, ratum et firmum, non obstante constitutione
» quam super revocatione receptionum in omnibus
» ecclesiis generaliter dictus dominus papa edidisse
» noscitur, decernimus permanere, ipsumque scripto
» rem assequi debere prebendam in eadem ecclesia
» proximo vacaturam, unam scilicet de viginti quatuor
» inibi antiquis constitutis, et quoad illam eum de
» bere omnibus Sedis apostolice vel legatorum ipsius
» seu quavis auctoritate receptis in ecclesia memorata
» preferri. Quam ei conferendam, dicti auctoritate man
» dati, donationi apostolice reservamus ac irritamus
» quicquid de ipsa in ejus prejudicium et preter man
» datum apostolicum contingeret attemptari. Ita quod
» pro eo quod interim alie in ipsa ecclesia vacaverunt
» prebende, et quod eas non duxit idem scriptor in
» judicio prosequendas, nullum ei prejudicium gene
» retur, nec quoad assecutionem hujusmodi proximo
» vacature prebende, eidem opponi valeat, quod in illis
» tanquam sibi debitum jus suum prosequi omiserit ne
» gligenter, etiam si super illis semper de cetero lites
» aborrens omiserit in judicio experiri.

» Ceterum cum sepedictus scriptor, pro eo quod pre
» bendam hujusmodi videbatur adeptus, perceptionem
» dictarum X librarium in manibus capituli ecclesie
» nominate duxerit liberaliter, attamen incaute seu
» simpliciter resignandam, quinquam sane intelli
» gentibus hujusmodi resignatio tacitam conditionem
» in se comprobetur habere, videlicet, si dictus scrip
» tor obtineret prebendam hujusmodi cum effectu; nos,
» de sepedicti domini pape mandato specialiter habito,
» eidem scriptori annuatim V libras imperialium ab
» eodem capitulo precipimus exhiberi, donec, juxta
» ordinationem nostram, suprascriptam prebendam in
» memorata ecclesia consequatur, et eam possederit
» sine lite. Non obstante resignatione predicta, aut
» litteris, vel instrumentis inde confectis, aut contraria
» consuetudine vel statuto ipsius ecclesie, juramento,
» confirmatione Sedis apostolice aut qualibet alia firmi
» tate vallatis, seu privilegio vel indulgentia genera

» liter vel specialiter quibuscumque personis ab apostolica Sede concessis vel etiam concedendis, seu quibusunque litteris apostolicis impetratis vel etiam impetrandis, de quibus plenam et expressam, aut de verbo ad verbum oporteret in presentibus mentionem fieri, et per quas predicta vel eorum aliquod valeant impediri.

» Predicti autem archipresbiter et scriptor, in nostra presentia constituti, ad majorem firmitatem acceptaverunt omnia et singula supradicta.

» Actum Rome apud ecclesiam Sancti Clementis in camera nostra, presentibus magistro Monacho, electo Albensi, Ramboto, preposito Nerviani. Mediolanensis diocesis, Petro Embarani, et Giberto archipresbitero de Noceto, domini pape scriptore, capellanis nostris. Anno a Nativitate Domini M^oCC^oLVI, indictione XIII^{ta}, II nonas februarii, pontificatus predicti domini Alexandri pape III anno secundo.

» In cuius rei testimonium, has litteras scribi et publicari fecimus per Gifredinum de Vezano, notarium nostrum, ac sigillo nostro muniri. Ego Gifredinus predictus, imperiali auctoritate notarius, predicta omnia, de mandato predicti domini Ottoboni cardinalis, serripsi et publicavi ac meo sigillo signavi. »

» Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno secundo. »

1390

Anagni, 22 juin 1256.

Episcopo Insulensi mandat, ut Theoteristo Greco, monacho monasterii de Carra, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Basillii, Neucastrensis diocesis, in abbatem electo, munus benedictionis impendat et reverentiam ei faciat a subditis exhiberi, cum idem abbas, propter paupertatem dicti monasterii, malitiam temporis ac etiam diversa viarum pericula, ad Sedem Apostolicam nequeat se transferre pro benedictionis munere obtinendo. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 316.)

« ... episcopo Insulensi. Presentata nobis ex —. Dat. Anagni, X kalendas julii, anno secundo. »

1391

Anagni, 27 juin 1256.

Sororibus poenitentibus s. Mariae Magdalene de Alamania indulget, ut ad receptionem alicujus in sororem non teneantur. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 317.)

« Generali, preposito ac sororibus penitentibus sancte Marie Magdalene de Alamania, ordinis sancti Augustini.

Paci et tranquillitati vestre paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate volis presentium indulgemus, ut ad receptionem alicujus in sororem monasterii vestri non teneamini per litteras a Sede apostolica impetratas, quarum non sit auctoritate processum, et decetero impetrandas, non facientes plenam et expressam de indulgentia hujusmodi mentionem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, V kalendas julii, anno secundo. »

1392

Anagni, 24 juin 1256.

Abbatii et conventui monasterii Fiscannensis in Normannia parrochialem ecclesiam S. Andreae de Estanigis, Cicestrensis diocesis, eis in spiritualibus et temporalibus pertinentem, concedit in proprios usus, cedentibus vel decadentibus rectoribus ecclesiae. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 318.)

« Abbatii et conventui monasterii Fiscannensis in Normannia, ordinis sancti Benedicti. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Devotionis vestre merita —. Dat. Anagnie, VIII kalendas julii, pontificatus anno secundo. »

1393Anagni, 1^{er} juin 1256.

Eosdem exonerat a XXXV libris Turonensium episcopo Paneadensi annuatim solvendis. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 319.)

« Eisdem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nos venerabili fratri nostro ... archiepiscopo Rothomagensi, super provisione facienda venerabili fratri nostro .., episcopo Paneadensi, donec ad suum episcopatum redire posset, ab ecclesiis et monasteriis provincie Rothomagensis, tam exemptis quam non exemptis, sub certa forma direximus scripta nostra. Unde quia per hujusmodi litteras vos et prioratus vestri gravati estis in annua pensione triginta quinque librarum turonensium, eidem episcopo, ut asseritis, annis singulis persolvenda, nos, attendentes multa et magna servitia que Ecclesie Romane in suis necessitatibus impendistis, vos et prioratus ipsos ab hujusmodi onere absolvimus de gratia speciali. Nulli etc. nostre absolutionis etc. Dat. Anagni, kalendis junii, anno secundo. »

1394

Anagni, 22 juin 1256.

Infrascriptis mandat, ut de vita et miraculis recolendae

memoriae Riccardi, Cicestrensis episcopi, diligenter inquirant et, quae invenerint, Sedi apostolicae fideliter intiment, cum nonnulli episcopi et praelati alii regni Angliae supplicaveriot, ut ille adscribatur sanctorum catalogo. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 320 : POTTHAST 16432.)

« ... , episcopo Wigorniensi, et ... priori provinciali fratrum predicatorum in Anglia et fratri Ade de Maresco, ordinis Minorum, in Anglia commoranti. Ut corda fidelium —. Dat. Anagnie, X kalendas julii, anno secundo. »

1395 .

Anagni, 3 juillet 1256.

Valentino, archidiacono Gneznensi, archiepiscopi ejusdem ecclesiae nuntio, indulget, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum in provincia Gneznensi possit recipere. (REG. 24, f. 179, ann. II, c. 321.)

« Valentino, archidiacono Gneznensi. Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, redditus et proventus archidiaconatus tui Gneznensis adeo sint tenues et exiles, quod ex eis, secundum statutum persone tue ac morem patrie, non potes commode sustentari, nos, scientie ac honestate morum, super quibus tibi laudabile testimonium perhibetur, neconon et consideratione venerabilis fratris nostri .., archiepiscopi Gneznensis, cuius nuntius existis, inducti, —. Dat. Anagnie, V nonas julii, anno secundo. »

1396

Anagni, 8 juin 1256.

Infrascriptis, ad invicem consanguinitatis linea conjunctis, altero eorum quarto ex uno latere et reliquo tertio gradu ex alio differente, concedit, ut in matrimonio contracto remaneant, et prolem eorum legitimatis titulo decorat. (REG. 24, f. 179^v, ann. II, c. 322.)

« Guillelmo de Lacu, laico, et Isabelle, uxori sue, Conventrensis et Lichefeldensis diocesum. In nostra consti-luti —. Dat. Anagnie, VI idus junii, anno secundo. »

1397

Anagni, 28 juin 1256.

Simoni de Pertis, canonico Senonensi, ad precamina Nicolai camerarii sui, indulget, ut ruralem decanatum de Marolio, Pictaviensis diocesis, et archidiaconatum Pictaviensem, quibus cura imminet animarum, insimul retinere valeat, aut unum resignando alterum recipere. (REG. 24, f. 179^v, ann. II, c. 323.)

« Simoni de Pertis, canonico Senonensi. Prohibitatis tue

merita —. Dat. Anagnie, IIII kalendas julii, anno se-cundo. »

1398

Latran, 15 mai 1256.

Fratribus hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe indulget, ut de blado, vino, lectis et panois ad usus pauperum in ultima voluntate legatis, nulli canoniam portionem seu justitiam teneant exhibere. (REG. 24, f. 179^v, ann. II, c. 323^v.)

« ... , magistro, et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. Ut eo libentius pauperum hospitalis vestri consuetis obsequiis insistatis, quo majorem ab apostolica Sede fueritis caritatis intuitu favorem et gratiam consecuti, vobis auctoritate presentium indul-genus, ut de blado, vino, lectis et pannis que fideles Christi vobis et domibus vobis pleno jure subjectis ad usus dictorum pauperum pro animarum suarum reme-dio in ultima voluntate relinquunt, nulli canoniam portionem seu justitiam teneamini exhibere, distric-tius inhibentes, ne quis a vobis vel eisdem domibus, pretextu portionis hujusmodi, de premissis aliquid exige-re vel extorquere presumat, ac decernentes etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti senten-tias, si quas in vos vel aliquem vestrum, occasione hu-jusmodi, contra indulgentie presentis tenorem promul-gari contigerit, irritas et inanes, dummodo in fraudem non fiat ut episcopus seu parochialis ecclesia in hu-jusmodi portione canonica defraudentur. Nulli etc. nos-bre concessionis, inhibitionis et constitutionis etc. Dat Laterani, idibus maii, anno secundo. »

1399

Anagni, 7 juillet 1256.

Magistro Johanni dicto Romano, rectori ecclesiae de Wal-lope, Wintoniensis diocesis, concedit, ut, per quinquennium morando in scholis, faciat per idoneum vicarium ecclesiam praefatam deserviri, proventus ac si resideret recepturus, nec interim ad suscipiendos superiores ordines compelli valeat. (REG. 24, f. 179^v, ann. II, c. 323^v.)

« Magistro Johanni dicto Romano, rectori ecclesie de Wallope, Wintoniensis diocesis. Consuevit sedes aposto-lica —. Dat. Anagnie, nonis julii, anno secundo. »

1400

Anagni, 7 juillet 1256.

Infrascriptis concessionem Johanni dicto Romano factam notificat eisque mandat, ut eidem rectori redditus et proventus

ecclesiae de Wallop faciant ministrari. (REG. 24, f. 179^r, ann. II, c. 323⁴.)

« .., abbati Sancte Agathe, et .., priori Sancte Trinitatis Eboracensis. Precibus dilecti filii —. Dat. Anagnie, nonis julii, anno secundo. »

1401

Anagni, 7 juillet 1256.

Praefato Johanni dicto Romano indulget, ut unicum aliud beneficium possit recipere. (REG. 24, f. 180, ann. II, c. 323⁵.)

« Magistro Johanni dicto Romano, de Boltone et de Welope ecclesiarum rectori, Eboracensis et Wintoniensis diocesum. Etsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, nonis julii, anno secundo. »

1402

Anagni, 5 juillet 1256.

Episcopo Pergamensi mandat, ut Gerardo de Trieto, in canonicum ecclesiae Cremonensis auctoritate litterarum Innocentii papae recepto, non autem de praebenda quondam Eghani dicti Comitis, ejusdem ecclesiae canonici, investito, « tantum de possessionibus ipsius capituli quas habet in territorio Botayani retinendis ab eo, donec prefata prebenda sibi restituta fuerit vel aliam in predicta ecclesia fuerit assecutus per te vel per alium assignare procures, quod ex illis percipere valeat annuatim, quantum de prebenda perciperet memorata. » (REG. 24, f. 180, ann. II, c. 323⁶.)

« .., episcopo Pergamensi. Exposuit nobis dilectus —. Dat. Anagnie, III nonas julii, anno secundo. »

1403

Latran, 7 mai 1256.

Episcopo Albiensi indulget, ut, si aliquem de vassallis ecclesiae ejus de heresi condemnari contigerit, feudum ad ipsam ecclesiam revertatur. (REG. 24, f. 180, ann. II, c. 323⁷.)

« .., episcopo Albiensi. Desideriis tuis in hiis affectu benivolo debemus annuere, que te ac Albiensem ecclesiam digno possint a dispendiis preservare. Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut, si aliquem de vassallis vel feudatariis ejusdem ecclesie de heresi condemnari et bona ipsius confiscari contigerit, feudum quod ab ipsa tenet ecclesia, ad eam libere revertatur, et, occasione condemnationis hujusmodi, nullus in eodem feudo possit sibi jus aliquod vendicare. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »

1404

Latran, 5 mai 1256.

Infrascriptis mandat quatinus ordinent tam super processibus inter abbatem monasterii Fossatensis, Parisiensis diocesis, et Johannem, priorem de Capella, initis, quam super reformatione monasterii Fossatensis. (REG. 24, f. 180, ann. II, c. 323⁸.)

« .., episcopo Tusculano, et R., Sancti Angeli diacono cardinali. Habentes in desideriis ut religiosa loca continuis proficiant incrementis, expedire cognoscimus si, jurgiorum vel questionum pretextu, contrarium sentiamus accidere, quod eis curemus condigne provisionis in hac parte subsidium adlibere. In causa siquidem, que inter dilectos filios abbatem monasterii Fossatensis, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, et sibi adherentes, ex una parte, ac Johannem, priorem de Capella, Arnulphum et quosdam alios monachos ejusdem monasterii, occasione querundam processuum super statu et reformatione abbatis et monasterii eorundem, per venerabilem fratrem nostrum .., episcopum Parisiensem habitorum, sive ordinaria, sive arbitraria potestate, nec non quarundam appellationum per dictum abbatem pro se ac sibi adherentibus ab ipso episcopo ad Sedem apostolicam emissarum, ex altera, vertitur, de speciali mandato nostro, est ab ipso abate pro se et dictis adherentibus ac Terrico, procuratore adverse partis, in vos concorditer, sicut acceperimus, compromissum. Ut itaque vos, nostra auctoritate suffulti, quanto liberius, tanto utilius super premissis procedere valeatis. nos, compromissum hujusmodi ratum et firmum habentes, ac id auctoritate apostolica confirmantes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, tam super causa, processibus et appellationibus supradictis quam super universalis statu eorundem monasterii, abbatis et personarum inibi degentium, auctoritate nostra disponatis, ordinantis ac judicetis secundum datam vobis a Deo prudentiam, prout utilitati dicti monasterii salubrius videritis expedire : nos enim nichilominus defectum procuratoris monachorum ipsorum, mandatum ad compromissionem sufficere non habentis, ac alia omnia hujusmodi negotio utilia seu necessaria, de nostre supplemus plenitudine potestatis. Dat. Laterani, III nonas maii, anno secundo. »

1405

Anagni, 11 juillet 1256.

Priori Praedicatorum et guardiano fratum Minorum Iterdensium mandat, ut, si electionem P., prioris, in abbatem monasterii S. Johannis de Pruna, ordinis s. Benedicti, Oscensis

diocesis, invenerint canonicee celebratam, illam confirmant et electo munus benedictionis impendant. (REG. 24, f. 180v, ann. II, c. 324; POTTHAST 16477.)

« ... priori *Predicatorum*, et .., guardiano *Minorum fratrum Herdensium*. Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Anagnie, V idus julii, pontificatus nostri anno secundo. »

1406

Refert capitula per quae Quisicensis et Sardensis archiepiscopi, Angelus comes ac Theophylaceus, magnus interpres, ex parte quandam Calojoannis Imperatoris et ecclesiae Graecorum, Innocentio papae IV mandati, recognoscebant Romanam Ecclesiam et petebant restitui Calojoanni Constantinopolim et Graecis patriarchales ecclesias. Refert etiam responsum Innocentii IV non videntis rationabilem causam, qua Graeca ecclesia movebatur, diffiniendi potestatem quam Romanus pontifex in caeteris fidei articulis habet; offerentis se ad compositionem inter Calojoannem et Imperatorem Latinum interponere; offerentis patriarcham Graecum in antiquam patriarchatus sedem reduci. Ideo Urbevetano episcopo, quem cum legationis officio ad partes Graecorum transmittit, concedit potestatem recipiendi obedientiam Graecorum professorum Romanae Ecclesiae primatum et concilium generale congregandi. (REG. 24, f. 181, ann. II, c. 325; POTTHAST 16485.)

« Hec sunt recognitionis — temporum malitia concilium congregari (*s. d.*). »

1407

Anagni, 14 juillet 1256.

Magistro Thomae de Sorham, I. tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis capellano, indulget, ut cum ecclesia de Bridham, Cicestrensis diocesis, alia beneficia ecclesiastica, usque ad sexaginta marcas sterlingorum singulis annis valentia, recipere valeat. (REG. 24, f. 181v, ann. II, c. 326.)

« Magistro Thome de Sorham, subdiacono nostro, rectori ecclesie de Bridham, Cicestrensis diocesis. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno secundo. »

1408

Latran, 18 juin 1256.

Theoderico de Montibus, procuratori conventus monasterii Liessensis, Cameracensis diocesis, in Curia Romana constituto, concelet facultatem contrahendi mutuum usque ad sum-

mam trecentarum marcarum sterlingorum, monasterium obligando. (REG. 24, f. 181v, ann. II, c. 327.)

« *Theoderico de Montibus* clericu, procuratori ... abbatis et conventus monasterii Liessensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis. Cum sicut in —. Dat. Laterani, XIIII kalendas julii, anno secundo. »

1409

Anagni, 9 juin 1256.

Eadem concessio procuratoribus conventus monasterii S. Germani de Seleby, Eboracensis diocesis. (REG. 24, f. 181v, ann. II, c. 328.)

« *Guillelmo et Johanni de Seleby* clericu, procuratoribus .., abbatis, et conventus monasterii Sancti Germani de Seleby, ordinis sancti Benedicti, Eboracensis diocesis. Cum sicut in —. Dat. Anagnie. V idus junii, anno secundo. »

1410

Anagni, 10 juin 1256.

Praeposito et capitulo S. Antonini Placentini mandat, ut magistrum Guillelmum Placentinum, dictum de Vivistino, rectorem ecclesiae S. Pauli de Solarolo Monasterii, Cremonensis diocesis, sibi a pluribus commendatum, in canonicum et in fratrem recipient. (REG. 24, f. 182, ann. II, c. 329.)

« .., preposito, et capitulo Sancti Antonini Placentini. Cum dilectus filius —. Dat. Anagnie, III idus junii, anno secundo. »

1411

Anagni, 3 juillet 1256.

[Fulconij], archiepiscopo Gneznensi, et suffraganeis ejus ac universo clero provinciae Gneznensis indulget, ut nulli legato vel nuntio in Alamanniam vel alias vicinas provincias a Sede apostolica destinato, procurationes exhibere teneantur. (REG. 24, f. 182, ann. II, c. 330; POTTHAST 16446; RODENBERG, t. III, p. 396, n° 438.)

« .., archiepiscopo Gneznensi, et suffraganeis ejus ac universo clero provincie Gneznensis. Cum sicut intimantibus —. Dat. Anagnie, V nonas julii, anno secundo. »

1412

Anagni, 11 juillet 1256.

Episcopo Ferrarensi mandat, ut monasterium SS. Hilarii et Benedicti, ordinis s. Benedicti, Castellanae diocesis, jamdiu abbatis solatio ac monachorum collegio destitutum remansum,

committat administrandum patriarchae Gradensi, cuius patriarchatus proventus dignitati ejus non possunt sustentari. (REG. 24, f. 182, ann. II, c. 331.)

« ... *episcopo Ferrariensi*. Circa reformationem ecclesiarum —. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1413

Anagni, 11 juillet 1256.

Episcopos et praelatos patriarchatus Gradensis hortatur, ut patriarcham Gradensem, cum ad eos accesserit, debita ipsum honorificentia prosequentes, processionaliter et sollempniter recipere studeant, juxta consuetudinem antiquam approbatam et hactenus in talibus observatam. (REG. 24, f. 182, ann. II, c. 332.)

« .., *episcopis et prelatis ecclesiarum patriarchatus Gradensis*. Cum in ecclesia —. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1414

Anagni, 10 juillet 1256.

Angelo, patriarchae Gradensi, indulget, quod in mansionibus patriarchatus apud Venetas morari valeat. (REG. 24, f. 182, ann. II, c. 333.)

« A., *patriarche Gradensi*. Cum, sicut ex parte tua exhibita nobis petitio continebat, tam tu quam predecessores tui apud Venetas in mansionibus, quas ibi Gradensis ecclesia obtinet, continue consueveritis commorari. nos. devotionem tue precibus inclinati, quod in eisdem mansionibus morari valeas juxta consuetudinem suprascriptam, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI idus julii, anno secundo. »

1415

Anagni, 14 juillet 1256.

Angelo, patriarcha Gradensi, petente, ecclesiam Gradensem sub beati Petri et sua protectione suscipit. Constitutionis tenorem servans, quam Leo IX papa sancivit et synodali iudicio confirmavit, dicto patriarchae ejusque successoribus patriarchalem concedit dignitatem et magisterium Gradensis ecclesiae gerendum confirmat, episcopalium praeterea cathedralium urbes, id est Castellum, Torcellum, Matamaurum, Caprulum, Civitatem novam, Equilum, Veglam, Arbem et Auserim memoratae Gradensi ecclesiae tamquam suae metropoli subjectas esse decernit. Usum pallei in festivitatibus nominatis, prioratum super Jadertinum archiepiscopatum et episcopatus ipsius, licentiam episcopos ordinandi in Constantinopolitano imperio, dumtaxat in locis in quibus Veneti plures

habent ecclesias, concedit. (REG. 24, f. 182v, ann. II, c. 334; POTTHAST 16481.)

« *Patriarche Gradensi ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum*. Apostolice officium dignitatis —. Dat. Anagnie, per manum magistri Rollandi sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, II idus julii, indicatione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLVI^o, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno secundo. »

1416

Anagni, 1t juillet 1256.

Usque ad duos annos adhuc prorogat indulgentiani ab Innocentio papa IV concessam episcopo Argentinensi percipiendi fructus beneficiorum vacantium in diocesi. (REG. 24, f. 182v, ann. II, c. 336.)

« *Episcopo Argentinensi*. Petitione tua nobis exhibita continebat, quod felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, devotionem tuam et ecclesie tue necessitatem, quam, pretextu negotiorum generalis ecclesie, per suos inimicos incurrerat, diligenter attendens. tibi pro expediendis multis ecclesie tue debitibus, quibus graviter premebatur, per suas litteras, ut proponebis, indulxit, ut fructus prelaturarum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum in tua civitate et diocesi vacantium posses usque ad certum tempus percipere sine contradictione cujusquam. Sed, cum jam tempus hujusmodi sit elapsum et ecclesia tua ex premissa causa gravi prematur adhuc onere debitorum, supplicasti super hiis tibi et ecclesie tue per apostolice Sedis providentiam salubri remedio subveniri. Nos itaque, tuis precibus inclinati, ejusdem ecclesie tue nichilominus necessitate pensata, pro exoneratione debitorum hujusmodi predicte concessionis gratiam, juxta tenorem litterarum predecessoris ejusdem, usque ad duos annos adhuc, a die quo litteras has receperis computandos, auctoritate presentium prorogamus. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1417

Anagni, 9 juin 1256.

Abbati Mosiacensi, Caturensis diocesis, mandat, quatinus revocet litteras ipsius absolventes ab obedientia Geraldo, abbatii monasterii Sarlatensis, praestita, monachos monasterii Sarlatensis, petente Helia, qui ejusdem monasterii abbatem se asserebat. (REG. 24, f. 183, ann. II, c. 338.)

« .., *abbati Mosiacensi, Caturensis diocesis*. Sua nobis dilectus filius Geraldus, abbas monasterii Sarlatensis,

Petratorieensis diocesis, petitione monstravit, quod, cum Heliæ, qui ejusdem monasterii abbatem se asserit, nostras ad te impetraret litteras, continentes, ut, quicquid invenires attemptatum in ejus prejudicium, postquam iter arripuerat ad Sudem apostolicam veniendi, in statum debitum revocares, Geraldus de Pauclaco, procurator ipsius G. abbatis et conventus ejusdem monasterii, hujusmodi litteris in audience publica contradictiones eas tandem ea conditione absolvisse dinoscitur, quod predicti abbas et conventus per ipsas litteras non convenienter nec aliquatenus extenderent se ad eos, quod coram dilecto filio magistro Johanne de Camezano, capellano nostro ac litterarum nostrarum contradictarum auditore, firmiter altera pars promisit, prout in ipsis auditoris litteris plenius dicitur contineri.

» Set tu, auctoritate litterarum hujusmodi, priorem et quosdam monachos predicti monasterii ejusque membrorum, ad instantiam dicti Heliæ, absolvisti ab obedientia predicto G. abbati prestita, eisque ut, ea non obstante, predicto Heliæ obedirent et intenderent, precepisti, ac excommunicasti de facto aliquos ex ipsis, pro eo quod mandatis tuis in hac parte noluerunt parere, sicut etiam non debebant. Quasdam insuper sententias in quosdam monachos predicti monasterii et quamplures clericos et laicos, ab eodem G. abbatte et quibusdam judicibus tam ordinariis quam delegatis a Sede predicta pro eisdem abbatte et conventu latas, non tenere denunciasti ac attemptasti multa alia contra eos, auctoritate hujusmodi litterarum. Quocirea discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, infra mensem post receptionem presentium revoces per te ipsum quicquid attemptasse dinoscereis contra tenorem hujusmodi cautionis, et contra eos de cetero per easdem litteras non procedas. Alioquin dilectis filiis ..., archidiacono Vasalinensi in ecclesia Agennensi, ..., priori, et magistro Adeberto, canonico secularis ecclesie Sancti Caprasii Agennensis, damus nostris litteris in mandatis, ut ipsi extunc id revocent juxta traditam tibi formam. Contradictores etc. Dat. Anagnie, V idus junii, anno secundo. »

1418

Anagni, 14 juillet 1256.

Conventui monasterii Fossateensis mandat, ut, Petrum abbatem, tunc priorem S. Eligii Parisiensis, benigne recipientes, ei obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. (Reg. 24, f. 184, ann. II, c. 339.)

« Conventui monasterii Fossatensis, ordinis sancti Ben-

dicti, Parisiensis diocesis. Que de speciali —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno secundo. »

1419

Anagni, 14 juillet 1256.

Episcopo Parisiensi mandat, ut eidem Petro benedictionis munus impendat et a subditis faciat obediri. (Reg. 24, f. 184, ann. II, c. 340.)

« ... episcopo Parisiensi. Que de speciali —. Dat. Anagnie, II idus julii, anno secundo. »

1420

Anagni, 11 juillet 1256.

Unionem S. Mariae et S. Michaelis de Offenengo ecclesiarum, propter tenuitatem preventum ab episcopo Cremonensi factam, confirmat. (Reg. 24, f. 184, ann. II, c. 341.)

« Sancte Marie et Sancti Michaelis de Offenengo ecclesiarum archipresbytero et capitulo, quarum una dependet ab altera, Cremonensis diocesis. Justis petentium desideriis —. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1421

Anagni, 12 juillet 1256.

Infrascriptis mandat quatinus universas possessiones quae fuerunt archidiaconatus Anteradensis, quae autem episcopalis mensae applicatae sunt usibus, ad jus ejusdem archidiaconatus studeant revocari. (Reg. 24, f. 184, ann. II, c. 342.)

« Priori Sancti Michaelis, .., cantori, et magistro Johanni, canonico Tripolitanis. Ad audience nostram pervenit, quod venerabilis frater noster .., episcopus, et capitulum Anteradenses, priusquam dilectus filius Ricardus, Anteradensis archidiaconus, capellanus dilecti filii nostri I., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, esset canonicatum vel archidiaconatum Anteradensem adeptus, in ecclesia ipsa, in qua tunc erat septenarius, duodenarium canonicarum numerum, computatis personis ejusdem ecclesie, statuerunt, ita quod canonicis et personis, qui tunc temporis erant ibidem recepti, integre quamdiu viverent preventus suarum percipientibus prebendarum, demum casalia, terre, possessiones et alia loca, in quibus prebende hujusmodi consistebant, post personarum et canonicorum ipsorum obitum, successive episcopalis mense applicarentur usibus, et futuri canonici ac persone certum quid ab eodem episcopo ejusque successoribus, prebende nomine, et singuli perciperent annuatim. Dictus

quoque episcopus in transgressores ejusdem statuti, auctoritate ordinaria, excommunicationis sententiam promulgavit.

» Unde quondam Philippo, archidiacono Anteradensi, viam universe carnis ingresso, prefatus episcopus decimas, terras, possessiones et alia bona archidiaconatus Anteradensis, occasione statuti hujusmodi juramento firmati, indebite occupavit : propter quod proventus archidiaconatus ipsius sunt admodum diminuti, in suum et ipsius archidiaconatus prejudicium et gravamen.

» Quia igitur nostra interest cesis ecclesiis et ecclesiasticis dignitatibus subvenire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, universas decimas, terras, possessiones et alia supradicta, que fuerunt archidiaconatus ipsius, ad jus et proprietatem ejusdem archidiaconatus studeatis legitime revocare : facientes eidem archidiacono de perceptis ex ipsis, medio tempore, proventibus, satisfactionem debitam exhiberi. Contradictores etc. Non obstantibus prefatis statuto et excommunicationis sententia, vel quod memoratus archidiaconus, cum recipetur in canonicum ejusdem ecclesie, predictum statutum observare juravit, vel quod statutum ipsum per bone memoriae ... patriarcham Antiochenum, tunc in illis partibus apostolice Sedis legatum, et postmodum per Sedem apostolicam in forma communi extitit confirmatum, seu quibuscumque litteris a Sede apostolica impetratis, per quas posset effectus in hac parte justitie impediri. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, usque : perhibere. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, III idus julii, anno secundo. »

1422

Anagni, 18 juillet 1256.

Henrico, archiepiscopo Senonensi, transfert de mense julii in kalendis decembribus tempus visitationis ad Sedem apostolicam. (REG. 24, f. 184v, ann. II, c. 343.)

« *Henrico, archiepiscopo Senonensi.* Sicut ex parte tua nobis extitit intimatum, de visitando Sedem apostolicam de biennio in biennum juramentum in tni receptione pallii prestitisti. Unde nobis humiliter supplicasti, ut, cum in mense julii hujusmodi prestiteris juramentum et, propter calores estivos, grave nimis et periculosum tibi existat tali tempore Sedem adire predictam, providere super hoc tibi paterna diligentia curaremus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, volentes in hac parte gratiam tibi facere specialem, hujusmodi visitationis tempus in kalendis decembribus,

ALEXANDRE IV, t. I.

auctoritate presentium, duximus transferendum. Ita quod non nisi in kalendis ipsis de biennio in biennum prefatam visitare Sedem de cetero tenearis. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno secundo. »

1423

Anagni, 11 juillet 1256.

Priori et conventui S. Martini in Valle Carnotensi indulget, ut ultra summam quinquaginta librarum Turonensium expendere non teneantur, cum episcopus Carnotensis ad prioratum accesserit. (REG. 24, f. 184v, ann. II, c. 344.)

« .., priori Sancti Martini, et conventui Sancti Martini in Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti. Illud circa procurationum exactionem moderamen cupimus adhiberi, quod in eis exhibendis nimium non onerentur ecclesie, nec in ipsis extorquendis prelati easdem ecclesias visitantes, querendo inhoneste que sua sunt, non que Dei, animarum dispendium patientur. Sane lecta nobis vestra petitio continebat, quod, cum vos Carnotensem episcopum ad ecclesiam vestram in sue promotionis et novitatis initio accedentem semel procurare teneamini, de consuetudine approbata, idem episcopus, cum huc de causa ad prioratum vestrum, qui ad Majus monasterium Turonense pertinere dicitur, accedit, adeo vos onerat evasionum et personarum multitudine effrenata, quod in una procuratione ducentas libras Turonensium et amplius expendere vos oportet, super quo salubre a nobis adhiberi remedium humiliter postulastis.

» Nos itaque, vestris in hac parte gravaminibus occurrere et excessui tam damnabili olviare volentes, ut in hujusmodi procuratione, ultra summam quinquaginta librarum Turonensium expendere non teneamini, ea vice qua Carnotensis episcopus, qui pro tempore fuerit, in novitate promotionis sue, more solito, ad predictum accesserit prioratum, nec de cetero ampliorum, in procuratione hujusmodi, summam expendere cogi possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus, excommunicationis vel suspensionis aut interdicti sententias, si quas, pro extorquenda a vobis procuratione summe vel expense majoris, in vos vel ecclesiam vestram contra tenorem presentis indulgentie promulgari contigerit, carere viribus decernentes. Nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1424Anagni, 1^{er} juillet 1256.

Electiones Ysabeliae de Faigneriis, tunc cantricis, a non-

nullis ex monialibus ejusdem monasterii Jotrensis, ordinis sancti Benedicti, Meldensis diocesis, a quibusdam vero aliis Pentecostis de Ripelungiis, monialis ipsius monasterii, in abbatissas praemissa scrutinio factas, non dicit approbandas. Ideo, ne praefatum monasterium remaneat abbatissae regimine destitutum, eamdem Ysabellam, enjus super vita et moribus multi fide digni perhibent laudabile testimonium, de apostolicae potestatis plenitudine praeificiens in abbatissam, succentori Cathalaunensi mandat quatinus eidem ab aliquo episcopo quem maluerit faciat munus benedictionis impendi. (REG. 24, f. 184v, ann. II, c. 345.)

« Succentori Cathalaunensi. Vacante monasterio Jotrensi —. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno secundo. »

1425

Anagni, 11 juillet 1256.

Ysabellae de Faigneris, abbatissae praeedatae (**1424**) monasterii Jotrensis, quod alieno aere est gravatum, concedit facultatem retinendi usque ad quinquennium domum de S. Cristo, Noviomensis diocesis. (REG. 24, f. 185, ann. II, c. 346.)

« Isabelle, abbatisse monasterii Jotrensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Cum, sicut intelleximus, monasterium tuum adeo sit alieno ere gravatum, quod oportebit te majorem fere partem proventuum ejusdem monasterii in solutionem converttere debitorum, nos, volentes in hac parte tibi oportune subventionis remedio providere, devotioni tue retinendi usque ad quinquennium domum de Sancto Cristo, Noviomensis diocesis, ad idem monasterium pleno jure spectantem, cum omnibus juribus, redditibus, proventibus et pertinentiis suis, ad manus tuas pro suis necessitatibus, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Anagnie, V idus julii, anno secundo. »

1426

Anagni, 13 août 1256.

Gentili de Lucolena, cui prioratum secularis ecclesiae Sancti Bartholomaei de Figlino, Fesulanæ diocesis, ad se spectare dicenti, Viviano clero Florentino litigante, ordinatio Andreæ de Lavania, ab Innocentii papa IV partibus concessi auditoris, revocavit, adjudicans eundem prioratum Viviano, Innocentius papa IV in recompensationem dedit, per litteras magistro Johanni de Sancto Germano, notario apostolice Sedis, tunc capellano Sedis ejusdem, quoddam ecclesiasticum beneficium in aliqua ecclesiarum Florentinae vel Fesulanæ diocesis : eidem Alexander IV indulget ut canonicatum in ecclesia Florentina jam receptum retinere valeat, non obstante constitu-

tione de quatuor canoniciis tantummodo recipiendis. (REG. 24, f. 185, ann. II, c. 347.)

« Gentili de Lucolena, canonico Florentino. Lecta coram nobis —. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno primo. »

1427

Anagni, 13 août 1255.

Magistro Johanni de S. Germano mandat, ut ad provisionem Viviani clerici in supradicta ecclesia procedat. (REG. 24, f. 185, ann. II, c. 348.)

« Magistro Johanni de Sancto Germano, subdiacono et notario nostro. Porrecta nobis dilecti —. Dat. Anagnie, idibus augusti, anno primo. »

1428

Anagni, 23 juillet 1256.

Praeposito ecclesiae S. Stephani in Brolio Mediolanensis mandat, ut Antonio de Carnisio, ordinario ecclesiae Mediolanensis, capellano O., S. Adriani diaconi cardinalis, qui in ecclesia S. Stephani ad preces et mandatum sui in canonicum receptus fuit, de praebenda providere procuret. (REG. 24, f. 185, ann. II, c. 349.)

« Preposito ecclesie Sancti Stephani in Brolio Mediolanensis. Exposuit nobis dilectus —. Dat. Anagnie, X kalendas augusti, anno secundo. »

1429

Anagni, 15 juillet 1256.

Infrascriptis mandat, ut paganos, qui Jentuosi vulgariter in illis partibus appellantur, et quoscumque alios sponte ad fidem Christianam redire volentes manuteneant et defendant. (REG. 24, f. 185, ann. II, c. 350; POTTHAST 16482.)

« .., episcopo Wratislaviensi, et .., priori fratrum Predicatorum in Culmensi ac fratri Bartholomeo de ordine fratrum Minorum, predicatori Crucis contra paganos Polonie. Sicut dilectus filius —. Dat. Anagnie, idibus julii, anno secundo. »

1430

Anagni, 27 juillet 1256.

Infrascriptis, qui Rodulfum de Norwitia, canonicum ecclesiae S. Patricii Dublinensis in archiepiscopum Dublinensem elegerunt, mandat, cassans electionem hujusmodi quae minus canonice celebrata est, ut magistrum Fulconem de Sanford,

tunc thesaurarium ecclesiae S. Pauli Londoniensis, in archiepiscopum Dublinensem a se praefectum, devote suscipiant et ei obedientiam et reverentiam debitam impendant. (REG. 24, f. 185^v, ann. II, c. 350²).

« *..., priori, et conventui Sancte Trinitatis et .., decano, et capitulo Sancti Patricii Dublinensis. Ad culmen summi —. Dat. Anagnie. VI kalendas augusti, anno secundo. »*

1431

Anagni, 25 juillet 1256.

Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum S. Angeli Esculani concedit, ut a nemine conveniri per litteras apostolicas possint. (REG. 24, f. 185^v, ann. II, c. 351; POTTHAST 16500.)

« *.., abbatisse et conventui monasterii monialium inclusarum Sancti Angeli Esculani. Celestia querentibus terrenis —. Dat. Anagnie. VIII kalendas augusti, anno secundo. »*

1432

Latran, 7 mai 1256.

Paulo, episcopo Paphensi, concedit, ut quibusdam canonicis ecclesiae Paphensis qui residentiam personalem in ipsa contempseint, infra unum annum post monitionem fructus praebendarum eorum ministrare minime teneatur. (REG. 24, f. 185^v, ann. II, c. 352.)

« *Paulo, episcopo Paphensi. Lecta coram nobis —. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »*

1433

Latran, 7 mai 1256.

Eidem concedit, ut duos presbyteros idoneos, in ecclesia ipsa personaliter residere paratos, possit in canonicos instituere ac eis de praebenda providere. (REG. 24, f. 185^v, ann. II, c. 353.)

« *Paulo, episcopo Paphensi. Fraternitati tue precibus —. Dat. Laterani, nonis maii, anno secundo. »*

1434

Anagni, 28 juillet 1256.

[Gerhardo], archiepiscopo Maguntino, seribit, circumquaque districta explorandum esse indagine, cum instat tempus electionis celebrandae de rege in imperatorem postmodum promovendo, ut talis reperiatur et eligatur, qui fidelis et devotus existat ac idoneus et sufficiens reputetur ad obtinendi tanti honoris culmen et imperii regimen exercendum. Ei mandat

sub poena excommunicationis, ut Conradum, puerum natum quandam Conradi filii Friderici olim Romanorum imperatoris, nullatenus in regem eligat, nec nominet nec consentiat in eundem. (REG. 24, f. 185^v, ann. II, c. 353¹; POTTHAST 16506; RODENBERG, t. III, p. 397, n° 440.)

« *..., archiepiscopo Maguntino. Firma profecto consistit domus, que solidis est fulcita columpnis, et ecclesia tunc multo stabiliter robore, cum prelatorum virtute ac constantia communitur. Inter quos, quia honore ac potentia eminere dinosceris, conveniens est et debitum, ut favorabilius et vehementius eidem assistas ecclesie ac a te ipsa in oportunitatibus presidia sentiat potiora; quia, si ejus augetur status et obtatis proficit incrementis, una tu cum ea suorum profectuum participatione concrescis et si, quod absit, aliquibus molestatur adversis et sinistris pungeretur eventibus, sue te modestie minime preterirent, sed simul cum ipsa gustares suarum amaritudinem punctionum, immo sicut locum in ea obtines magis conspicuum et excelsum, sic plus te illius letificaret prosperitas et tribulatio conturbaret, nec ipsa, que plurimum in tuis congaudet commodis, de tuis posset adversitatibus graviter non dolere. Quanto autem affectu te ac alios Alamannie prelatos Romana semper prosecuta fuerit Ecclesia quantisque vos et ecclesiastis vestras studuerit assidue magnificare ac preservare favoribus, clare liquet, cum nunquam in beneficiis et gratiis circa vos et ipsas ecclesiastis defecerit sue irriguum largitatis, nec usquam volbis in necessitatibus ipsius defuerint auxilia, que vestri tamquam proprii zelatrix honoris indefesse curavit, quotiens oportuit, vestris adesse negotiis, sicut promotrix sollicita et adjutrix per omnia studiosa. Nec immerito, cum et in suis agendis vos inter ceteros promptos cooperatores repererit et precipuos senserit adjutores. Propter quod decet et expedit, ut attente pro ipsius vigiletis honore, que vestris diligenter intendere utilitatibus non desistit. Sane intelleximus, quod instat tempus electionis celebrande de rege, in imperatorem postmodum promovendo; super quo tanto propensior adhibenda est diligentia et cautela, quanto altius et difficilius est negotium, quod geritur in hac parte, quantoque res, si aliqua in ea interveniret negligentia seu improvidentia vel desidia deteriorem habere posset effectum et exitum noxiorem. Unde hic vehementer vigilandum est, hic perspicaciter intuendum, hic considerandum prudenter, hic mature deliberandum, hic provide preccavendum, hic aperiendi sunt oculi, hic habende sunt aures intenta, hic mens esse debet non rudis et torpida, sed diligens, pervigil et consulta, ubi de advocate Ecclesie*

agitur, de ipsius defensore tractatur, ne pro advocateo impugnator et pro defensore assumatur vel eligatur offensor. Quare undique summa cogitationis perferenda est acies et circumquaque districta explorandum in-dagine, ut talis, cooperante Domino, repperiatur et eligatur, qui fidelis et devotus existat, et de prosapia processerit devotorum, ac ydoneus et sufficiens merito reputetur ad obtainendum tanti honoris culmen et imperii regimen exercendum.

» Qualiter autem quondam Fredericus, olim Romanorum imperator, et sui progenitores et posteri erga matrem Ecclesiam se gesserint, et qualem ei retributionem de beneficiis ab ipsa perceptis impenderint, patens est et cognitum toti orbi, quoniam huius aliorum persecutorum excedentes (*sic*) tyramnidem, gravioribus eam afficerunt injuriis et oppressionibus durioribus afflixerunt, et velud in eodem et exterminium ejus tendentes furoris arcuin et feritatis gladium aequentes, diris illam ubilibet tribulavere flagellis, et usque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciarunt. Nam in hoc pravo genere patrum in filios cum sanguine derivata malitia, sicut carnis propagatione, sic imitacione operum nati genitoribus successerunt. Ex quo liquido propendi potest et connici, si ex ipso aliisque posteritatis reliquie remanserunt, quid sperandum sit in futurum de illis, quid in posterum expectandum; vita namque ac gesta predecessorum perversa iniquitatem prenunciant successoris, nec horribilis et scelestia illorum memoria quicquam boni de ipsorum posteritate credere vel sperare permittit; de colubro quidem egreditur regulus et arbor mala noxios fructus profert, pravumque principium numquam bonum pollicetur effectum. Et ideo de Conrado puero, nato quondam Conradi predicti Frederici filii, est precavendum omnino, ne ullo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur; maxime cum, propter infantiam nimiumque defectum etatis, sit ad ista prorsus inhabilis ac inelegibilis penitus puer ipse; nec jus, quod ex electione provenire vel consurgere consuevit, sibi posset competere, nec in sua cadere vel retineneri persona, cum, propter puerilem etatem, que discretione caret et legitimum consensum vel dissensum non habet, electioni, si de ipso fieret, consentire non posset, nec ipsius consensus aliquam haberet efficaciam vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in regem eligi vel nominari non debet, quia cum per electionem hujusmodi de advocateo vel defensore ydoneo debeat Ecclesie provideri, et ipse puer sit omnimodo ineptus et inutilis ad talis defensionis officium seu ministerium exequendum, oporteret eandem ecclesiam, si contingenter eligi

dictum puerum, manere diutius non absque gravibus forte dispendiis defensionis commodo destitutam. Nec per hoc etiam consideretur amplio et spatiose regno Theotonie de rege vel rectore condigno, cum male possit alios regere, qui non novit gubernare se ipsum, nec bene vel digne aliorum gubernaculo preesse valeat, qui regimine ducitur alieno, et cui, propter tot patentes defectus, necessaria est alterius custodia et tutela; propter quod regnum ipsum longo tempore non sine multo discrimine sub oportuni regiminis expectatione langueret.

Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, ac per apostolica tibi scripta, in virtute obedientie sub debito fidelitatis, quo nobis et Ecclesie Romane teneris, ac sub pena excommunicationis, quam ex nunc in te proferimus, districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum Conradum puerum nullatenus in regem eligas, nec nomine, neque consentias in eundem: ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere vel venire presumperis, et eundem Conradum nominaveris vel elegeris aut in ipsum consenseris, seu opem vel operam, consilium, auxilium vel favorem, ut eligatur, impenderis; et etiam si ejus electionem non impediveris toto posse, aut si forte ad ipsius electionem vel nominationem processeris, scias te prius excommunicatione ligatum. Aliis vero coelectoribus tuis, tam ecclesiasticis quam secularibus, auctoritate nostra firmiter inhibeas, ne ipsum ad hoc nominent vel eligant, nec in eum consentiant, promulgando eadem manu oratione in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc tuam inhibitionem venire temptaverint, immo nostram: ita quod si eum nominare vel eligere aut in ipsum consentire presumperint, noscant se prius excommunicationis vinculo innodatos, ut ex hoc ipso, si de predicto puero quicquam in hac parte attemptatum fuerit, sit prorsus vacuun, irritum et inane. Mandatum itaque ac preceptum super hoc apostolicum sic lideliter, sapienter et efficaciter adimplere studeas, omnem opem et operam adhibens. ut aliquis fide clarus et devotione sinecrus, cui ad id suffragentur merita, eligatur, quod ex hiis nos et Romanam Ecclesiam tibi et ecclesie tue arctius obliges, nosque letari possimus id quod in hoc intendimus tuo sollerti studio salubriter provenisse. Ad hec nichilominus, in omnes electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare vel eligere, seu in ipsum consentire, aut ope vel operam, consilium, auxilium vel favorem, ut eligatur, dare presumpserint, excommunicationis sententiam promulgamus, quam per te, antequam ad nominationem vel electionem aliquam procedatur, re-

liquis tuis coelectoribus precipimus nuntiari : quod si non feceris, eo ipso te noveris laqueo excommunicationis astrictum. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. ... archiepiscopo Treverensi.
In e. m. ... archiepiscopo Coloniensi.

1435Anagni, 1^{er} juillet 1256.

Inbibet ut nullus in abbatem, priorem vel praefatum Camaldulensem assumatur, qui de ipso ordine non existat. (REG. 24. f. 186, ann. II, c. 354.)

« ... priori Camaldulensi, et universis abbatibus prioribus et fratribus Camaldulensis ordinis. Ne contingat aliquem ad alicujus monasteriorum seu prioratum vel locorum vestrorum assumi regimen, qui vestri nesciat ordinis instituta, et, cum docere debeat, expeditat quod a discipulis doceatur, ut nullus in abbatem, priorem vel prelatum in vestro assumatur ordine, qui de ipso ordine non existat et in eo prius laudabile conversatus, auctoritate presentium districtius inhibemus. Decernentes si secus attemptari contigerit, irritum et inane. Nulli etc. nostre inhibitionis et constitutionis etc. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno secundo. »

1436

Anagni, 15 juin 1256.

Ad instar Pascalis, Eugenii, Anastasii, Adriani, Alexandi, Clementis, Innocentii, Gregorii et Innocentii IIII, Romanorum pontificum, priori Camaldulensi privilegia et possessiones nominatim confirmat. (REG. 24. f. 186^v, ann. II, c. 355 ; ROTTHAST t6422.)

« ... priori Camaldulensi, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Officii nostri nos —. Dat. Anagni, per manum magistri Jordani, domini pape subdiaconi et notarii, XVII kalendas julii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLVI, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno secundo. »

1437

Anagni, 15 juillet 1256.

Monasterio Sanctae Mariae Xanthonensis, quod clarae memoriae Gaufridus, comes Andegavensis, et Agnes comitissa, uxor ejus, pro ipsorum peccatorum remedio et pro suorum parentum salute in fundo proprio construentes, dotaverunt de

bonis propriis, specialiter de decima omnium extirpationum quae in silva Bacatoneis, easdem confirmat concessiones, specialiter decimam extirpationum, cuius in privilegio confirmationis Nicolai papae praedecessoris mentio non fit. (REG. 24, f. 187, ann. II, c. 356.)

« Abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie Xanthonensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis. Que divinis locis —. Dat. Anagni, idibus julii, anno secundo. »

1438

Anagni, 26 juillet 1256.

Sententialiter separat M., comitissam Botoniae, ab A., rege Portugalie, qui dampnabiliter perpetrat adulterium cum filia regis Castellae et aliis. (REG. 24, f. 187^v, ann. II, c. 357.)

« Ad perpetuam rei memoriam. Presidente rationis imperio in animo iudicantis, sedet in examine veritatis pro tribunalis justitia et quasi rex in solio judicii rectitudo, cuius intuitu rejicitur proprie voluntatis arbitrium et acceptio personarum, ex quo fit ut parvi et magni, pauperes et divites, potentes et debiles, absentes etiam et presentes, equo libramine judicentur. Sane significante olim nobis dilecta in Christo filia nobili muliere M., comitissa Bolonie, quod carissimus in Christo filius noster A., Portugalie rex illustris, vir suus, cum quadam alia matrimonium de facto manifeste contraxerat, cui, dampnabiliter adherere presumes, non erubescet perpetrare adulterium cum eadem, et super hoc, quoad thori separationem, ut ab ipsis regis videlicet cohabitatione discederet, et acciperet ac rehaberet dotem suam. petente sibi apostolica sollicitudine provideri. Nos, ad instantiam ipsis comitisse, venerabili fratri ..., nostro (sie), Compostellano archiepiscopo, nostris dedimus litteris in mandatis, ut peremptorio regem citaret eundem, quod, certo termino, nostro se conspectui presentaret, facturus et recepturus super hiis, et generaliter super omnibus hujusmodi negotiis contingentibus quod ordo exigeret rationis. Idem vero archiepiscopus, mandati nostri diligens executor, dictum regem juxta tenorem litterarum ipsarum citavit, eidem, in quo compareret propter hoc eoram nobis, certo termino peremptorio assignato, prout ipsis archiepiscopi nobis exhibite littere continebant.

» Sed pro eodem rege nullus, in termino ipso, comparuit, quamquam cum in audiencia publica pluries citari fecerimus et diutius post eundem terminum duxerimus expectandum. Propter quod predictum regem, de fratrum nostrorum consilio, reputavimus con-

tumacem. Porro dilectus filius magister Petrus, canonicus Nigellensis, procurator ejusdem comitis, comparens in eodem termino, pro ea contra eundem regem proposuit coram nobis, quod, cum dicta comitissa esset ipsius regis uxor legitima, idem rex cum filia carissimi in Christo filii nostri ..., regis Castelle ac Legionis illustris, matrimonium de facto, immo potius contubernium, manifeste contraxit, eni, dampnabiliter adhucere presumens, cum ea et cum pluribus aliis non erubuit, nec erubescit adulterium perpetrare, in anime sue periculum, plurimorum scandalum et ecclesiastice discipline contemptum. Unde, cum idem rex Portugalie predictam ipsius regis Castelle filiam in uxorem publice duxerit et traduxerit, eamque per plures annos palam secum tenuerit et teneat, sibique longo tempore manifeste cohalitaverit et cohabitet, sicut soliti sunt principes et reges reginis, uxoribus suis, cohabitare patenter, propter quod ipsius regis Portugalie crimen et adulterium publicum et notorium constat esse, petiit dictus procurator inter comitissam et regem Portugalie predictos divortii ferri sententiam, quoad mutuam servitatem, thori separationem et ejus cohabitationem, ac ipsos, quoad predicta, iudicio ecclesie separari, ac dotem suam predicte comitisse restitui, et eam sibi dimitti libere, ac ipsum regem Portugalie privari vel nuntiari privatum omni jure, quod habuit sive habet in dote predicta, et bonis ac rebus aliis que sunt et fuerunt comitisse prefate.

» Sed esset forte qui diceret quod, licet evidens sit et publicum eundem regem cum prefata dicti regis Castelle filia tale matrimonium contraxisse secumque manere, non tamen liquido ex hoc constat, nec recte ob id extimari potest et dici esse notorium ipsum cum illa adulterium perpetrare, et cum seculi reges honore ac dignitate premineant, decet et expedit, ut benignius et specialius supportentur, ac in negotiis eos contingentibus attentius et profundius cogitetur. Unde contra ipsum Portugalie regem deberetur in hac parte cum vehementi discussione ac matura deliberatione procedi.

» Nos itaque, cum id quod, ex parte ipsius comitisse contra eundem regem Portugalie, de contracto matrimonio cum dicta filia prefati regis Castelle ac Legionis et commisso adulterio cum eadem proponitur, adeo sit notorium, quod nulla possit tergiversatione celari, eundem Portugalie regem in audience publica ex abundantia citari fecimus, certo ei prefixo termino, ad justam super his sententiam audiendam. Quia vero nullus pro eo comparuit coram nobis, nos, deliberatione super premissis cum fratribus nostris prehabita

diligenti, ejusdem regis absentia de repleta presentia, predictam comitissam ab eodem Portugalie rege, quoad thorum et cohabitationem ac servitatem quam debet ratione matrimonii uxor viro, de fratribus ipsorum consilio, auctoritate apostolica sententialiter separamus: decernentes ut rex ipse prefate comitisse restituat dotem suam, sibique libere dimittat eandem, ipsumque omni jure quod habet vel habuit in eadem dote, omnibusque bonis aliis que sunt et fuerunt prefate comitisse, privantes. Nulli etc. hanc nostre sententie paginam infringere etc. Dat. Anagnie, VII kalendas augusti, anno secundo. »

1439

Anagni, 29 juillet 1256.

Capitulo Cameracensi confirmat concessionem judicariae potestatis in presbyteros et clericos ecclesiae a Nicolao, Cameracensi episcopo, factam, litteras ejusdem Nicolai XVII kalendas apritis MCCLt datas inserendo. (Reg. 24, f. 188, ann. II, c. 358.)

« *Capitulo Cameracensi.* Cum a nobis petitur etc. usque: ad effectum. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, venerabilis frater noster Nicolaus, Cameracensis episcopus, sue judicarie potestatis ac ordinarie jurisdictionis usum, tam in presbyteros in vestris ecclesiis servientes et in clericos vestros census et redditus ac alia bona vestra tenentes quam etiam in laicos omnes sue civitatis et dioecesis, vobis in perpetuum duxerit concedendum, prout in ejusdem episcopi litteris ipsius sigillo signatis confectis exinde plenius continetur, nos, vestris et ipsius episcopi supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, vobis nichilominus concedentes ut eadem auctoritate hujusmodi usum vel potestatem et jurisdictionem in prefatos presbiteros, clericos et laicos exercere vel exequi valeatis. Tenorem autem predictarum litterarum ipsius episcopi presentibus inscri fecimus, qui talis est :

16 mars 1251.

« Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, dilectis filiis capitulo Cameracensi, salutem in Domino. » Licit omnes ecclesias a Deo nobis commissas diligere, fovere et defendere teneamur, speciali tamen prerogativa eam in qua officii nostri, Deo disponente, eminent dignitas, contra insolentiam malefactorum sive injuriatorum defendere, amplioribus beneficiis

» confovere, plenioribus et planioribus privilegiis et
 » indulgentiis teneatur honorare. Eapropter venera-
 » bilis patris bone memorie domini Godefridi, quon-
 » dam Cameracensis episcopi, predecessoris et avunculi
 » nostri, vestigiis inherentes, qui ecclesiam Camera-
 » censem honoravit in multis, de nostre liberalitatis
 » gratia, vobis concedimus et conferimus in perpetuum
 » nostre judicarie potestatis ac ordinarie jurisdictionis
 » usum, tam in presbiteros in vestris ecclesiis ser-
 » vientes et in clericos vestros, census et redditus ac
 » alia bona vestra tenentes, quam etiam in laicos om-
 » nes civitatis nostre et diocesis, hoc modo quod, si in
 » censibus vel redditibus vel bonis aliis seu rebus vel
 » personis ad vestram ecclesiam Cameracensem perti-
 » nentibus, vos vel canonicus ecclesie vestre, per inju-
 » riam vel defectum, seu per factum supradictorum
 » dampnum injuriam senseritis vel gravamen, de eis-
 » dem licite debitam justitiam faciatis, vocando vide-
 » licet seu citando coram vobis malefactores seu inju-
 » riatores predictos, et contumaces puniendo, et de
 » predictis injuriis vel malefaciis secundum juris or-
 » dinem cognoscendo. Volumus tamen quod officialis,
 » qui generalem causarum cognitionem habeat, depu-
 » tetur a vobis. Sententias vero, quas contra male-
 » factores seu injuriatores predictos tuleritis, subditi
 » nostri, tam de civitate quam de diocesi Cameracensi,
 » exequi teneantur. Citati vero a vobis eandem liber-
 » tatem habent et conductum, quem habent citati ab
 » officiali Cameracensi. Et si aliquis impediret eos, uti
 » possitis jurisdictione predicta contra impedientes.
 » Hanc etiam libertatem ad eos, qui alias a vobis pro-
 » negotiis vestre ecclesie mandabuntur, extendi volu-
 » mus, quantum hoc facere possumus, salvo juramento
 » nostro. Excipimus autem dumtaxat ab hac indulgen-
 » tia personas capituli nostri Cameracensis, quoad per-
 » sonatus, ratione quorum nobis faciunt homagium.
 » Nullis vero dictorum hominum, per appellationem
 » vel alio modo, recursum ad nos habere liceat in pre-
 » dictis. Verum si aliquis ejus inter se quis in que-
 » rela vertetur, non ad ecclesiam vestram sed ad pres-
 » biteratum pertinere contendat, in hoc easu ad nos
 » appellare licebit. Denique nostre modus concesse li-
 » beralitatis talis est, ut in vestros malefactores sive
 » injuriatores sic utamini potestate ligandi, quod, satis-
 » factio prius vobis prestita, penes nos tantummodo
 » potestas absolvendi ligatos remaneat ac, occasione
 » predictarum sententiarum, legibus nobis salvis.
 » Hujus autem pagine tenorem anathematis intermi-
 » natione roboramus. Datum anno Domini MCCLI,
 » septimo decimo kalendas aprilis. »

» Nulli etc. nostre confirmationis et concessionis etc.
 Dat. Anagnie, IIII kalendas augusti, anno secundo. »

1440

Anagni, 3 août 1256.

Magistro Guillelmo de Cornerio indulget, ut, praeter de Adboy et de Galecrum ecclesias, Midensis diocesis, praebendumque ecclesiae Dublinensis, duo alia ecclesiastica recipere valeat, etiam si curam animarum habeant annexam. (REG. 24, f. 188, ann. II, c. 359.)

« *Magistro Guillelmo de Cornerio, canonico Dublinensi.*
 Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie, III no-
 nas augusti, anno secundo. »

1441

Anagni, 22 juin 1256.

Magistro Petro Arnaldi, canonico ecclesiae Sancti Frontonis Petragoricensis, concedit, ut magistrum Stephanum Fabri, clericum, in ecclesia Petragoricensi in canonicum faciat recipi, si procedit de majoris et sanioris partis capituli. (REG. 24, f. 188, ann. II, c. 360.)

« *Magistro Petro Arnaldi, canonico ecclesie Sancti Fron-
 tonis Petragoricensis.* Per studia laudabilis —. Dat.
 Anagnie, X kalendas julii, anno secundo. »

1442

Anagni, 29 juillet 1256.

Compositionem inter [Nicolaum], episcopum Cameracen-
 sem, et capitulum ejusdem civitatis, super modo utendi vice-
 dominatu, Cameracensi sede vacante, factam confirmat, litter-
 ras compositionis ex parte capituli actae X kalendas aprilis
 MCCLII inserendo. (REG. 24, f. 188v, ann. II, c. 361; RODEN-
 BERG, t. III, p. 400, n° 441.)

« ... *episcopo Cameracensi.* Ea que judicio vel concor-
 dia terminantur, usque : communiri. Sane dudum inter
 te, ex parte una, et dilectos filios ... prepositum, .., de-
 canum et capitulum Cameracenses, super modo utendi
 vicedominatu, ratione ejus, Cameracensi sede va-
 cante, dictum capitulum episcopales proventus in certis
 locis episcopatus Cameracensis ad se pertinere asserit,
 ex altera, questione suborta, demum, mediantibus qui-
 busdam probis et sapientibus viris, quedam super hoc
 inter partes ordinatio facta fuit, sicut in litteris eorum-
 dem prepositi, decani et capituli ipsorum sigillo signa-
 tis super hoc confectis plenius continetur, quod apos-
 tolico petiisti munimine roborari. Nos igitur, tuis et
 ipsorum prepositi, decani et capituli supplicationibus

inclinati, ordinationem hujusmodi ratam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus : Tenorem predictarum litterarum ipsorum prepositi, decani et capituli presentibus inseri facientes, qui talis est :

23 mars 1256

« Universis presentes litteras inspecturis. I., prepositus, A., decanus totumque Cameracense capitulo, » salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, » cum nos, habentes amministrationem spiritualium, » sede Cameracensi vacante, et exercitium ecclesias- » tice jurisdictionis, et emolumentum ejusdem per Ca- » meracensem civitatem et diocesim cum amministra- » tione temporalium in bonis episcopalibus universis, » perciperemus et nostra faceremus, ratione vicedomi- » natu, quem habemus per totam castellaniam Came- » racensem et in villa de Thunio, cum suis pertinenti- » iis, omnia mobilia spectantia ad Cameracensem » episcopum, tempore mortis sue, neonon et omnes » proventus episcopatus provenientes infra terminos » antedictos, vacante sede Cameracensi, et etiam donec » electus pro tempore sua regalia recepisset, et de hoc » nobis fidem fecisset, et super modo utendi vicedomi- » natu predicto inter nos et reverendum patrem N., » Dei gratia Cameracensem episcopum, questio mota » esset : tandem post multas altercationes, de consilio » prolorum et sapientum virorum, ita inter nos con- » corditer extitit ordinatum, quod, nobis quitantibus » in perpetuum prefato episcopo et ejus successoribus, » qui pro tempore fuerint, quicquid juris habebamus » vel habere poteramus ratione vicedominatus predicti » in mobilibus, que dictus episcopus et successores sui » usque in diem ultimum perceperint vite sue, in re- » compensatione mobilium eorundem, universos pro- » ventus bonorum episcopalium, tam presentium quam » etiam futurorum, percipiemus et nostros faciemus » nostra amministratione durante.

» Hoc adjecto quod, si aliqua occasione in custodiens- » dis vel tuendis bonis episcopalibus maiores sumptus » fecerimus, quam de bonis episcopalibus interim re- » ceperimus extra vicedominatum predictum, futurus » episcopus eos nobis reddere teneatur. Si etiam ali- » quid solverimus pro debitis episcopalibus ante mor- » tem episcopi contractis, futurus episcopus totum » reddet nobis, nulla facta deductione de provenibus » a nobis tempore amministrationis nostre perceptis. » Ceterum cum electus confirmatus receptis regalibus » suis ad Cameracensem ecclesiam redierit, equum, in » quo sederit, cum descendet, mapas, cyfos et alia vasa

» in prima commissione allata habebimus et percipie- » mus, sicut est hactenus consuetum. Actum X kalen- » das aprilis, anno Domini M^oCC^oL^oII^o. »

» Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, IIII kalendas augusti, anno secundo. »

1443

Anagni, 29 juillet 1256.

Eandem compositionem confirmat, litteras compositionis ex parte Nicolai episcopi Cameracensis actae X kalendas aprilis MCCLII inscrindo. (Reg. 24, f. 188^v, ann. II, c. 362.)

« ... preposito, .. decano, et capitulo Cameracensi. Ea que judicio vel concordia usque : communiri. Sane dudum inter vos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .., Cameracensem episcopum, super modo utendi vice- dominatu, ratione cuius, Cameracensi sede vacante, vos episcopales proventus in certis locis episcopatus Cameracensis ad vos pertinere asseritis. ex altera, questione suborta, demum mediantibus quibusdam prolis et sapientibus viris, quedam super hoc inter partes ordinatio facta fuit, sicut in litteris ejusdem episcopi ipsius sigillo signatis super hoc confectis plenius continetur. Nos igitur, vestris et ipsius episcopi supplicationibus inclinati, ordinationem hujusmodi ra- tam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus : Tenorem predictarum litterarum ipsius episcopi presentibus inseri facientes, qui talis est :

23 mars 1256.

« Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, uni- » versis presentes litteras inspecturis, salutem in Do- » mino. Cum dilecti filii ... prepositus, ... decanus, et » capitulo Cameracenses, vacante sede, administra- » tionem habentes spiritualium et exercitium eccl- » siastice jurisdictionis et emolumentum ejusdem per » Cameracensem civitatem et diocesim cum adminis- » tratione temporalium in bonis episcopalibus univer- » sis perciperent et sua facerent, ratione vicedominatus, » quem ipsi habent per totam castellaniam Came- » racensem et in villa de Thunio, cum suis pertinentiis, » omnia mobilia spectantia ad episcopum, tempore » mortis sue, neonon et omnes proventus episcopatus » provenientes infra terminos antedictos, vacante sede » Cameracensi, et etiam donec electus pro tempore sua » regalia recepisset, et de hoc fidem fecisset capitulo » memorato, et super modo utendi vicedominatu pre- » dicto, inter nos et predictos prepositum, decanum et » capitulo questio mota esset; tandem post multas

» altercationes, de consilio proborum et sapientum vi-
» rorum, ita inter nos concorditer extitit ordinatum,
» quod, capitulo quitante imperpetuum nobis et nostris
» successoribus qui pro tempore fuerint, quicquid juris
» habebant vel habere poterant, ratione vicedominatus
» predicti, in mobilibus que nos et successores nostri
» usque in ultimum diem perceperimus vite nostre, in
» recompensationem mobilium eorumdem, universos
» proventus episcopalium bonorum, tam presentium
» quam etiam futurorum, ipsum capitulum percipiat et
» suos faciat, sua administratione durante.

» Hoc addito quod, si aliqua occasione in custodien-
» dis vel tuendis bonis episcopalibus majores sumptus
» fecerint, quam de bonis episcopalibus interim rece-
» perint extra vicedominatum predictum, futurus epis-
» copus eos sibi reddere teneatur. Si etiam aliquid
» solverint pro debitis episcopalibus ante mortem
» episcopi contractis, futurus episcopus totum reddet
» eis, nulla facta deductione de proventibus ab ipsis
» tempore administrationis sue perceptis. Ceterum
» cum electus confirmatus receptis regalibus ad Came-
» racensem ecclesiam redierit, equum, in quo sederit,
» cum descendet, mappas, sciphos et alia vasa in
» prima commestione allata habebit capitulum et per-
» cipiet, sicut haec tenus est consuetum. Actum X ka-
» lendas aprilis, anno Domini MCCLII. »

» Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
III kalendas augusti, anno secundo. »

1444

Anagni, 2 août 1256.

Universis Christifidelibus monasterium pauperum Inclusa-
rum S. Angeli Esculanum, ordinis s. Damiani, in festivitatibus
ss. Angelorum et beatae Clarae virginis visitantibus indutgen-
tiam elargitur. (REG. 24, f. 189, ann. II, c. 363; POTTHAST 16509.)

« *Universis Christifidelibus* presentes litteras inspeeturis.
Splendor paterne glorie —. Dat. Anagnie, IIII nonas
augusti, anno secundo. »

1445

Anagni, 13 juillet 1256.

Sententiam Johannis, S. Laurentii in Lucina cardinalis, in
quaestione inter magistrum Johannem de Camezano et abba-
tem S. Albani orta super ecclesiam de Horteburne, Dunel-
mensis diocesis, confirmat et inserit. (REG. 24, f. 189, ann. II,
c. 364.)

« *Magistro Johanni de Camezano, capellano nostro ac
litterarum contradictarum auditori, rectori ecclesie de*

Wingrave, Lincolnensis diocesis. Exhibita nobis tua pe-
titio continebat quod, cum felicis recordationis I., papa
predecessor noster, dñdum dilectis filiis .., abbatem, et
conventui Sancti Albani, Lincolnensis diocesis, suis
dedisset litteris in mandatis, ut tibi, nepoti suo, eccl-
esiā de Wingrave, quam ad presentationem eorumdem
albatis et conventus spectantem obtines, cum alia me-
liori, pertinente ad presentationem ipsorum, extunc
primo vacatura, curarent liberaliter permutare. Tan-
dem suggesto nobis dictos abbatem et conventum ec-
clesiam de Horteburne, Dunelmensis diocesis, quam
ad eorum presentationem spectare ac postmodum per
mortem Hugonis, rectoris ejusdem, asserebas vacasse,
pro dieta ecclesia de Wingrave nolle tibi, juxta dicta-
rum ejusdem predecessoris litterarum continentiam,
permutare, super hoc ad dilectum filium .., abbatem
Sancti Augustini Cantuariensis, nostras sub certa
forma litteras impetrasti.

» Cumque causam hujusmodi, que inter te, ex parte
una, et eosdem abbatem et conventum Sancti Albani,
ex altera, super jam dicta ecclesia de Horteburne orta
extitit, dilectus filius magister Walterus de Sinemuro,
canonicus Belnensis ecclesie, cui prefatus abbas Sancti
Augustini super hoc commiserat vices suas, ad examen
Sedis Apostolice remisisset, et nos in eadem causa di-
lectum filium nostrum J., tituli Sancti Laurentii in
Lucina presbiterum cardinalē, dedissemus partibus
auditorem, deinde idem cardinalis, ejus ordinationi,
provisioni et diffinitioni tu et Willelmus de Saneto Ea-
doardo, procurator predictorum abbatis et conventus
Sancti Albani, eorum nomine, vos sponte et unanimi-
ter submisistis. Lite coram eo legitime contestata, et
auditis hinc inde propositis, a nobis quoque licentia et
mandato speciali causam ipsam per compositionem, or-
dinationem et diffinitionem ac alias modos, sicut expe-
dire videret, terminandi et supplendi defectum man-
dati predicti procuratoris obtentis, pro eisdem abbate
et conventu diffinitiva sententia promulgata, de spe-
ciali mandato nostro statuit, providit et ordinavit, ut
sepedicti abbas et conventus de bonis monasterii sui
viginti quinque marcas sterlingorum, nomine pensio-
nis, tamdiu tibi certis loco et termino solvant, vel no-
mine tuo deponant, donec tibi de beneficio ecclesiastico,
ad eorum vel alterius ipsorum collationem vel
presentationem spectante, proximo vacatu, quod oc-
tuaginta marcas sterlingorum ad minus valeat annua-
tim, etiam quantumcumque candem excederet quanti-
tatem, tibi duxerint providendum, et in ipsis beneficii
fueris pacifica possessione et integre fructus percep-
eris ex eodem. Ita quod memorati abbas et conventus

Sancti Albani totiens viginti quinque marcas, pene nomine, tibi solvere et dampna et expensas resarcire. que tu vel procurator tuus aut nuntius incurrit occasione solutionis et dispositionis non facte, loco et termino supradictis, integre teneantur. quotiens in solutione ac depositione cessaverint memoratis. Super quibus dampnis et expensis, dictus cardinalis tuo vel procuratoris aut muniti tui, habentis a te speciale mandatum, juraemento credi noluit, sine alterius onere probationis cujusquam. Quod si supradicti abbas et conventus tibi de beneficio minoris valoris octuaginta marcarum, quod tamen quinquaginta marcas ad minus valeat annuatim, duxerint providendum, tu nichilominus predictam ecclesiam de Wingrave, una cum hujusmodi beneficio, retineas, et ipsi abbas et conventus a solutione prefate pensionis sint liberi et immunes. Si vero sepedicti abbas et conventus beneficium, ad eorum presentationem vel collationem spectans, primo vacaturum, quod octuaginta marcarum vel majoris quantumcumque valoris annuatim existat, alii contulerint vel personam aliam ad illud curarent presentare, de speciali mandato nostro statuit, providit et ordinavit cardinalis predictus, quod iidem abbas et conventus tandem loco et termino supradictis, tantum pensionis nomine, tibi vel nuncio aut procuratori tuo, quantum hujusmodi beneficium annuatim valuerit, dent et solvant secundum formam prescriptam, donec ipsi de beneficio, quod ejusdem valoris annuatim existat, tibi providerint, et fueris in pacifica possessione ipsius, et ex eo integre fructus perceperis et proventus.

» Decrevit quoque cardinalis predictus, statuit, providit et ordinavit, de speciali mandato nostro, bona eorumdem abbatis et conventus Sancti Albani, et monasterium eorum pro predictis omnibus et singulis observandis tibi existere obligata, et etiam de mandato predicto supplevit defectum mandati dicti procuratoris, qui erat, ex eo quod non solus, sed cum alio, in dicta causa, et ad componendum tantum et non ad submittendum memoratos abbatem et conventum ordinationi, provisioni seu diffinitioni cujusquam vel ad pensionem dannam habebat speciale mandatum, prout in patentibus litteris ipsius cardinalis confectis exinde ac suo sigillo munitis vidimus contineri.

» Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, statutum, provisionem et ordinationem hujusmodi per eundem cardinalem super premissis edita, rata et firma habentes, eadem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus: supplentes nichilominus defectum, si quis in hiis est habitus, de nostre plenitudine potestatis. Tenorem autem littera-

rum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est:

Anagni, 1^{er} juillet 1256.

« In nomine Domini, amen. Johannes, miseratione » divina tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter » cardinalis, ad perpetuam rei geste memoriam. Licit » olim felicis recordationis, dominus Innocentius » papa III religiosis viris .., abbat, et conventui » Sancti Albani, Lincolniensis diocesis. suis dederit » litteris in mandatis, ut discreto viro magistro Johanni » de Camezano, domini pape capellano et ipsius con- » tradictarum auditori, ecclesiam de Wingrave, ad » presentationem eorum spectantem, quam idem ea- » pellanus obtinet, cum alia meliori pertinente ad eo- » rum presentationem proximo vacatura commutare » curarent, illam nichilominus donationi apostolice » reservando, quia tamen iidem abbas et conventus » ecclesiam de Herreburne(sic), Dunelinensis diocesis, » quam dictus capellanus ad presentationem ipsorum » spectare dicebat, postmodum per mortem Hugonis, » rectoris ipsius, vacantem, eidem capellano cum pre- » dicta ecclesia de Wingrave commutare minime eu- » rarunt; memoratus capellanus ad .., abbatem Sancti » Augustini Cantuariensis, sub certa forma apostolicas » litteras impetravit, quarum auctoritate inter eundem » capellanum, ex parte una, et dictos abbatem et con- » ventum, ex altera, super dicta ecclesia de Herre- » burne materia questionis exorta, et ea demum per » magistrum Walterum de Sinemuro, canonici Bel- » nensem, cui predictus abbas Sancti Augustini sub » certa forma super hoc commiserat vices suas, re- » missa ad apostolice Sedis examen, dictus capellanus » coram nobis, in causa hujusmodi a domino papa par- » tibus auditore concesso, magistro Willelmo de Sancto » Edwardo, procuratori dictorum abbatis et conventus » Sancti Albani in predicta causa, et habenti ab eis ad » componendum speciale mandatum, prout in litteris » procriptionis ipsius, quarum tenorem de verbo ad » verbum presentibus fecimus annotari, plenius conti- » netur, libellum obtulit sub hac forma.

» Coram vobis, reverende pater, domine J., Dei gra- » tia tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardi- » nali, partibus specialiter auditore concesso, propo- » nit magister Johannes de Camezano, domini pape » capellanus et ipsius contradictarum auditor, contra » discretum virum magistrum Willelum de Sancto » Edwardo, procuratorem religiosorum virorum abba- » tis et conventus Sancti Albani, Lincolniensis dioce- » sis, quod, cum felicis recordationis I. papa III pre- » dictis abbat et conventui Sancti Albani suis dederit

» litteris in mandatis, ut ecclesiam de Wingrave, dicte
 » Lincolnensis diocesis, quam idem capellanus ad
 » presentationem eorum spectantem obtinet, cum alia
 » meliori proximo vacatura ad eorum presentationem
 » spectante. commutare curarent, illam nichilominus
 » donationi apostolice reservando, iidem abbas et con-
 » ventus ecclesiam de Horteburne, Dunelmensis dioce-
 » sis, ad ipsorum presentationem spectantem, postmo-
 » dum per mortem II., ipsius rectoris, vacantem, sibi
 » cum predicta ecclesia de Wingrave commutare recu-
 » sarunt; quin immo, eam mense sue, [quamvis] de
 » facto cum de jure non possent, temeritate propria
 » deputarunt. Quare petit eandem ecclesiam sibi adju-
 » dicari, et predictis abbati et conventui super ea
 » perpetuum silentium imponi, et ad se per vestram
 » sententiam spectare decerni, et eosdem abbatem et
 » conventum in expensis et fructibus medio tempore
 » perceptis, quas extimat quingentas marcas, per vos
 » sententialiter condemnari, salvo jure addendi et ini-
 » nuendi.

» Lite igitur super libello hujusmodi legitime con-
 » testata, et auditis summarie que hinc inde proponere
 » partes voluerunt coram nobis, ad bonum pacis et con-
 » cordie interposuimus efficaciter partes nostras. Pre-
 » dicti vero capellanus et procurator, nostris acquies-
 » centes salutaribus monitis et volentes vitare labores
 » et expensas que consueverunt ex judicialibus strepi-
 » tibus evenire, et cupientes questionem hujusmodi
 » concordia terminari, nostre ordinationi, provisioni et
 » diffinitioni se unanimiter et voluntarie submiserunt.
 » Nos vero, habentes a domino papa speciale manda-
 » tum, questionem predictam per ordinationem, provi-
 » sionem, compositionem et diffinitionem ac aliis mo-
 » dis, prout nobis visum foret, terminandi et supplendi
 » defectum mandati procuratoris prefati, visis juribus
 » partium et auditis rationibus earundem ac habitu
 » super hiis juris peritorum consilio, quia tam per le-
 » gitima documenta quam per confessionem partis ad-
 » verse nobis constituit predictam ecclesiam de Horte-
 » burne, auctoritate venerabilis patris .., Dunelmensis
 » episcopi, diocesani loci, monasterii Sancti Albani in
 » usus proprios fore concessum, certa et congrua re-
 » servata portione vicario qui pro tempore fuerit in
 » eadem, Dei nomine invocato, predictos abbatem et
 » conventum Sancti Albani ab impetitione dicti capel-
 » laui sententialiter absolvimus, et ei super ipsa ec-
 » clesia de Horteburne et fructibus ac proventibus ejus,
 » quounque nomine censeantur, perpetuum silentium
 » duximus imponendum. Ex abundanti nichilominus
 » declarantes ecclesiam ipsam de Horteburne ad pre-

» dictos abbatem et conventum Sancti Albani perpetuo
 » pertinere, ac omnia etiam instrumenta et litteras
 » Sedis apostolice seu quascunque alias, cujuscumque
 » tenoris existant, quarum occasione super premissis
 » aliqua contra eosdem abbatem et conventum posset
 » moveri questio, vel orta, cassantes et carere viribus
 » decernentes. Verum ne supradictum capellanum de-
 » bite provisionis, ei a predictis abbate et conventu
 » Sancti Albani faciente, effectu frustrari contingat, de
 » speciali domini pape mandato, statuimus, provide-
 » mus et etiam ordinamus eidem capellano ex nunc in
 » bonis et de bonis monasterii Sancti Albani viginti
 » quinque marcarum honorum novorum et legalium
 » sterlingorum, tredecim soldis et quatuor denariis
 » pro marca qualibet computandis, annuam pensionem,
 » quam abbas et conventus ejusdem monasterii Sancti
 » Albani ipsi capellano vel ejus certo nuntio aut pro-
 » curatori super solutione hujusmodi quietationis lit-
 » teras facienti, habenti super hoc ab eo mandatum,
 » tamdiu Londoniis apud Novum templum in festo
 » beati Andree apostoli persolvant, vel si idem capel-
 » lanus, nuntius vel procurator ibidem inventus non
 » fuerit, nomine et vice ipsius loco et termino supra-
 » dictis, sub testimonio .., thesaurarii vel .., custodis,
 » vel penes thesaurarium vel custodem domus prediete,
 » ipsi capellano vel ejus nuntio seu procuratori, cum
 » repetierint, libere persolvendam deponant, donec ipsi
 » abbas et conventus de beneficio ecclesiastico, ad eo-
 » rum vel alterutrius ipsorum collationem seu presen-
 » tationem spectante, proximo vacaturo, quod octua-
 » ginta marcas sterlingorum valeat ad minus annua-
 » tim, quantumcumque eandem excederet quantitatem,
 » providerint, et in ipsius pacifica possessione fuerit,
 » et fructus integre perceperit ex eodem. Quod si dicti
 » abbas et conventus Sancti Albani loco et termino su-
 » pradicis predictam non solverint vel deposuerint
 » pensionem, ut superius est expressum, totiens vi-
 » ginti quinque marcas, pene nomine, memorato ca-
 » pellano solvere teneantur, quotiens in solutione et
 » depositione cessaverint supradictis, et dampna et
 » expensas nichilominus resarcire, que idem capella-
 » nus vel ejus procurator aut nuntius incurrit, ocea-
 » sione solutionis vel depositionis non facte loco et
 » termino memoratis: super quibus dampnis et expen-
 » sis, dicti capellani vel ejus procuratoris vel nuntii
 » habentis ab eo speciale mandatum juramento credi
 » volumus, sine eujusquam alterius onere probationis.
 » Sin autem dicti abbas et conventus primum bene-
 » ficium vacaturum, ad eorum presentationem vel col-
 » lationem spectans, quod octuaginta marcarum ad

» minus vel majoris quantumcumque valoris annuatim
 » existat, alii contulerint vel ad illud personam aliam
 » presentaverint, statuimus, providemus et etiam or-
 » dinamus, quod iidem abbas et conventus tandem pre-
 » dictis loco et termino tantum nomine pensionis quan-
 » tum hujusmodi beneficium annuatim valuerit. sepe-
 » dicto capellano vel ejus nuntio seu procuratori
 » secundum formam prescriptam dent et solvant, donec
 » ipsi de beneficio quod ejusdem valoris existat provi-
 » derint, et ipse in ejus pacifica possessione fuerit, et
 » ex eo integre fructus perceperit et proventus. Et si
 » in solutione hujusmodi cessarent abbas et conven-
 » tus predicti, penas incurvant superius annotatas. Si
 » vero capellano prescripto fuerit de beneficio hujus-
 » modi aut valore ipsius modo prefato provisum aut
 » ipsum cedere interim vel decedere forte contigerit,
 » aut eum ad episcopalem vel archiepiscopalem vel su-
 » periorem dignitatem etiam promoveri, predicta pen-
 » sio prorsus desinat ac etiam finiatur, et iidem abbas
 » et conventus ipso jure ab ipsa pensione penitus libe-
 » rentur, et ecclesiam de Wingrave, tanquam ipso jure
 » vacantem, alii conferre libere valeant, vel ad ipsam
 » personam aliam presentare, et de ipsa, prout ad eos
 » pertinet, disponere et etiam ordinare, adeo quod
 » pensio et ecclesia memorate per Sedem apostolicam
 » nemini conferantur, nec de ipsis cuiquam valeat ip-
 » sis contradicentibus de mandato Sedis ejusdem etiam
 » provideri. Quod si prefati abbas et conventus capel-
 » lano superius memorato de beneficio minoris valoris
 » octuaginta marcarum, quod tamen quinquaginta
 » marcas ad minus valeat annuatim, censuerint provi-
 » dendum, ipse capellanus nichilominus dictam eccl-
 » esiani de Wingrave una cum hujusmodi beneficio re-
 » tineat, et ipsi abbas et conventus a solutione prefate
 » pensionis sint liberi et immunes; decernentes, sta-
 » tuentes, providentes et etiam ordinantes, de speciali
 » predicti domini pape mandato, bona corundem ab-
 » batis et conventus et monasterii Sancti Albani pro-
 » predictis omnibus et singulis observandis eidem ca-
 » pellano existere obligata, et etiam supplentes, de ip-
 » sius domini pape speciali mandato, defectum man-
 » dati dicti procuratoris, ex eo quod non solus, sed cum
 » alio, in dicta causa ad componendum tantum, et non
 » ad submittendum, eosdem abbatem et conventum or-
 » dinationi, provisioni seu diffinitioni cuiusquam vel
 » ad pensionem dandam habebat mandatum. Tenor au-
 » tem mandati dicti magistri Willelmi talis est :

Saint-Alban, 10 avril 1256.

» Sanctissimo patri in Christo ac domino reverendo

» Alexandro, Dei gratia summo pontifici, devoti filii
 » sui abbas et conventus Sancti Albani. Lincolniensis
 » dioecesis, inclinationem ad pedum oscula beatorum. In
 » causa quam contra nos movet magister Johannes de
 » Ganezano, capellanus vester ac contradictarum au-
 » ditor, .., abbatii Sancti Augustini Cantuariensis. auc-
 » toritate vestra nuper commissa, ac per magistrum
 » Walterum de Sinemuro, ipsius abbatis subdelega-
 » tum, ad Sanctitatis vestre examen remissa, dilectos
 » nobis fratrem Willelum de Hertore, commonachum
 » nostrum, et Willelum de Sancto Eadwardo cleri-
 » cum, procuratores nostros constituimus, dantes eis-
 » dem procuratoribus plenam potestatem componendi
 » et alia omnia faciendi que in premissis viderint ex-
 » pedire, ratum et gratum habituri quicquid idem
 » vel eorum alter qui presens fuerit nomine nostro
 » duxerint vel duxerit faciendum. Pro ipsis etiam et
 » eorum altero. Judicatum solvi promittimus, idem parti
 » adverse significamus. Dat. apud Sanctum Albanum,
 » III idus aprilis, anno ab incarnatione Domini
 » M.CC.LVI. »

» Valeat Sanctitas vestra et conservet vos Altissimus
 » ecclesie sue sancte per tempora diuturna. Actum
 » Anagnie in capella nostra anno Domini M.CC.LVI,
 » indictione XIII, die intrante julio, pontificatus do-
 » mini Alexандri pape III anno secundo, presentibus
 » partibus predictis et venerabilibus viris Willelmo,
 » electo Monopolitano, Willelmo de Sancto Martino,
 » archidiacono Roffensi, Johanne de Sorancort, domini
 » pape capellanis, magistro Will[elm]o de Lawyle,
 » Philippo dicto Caballo clero, fratribus Willelmo et
 » Riccardo, monachis monasterii de Bretone, Ebora-
 » censis diocesis, capellanis nostris Theodoro, judice
 » et nuntio Brundusino, et Guidone Parmensi, notario
 » infrascripto, ac aliis testibus vocatis et rogatis.

» In eujus rei testimonium et munimen, instrumento
 » presenti manu Guidonis Parmensis, publici notarii
 » predicti, de mandato nostro conscripto, sigillum nos-
 » trum duximus apponendum.

» Et ego Guido, predictus sacrosancte Romane Ec-
 » clesie auctoritate notarius, predictis ordinationi, pro-
 » visioni, compositioni, diffinitioni ac omnibus predi-
 » cis interfui, anno, mense, die, loco et indictione pre-
 » dictis, ac ea omnia de mandato venerabilis patris
 » domini Johannis, tituli Sancti Laurentii in Lucina
 » presbiteri cardinalis predicti, scripsi et in publicam
 » formam redegii vocatus et rogatus. »

» Nulli ergo etc. nostre confirmationis et supple-
 » tionis etc. Dat. Anagnie, III idus julii, anno se-
 » cundo. »

1446

Anagni, 13 juillet 1256.

Infrascriptis mandat, ut statutum, provisionem et ordinationem hujusmodi pro dicto Johanne de Camezano executioni mandantes, dictosque abbatem et conventum S. Albani compellentes ad observationem eorum, ipsa faciant firmiter observari. (REG. 24, f. 191, ann. II, c. 365.)

« .., officiali Cantuariensi, et magistro Alessandro de Ferenino, canonico Londoniensi, capellano nostro. Petitione dilecti filii —. Dat. Anagnie ut supra. »

1447

Anagni, 11 août 1256.

Magistro Roberto, capellano J., S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, indulget, ut, cum ecclesia de Wulwardinton, Wigorniensis diocesis, ecclesiam de Wortham, Norwicensis diocesis, quam commendatam detinet, recipere valeat, quarum proventus viginti marcarum sterlingorum annis singulis vix excedunt. (REG. 24, f. 191, ann. II, c. 366.)

« Magistro Roberto, rectori ecclesie de Wulwarditone, Wigorniensis diocesis, capellano J., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis. Vite laudabilis et —. Dat. Anagnie, III idus augusti, anno secundo. »

1448

Latran, 11 mars 1256.

Priorem provincialem fratrum ordinis Praedicatorum in Alemannia rogat, exhortetur priores et fratres sui ordinis constitutos in Magdeburgensi et Bremensi provinciis, Ratisponensi, Pataviensi, Alberstadensi, Ildesemensi et Verdensi diocesibus, ut se viriliter accingant ad liberandum proximos de manibus paganorum in Livoniae ac Prusiae partibus. Porro, ut illos de provinciis et diocesibus memoratis qui, crucis signaculo in Livoniae vel Prusiae subsidium insigniti, propter paupertatem vel debilitatem nequeant personaliter proficisci, a voto crucis absolvant. Addit indulgentias ac privilegia quae transeuntibus ad subventionem dictarum terrarum elargitur. (REG. 24, f. 191, ann. II, c. 367; POTTHAST 16289.)

« .., priori provinciali fratrum ordinis Predicorum in Alemannia. Qui justis causis —. Dat. Laterani, V idus martii, anno secundo. »

In e. m. priori provinciali ordinis fratrum Predicorum in Dacie, Suetie et Norwegie regna.

In e. m. priori provinciali fratrum ordinum Predicorum in Polonia, per regnum Boemie, Polniam et Pomeraniam.

In e. m. priori et fratribus ord. Predicorum Magdeburgensis, usque : injungentes, quatinus in Magdeburgensi, Brandenburgensi, Avelbergensi civitatibus et diocesibus,

Alberstadensi et Verdensi diocesibus, assumpto sancte predicationis officio propter Deum fideles constitutos in eis ad nimiam caritatem etc. usque : prudentiam informetis diligenter et sollicite potituri etc. usque : gloriam. Illos vero de civitatibus et diocesibus memoratis, qui crucis etc. usque : compleatur omnes dictarum civitatum et diocesum in succursum eorumdem fidelium etc. usque : incrementum, presentium vobis auctoritate concedimus, quod illi earumdem civitatum et diocesum qui ad sollempnem vestram predicationem accesserint etc. usque : incurrerunt, absolutionis beneficium impetriri juxta formam ecclesie valeatis. Proviso etc. ut in alia.

In e. m. priori et fratribus ord. Praedic. Ratisponensis, in Ratisponensis civitate et dioecesi.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Alberstatensibus, in civitate et dioecesi Alberstatensibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Ildesemensis, in civitate et dioecesi Ildesemensis.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Viennensis, in civitate et dioecesi Pataviensis.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Pragensibus, in civitate et dioecesi Pragensibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Wratislaviensis, in civitate et dioecesi Wratislaviensis.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Bremensis, in Bremensis et Verdensis civitatibus et diocesibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Omburgensis, Bremensis diocesis, in Bremensi, Razeburgensi et Verdensi diocesibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Lubicensibus, in Lubicensibus, Razeburgensis et Zwerinensis civitatibus et diocesibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Friburgensis, in Misnensis civitate et dioecesi Nuemburgensi dioecesi.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Lippensis, Merseburgensis diocesis, in Merseburgensis et Nuemburgensis civitatibus et diocesibus, Magdeburgensi, Alberstatensi et Misnensi diocesibus.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. Cracoviensis, in civitate et dioecesi Cracoviensis.

In e. m. priori et fratribus ord. Predic. de Wisbu, Lineacopensis diocesis in Gorlandia.

In e. m. Olomucensis et Brunnensis, Olomucensis diocesis, prioribus et fratribus ord. Predic. in civitate et dioecesi Olomucensis.

1449

Anagni, 21 août 1256.

In eundem modum Hendrico Culmensi et Henrico Curoniensi episcopis, de fratrum Praedicatorum et Minorum ordinibus. (REG. 24, f. 191^v, ann. II, c. 367¹; POTTHAST 16289 finis et 16524; BERNOLLI, *Acta pontificum helvetica*, t. I, p. 398, n° 656.)

« Hendrico Culmensi et Henrico Curoniensi episcopis,

de fratrum Predicotorum et Minorum ordinibus. Qui iustis etc. — Dat. Anagnie. XII kalendas septembbris, anno secundo. »

1450

Anagni, 28 août 1256.

Monasterium Sanctae Crucis Saxinini ejusque membra et possessiones suscipit, jura et privilegia enumerando. (Reg. 24, f. 192, ann. II, c. 368.)

« *Angelo, abbatи monasterii Sancte Crucis Saxinini, ordinis sancti Benedicti, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam diligentibus [etc.] usque : infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus annuentes, monasterium Sancte Crucis Xaxinini, in quo divino mancipati estis obsequio, quod cum personis et omnibus infra nominatis ecclesiis et aliis pertinentiis suis, illo dumtaxat in capellis vestris dioecsanis episcopis jure salvo, quod eis a tempore felicis recordationis J., pape II, predecessoris nostri, quem cognovimus monasterium ipsum, cum ecclesiis, personis et pertinentiis suis, libertati donasse, dinoscitur acquisitum, volumus ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, ac de consilio fratrum nostrorum ab omni episcopali prorsus eximinus potestate.*

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Iocum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum personis et aliis pertinentiis suis. Demanum quod habetis in valle de Scoplo, cum hominibus, maledinis, possessionibus et aliis pertinentiis suis. Demanum quod habetis in Massis de Colle Perusii.

Rome, ecclesiam Sanctorum Quatuor Coronatorum et ecclesiam Sanctorum Sergii et Bachii.

In episcopatu Spoletano, ecclesiam Sancte Trinitatis, ecclesiam Sancti Apolenaris, ecclesiam Sancti Laurentii, ecclesiam Sancti Angeli de Monte publico, ecclesiam Sancti Martini de Narco, ecclesiam Sancti Salvatoris de Usinio, ecclesiam Sancti Fortunati de primo casu, cum capellis suis, videlicet Sancti Eutitii Vespie et Sancte Lucie de Ferro, ecclesiam Sancti Laurentii Heremite Cervarie, ecclesiam Sancte Marie Heremite Montis Caballi, ecclesiam Sancti Andree de Maiano, ecclesiam Sancti Nicolai de Menania, ecclesiam Sancti Ansuvini de Capro et ecclesia Sancti Venantii de Spello.

In episcopatu Intempranensi, ecclesiam Sancti Nicolai.

In episcopatu Ortanensi, ecclesiam Sancti Jacobi.

In episcopatu Ameliensi, ecclesiam Sancte Trinitatis et Sancti Pancratii.

In episcopatu Balneoregensi, ecclesiam Sancti Librati de Mugniano.

In episcopatu Urbevetano, ecclesiam Sancte Crucis cum capella Sancti Egidii, et ecclesiam Sancti Nicolai Heremi Luniani, cum capella Sancti Angeli de Rocca Berli.

In episcopatu Tudertino, ecclesiam Sancti Nicolai de Criptis et ecclesiam Sancti Martini de Petroro.

In episcopatu Perusino, ecclesiam Sancte Marie de Cliveto et ecclesiam Sancti Nicolai in Colle.

In episcopatu Asisinati, ecclesiam Sancti Mathei, cum capella Sancti Angeli de Tracta et ecclesiam Sancti Apolenaris de Sambro, monasterio vestro a bone memoriae Pascali papa II tanquam membrum capiti conjunctum perpetuo, sicut in ipsius privilegio perspeximus contineri.

In episcopatu Camerinensi, ecclesiam Sancti Angeli et ecclesiam Sancti Nicolai Vallis Partane.

In episcopatu Fulginati, ecclesiam Sancti Nicolai et ecclesiam Sancti Nicolai de Guesia.

Nulli ergo episcopo facultas sit in eodem monasterio et in predictis ecclesiis, personis et aliis pertinentiis suis potestatem aliquam exercere, sed semper sub jurisdictione sancte Romane Ecclesie libere conserventur. Preterea oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum sive celebrorum clericorum, qui ad ecclesiasticos sunt ordines promovendi, a quo volueritis catholico suscipiatis episcopo. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium, ecclesias vel personas in eisdem constitutas, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, ipsam tamquam contra Sedis apostolice indulta prolatam decernimus non tenere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis seu interdictis, subpressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Sane decimas laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale seu mancipiorum, vestris perpetuo usibus mancipandas decernimus. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem [etc.] usque : retinere. Quod si quis forte retrahere presumpserit, licetum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare, illud districtius inhiben-

tes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari, absque consensu totius capituli vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes, aliter quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi assensu vel fratum major pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Electionem quoque Romano pontifici vel legato ab ejus latere destinato, aut ei, cui pontifex Romanus injunxerit, representent, a quo electo confirmationis et benedictionis gratia impendatur. Correctiones insuper tam capitis quam membrorum super omnibus que in ipsis ecclesiis fuerint eorrigenda, abbati ejusdem monasterii vel cui commisericet reservamus. Sepulturam quoque ipsius loci et obedientiarum suarum ubi est conventus, liberam esse decernimus, ut omnibus, qui sepeliri ibi se deliberaverint, nullus obsistat : salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Prohibemus igitur, ne quis episcopus vel quelibet alia ecclesiastica secularisve persona libertates et exemptiones vestras infringere, aut, obtentu consuetudinis, vel alio modo, a vobis quiequam audeat extorquere, seu in vos vel ecclesias vestras interdicti vel excommunicationis sententias promulgare presumat. Preterea omnes libertates et immunitates [etc.] usque : communimus. Ad inditium autem hujusmodi percepte a Sede apostolica libertatis et exemptionis, aureum unum persolvetis Romano pontifici annuatim. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium et dictas ecclesias temere perturbare [etc.] usque : profutura, salva Sedis apostolice aueritate. Si qua igitur in futurum [etc.] usque : ultioni. Cunetis autem eidem loco ejusque membris [etc.] usque : inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum Anagnie, per manum magistri Rolandi, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, V kalendas septembbris, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLVI^o, pontificatus domini Alexандri pape III anno secundo. »

1451

Anagni, 28 août 1256.

Priore generali ceterisque prioribus et fratribus Heremitis s. Wilhelmi postulantibus, eorum cremos sub beati Petri et sua protectione suscipit omnesque corum possessiones ac

bona, jura ac privilegia confirmat. (REG. 24, f. 192v, ann. II, c. 369; POTTHAST 16533.)

« *Priori generali ceterisque prioribus et fratribus Heremitis sancti Wilhelmi tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam diligentibus —. Dat. Anagnie, per manum magistri Rolandi, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, V kalendas septembbris, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLVI, pontificatus domini Alexандri pape III anno secundo. »*

1452

Anagni, 22 août 1256.

Eisdem concedit, ut sub regula beati Benedicti secundum institutiones beati Willelmi remanere in habitu solito libere valeant. (REG. 24, f. 193, ann. II, c. 370; POTTHAST 16528.)

« *.., generali et aliis prioribus ac fratribus Heremitis ordinis sancti Wilhelmi. Lieet olim pro —. Dat. Anagnie, XI kalendas septembbris, anno secundo. »*

1453

Anagni, 10 juillet 1256.

Clero de Aquila, Furconensis diocesis, qui eorum episcopo tanquam diocesano tenentur obedire, spiritu rebellionis assumpto, recusarunt, mandat, quatinus eidem episcopo [Berardo] intendant. (REG. 24, f. 193, ann. II, c. 371; RODENBERG, t. III, p. 397, n° 439.)

« *Clero de Aquila, Furconensis diocesis. Si attendissetis prudenter, ut convenit, quantum inobedientie vitium censeatur, venerabili fratri nostro .., Furconensi episcopo, diocesano vestro, parere studeretis et intendere humiliter et devote. Sed, sicut eodem episcopo acceperimus referente, vos, non attendentes quod, sicut ceteri Furconensis diocesis clerici, eidem episcopo tanquam diocesano vestro tenemini obedire, spiritu rebellionis assumpto, sibi debitam obedientiam et reverentiam exhibere ac ei respondere de juribus episcopalibus indebito reeusatis, in suum et Furconensis ecclesie non modicum prejudicium et gravamen. Volentes igitur experiri an hujusmodi vestre inobedientie crimen benignitatis duleidine valeat aboleri, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus, preteritam inobedientiam per subsequentem obedientiam redimentes, eidem episcopo tanquam patri et pastori animarum vestrarum, in omnibus que ad ejus officium pertinent, humiliter intendententes, de juribus*

episcopalibus plenarie respondeatis, eidem de subtractis satisfactionem sibi debitam impensuri : preces et preceptum nostrum taliter impleturi, quod devotionem vestram provide non immerito commendemus. Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad : satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Anagnie, VI idus julii, anno secundo. »

1454

Anagni, 30 novembre 1256.

Confirmat sententiam Stephani, S. Mariae Transtiberini presbyteri cardinalis, in causa quae vertebatur inter archiepiscopum Burdegalensem et capitulum S. Andreac Burdegalense ; statutorumque reformationem ejusdem ecclesiae confirmando, refert de verbo ad verbum litteras Stephani cardinalis, Anagniae XIII^e die julii MCCLVI datas, et nonnullas Innocentii IV, Lugduni II nonas aprilis MCCXLVII. (Reg. 24, f. 193^v, ann. II, c. 372.)

« ... archiepiscopo Burdegalensi. Cum a nobis petitur quod justum est etc. usque ad : effectum. Ex parte siquidem tua, fuit propositum eorum nobis, quod, cum dum venerabilis frater noster .., archiepiscopus Auxitanus ejusque college, auctoritate Sedis apostolice, inquisitionem fecissent in Sancti Andree Burdegalensi ecclesia generalem, et nonnullis ex canonicis et clericis ejusdem ecclesie penas diversimodas, prout ex commissa eis auctoritate poterant, inflixissent, quedam statuta in ipsa ecclesia faciendo, demum capitulum ipsius ecclesie, asserentes hujusmodi penas et statuta esse gravia et importabilia et quod in eorum dispensandum redundarent, venerabili fratri nostro .., episcopo Laseurrensi, ab eadem Sede obtinuere committi, ut dictas penas et statuta, prout expedire videret, moderari vel mitigare curaret. »

Et quia idem episcopus minus provide in hac parte processit, tu, sentiens statum ipsius ecclesie per talem processum ejusdem episcopi perturbari ac ob hoc predictam Sedem appellans, bone memorie Egidium, Sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, obtinuisti dari ab eadem Sede in hujusmodi negotio partibus auditorem : qui, legitime in ipso procedens, quandam ordinationem fecisse dinoscitur inter partes, que postmodum per Sedem eandem extitit consumata.

Sed, dicto capitulo asserente se per tales ordinationem graviter esse lesum ac petente sibi subveniri per beneficium restitutionis in integrum contra illam, bone memorie S., tituli Sancte Marie Transtiberini presbyter cardinalis, auditor super hoc a Sede concessus

extit memorata : qui, lite coram se, per procuratorem tum super libello ex ipsius capituli parte porrecto, legitime contestata, et de veritate dicenda ab utriusque partis procuratoribus prestito juramento, factis etiam positionibus et responsionibus ad easdem, auditis quoque gravaminibus que procurator dicti capituli proposuit super articulis in predicti Egidii cardinalis ordinatione contentis, eosdem articulos diligenter inspexit, ac demum, habito consilio dilecti filii nostri R., Sancti Angeli, et bone memorie G., Sancti Eustachii diaconorum cardinalium, qui una cum eo predictos articulos et utriusque partis rationes inspexerunt, et a felicis recordationis I. papa, predecessore nostro, de pronunciando super hiis recepto mandato, cum intenderet super predictis omnibus sententialiter ordinare, diffinire, moderari ac declarare, postquam suam super hoc intentionem redigi fecit in scriptis, antequam super hiis pronunciaret, debitum carnis exsolvit.

Nos autem, finem imponi litibus cupientes, ne remaneret hujusmodi negotium indecisum, prefatum R., cardinalem, dicto G., cardinali, duximus in eodem negotio subrogandum, mandantes eidem, ut illud fine debito terminaret. Procuratoribus igitur tuis instantibus apud eum, ut in negotio ipso procederet, dictus R. cardinalis proponi fecit in audientia publica, ut est moris, quod, si esset aliquis ejusdem capituli procurator apud Sedem eandem ad prosequendum dictum negotium, ejus se conspectui presentaret : propter quod Johannes, dictus Christianus, substitutus procurator in ipso negotio ab R. de Trenhi et magistro P. de Podio, procuratoribus capituli supradicti, qui una cum tuis procuratoribus in illo concluserant et petierant, cum jam de jure allegatum esset, hinc inde diffinitivam sententiam promulgari, comparuit coram eo.

Procuratoribus itaque tuis et predicto Johanne Christiano in ipsis presentia constitutis, idem R., cardinalis, discussis omnibus diligenter que coram predictis G. et S. cardinalibus acta fuerant, ac plene perfecta et agnita intentione super hiis ipsius S. cardinalis, quam jam expresserat per scripturam, secundum ipsius scripture tenorem, super premissis sententialiter ordinavit, statuens et decernens ordinationem hujusmodi perpetuo inviolabiliter observandam, prout in instrumento publico ejusdem R. cardinalis sigillo signato, confecto exinde, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem R. cardinali super hiis factum est, ratum habentes, id, nonobstante appellatione a procuratore predicti capituli ad nos interposita, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem pre-

dicti instrumenti presentibus inseri facientes, qui talis est :

Anagni, 13 juillet 1256.

« In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen.
» Cum dominus papa dominum Stephanum, tituli
» Sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalem,
» in causa, que vertitur inter venerabilem patrem ..,
» archiepiscopum Burdegalensem, ex parte una, et ca-
» pitulum Beati Andree Burdegalenses, ex altera, de-
» derit auditorem, ex parte ipsius capituli coram eo
» libellus oblatus extitit in haec forma.

» Coram vobis, venerande patre, domino Stephano
» tituli Sancte Marie Transtiberim presbitero cardinali,
» a summo pontifice partibus auditore concesso, pro-
» ponunt R. deu Trenh et magister Petrus de Podio,
» nomine capituli ecclesie Beati Andree Burdegalen-
» sis, cujus sunt procuratores, contra magistrum Ber-
» nardum de Pinu et Andream de Mercato, procurato-
» res venerabilis patris Burdegalensis archiepiscopi,
» quod archiepiscopus .. Auxitanus, et college sui,
» auctoritate apostolica, in capitulo dicte ecclesie in-
» quisitionem facientes generalem, habentes potesta-
» tem corrigendi et reformati, auctoritate premissa,
» nonnullis ex canonis dicti capituli et quibusdam
» clericis penas diversimadas infixerunt, tanta gravia
» et importabilia quodammodo faciendo, in grave dis-
» pendium capituli supradicti, propter quod dictum
» capitulum, ad Sedem apostolicam habens recursum,
» litteras apostolicas ad venerabilem patrem .. Las-
» currensem episcopum, meruit obtinere, ut idem
» episcopus, ut expedire videret, dictas penas et grava-
» mina mitigaret : qui gravamina et etiam penas, Deum
» et misericordiam habens pre oculis, misericorditer
» mitigavit, et quamvis prefatus archiepiscopus vocem
» contradictionis non haberet ute, quia sua non in-
» tererat a dicta mitigatione, ut dicitur, appellavit et
» super ea venerabilem patrem dominum Egidium car-
» dinalem super premissis contra dictum capitulum
» obtainuit auditorem : qui contra dictum capitulum,
» procuratore ejusdem capituli privilegia seu indul-
» gentias, consuetudines ac rationes ipsorum omittente,
» diffinitivam sententiam seu sententias vel ordinatio-
» nes promulgavit, in gravem jacturam ipsius capituli
» et non modicam lesionem : et eandem dominus papa,
» ut dicitur, confirmavit. Unde cum propter predicta
» dictum capitulum graviter lesion sit, petunt benefi-
» cium restitutionis in integrum adversus articulos in
» dicta sententia seu sententiis, vel ordinatione seu
» ordinationibus, inferius annotatos, eisdem indulgeri,

» nomine capituli supradicti, necnon ad producendum
» privilegia seu indulgentias, ad probandum consuetu-
» dines et rationes ipsorum que coram dicto cardinali
» malitiose seu negligenter fuerunt omissa : qua in in-
» tegrum restitutione data vel concessa et predictis
» privilegiis, indulgentiis ac rationibus ostensis et
» consuetudinibus approbatis, petunt dictam senten-
» tiam seu sententias et ordinationes predictas cassari
» et irritari, que contra dictum capitulum sunt prolate:
» petunt etiam verba oscura et dubia in articulis con-
» tentis in sententia seu sententiis supradictis decla-
» rari ac interpretari et in melius reformari pro dicto
» capitulo, secundum quod de jure et equitate fuerit
» faciendum. Non obstante confirmatione predicta,
» salvo jure, etc.

» Super quo libello litis contestatione legitime,
» ut est moris, prestito juramento de veritate dicenda
» a magistro R. deu Trenh, procuratore capituli me-
» morati, et a magistro Andrea de Mercato, procura-
» tore archiepiscopi supradicti, factis positionibus et
» responsionibus hinc et inde, ac visis tenoribus in-
» dulgentiarum, privilegiorum et litterarum, que et
» quas partes in judicio produxerunt, et auditis grava-
» minibus, que procurator antedicti capituli allegavit
» super articulis contentis in sententia seu ordinatione
» bone memorie domini Egidii, Sanctorum Cosme et
» Damiani diaconi cardinalis, ipsos articulos cum pre-
» dictis omnibus inspexit et consideravit diligenter,
» quos articulos annotari inferius fecit, qui sunt tales :

« (Art. I). Nullus canonicus ecclesie Sancti Andree
» Burdegalensis, regularem vitam professus, habeat
» proprium, videlicet domum, vineam, vinum, bladum,
» agros, equos vel equas, vaccas vel alia animalia, sci-
» phios argenteos, coclearia argentea, anulos, lapides
» pretiosos, pecuniam, nec aliquid aliud, quod possit
» sub nomine proprii comprehendti, sed sint omnia
» communia, sicut in beati Augustini regula conti-
» netur.

» (Art. II). Concedimus ut decanus, tres archidiaconi,
» thesaurarius et sacrista domos et familias ac alia
» necessaria et utilia, que dignitati seu personatui
» sunt annexa, et alia sine quibus personatus vel dig-
» nitatis decenter ac commode amministrari non potest,
» habere valeant, non ut propria, sed ut communia,
» ipsorum necessariis et honestis usibus deputata : hoc
» idem extendimus ad canonicos, administrationes,
» obedientias vel ballivas habentes, mandamus quod
» tam in personatibus vel in dignitatibus constituti
» quam simplices alii canonici totum proprium, si

» quod habent, sine fraude in capitulo suo resignant
» in manu venerabilis patris Burdegalensis archiepis-
» copi, in utilitatem ipsius ecclesie convertendum; ad
» quod, si necesse fuerit, infra tempus ydoneum ab
» archiepiscopo moderandum, monitione premissa, per
» censuram ecclesiasticam compellantur.

» (Art. III). Circa reformationem, procedimus in hunc
» modum. Omnes canonici divinis officiis diurnis et
» nocturnis intersint, nisi ex infirmitate vel alia ratio-
» nabili causa fuerint excusati, ut remaneant de licen-
» tia sui prelati et ita tempestive ad chorum veniant,
» quod, post pulsationem ad horas, sine mora, presen-
» tibus canonicis, ordinate ac modo debito divinum
» officium inchoetur et trina oratio fiat secundum an-
» tiquam ecclesie consuetudinem approbatam, et post-
» quam chorum intraverint ordinate, se habeant ho-
» neste divinis officiis intendententes nec cura secularibus,
» nec ad invicem de rebus superfluis vel dishonestis,
» sed de hiis, que ad divinum officium pertinent,
» sumissa voce ac sine strepitu, collocantur, nec de
» choro ad chorum discurrant, sed in suis sedibus
» cum debita stent vel sedeant gravitate: injungimus
» etiam cantori, ut, circa chori ordinationem et regi-
» men, prout requirit ejus officium, sit diligens et
» attentus.

» (Art. IV). Decernimus etiam, ut, secundum anti-
» quam ecclesie consuetudinem approbatam, canonici-
» cus, subdiaconus, diaconus et sacerdos suam diligen-
» ter et modo debito edomadam exequatur; ita quod
» in principio misse, omnes predicti, decenter vestibus
» sacris induiti, veniant ad altare, ne propter eorum
» tarditatem vel absentiam divinum officium minus
» debite celebrari contingat.

» (Art. V). Injungimus thesaurario, ut ornamenta
» altaris, et ornamenta ecclesie, et vestes sacras, cali-
» ces, cruces, turibula, mappas, manutergia, capas
» sericas, superpelicia stricta, libros deauratos vel
» deargentatos, et omnia alia ad cultum divinum per-
» tinentia, que ipsius sunt custodie deputata, diligen-
» ter et mente custodiri faciat et tractari, et que re-
» paratione indiguerit, prout ad suum spectat officium,
» faciat absque more dispendio reparari et, debitiss tem-
» poribus, illis qui celebrare voluerint ac aliis, sicut
» expediens fuerit, absque tarditate libere ministrari.

» (Art. VI). Injungimus canonici, ut prebendarios,
» capellanos et clericos suos, qui stipendiis ecclesie
» sustentantur, indueant efficaciter, et debito modo
» compellant, si necesse fuerit, ut ad exequendum di-
» vinum officium, sicut decet, ad ecclesiam Sancti
» Andree in choro convenient, nec, dum celebratur

» illum vel alie hore cantantur, dicti prebendarii,
» capellani vel clerici in capis manicatis vel alio ha-
» bitu seculari in choro vel in ecclesia demorentur.

» (Art. VII). Mandamus, ut omnes canonici statutis
» horis in capitulo convenient pacifice sine jurgio,
» minis, terroribus et verbis contumeliosis, de regulari
» observantia et de regula ac utilitate ecclesie tra-
» turi, ibique excessus diurni et nocturni per eum ad
» quem spectat cum diligentia regulariter corrigantur,
» et per cantorem vel ejus vicarium de officio ecclesie
» quas lectiones legere vel responsum cantare debeant,
» maxime in magnis solemnitatibus, ordinetur ibi-
» dem, nec ex mora intempestivi tractatus contingat
» divinum officium negligenter agi vel alias per-
» turbari.

» (Art. VIII). Mandamus, ne canonici in platea vel
» alibi vacentur, sed infra claustrum vel septa ecclesie
» horis competentibus commorentur, sicut decet viros
» religiosos, et teneant claustrum clausum ad minus a
» completorio usque ad primam, nisi ex necessitate
» aperiatur, et etiam aliis horis quando claudi poterit
» competenter.

» (Art. IX). Habeant canonici genitores (*sic*), qui
» portas claustrum timent (*sic*) et custodiant diligenter,
» et illa precipue porta que descendit subtus murum
» sit clausa continua, nisi necessitas vel utilitas evi-
» dens suaserit aperiri, et tunc, peracto negotio, prop-
» ter quod aperta fuerit. illico claudatur pro eo quod
» sepe multum suspecta fuit.

» (Art. X). Item quando contingit canonicos claus-
» trum vel septa ecclesie et necessaria vel rationabili
» causa exire, non soli, sed bini, vel saltem cum socie-
» tate honesta incedant.

» (Art. XI). Mandamus etiam, ut omnes canonici in
» refectorio comedant, nisi ex causa legitima, vel de
» prelati sui licentia excusentur; et, pulsato scimballo,
» convenient et simul intrent refectorium et sine con-
» tentione et tumultu ibidem quando coquendunt, au-
» diant lectionem, et simul exeant ad gratiarum actio-
» nes, nisi fuerint rationabiliter excusati.

» (Art. XII). Mandamus, ut canonici ad cenam hora
» convenient competenti et sint ibi sine contentione et
» tumultu et, peracta cena, exeant sine mora, quia non
» decet, ut ibidem diutius moram trahant neque verbis
» superfluis, clamoribus seu detractionibus et confa-
» bulationibus variis vacent, sicut a quibusdam per
» magnam partem noctis hieri consuevit, intrent etiam
» dormitorium tempestive, ne tardius venientes inqui-
» tent vel excitent in dormitorio quiescentes.

» (Art. XIII). Item mandamus, ut omnes canonici

» jaceant in dormitorio, nisi ex causa rationalibili, vel
» de licentia sui prelati fuerint excusati, et nullus ha-
» beat ibi ad jacendum cameram specialem, et si est
» ibi aliqua, removeatur omnino et reducatur ad for-
» mam communem aliorum lectorum.

» (Art. XIV). Habitum decentem et religioni con-
» gruum et vestes honestas, non brevitate, non longi-
» tudine vel colore notabiles, deferant, tonsuram ro-
» tundam, coronam amplam et religioni convenientem
» habeant; ita quod, occasione habitus, vestium, co-
» rone vel tonsure, non possint merito denotari, nec
» affectent vestibus placere, sed moribus, sicut in re-
» gula continetur, et quando equitant vel sunt in suis
» hospitiis vel alienis, sine causa necessaria et ratio-
» nabili habitum non dimittant nec transforment, ca-
» pas clausas et rotundas deferant, sicut hactenus ex-
» titit in eadem ecclesia regulariter observatum.

» (Art. XV). Omnes qui debent et solent recipere
» vestes, eas recipient de communi, nec eis pro ves-
» tibus pecunia ministretur. Quare, ut intelleximus,
» hec est eis occasio proprium habendi et pecuniam
» congregandi, sed, sicut dicit regula, vestimenta et
» calcamenti, quando fuerint indigentibus necessaria,
» dare non differant illi sub quorum sunt custodia
» que noseuntur. Veteres quoque vestes et calcamenti,
» quando dimittuntur, elemosinario tradantur, ut per
» eum pauperibus erogentur; uni alicui ministro
» ydoneo committatur, qui diligentem euram habeat
» infirmorum et quocumque necesse prospexerit de
» cellario petat, sicut in regula continetur. Ut eis eari-
» tative ministret, provideatur etiam locus ydoneus et
» honestus in quo jaccant canonici, quando eos conti-
» gerit infirmari.

» (Art. XVI). Mandamus, quod, cum ecclesia Sancti
» Andree Burdegalensis nobilis sit et famosa, per Dei
» gratiam in facultatibus satis abundans, hospitali-
» tatem servet caritative in necessariis suis hospitibus
» suis providendo, sicut ecclesiam tantum decet.

» (Art. XVII). Injungimus decano et capitulo, quod
» in ecclesiis parochialibus, quas habent in civitate
» et dioecesi Burdegalensis vel extra, ubicumque
» habeant, ponant sive instituant idoneos et perpetuos
» vicarios sacerdotes, prout in generali concilio cave-
» tur, quibus de preventibus ipsarum ecclesiarum ab
» eisdem congrua et sufficiens portio assignetur; non
» est enim juri consonum vel consuetaneum rationi,
» quod singulis annis vel quandcumque voluerint, de
» ecclesiis suis sacerdotes ammoveant pro sue arbitrio
» voluntatis.

» (Art. XVIII). Prohibemus, ne mulieres aut laici ad

» prebendam in ecclesia Sancti Andree Burdegalensi
» ullatenus admittantur, nee etiam tot clericci sint pre-
» bendarii, per quos numerus canonicorum diminuatur
» et divinum officium in ipsa ecclesia defraudetur.

» (Art. XIX). Circa ordinationem canonicorum, pen-
» satis ecclesie facultatibus, statutum numeri taliter
» moderamur, ut in eadem ecclesia triginta canoni-
» corum numerus observetur; quem non liceat minui,
» nisi casualiter facultates ecclesie tantum decresce-
» rent, ut oportaret numerum canonicorum necessario
» minorari, sed pro modo excrescentium facultatum in
» posterum, archiepiscopi, decano et capituli communi-
» ae provida deliberatione ampliandum decernimus
» numerum servitorum.

» Supradicta omnia que ad decorem, commodum et
» honorem ejusdem ecclesie per nos in unum collecta
» sunt, resecatis superfluis et inutilibus ex hiis que per
» inquisidores et postinodum per Lascurrensem episco-
» pum sub mitigationis specie aliter ordinata fuerunt,
» Burdegalensis archiepiscopus diligenter et provide
» per officium ordinarie potestatis faciat observari et
» in corrigendis excessibus ac moribus reformatis
» juxta beati Augustini regulam et canonicas sanc-
» tiones, tam in decano quam aliis inferioribus omni-
» bus et singulis, prudenter et salubriter exequatur
» debitum officii pastoralis, salvis tamen ejusdem
» decani et ceteris in dignitate seu personatu quolibet
» constitutis jurisdictione propria, juribus et honoribus
» eorumdem, secundum rationabilem consuetudinem
» in Burdegalensi ecclesia regulariter et laudabiliter
» hactenus observatam, cui non intendimus in aliquo
» derogare.

» Excommunicationis autem sententiam, tam ab
» inquisitoribus quam a Lascurrensi episcopo nimis
» generaliter et minus provide promulgatam, propter
» evidens periculum et manifestum laqueum anima-
» rum, exigente justitia, relaxamus; ita tamen ut, eum
» ab inquisitorum sententia in nullo prorsus articulo
» a canonicis fuerit appellatum nec in aliquo contra-
» dictum, si quis in ipsorum sententia incidit et ex
» hoc notam irregularitatis incurrit, per archiepisco-
» pum juxta formam Ecclesie sine difficultate qualibet
» absolvatur, et super eadem irregularitate archiepis-
» copus licentiam habeat auctoritate apostolica provide
» dispensandi.

» Super aliis capitulis, que in penitentiis sive penit-
» singulares personas contingunt, et que per decanum
» et capitulum super canonicorum vestibus et sigilli
» custodia seu aliis capitulis disponenda supersunt, per
» aliam litteram nostram, Domino concedente, curabi-

» mus provideret, prout videbitur oportunum. Si quid
» autem in premissis per nos taliter temperatis,
» dubium videbitur vel obscurum, ad apostolice Sedis
» referatur examen, ut interpretatio conveniens inde
» prodeat, unde jura nascuntur.

» Dominus itaque supradictus S., cardinalis, habitu
» consilio bone memorie domini Guilelmi, Sancti Eus-
» tachii, et nostri, Riccardi Sancti Angeli diaconorum
» cardinalium, de speciali mandato domini pape, qui,
» una cum eo, predictos articulos et utrinque partis
» jura diligenter et pariter inspeximus, domino pape
» diligenter retulit quod nos tres concordes eramus in
» articulis super intentione ordinandi inferius anno-
» tatis et sic, de mandato ipsius domini pape, super
» predictis omnibus sententialiter ordinare, diffinire,
» statuere, moderari ac etiam declarare et mandare
» firmiter observari intendebat et deliberaverat et in
» scriptis redegerat.

» (Art. I). In primo siquidem articulo : « De prohibi-
» bitione habendi proprium et resignatione proprii
» facienda, » disposuit statuere addendum : « ut pro-
» prium resignetur in manus decani et capituli,
» presente et sciente archiepiscopo et compellente eos
» qui proprium haberent ad hoc, si necesse fuerit;
» ea vero que resonantur, convertantur in utilitatem
» ipsius capituli de conscientia ejusdem archiepiscopi,
» ut omnis fraus et occasio habendi proprium aufe-
» ratur; per archiepiscopum autem, decanum et capi-
» tulum Burdegalenses, provideatur, ut, quod circa
» receptionem decani et canonicorum ac servitorum
» eorumdem ex indulgentia domini pape ordinatum
» est, sic per ministros utiles ad hoc deputandos fiat,
» quod canonici et servitores habeant necessaria et ad
» proprium habendum et ad aliam in honestatem
» trahi non possint. »

» (Art. II). Circa vero secundum articulum, ut, si
» quis canonicorum voluerit remanere, quod non in-
» terdit, divinis officiis diurnis et nocturnis, ab archi-
» episcopo, si presens fuerit in ipsa ecclesia vel in
» domibus capituli, remanendi licentiam petat.

» Si autem archiepiscopus sic presens non fuerit,
» petat licentiam a decano et ab uno ex canoniciis quem
» archiepiscopus ad dandam hujusmodi licentiam du-
» xerit deputandum, de quo canonico deputando in-
» tendebat ordinare, ut idem archiepiscopus ob cau-
» sam predictam ordinare non omittat; si vero, ex
» infirmitate vel alia necessitate, sine licentia reman-
» serit, hoc exponat archiepiscopo vel predictis decano
» et canonico ab eodem archiepiscopo deputando, et si
» non fuerit legitima causa, propter quam remanserit,

» ille qui sic deliquerit de hoc ab archiepiscopo vel a
» decano et deputando canonico, juxta eorum arbitrium
» corrigantur. »

» (Art. III à V). Tertium, quartum et quintum articu-
» los et quod de trina oratione dicitur, non disposuit
» immutare, de quibus sic dixit : de Trina oratione,
» de articulo Cantoris, de exceptione edomadarum et
» articulo Thesaurarii, qne ad limam rectitudinis per
» venerabilem patrem dominum G., cardinalem, sunt
» reducta, non videmus esse aliquatenus immutanda,
» occasione tenoris indulgentie domini pape, qui nobis
» ostensus fuit. qui talis existit.

Lyon, 4 avril 1247.

» Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, di-
» lectis filiis decano et capitulo Burdegalensibus, sa-
» lutem et apostolicam benedictionem. Vestra nobis
» devotio intimavit, quod venerabilis frater noster ..,
» archiepiscopus Auxitanus, et college ipsius, inquisi-
» tores dati a nobis in ecclesia vestra, multa precepta
» et statuta varia et gravia in eadem ecclesia ediderunt,
» que in beati Augustini regula minime continentur;
» quare a nobis humiliter postulastis, ut providere
» vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus.
» Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, ut
» ad observanda statuta vel precepta eorundem seu
» aliorum inquisitorum vel legatorum Sedis apostolice
» aut eorumdem subdelegatorum, vobis invitis, mi-
» nime teneamini, nisi ad ea dumtaxat que in predicta
» regula exprimuntur, auctoritate vobis presentium
» indulgemus. Nulli ergo etc. usque : concessionis in-
» fringere vel ei ausu usque : incursum. Datum Lud-
» duni, II^e nonas aprilis, anno IV^o. »

» (Art. VI). Cum dominus papa contra gravia et va-
» ria precepta et statuta eis per eamdem indulgentiam
» voluerit providere, maxime cum per beati Augustini
» regulam circa formam vivendi et alia necessaria
» tam in officiis quam in aliis religioni necessariis non
» plene in omnibus disponatur, super sexto articulo, qui
» incipit : « Injungimus canoniciis ut prebendarios ca-
» pellanos » etc., intendebat servari quod dictum est
» in hoc articulo per predictum dominum Egidium
» cardinalem, mandans, ut, quamdiu celebrantur offi-
» cia in predicta ecclesia Sancti Andree, maxime in
» missarum sollempniis, judiciales strepitus conques-
» cant, cum per procuratorem venerabilis patris ar-
» chiepiscopi Burdegalensis ei constiterit, quod cause
» in ipsa ecclesia tractari non possunt absque impedi-
» mento divinorum officiorum, dum ipsa divina officia
» celebrantur.

» (Art. VII). In septimo articulo, qui incipit : « Mandamus ut omnes canonici statutis horis. » etc., juxta illud verbum : « in magnis sollempnitatibus ordinatur, » scripsit addendo et postea : « in capitulo publicetur. »

» (Art. VIII). In octavo articulo, qui incipit : « Mandamus, ne canonici in platea, » etc., scripsit addendo : « et in plateam non aliter exeant, nisi honeste associati, de licentia decani vel illius qui tenuerit vicem ejus, » et de apersione claustrum intendebat ordinare addendo : « nisi ex causa utili vel honesta. »

» (Art. IX). Nonum articulum, qui incipit : « Habeant canonici genitores, » etc. (Art. X) et decimum articulum, qui incipit : « Quando contingit canonicos claustrum vel septa ecclesie » etc., non mutare intendebat.

» (Art. XI). In undecimo articulo, qui incipit : « Mandamus, ut omnes canonici in refectorio comedant, » etc., ubi dicitur : « prelati, » deliberaverat ordinare eodem modo addendo : « archiepiscopi, si presens fuerit in refectorio vel decani seu illius qui tenuerit vicem ejus. »

» (Art. XII). Duodecimum articulum, qui incipit : « Mandamus, ut canonici ad eam hora convenientem » etc., non mutari intendebat.

» (Art. XIII). In tertio decimo articulo, qui incipit : « Mandamus, ut omnes canonici jaceant in dormitorio, » etc., ubi dicitur : « prelati, » deliberaverat et in scriptis redegerat testificando : « scilicet archiepiscopi, » et addidit in eodem : « vel capituli, archiepiscopo absente, » et eundem articulum in aliis non mutare intendebat.

» (Art. XIV). Quartum decimum articulum, qui incipit : « Habitum decentem et religioni congruum » etc., non mutare intendebat.

» (Art. XV). In quinto decimo articulo, qui incipit : « Omnes qui debent et solent » etc., addidit in eodem : « Inter cetera provideat elemosinarius de dandis inter dum vestimentis veteribus et calciamentis illis clericis pauperibus, qui predicte ecclesie Sancti Andree deserviunt, vel canonicis, et capitulum, ut hoc faciant, possit ei mandare, cum necesse viderit, » et addidit : « ut de cellario petat, si distributiones cotidianae sibi non sufficiant. »

» (Art. XVI). In sexto decimo articulo, qui incipit : « Mandamus, quod, cum ecclesia Sancti Andree, » etc. addidit in eodem : « sicut potest juxta illud et ecclesiam tantam decet. »

» (Art. XVII). In septimo decimo articulo, qui incipit : « Injungimus decano et capitulo » etc., ubi po-

» nitur : « perpetuos vicarios sacerdotes, » addidit in eodem : « vel clericos constitutos in sacris qui in proximis temporibus secundum vix in presbiteros ordinentur. »

» (Art. XVIII). In octavo decimo articulo, qui incipit : « Prohibemus ne mulieres » etc., addidit in eodem : « ne mulieres et laici prebendas habeant, nisi, ob causam pietatis vel necessitatis aut utilitatis, capitulum, cum consensu archiepiscopi, hoc interdum duxerit faciendum. »

» (Art. XIX). Super nono decimo articulo : « Circa ordinationem canonicorum, » nichil intendebat, nec deliberaverat immutare super correctione excessum canonicorum, de qua in eodem articulo continetur per archiepiscopum facienda.

» Quia, ex parte canonicorum, asseritur, quod capitulum, in absentia archiepiscopi, canonicorum excessus corrigere consuevit, si de hujusmodi consuetudine constiterit, ordinare intendebat, quod canonicorum excessus in absentia archiepiscopi per capitulum corriganter. Cum vero archiepiscopus presens est, idem archiepiscopus, sicut est de jure canonicorum, excessus corrigat eorundem.

» Quia vero dictus dominus S. cardinalis, antequam pronunciaret super predictis, diem clausit extremum, dominus papa nos, predictum Riccardum, Sancti Angeli diaconum cardinalem, in predictis dicto domino S. subrogavit, mandans nobis, ut, incipientes ibidem, ubi prefatus dominus Stephanus cardinalis dimiserat causam ipsam, curaremus fine debito terminare. Pe tentibus ergo et instantibus procuratoribus Burde galensis archiepiscopi, ut in negotio procederemus eodem, citari fecimus in audiencia publica, ut est moris, ut, si esset aliquis pro capitulo Sancti Andree, nostro se conspectui presentaret.

» Postmodum vero comparuit coram nobis pro dicto capitulo Johannes Christiani, substitutus procurator in ipsa causa per R. deu Trenli et magistrum P. de Podio, procuratores capitulo supradicti, qui, una cum procuratoribus archiepiscopi memorati, conculserunt in causa et petierunt, cum jam de jure allegatum esset, hinc inde sententiam ferri seu pronuntiari, justitia mediante. Nos ergo, discussis actis partium que coram predictis cardinalibus fuerant attitata ac agitata, per dilectum nostrum S., canonicum Agnatum, nunc Nepesinum electum, et agnita intentione super hiis dicti domini Stephanii cardinalis quam, deliberatione habita cum bone memorie domino Guillermo Sancti Eustachii diacono cardinali et nobis, pariter jam expresserat per scripturam,

» secundum ipsius scripture tenorem, sicut superius
» legitur, super premissis sententialiter ordinamus et
» statuimus, decernentes sententialiter ordinationem
» hujusmodi perpetuo inviolabiliter observandam. Man-
» damus, ut Burdegalensis archiepiscopus diligenter
» ae provide per officium ordinarie potestatis, que per
» nos statuta sunt, faciat observari, salvis hiis omni-
» bus, que per nos sunt superius ordinata et que per
» alios fieri mandantur, in quibus, si illi quibus ea
» commissa sunt et qui facere debent, fuerint negli-
» gentes, eorum negligentia per predictum archiepis-
» copum supplentur.

» Actum Anagnie, anno Domini M^oCC^oLVI^o, indica-
» tione XIV^a, mense julii, die tertiodecimo. Hiis pre-
» sentibus, videlicet domino Amatone, electo Nepesino,
» Transmundo, domini pape capellano, canonico Bel-
» vacensi, magistro Petro, plebano de Capraria, magis-
» tro Petro de Croso, canonico Sancti Juniani Lemovi-
» censis diocesis, Gaufrido Tallati, abbatte Sancti
» Salvatoris de Monte Amiato, magistro Thoma de Ma-
» lignis, canonico Cameracensi, Jacobo sacrista Terra-
» conensi, magistro Guillelmo de Mastatio, capellano
» nostro, magistro Johanne Alexandri, et Henrico, ab-
» hate monasterii Sancti Dionisii, Parisiensis diocesis,
» et ad majorem hujus rei securitatem, presens instru-
» mentum fieri fecimus per Petruin scriniarium, fami-
» liarem nostrum, et nostri sigilli munimine roborari.
» Et ego Petrus de Jordano, imperiali auctoritate
» scrinarius, interfui et de mandato dicti domini car-
» dinalis scripsi fideliter et in publicam formam redigi
» et signum meum posui consuetum. »

Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Datum
Anagnie, II kalendas decembris, pontificatus nostri
anno secundo. »

1455Anagni, 1^{er} août 1256.

Infrascriptis mandat, ut cessionem abbatis Fisanensis, or-
dinis s. Benedicti, admittant eique congruam provisionem
assignent ac de novo abbatte subrogando operam navent.
(REG. 24, f. 196, ann. II, c. 373; POTTHAST 16508.)

« Adde, Sancti Stephani Cadomensis, et Guillelmo, de
Troare abbatibus, Baiocensis diocesis, et fratri Thome de
Rubeo Mon[te], ordinis fratrum Minorum. Ex parte dilecti
—. Dat. Anagnie, kalendis augusti, anno secundo. »

1456

Latran, 20 janvier 1256.

Capitulo ecclesiae S. Johannis Andegavensis indulget, ut

terras vel aliquae alia, in perpetuam elemosinam ecclesiae collata, possidere et retinere valeant, non obstante consuetudine qua domini locorum capitulum compellunt ad vendendum infra certum tempus illas terras. (REG. 24, f. 196, ann. II, c. 374.)

« ... , decano, et capitulo ecclesie Sancti Johannis Andegavensis. Vestre devotionis inducimur —. Exhibita siquidem nobis petitionis vestra series continebat, quod, si quando, per donationem vel ultimam fidelium dispositionem, terre, possessiones vel aliqa alia in perpetuam elemosinam ecclesie vestre pia largitate fidelium conferuntur, domini locorum, in quibus bona ipsa consistunt, licet illi, a quibus ad vos bona hujusmodi per venerunt, libere potuissent disposuisse de ipsis pro eorum libito voluntatis, ut terras, possessiones et alia predicta infra certum temporis spatium vendatis seu extra manum vestram ponatis, pretextu cujusdam consuetudinis, que corruptela est potius appellanda, vos compellunt: propter quod ecclesia vestra dispendium patitur et pie intentionis eorumdem fidelium propositum impeditur. Quia vero caritatis opus esse videtur, ut elemosinarum collatio congrnis favoribus minuatur, nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ut terras, possessiones et predicta reliqua possidere pacifice ac quiete ipsaque retinere libere, non obstante consuetudine contraria, valeatis, nullus impedire valeat, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, XIII kalendas februarii, anno secundo. »

1457

Anagni, 31 août 1256.

Abbas et conventus monasterii Sancti Apollinaris in Classe, Caindalensis ordinis, Ravennatis diocesis, quos statuit [P]hilippo, « electo Ravennati, in subsidium expensarum quas subierat, negotium Regni Sicilie personaliter prosequendo, in milie et centum libris Senensium parvorum subvenire » teneri, supplicaverunt sibi, propter guerrarum discrimina et provisiones ita exactis quod « fere per triennium compulsi fuerunt extra monasterium ipsum penas exilio sustinere, » praefatam moderari summam. Ideo abbatii monasterii Vallis Umbrosae mandat, eamdem summam in ducentis libris moderans, quatinus electum Ravennatem compellat quod ultra praedictas ducentas libras non exigat. (REG. 24, f. 196, ann. II, c. 375; RODENBERG, t. III, p. 401, n° 442.)

« ... , abbatii monasterii Vallis Umbrose, Fesulanæ dioce-
sis. Dilecti filii .., abbas —. Dat. Anagnie, II kalendas septembries, anno secundo. »

1458

Latran, 13 mars 1256.

In quaestione inter Johannem de Camezano, capellano et nepotem suum, et conventum monasterii S. Augustini Cantuariensis orta, super ecclesia de Lenham, compositionem per magistrum Johannem de S. Germano auditorem factam confirmat, compositionem ipsam (Assisi, XIII^e die maii MCCLIII) et litteras conventus procuratores instituentes (Cantuariae, XVI kalendas aprilis MCCLII) et compositioni adhaerentes (Cantuariae, idibus julii MCCLIII) inserendo. (Reg. 24, f. 196, ann. II, c. 376.)

« Johanni de Camezano, capellano nostro et contradictarum nostrarum auditori. Ea que judicio vel concordia terminantur [etc] usque : communiri. Sane tua petitio nobis exhibita continebat, quod, cum in causa que inter te, ex parte una, et .., abbatem, et conventum monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ex altera, super ecclesia de Lenham, Cantuariensis diocesis, vertebatur, felicis recordationis I. papa, predecessor noster, dilectum filium magistrum Johannem de Sancto Germano, subdiaconum et notarium nostrum, tunc capellatum sum, dedisset partibus auditorem, idem capellanus, de tuo et adverse partis procuratorum assensu ac ipsius predecessoris speciali mandato, ordinavit, quod tu de bonis ipsius monasterii Sancti Augustini tamdiu decem et octo marcarum bonorum, novorum et legalium sterlingorum percipias annuam pensionem, quam iidem abbas et conventus tibi vel procuratori tuo, certis loco et termino, solvere teneantur, donec tibi in Cantuariensi provincia de ecclesia vel beneficio ecclesiastico, uno vel pluribus, anni valoris quinquaginta marcarum ad minus, provisum extiterit, et in pacifica possessione provisionis ipsius fueris, et fructus perceperis ex eadem. Super dieta vero ecclesia, eosdem abbatem et conventum per sententiam diffinitivam a tua portione absolvit, prout in instrumento publico confecto exinde, sigillato sigillo ipsius capellani, plenius continetur.

Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem capellano factum est, ad instar predecessoris ejusdem, ratum et gratum habentes, ac ad illius exemplar supplentes, de plenitudine potestatis, defectum qui fuit in hoc, ex eo quod dicti procuratores ad componendum vel pensionem dandam seu concedendam non habebant speciale mandatum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Preterea cum dilecti filii .., abbas, et conventus prefati monasterii compositionem et ordinationem hujusmodi postmodum acceptarint, sicut ex

patentibus eorum litteris collegimus evidenter, Nos nichilominus acceptationem ipsorum apostolici favoris munimine roboramus. Tenores litterarum tam prefati magistri, dicti predecessoris vestigiis inherendo, quam predictorum abbatis et conventus, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, quorum primus talis est :

Assise, 13 mai 1253.

« In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno Incarnationis ejus M^oCC^oLIII^e, mense maii, XI indicione. Inter dominum Johannem de Camezano, domini pape nepotem et capellano ac ejusdem contradictarum auditorem, ex una parte, et .., abbatem, et conventum Sancti Augustini Cantuariensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ex altera, super ecclesia de Lenham, Cantuariensis diocesis, materia questionis suborta, dominus papa nobis, magistro Johanni de Sancto Germano, subdiacono et capellano suo, causam ipsam audiendam examinandamque commisit. Magister vero Bernardus de Pinu, procurator auditoris predicti, instanter a nobis petiti in negotio memoria procedi.

« Ex adverso autem, fratre Roggero de Shotindone et fratre Adam de Sancto Albano, monachis et procuratoribus ejusdem monasterii Sancti Augustini, in nostra presentia constitutis, audivimus summarie que hinc inde proposita extiterint, sed antequam ad judicii strepitum veniretur, ad bonum pacis et cordie interposuimus partes nostras. Eisdem igitur partibus acquiescentibus nostris salutaribus monitis, pro evitandis laboribus et expensis que possent ex judicialibus strepitibus evenire, ad compositionem et ordinationem hujusmodi, nobis mediantibus, est deventum : videlicet quod predicti procuratores monachi super bonis et de bonis monasterii prelibati concesserunt, instituerunt, dederunt et ordinaverunt eidem domino J., domini pape nepoti presenti, exnunc annuam pensionem decem et octo marcarum bonorum et novorum et legalium sterlingorum, tredecim soldis et quatuor denariis pro marca qualibet comptandis, solvendam sibi vel suo nuntio seu procuratori apud Londonias in domo militie Templi novi, in festo sancti Michaelis, vel si ibidem idem J. vel ejus nuntius seu procurator inventus non fuerit, eisdem loco et termino, nomine et vice ipsius auditoris deponendam sub testimonio thesaurarii vel custodis, et penes thesaurarium aut custodem dominus predice. Si vero predicti abbas et conventus dictam pensionem, dictis loco et termino, non solve-

» rint. promiserunt iidem monachi et procuratores,
 » nomine monasterii sui, ipsi auditori solvere decem
 » marcas, nomine pene. qnotiens in solutione cessarent
 » pensionis predite, credendo ipsius domini J. vel
 » ejus nuntii sive procuratoris, simplici verbo, sine
 » alterius onere probationis. super dampnis et expen-
 » sis que idem capellanus incurreret, occasione solu-
 » tionis, predictis loco et termino, non facte: pro quibus
 » omnibus observandis et fideliter adimplendis, obli-
 » gaverunt omnia bona Sancti Augustini superius me-
 » morati, renuntiantes constitutioni de duabus dietis,
 » prohibitioni regie omnique juris auxilio, tam canonici
 » tam civilis. Predictam autem pensionem, iidem ab-
 » bas et conventus eidem capellano annuatim solvant,
 » donec sibi in provincia Cantuariensi de ecclesia vel
 » ecclesiastico beneficio, uno vel pluribus, valoris
 » quinquaginta marcuarum ad minus, provisum extite-
 » rit, et fuerit in pacifica possessione provisionis pre-
 » dicte, et fructus perceperit ex eadem. Et nos, aueto-
 » ritate nobis a domino papa commissa, et etiam de
 » partium voluntate, predictam pensionem institui-
 » mus, concedimus et ordinamus memorato domino J.
 » super bonis et de bonis ipsius monasterii Sancti Au-
 » gustini modo et forma superius jam expressis: sup-
 » plentes, de Domini pape speciali mandato, defectum
 » procurementis procuratorum ipsorum, in eo quod ipsi
 » ad componendum et pensionem dandam seu conce-
 » dendam et ordinandam speciale non habebant man-
 » datum, quamvis alias pro omnibus negotiis et causis
 » ejusdem monasterii sufficientem et idoneam procura-
 » tionem haberent, cuius tenor de verbo ad verbum
 » inferius annotatur. Expensas vero omnes abbas et
 » conventus predicti integraliter facient in prosecu-
 » tione prosecutionis predite, quoisque, ut dictum
 » est, predicto domino J. provisum fuerit et in paci-
 » fica possessione extiterit provisionis jamdicate, et
 » fructus perceperit ex eadem, nisi questio aliqua inde
 » emerget, et negotium ad Curiam deveniret, in cu-
 » jus prosecutio negocii, dum in Curia ageretur,
 » dicti abbas et conventus expensas facere mi-
 » nime teneantur. Pensionem tamen prefato ca-
 » pellano annuatim integraliter semper solvant, donec,
 » ut superius est expressum, in pacifica possessione
 » fuerit provisionis jamdicte et fructus perceperit ex
 » eadem. Si autem prefatum dominum Johannem ad
 » episcopalem vel archiepiscopalem dignitatem inte-
 » rim contigerit promoveri, vel, sicut superius est
 » narratum, fuerit ei provisum, et in pacifica posses-
 » sione extiterit provisionis ipsius, et fructus percepe-
 » rit ex eadem, memorati abbas et conventus ab eadem

» pensione seu provisione sint liberi et immunes. Su-
 » per eadem antem eccllesia de Lenham, predictos abba-
 » tes (sic) et conventum diffinitive absolvimus a peti-
 » tione domini Johannis predicti, cum nobis constiterit
 » evidenter per indulgentias Romanorum Pontificum.
 » abbatu et conventu monasterii prelibati ipsam ec-
 » clesiam in usus proprios fuisse concessam, eidem
 » domino J. super ipsa ecclesia perpetuum silentium
 » imponendo.

» Dictus autem dominus J. in nostra presentia
 » sponte renuntiavit omnibus litteris et indulgentiis
 » impetratis et impetrando, ex quibus possit sibi ali-
 » quod adminiculum exhiberi, quod dicti abbas et
 » conventus sibi predictam pensionem solvere teneren-
 » tur, postquam eum ad episcopalem vel archiepisco-
 » palem dignitatem contigeret promoveri.

» Tenor autem prourationis predictorum monacho-
 » rum talis est:

Cantorbéry, 17 mars 1252.

» Sanetissimo patri ac domino Innocentio, divina
 » providentia summo pontifici, sue Sanctitatis filii de-
 » voti .., prior, et conventus [monasterii] Sancti Au-
 » gustini Cantuariensis, quod ad Sedem apostolicam
 » nullo medio pertinet mediante, pedum oscula beato-
 » rum. In omnibus causis et negotiis in Curia vestre
 » Sanctitatis monasterium contingentibus, dilectos
 » fratres et commonachios nostros Roggerium, elemo-
 » sinarium, et Adam de Sancto Albano, procuratores
 » nostros, constituimus ad agendum, defendendum,
 » impetrandum, contradicendum, narrandum, ponen-
 » dum et in judices consentiendum, et alium procurato-
 » rem constituendum, et ad omnia alia agendum, que
 » veri et legitimi procuratores facere possunt. ratum et
 » gratuim habituri, quiequid per eos et eorum alte-
 » rum, quem adesse contigerit, actum fuerit seu pro-
 » curatum: pro eis etiam et pro eorum altero judicatum
 » solvi promittimus, si necesse fuerit. Idem quibus-
 » cumque adversariis nostris significamus. In eius
 » rei testimonium. huic scripto sigillum capituli nostri
 » apposuimus. Datum Cantuarie. anno gratie M°CC°LII,
 » XVI kalendas aprilis. Conservet Altissimus Sancti-
 » tatem vestram per tempora longiora. »

» Actum Asisii, die martis trigesimo intrante
 » mense predicto, presentibus magistro Symone, pro-
 » curatore electi Leodiensis, magistro Aymone, fratre
 » Corrado, et fratre Rostaino, fratribus hospitalis
 » Theutonicorum, anno et inductione predictis, ponti-
 » ficatus domini Innocentii pape IIII anno decimo. In
 » eius rei testimonium, presens instrumentum inde

» fieri fecimus per manum Petri de Sancto Germano,
» notarii, sigilli nostri robore communitum.
» Ego Petrus de Sancto Germano, apostolice Sedis
» auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, et
» de mandato et auctoritate ejusdem magistri Johan-
» nis de Sancto Germano, scripsi et publicavi. »
« Secundus vero est talis :

Cantorbéry, 15 juillet 1253.

» Sanctissimo patri et domino I., divina providentia
» summo pontifici, sue Sanctitatis filii humiles et de-
» voti R., minister humilis ecclesie Sancti Augustini
» Cantuariensis, et ejusdem loci conventus, pedum
» beatorum oscula cum cordis et corporis inclinatione
» devota. Noverit sancta paternitas vestra, nos ratam
» habere et firmam ordinationem seu compositionem
» factam per magistrum Johannem de Sancto Ger-
» mano, subdiaconum et capellanum vestrum, in causa
» mota in Curia Sanctitatis vesture inter dominum
» Johannem de Camezano, nepotem et capellanum
» vestrum ac contradictarum vestrarum auditorem, ex
» parte una. et nos ex altera, super ecclesia de Lenham,
» in qua idem magister J., de speciali mandato ves-
» tro, datus fuit auditor, sicut in vestro rescripto
» et dicti auditoris instrumento inde confectis ple-
» nius continetur. In cuius rei testimonium, huic
» scripto sigillum capituli nostri apposuimus. Datum
» Cantuarie, anno gratie M^oCC^oLII^o, idibus julii.
» Conservet Altissimus Sanctitatem vestrarum per tem-
» pora longiora. »

Nulli etc. nostre suppletionis, confirmationis et ro-
borationis etc. Dat. Laterani, III idus martii, anno se-
cundo. »

1459

Anagni, 10 septembre 1256.

Rodolphe, plebano eccliae de Algolsheim, Argentinensis diocesis, confirmat, eas inserendo, litteras Innocentii papae IV (Laterani, VIII kalendas februarii MCCLIV), dictam ecclesiam conferentes, a quibus autem bulla, casu fortuito, separata fuerat. (Reg. 24, f. 197, ann. II, c. 377.)

« Rudolfo, plebano ecclesie de Arcolveshen, Argenti-
nensis diocesis. Justis potentium desideriis, dignum
est nos facilem prebere consensum, usque : com-
plere. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram
nobis, quod dilectus filius scolasticus Haselacensis,
Argentinensis diocesis, cui venerabilis frater noster,
Argentinensis episcopus, prout ad eum, ex obtentiarum
felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, lit-
terarum beneficio, poterat, commiserauit super hoc to-

taliter vices suas, ecclesiam de Arcolveshen tibi duxit canonice conferendam. Verum, cum post collationem predictam, bulla, casu fortuito, a predictis litteris fue-
rit separata, nobis humiliter supplicasti, ut, ne, occa-
sione hujusmodi, imposterum sustineas detrimentum,
providere super hoc tibi paterna sollicitudine eurare-
mus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, ut, per
separationem hujusmodi, nullum tibi prejudicium ge-
neretur, auctoritate tibi presentium indulgemus, ea-
rundem litterarum tenorem presentibus facientes in-
seri, qui est talis :

Latran, 25 janvier 1254.

« Innocentius, episcopus etc. Venerabili fratri Hen-
» rico, episcopo Argentinensi, salutem etc. Ut gratiam
» quam apud Sedem apostolicam meruisti, etiam tuis
» insistentes obsequiis, sibi sentiat fructuosam, confe-
» rendi per te vel alium dilecto filio Rodolfo, plebano
» de Vegerlien, clero tuo, aliquam ecclesiarum tue
» diocesis, ad abbatis et conventus Apri monasterii,
» ejusdem diocesis, collationem seu presentationem
» pertinentium ac solitarum clericis secularibus as-
» signari, et etiam si curam habeat animarum an-
» nem ejusdem, si vacat ad presens vel quamprimum
» ad id obtulerit se facultas, nec non in contradictores
» per censuram ecclesiasticam etc. usque : compes-
» cendi, plenam tibi concedimus, auctoritate presen-
» tium, facultatem. Non obstantibus quibuscumque
» litteris generalibus a nobis vel legato apostolice Se-
» dis super aliorum provisionibus ad eosdem abbatem
» et conventum obtentis, quibus eum, tui obtentu, quoad
» illam de predictis ecclesiis, de qua sibi provideris,
» volumus anteferri, seu quod idem clericus alibi be-
» neficiatus existat, aut si nos alias scripsimus pro eo-
» dem, vel si eisdem abbati et conventui, quoad pro-
» visionem cujusquam compelli non possint, seu de
» ipsorum beneficiis vel ecclesiis alicui, eis invitatis,
» nequeat provideri, aut si ipsis vel cuicunque per-
» sone vel dignitati aut loco, quod excommunicari,
» suspendi vel interdici non valeant, per litteras apos-
» tolicas, non facientes plenam et expressam de verbo
» ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, a Sede
» sit indultum, sive qualibet indulgentia dicte Sedis,
» cujuscumque tenoris existat, per quam in presenti-
» bus non expressam vel totaliter non insertam, hu-
» jusmodi effectus gracie impediri valeat vel differri.
» Dat. Laterani. VIII kalendas februarii, anno unde-
» cimo. »

« Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie,
III idus septembries, anno secundo. »

1460

Anagni, 18 juillet 1256.

Fabianum, olim Polesistrensem episcopum, qui a Stephano, Praenestino episcopo, per annulum investitus fuit de episcopatu S. Marci, confirmat, litteras Stephani, datas Anagniae die luna X intrante julio anno MCCLVI, inserendo. (Reg. 24, f. 197^v, ann. II, c. 378.)

« *Fabiano, episcopo Sancti Marci in Valle grata. Rationis oculis intuentes —.*

Anagni, 10 juillet 1256.

« Stephanus, divina miseratione episcopus Prenestinus, Universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod nos —. Dat. Anagnie, die lune X intrante julio, anno Domini M^oCC^oLVI^o, pontificatus domini Alexандri pape IIII^o, anno secundo. »

» Dat. Anagnie. XV kalendas augusti, anno secundo. »

1461

Anagni, 18 juillet 1256.

Capitulo ecclesiae S. Marci confirmationem Fabiani in episcopum significat et mandat, ut ei obedientiam et reverentiam debitam impendant. (Reg. 24, f. 197^v, ann. II, c. 378².)

« *Capitulo ecclesie Sancti Marci in Valle grata. Rationis oculis intuentes —. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno secundo. »*

1462

Anagni, 29 août 1256.

Magistro Roberto de Praebenda, decano Dumblanensi, indulget, ut unicui aliud beneficium valeat recipere. (Reg. 24, f. 197^v, ann. II, c. 379.)

« *Magistro Roberto de Prebenda, decano Dumblanensi, capitulo nostro. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie, IIII^o kalendas septembres, anno secundo. »*

1463

Anagni, 2 août 1256.

Gualtero indulget, ut decanatum Cicestrensis ecclesiae et ecclesiam de Nortune, Lincolniensis dioecesis, valeat retinere. (Reg. 24, f. 197^v, ann. II, c. 379².)

« *Gualtero, decano Cicestrensis diocesis. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno secundus. »*

1464

Naples, 31 mai 1255.

Majus monasterium Turonense sub sua protectione suscepit, jura et privilegia ejus enumerando. (Reg. 24, f. 197^v, ann. II, c. 380.)

« ... abbatii Majoris monasterii Turonensis, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam diligentibus usque : infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuinus et Majus monasterium Turonense, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monastensis, qui, secundum Deum et beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis :

» Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usnagiis et paseuis, in loco et piano, in aquis et molendinis, in viis et seimitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

» Ad hec, ad instar felicis recordationis Victoris pape predecessoris nostri, missas publicas in eodem monasterio per episcopum fieri omnino duximus prohibendum, ne in servorum Dei recessibus popularis occasio prebeatur ulla conventui, et simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, trahat in scandalum introitus frequentium mulierum.

» Nullum jus insuper Turonensis civitatis archiepiscopus in eodem monasterio sibi vendicare presumat, nisi quod antiquitus, secundum canones, ibidem habuisse probatur.

» Ad inditum autem hujus libertatis ab apostolica Sede percepte, unam unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profulura, salva Sedis

apostolice auctoritate. Si quis igitur in futurum rex, dux, princeps, comes vel vicecomes seu aliqua magna parvaque persona, cujuscumque ordinis vel sexus vel dignitatis, contra hanc nostri decreti constitutionem agere presumpserit, postquam bis aut ter canonice compellatus fuerit, nisi resipuerit, sed in sua, quod absit, malitia perstiterit, primo quidem a Christi corporis et sanguinis communione separamus. Deinde vero si neque etiam sic ab iniuitate cessaverit, seu indurito corde in eodem perseveraverit, eum excommunicatum et dampnatum esse censemus. Amen. Amen. Datum Neapoli, per manum Guillelmi, magistriscolarum Parmensis, sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, II kalendas junii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M^oCC^oLV, pontificatus vero domini Alexandri pape IIII anno primo. »

1465

Anagni, 6 septembre 1256.

Magistro Willelmo de Cornet, canonico S. Patricii Dublensis, cui, de simplici clero soluto et soluta genito, O., Portuensis episcopus, tunc S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, et in illis partibus apostolicae Sedis legatus, dispensavit, ut posset ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, concedit, ut dignitates ecclesiasticas etiam episcopalem recipere valeat. (Reg. 24, f. 198, ann. II, c. 381.)

« *Magistro Willelmo de Cornet, capellano nostro, canonico Sancti Patricii Dublinensis. Illegitime genitos quos —. Dat. Anagnie, VIII idus septembbris, anno secundo. »*

1466

Anagni, 11 septembre 1256.

Abbatii Sancti Memmii Cathalaunensis mandat, quatinus Radulfo dicto de Sancto Memmio, presbytero, capellano R. Sancti Angeli diaconi cardinalis canonicatum ecclesiae Beatae Mariae in Vallibus Cathalaunensis, auctoritate litterarum Innocentii papae IV, receptum, praetextu antem constitutionis sua de quatuor canoniciis tantummodo receptis exceptum, providere procuret, postquam idem Radulfus praebendam in ecclesia Cathalaunensi resignaverit. (Reg. 24, f. 198, ann. II, c. 382.)

« *Abbatii Sancti Memmii Cathalaunensis. Sua nobis dilectus —. Dat. Anagnie, III idus septembbris, anno secundo. »*

1467

Anagni, 4 août 1256.

Statuta monasterii S. Edmundi, Norwicensis diocesis, confirmat. (Reg. 24, f. 198, ann. II, c. 383.)

« ... abbatii et conventui monasterii Sancti Eadmundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Norwicensis diocesis. Solet annuere Sedes apostolica [etc.] usque : impertiri. Exposita quidem nobis vestra petitio continebat, quod nonnulli abbates, qui vestro monasterio pro tempore prefuerunt, successive statuta hujusmodi in eodem monasterio ediderunt, perpetuis temporibus observanda, que in monasterio vestro ab antiquis sunt temporibus custodita.

» Primo videlicet, quod monachi in predicto monasterio, sicut decet, communiter vivant in uno, comedendo et bibendo refectorio et in uno dormitorio dormiendo, nisi hoc infirmitas vel debilitas prohiberet, et quatuor personis, duabus videlicet corpus beati Eadmundi martyris, propter populi causa peregrinationis confluentiam, aliisque duabus thesaurum ecclesie, propter incursionem latronum, et horologium nocte dieque custodientibus exceptis.

» Secundo, quod nulli monacho proprietatem habere, mercimonia aut negotiationes exercere in eodem permittitur monasterio, preter quam, quod obedientiarii, ex generali administratione sibi ab abbe permissa, que necessaria et utilia obedientiis sibi commissis fore perspexerint, possunt etiam per seculares disponere servientes.

» Tertio, quod obedientiarii, cum amovendi fuerint, quorum amotio et institutio fiat de communi assensu abbatis et majorum ac saniorum de conventu, universaque, deductis expensis necessariis et utilibus circa obedientias erogatas, residua fuerint in suis obedientiis, derelinquant, nichil sibi penitus retinentes aut ad alias obedientias transferentes, ab abbe et personis ydoneis de conventu ab ipso abbe et conventu ad hoc deputatis, ad minus semel in anno, ipsorum obedientiariorum ratioeninis intellectis.

» Quarto, quod nulli ad vitam vel ad certum tempus obedientia committatur, seu dato speciali munere vel recepto.

» Quinto, quod in ecclesia, refectorio, dormitorio et in claustro continuum silentium observetur, preter quam, quod quibusdam diebus ferialibus, certis horis, certisque temporibus, tam post dormitionem quam ante prandium, in claustro communiter habeatur colloquium propter edificationem et instructionem ordinis et maxime novitiorum, singulis singulos interrogantibus quid, secundum consuetudinem monasterii appro-

batain, debeat custodiri, nemine claustrum egredi, gracia cum socio vel extraneo habendi colloquium, nisi superioris sui auctoritate seu licentia, presumente.

» Item, quod nullus infra septa monasterii, ante vel post horas statutas, nisi de superioris licentia, comedat aut bibat, exceptis diuntaxat debilibus et infirmis.

» Preterea stamineis laneis, non lineis, camisiis aut linteaminibus, vestimentis et calciamentis nigris, pellicie aguinis communiter utantur, et singuli, qui cum nova reperint, vetera restituant in usus pauperum convertenda. In refectorio etiam, generaliter et regulatiter, tria genera ferenlorum et non plura, secundum consuetudinem predecessorum vestrorum temporibus observatam, deferantur et eoram prandentibus apponantur, ut, qui ex uno refici nequit, reficiatur ex alio, quibusdam tamen diebus sollempnibus, tum propter sollempnitatis reverentiam, tum propter precedentem laborem nimium et sequentem, tum etiam propter multorum concursum pauperum quedam pitantie in refectorio, secundum abbatis moderamen et arbitrium, adiciuntur, universisque singulis diebus residua fuerint in refectorio in alimoniam pauperum erogandis.

» Infra septa quoque monasterii, esus carnium monachis non concedatur, debilibus et egrotis et qui minutiōne indigent in infirmitorio carnium comeditione premissa.

» Abbas vero aliquando illos, aliquando alios advoeat, secundum quod videt et credit expedire, ut eos in camera sua inclius extra refectorium exhibeat, nec non hospitium gratia, precipue regum et regalium personarum, ne ipsorum indignationem incurant et honorum suorum per consequens detrimentum, quibus vix sufficit laute et copiosius procurari, similiter archiepiscoporum, episcoporum et aliorum nobilium et magnatum, apostolice Sedis legatorum et aliorum Romane Ecclesie nuntiorum in camera sua, una cum fratribus, cibis utatur communibus.

» Priore hoc idem in camera sua ex causis premissis faciente, cum abbatem contingit abesse ex causis necessariis et utilibus, utpote qui jura pontificalia, ex indulgentiis Romanorum pontificum, et regalia, ex largitionibus regum, noscitur obtinere, qui etiam propter ecclesie sue defensionem et regalium tuitionem diversas partes Anglie crebro compellitur circuire, predicto priore hospitium susceptionem et exhibitionem, qui passim et indistincte in eodem recipiuntur monasterio et honorifice exhibentur, secundum consuetudinem haec tuus approbatam, loco abbatis, medio tempore procurante et custodiente ordinis observantiam regularem. Ita videlicet, quod abbas, sive presens fuerit sive ab-

sens, omnes hospites cum quatuordecim evasionibus et ultra recipiat et de suo exhibeat cum honore. Conventus vero, absente abate, omnes cum tredecim et circa recipiat et exhibeat. Abbe vero presente, passim et indistincte omnes maiores et minores ab eo recipiantur et procurentur, preter religiosos quos semper conventus recipit et procurat.

» Amici preterea speciales ecclesie et monachorum in eodem similiter monasterio admittuntur honorifice et exhibentur, et, cum oportunum fuerit, fratres sibi speciales a superiore suo licentiati, locis secretis et consuetis ad hoc deputatis, cum eisdem amicis cibis reficiantur communibus, ita quod semper honestas ordinis observetur et elemosina salva fiat.

» Extra vero septa monasterii, diversis ex causis, fratres cibis regulariter utantur communibus, aliquando ratione laboris et interdum pro defectu piscium, ut contingit sepius, eis in diversas partes divertentibus, aliquando cum declinant ad amicos, penes quos pisces multotiens non abundat.

» Canonicis quidem horis, omnes personaliter interesse coguntur, quibusdam infirmitatis et debilitatis ratione ac commissi sibi occupatione officii excusatis, ac omnibus simul completorium dicentibus, nisi qui licentiati a superiore fuerint, continuum servatur silentium, preterquam quod quidam de obedientiariis, aliquando gratia hospitum, aliquando absque gravi ecclesie sue incommodo, talia servare non possunt.

» Ab idibus insuper septembribus usque in caput quadragesime, omnes jejunent, exceptis diebus dominicis et sollempnibus festis, in quibus, ex consuetudine ecclesie antiquissima et, ut predictum est, hactenus approbata, fratres bis reficiuntur, tum propter laborum magnitudinem et prolixitatem, ne non pauperum sustentationem, in illis diebus maxime, tunc ad monasterium confluentium memoratum.

» Preterea, ut nullus septa ipsius monasterii egreditatur, aut extra illud comedat, ad idem eodem reversurus est die, absque sui superioris licentia impetrata. Si quis vero prevaricator predictorum fuerit statutorum, a custodibus ordinis in capitulo subsequenti die absque personarum acceptione proclametur, ut, secundum discretionem presidentis et qualitatem et quantitatem delicti, corripiatur et regulariter corrigatur. Nos itaque, vestre devotionis precibus inclinati, prefata statuta, prout sunt provida et regulari congruentia honestati, rata habens et grata, illa auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli etc. nostre confirmationis. Dat. Anagnie, 11 nonas augusti, anno secundo. »

1468

Anagni, 28 août 1256.

Indulget, ut, per constitutiones seu statuta legatorum vel nunciorum S. Sedis, sive visitatorum seu inquisitorum a Sede mittendorum eadem, consuetudinibus monasterii S. Augustini Cantuariensis regularibus et honestis, seu libertatibus et immunitatibus S. Sedis nullum praecuditio[n]em generetur. (REG. 24, f. 199, ann. II, c. 383²)

« .., abbat[i] et conventu[m] monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Devotionis vestre mereatur —. Dat. Anagnie, V kalendas septemb[ris], anno secundo. »

1469

Anagni, 27 août 1256.

Inhibet, « ne monachorum vel servientum ipsius monasterii necessaria, que corredia vulgariter nuncupantur, conferantur alicui qui ejusdem monasterii obsequiis personaliter et fideliter non insistat. » (REG. 24, f. 199, ann. II, c. 384)

« .., abbat[i] et conventu[m] monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ut supra. Nolentes quod vestrum —. Dat. Anagnie, VI kalendas septemb[ris], anno secundo. »

1470Anagni, 1^{er} septembre 1256.

Cum bona conventus monasterii S. Augustini Cantuariensis a bonis abbatis minime sint discreta, injungit, « ut, cedentibus vel decendentibus seu recedentibus aut discedentibus custodibus ecclesiarum, maneriorum et aliorum bonorum monasterii vestri, que consueverunt per ejusdem monasterii monachos gubernari, sublato e[st]iuslibet dilationis et difficultatis obstaculo, custodia predictorum monachis dicti monasterii fide lignis, de communi voluntate, prout ad vos pertinet, committatur, cum, sicut accepimus, ex morosa dilatione commitendi hujusmodi, aliquando idem monasterium afficiatur incommodis et jacturis. » (REG. 24, f. 199, ann. II, c. 385.)

« Eisdem. Cum sicut asseritis —. Dat. Anagnie, k[alendas] septemb[ris], anno secundo. »

1471

Anagni, 27 août 1256.

Conventu[m] ejusdem monasterii inhibet, ne custodiae vassallorum monasterii concedantur ad firmam. (REG. 24, f. 199^v, ann. II, c. 386.)

« Eisdem. Paci et quieti vestri monasterii consulere ac ipsius indepitati salubriter precavere volentes,

vobis in virtute obedientie firmiter inhibemus. ne per te, fili abbas, custodie heredum, militum seu liberos vel aliorum vassallorum dicti monasterii conferantur seu concedantur ad firmam vel alienentur decetero. in pupillorum ipsorum et dicti monasterii detrimentum, sed in consuetas et debitas utilitates potius convertantur, contraria consuetudine non obstante. Nulli etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas septemb[ris], anno secundo. »

1472

Anagni, 31 août 1256.

Præcipit, quatinus ejusdem monasterii consuetudines, hactenus observatae in divino cultu, etc., inviolabiliter observentur. (REG. 24, f. 199^v, ann. II, c. 387.)

« Eisdem. Specialem habentes ad —. Cum igitur, ut accepimus, quedam annua festa in vestra ecclesia celebrentur, quarum aliqua principalia, quedam vero quasi principalia, quedam autem duplia et nonnulla quasi duplia vulgariter appellantur, et in hujusmodi ac aliis festivitatibus defunctorum anniversariis aliquaque diebus certe sint consuetudines in divino cultu, refectorio et infirmitorio, a vobis et vestris predecessoribus hactenus approbatae et laudabiliter observatae, a tempore ejus memoria non existit, universitat[i] vestre presentium auctoritate in virtute obedientie districte precipimus, quatinus hujusmodi et alias ejusdem monasterii consuetudines approbatas, laudabiles et antiquas, inviolabiliter et regulariter observetis ac eas vestrum aliquis infringere non presumat. Nulli etc. nostri precepti etc. Dat. Anagnie, II kalendas septemb[ris], anno secundo. »

1473Anagni, 1^{er} septembre 1256.

Abbat[i] ejusdem monasterii Cantuariensis et successoribus ejus indulget, ut pallas altaris et alia sacri ministerii vestimenta usui monasterii necessaria benedicere valeant. (REG. 24, f. 199^v, ann. II, c. 388.)

« Eisdem. Religionis ex intimo —. Dat. Anagnie, II idus septemb[ris], anno secundo. »

1474Anagni, 1^{er} août 1256.

Unum annum et quadraginta dies de poenitentia relaxat poenitentibus, qui ad ecclesiam monasterii S. Eadmondi eunt,

in S. Eadmundi regis et martyris festo et septem diebus illud immediate sequentibus. (Reg. 24, f. 199v, ann. II, c. 389.)

« *Abbati et conventui monasterii Sancti Eadmundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Norwicensis dioecesis. In Sanctorum festivitatibus —. Dat. Anagnie, kalendis augusti, anno secundo.* »

1475

Anagni, 22 septembre 1256.

Infrascriptis manlat, quatinus firmam fidem adhibeant re-dactioni in formam publicam libelli Juvenalis Maneti, civis Romani, contra G[uidonem], tunc episcopum, et bonac memoriae [Johannem], electum Virdunensem (Reg. 24, f. 199v, ann. II, c. 390.)

« *..., decano, et camerario majoris, et preposito Sancte Marie Magdalene ecclesiarum Virdunensium. Exhibita nobis dilecti filii nobilis viri Juvenalis Maneti, civis Romani, nostri et Ecclesie Romane devoti, petitio continebat, quod, in causa que vertebaratur inter ipsum et venerabilem fratrem nostrum G., Autisiodoreensem, tunc Virdunensem, episcopum, et postmodum bone memorie ... Virdunensem electum, successorem ipsius, super quibusdam summis pecunie ac rebus aliis, felicis recordationis Innocentius, predecessor noster, bone memorie E., Sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, dedit partibus auditorem. Coram quo, ab eodem Juvenile libellus fuit parti adverse oblatus. Verum idem civis, dubitans ne dictus libellus et quedam littere hujusmodi negotium contingentes, ejusdem cardinalis et quorundam aliorum sigillis signata, casu fortuitu ammitti valeant vel corrumphi, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hec paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsius civis supplicationibus inclinati, per dilectum filium Thomasinum notarium redigi fecimus in formam publicam libellum et litteras supradictas. Cum autem hujusmodi negotium vobis, sub certa forma, duxerimus committendum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si publicum instrumentum super hoc per eundem notarium confectum, tenores libelli et litterarum predictarum continens, sigillatum sigillis dilectorum filiorum nostrorum I., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiteri, et O., Sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalium, vobis fuerit presentatum, ei firmam fidem adhibere curetis. Nos enim decernimus quod eadem fides, que libello et litteris adhiberetur*

predictis, eidem instrumento debeat adhiberi. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno secundo. »

1476

Anagni, 5 septembre 1256.

Balduno de Viezo de Saona, potestati civitatis Idrontinae, fidei suo, attendens diligentiam, quam idem circa defensionem civitatis Idrontinae adhibuerit, quoddam casale quondam Berardi de Luco, proditoris Ecclesiae, in feudum concedit. (Reg. 24, f. 199v, ann. II, c. 391; RODENBERG, t. III, p. 403, n° 444.)

« *Nobili viro Balduno Viezo de Saona, potestati civitatis Idrontine, fidei nostro. Attendens vigilantiam, diligentiam et sollicitudinem, quas circa defensionem civitatis Idrontine constanter adhibuisse dinosceris, ne non et indefessos labores, quos pro ipsius civitatis regimine subiisti, ac volentes ex hoc tibi apostolice liberalitatis dexteram aperire, tuis supplicationibus inclinati, casale Specole de Minerum, quod fuit quondam Berardi de Luco. Romane Ecclesie proditoris, cum omnibus hominibus, juribus et pertinentiis suis, tibi tuisque heredibus in devotione ipsius Ecclesie persistentibus, in feudum sub debitis et consuetis servitiis concedimus de gratia speciali. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, nonis septembribus, anno secundo.* »

1477

Anagni, 5 septembre 1256.

Populo civitatis Idrontinae, fidelibus Ecclesiae, confirmat concessionem quorundam casalium ab O., S. Mariae in Via lata diacono cardinali, tunc in regno Siciliae legato, factam, praecipiendo ut omnes illi, qui temporibus Siciliae regum Rogerii, Willelmi I, Willelmi II et Frederici imperatoris, turres, cortinas et barbacanas reparare consueverunt et galeani civitatis armare, ad eandem praestationem teneantur. (Reg. 24, f. 200, ann. II, c. 392.)

« *Populo civitatis Idrontine, fidelibus nostris. Quia vestre integritas fidei, devotionis sinceritas et inviolabilis constantie firmitas clare patent, obmittimus hec ad presens commendatoriis explicare sermonibus, verba laudis postponimus, nunc de ipsis nec ad eorum preconium stilum producimus, set potius in hiis calanum quodammodo cohartamus: quoniam et si digne laudare vellemus, vix forsan possent facta exprimi plene dictis, nec ad commendationem ydoneam verba suppeterent, quia re vera plus res gesta continet quam sermo posset prolixior enarrare, tanti namque meriti magnitudo*

verborum tenore non capitur, nec certas suscipit laudum metas, que velud immensa laudandi superereditur facultatem. Restabat igitur, ut volis qui, sicut fortes et constantes in bello, contra Ecclesie adversarios viriliter propugnatis pro apostolice Sedis honore ac nostra et communis patrie libertate, omnes quas possumus gratias referamus et studeamus vestre civitatis honorem gratiis sublimibus et perpetuis ampliare. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, concessionem quorumdam casalium factam vobis a dilecto filio nostro O., Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, tunc in regno Sicilie apostolice Sedis legato, prout in ipsius litteris continetur, ratam habentes ac auctoritate apostolica confirmantes, presentium vobis tenore concedimus, ut liceat vobis deinceps potestatem rectorem seu consules ad vestre regimen civitatis assumere, dummodo fideles et devotos Ecclesie assumatis, precipiendo ut omnes illi qui, temporibus clare memorie Rogerii, Willelmi primi et Willelmi secundi et quondam Frederici olim Imperatoris, Siclie regum, turres, cortinas et barbacanas vestre civitatis construere ac reparare consueverunt, ad turrium, cortinarum et barbacanarum ipsarum constructionem et reparationem, necnon et illi qui ad armandam galeam civitatis ejusdem certum mariniorum numerum predictis temporibus vobis dabant, ad prestationem mariniorum ipsorum decetero more solito teneantur, et potestati ac communi civitatis ipsius super hiis pareant et intendant. Statuimus quoque, ut omnes barones atque burgenses in ipsa civitate habitantes ad presens et habentes ac tenentes casalia et alia feuda, tam in territorio civitatis predicte quam alibi, a Manfredo quondam principe Tarentino et ab hiis qui eidem Manfredo adherebant, Romane Ecclesie tantum teneantur pro predictis casalibus et feudis aliquatenus respondere. Decernimus insuper, ut omnes illi de civitate vestra, qui predicto Manfredo adherentes ecclesiam et civitatem easdem tamquam filii degeneres impugnare presumunt, sint ab ipsa civitate perpetuo forbanniti: ita quod nec ipsi, nec filii et heredes eorum ad habitandum in eadem civitate ullo unquam tempore admittantur. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, nonis septembris, anno secundo. »

1478

Anagni, 22 septembre 1256.

Duduin Frelerico, priori S. Petri in Castello, et domino Abbati canonico ecclesiae Esculanae, mandaverat, ut Bitetensi episcopo a monasteriis diocesis Esculanae in C libris Rivenatum facerent provideri. Bitetensi autem episcopo mortuo,

episcopo Esculano mandat, ut dictae C librae annuatim tribuantur episcopo Monopolitano, quem inimici Ecclesiae prosequuntur quique ad ecclesiam ipsius non potest redire. (REG. 24, f. 200, ann. II, c. 393.)

« ... , episcopo Esculano. Cum dilectis filiis —. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno secundo. »

1479Anagni, 1^{er} juillet 1256.

Everardo, clero comitis Iirsuti, Warmaciensis diocesis, ordinationem factam de speciali mandato apostolico per H[ugouen], tituli S. Sabinae presbyterum, et P[etrum], S. Georgii ad Veluni aureum diaconum cardinales, super quaestione quae vertebatur inter eum qui olim fuerat electus in episcopum, et [Richardum], Warmaciensem episcopum, confirmat, tenore ordinationis ipsius inserto, quo praecepitur ut dictus episcopus CL libras Warmaciensis monetae eidem Everardo, quoad vixerit, annis singulis ad discordiam inter ipsos sopiaendam, integre persolvat. (REG. 24, f. 200, ann. II, c. 394; POTTHAST 16444; RODENBERG, t. III, p. 395, n° 437.)

« Everardo, clero nobilis viri ... comitis Irsuti, Warmaciensis diocesis. Licet ea que —. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno IIº. »

1480Anagni, 1^{er} juillet 1256.

Abbati de Alba, Spirensis diocesis, mandat, ut ordinationem dictorum cardinalium de Everardo et Warmaciensi episcopo studeat demandare ac ipsam faciat firmiter observari. (REG. 24, f. 200^v, ann. II, c. 395.)

« Abbati de Alba, Cistertiensis diocesis, Spirensis diocesis. Cum ordinationem habitan —. Dat. Anagnie, kalendis julii, anno secundo. »

1481

Anagni, 4 juillet 1256.

Archidiacono Narbonensi mandat, quatinus, in causa inter sacristam Magalonensem et Bernardum Sauri, clericum, testes examinare procuret apud Montepessulannum et Narbonam. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 395².)

« ... , archidiacono Narbonensi. Cum in causa, que inter dilectum filium .., sacristam Magalonensem, et Bernardum Sauri, clericum Magalonensis diocesis, super ecclesia Sancti Michaelis de Mentillis vertitur, dilectum filium nostrum O., Sancti Adriani diaconum cardinalem, partibus dederimus auditorem, iqua, lite super

hoc legitima contestata, per ea que partes coram ipso proponere voluerunt, non potuit de meritis ipsius cause liquere, discretioni tue, de utrinque partis assensu, per apostolica scripta mandamus in virtute obedientie, tibi firmiter injungentes, quatinus testes, quos utraque pars super articulis ad te ab eodem cardinale, una cum interrogatoriis ipsarum partium, sub sigillo suo transmissis, coram te duxerint producendos, infra duos menses post receptionem presentium, tempore feriarum minime computato, apud Montepesulanum et Narbonam per te vel per alium prudenter recipere ac secundum eadem interrogatoria diligenter examinare procures, et eorum dicta fideliter in scriptis redacta sub sigillo tuo ad nos inclusa transmittas, prefigens partibus terminum peremptorium competente, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, in causa ipsa, sicut de jure fuerit, processuri. Testes autem usque : prohibere. Dat. Anagnie, IIII nonas julii, anno secundo. »

1482

Anagni, 20 août 1256.

Infrascripto indulget, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 396.)

« *Henrico de Malolacu, clero Lincolnensis diocesis.* Volentes tibi gratiam —. Dat. Anagnie, XIII kalendas septembbris, anno secundo. »

1483

Anagni, 24 septembre 1256.

Confirmat statuta a conventu monasterii S. Oswaldi, Eboracensis diocesis, edita, ut in monasterio cantetur missa matutinalis singulis diebus post primam et deinde missa de beata Maria Virgine celebretur, postmodum vero teneatur capitulum et tandem post aliquod intervallum major missa debeat celebrari, alia quoque statuta regularia et honesta ad laudem divini nominis edita. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 397.)

« ... priori et conventui monasterii Sancti Oswaldi, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis. His que ad —. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno secundo. »

1484

Anagni, 27 août 1256.

Volens indemnitate monasterii Cantuariensis providere, abbatii et conventui ejusdem inhibet, ne aliquas litteras seu membranas sigillo eorum munitas ad contrabendum mutnum, nisi

pro utilitate praefati monasterii et de conscientia et consensu omnium vel majoris partis eorum, de cetero alicui concedant. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 398.)

« ... abbatii et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Volentes indemnitate vestri —. Dat. Anagnie, VI kalendas septembbris, anno secundo. »

1485

Anagni, 5 septembre 1256.

Cum Philippo Luvel, thesaurario regis Angliae, dispensat, I. tituli S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis obtenu, ut, praeter ecclesiastica beneficia non excedentia valorem annum trecentarum marcarum sterlingorum quae canonice adeptus est, alia beneficia usque ad valorem annum ducendarum librarum sterlingorum recipere valeat. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 399.)

« *Philippe Luvel, capellano nostro, thesaurario carissimi in Christo filii nostri ... regis Anglie illustris.* Licit providentia Sedis —. Dat. Anagnie, nonis septembbris, anno secundo. »

1486

Anagni, 3 août 1256.

Abbatii et conventui monasterii S. Edmundi, Norwicensis diocesis, indulget, ut occasione statuti Innocentii papae III de exemptis, qui nichilominus possint coram locorum ordinariis conveniri, nullum eorum libertatibus praecaudatum generetur. (REG. 24, f. 201, ann. II, c. 400.)

« ... abbatii et conventui monasterii Sancti Eadmundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Norwicensis diocesis. Cum felicis recordationis Innocentius papa quartus, predecessor noster, olim duxerit statuendum, ut exempti, quantacumque gaudeant libertate, nichilominus tamen, ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi qui ad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere, nosque postmodum statum hujusmodi. de fratribus nostrorum consilio, decreverimus observandum, vos dubitantes, ne statutum ipsum libertatibus et immunitatibus vobis et monasterio vestro per privilegia et indulgentias ab apostolica Sede concessis prejudicari valeat, nobis humiliter supplicatis, ut providere super hoc indemnitate vestre paterna sollicitudine curaremus. Quia vero ejusdem monasterii sacra religio sic

vos apud nos dignos favore constituit, ut nobis votivum existat, vos ab omnibus per que vobis possent provenire dispendia, immunes libenti animo preservare auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, occasione statuti hujusmodi, nullum eisdem libertatibus et immunitatibus in posterum prejudicium generetur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, III nonas augusti, anno secundo. »

1487

Anagni, 30 septembre 1256.

Separationem bonorum abbatis monasterii S. Eadmundi a bonis monasterii, ab Innocentio papa confirmatam, confirmat. (REG. 24, f. 201^v, ann. II, c. 401.)

« *Eisdem. Consuevit Sedes apostolica —. Cum igitur lecta coram nobis vestra petitio continebat, bona tua, filii abbas, a bonis vestris, filii conventus, sint, sicut ab antiquis fuerunt temporibus, penitus separata, nos, devotionis vestre precibus inclinati, separationem hujusmodi ratam habentes et gratam, illam felicis recordationis I. pape predecessoris nostri, qui eam per suas dicitur litteras confirmasse, inherendo vestigiis, auctoritate apostolica confirmamus et presentium scriptorum patrocinio communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno secundo. »*

1488

Anagni, 25 septembre 1256.

Monialibus inclusis monasterii S. Mariae de Pruliano, Tolosanae diocesis, indulget, ut de possessionibus, quas propriis sumptibus colunt, seu de molendinis eorum aut de animalium nutrimentis non tencantur alicui decimas exhibere : inhibens districtius, ne quis de praemissis ab eis decimas exigere praesumat. (REG. 24, f. 201^v, ann. II, c. 402.)

« *Priorisse et conventui monialium inclusarum monasterii Beate Marie de Pruliano, ordinis sancti Augustini, Tholosane diocesis. Desideriis vestris in —. Dat. Anagnie, VII kalendas octobris, anno secundo. »*

1489Anagni, 1^{er} septembre 1256.

Capituli ecclesiae Machlinensis, Cameracensis diocesis, confirmat statutum, a tempore cojus non extitit memoria observatum, « ut, canonicis ipsius ecclesie decedentibus debitibus obligatis, proventus prebendarum suarum ipsius ecclesie per unum annum post ipsorum decepsum cedant creditoribus eo-

rumdem pro satisfactione hujusmodi debitorum, quodque iidem canonici, si nullis debitibus teneantur, possint de ipsis redditibus in ultima voluntate... libere ordinare. » (REG. 24, f. 201^v, ann. II, c. 403.)

« *.., decano, et capitulo ecclesie Machlinensis, Cameracensis diocesis. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, kalendis septembris, anno secundo. »*

1490

Anagni, 13 juillet 1256.

GUILLELMO, capicero ecclesiae Leriensis, Bituricensis diocesis, cuius major personatus minores habet redditus quam aliquis personatum obtinens in eadem ecclesia, nihil de quotidianis distributionibus ratione capiceriatus percipienti, indulget, ut ipse et successores ipsius dimidiam portionem de minutis distributionibus possint percipere, de assensu decani et capituli Sancti Martini Turonensis, quibus ecclesia Leriensis subesse dinoscitur. (REG. 24, f. 201^v, ann. II, c. 404.)

« *Guillelmo, capicero ecclesie Leriensis, Bituricensis diocesis. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, III idus julii, anno secundo. »*

1491

Latran, 4 avril 1256.

Decano et capitulo Bituricensibus, inter quos erat orta super jurisdictione temporali quarundam villarum materia quaestionis, concedit facultatem observandi ordinationem ultimam quae inter ipsos intervenit, primis juramentis nequam obstantibus. (REG. 24, f. 201^v, ann. II, c. 405.)

« *.., decano, et capitulo Bituricensi. Ex tenore vestre petitionis accepimus, quod olim diversis temporibus inter decanos, qui in ecclesia Bituricensi fuerunt pro tempore successive, ex parte una, et capitulum Bituricensis ecclesie, super jurisdictione temporali quarundam villarum et aliarum rerum ad ecclesiam ipsam spectantium orta, ex altera, materia questionis, et super hoc, diversis temporibus hinc inde diversis compositionibus initis, de observandis eisdem et non impetrando alias litteras ab apostolica Sede ad revocandum easdem et de non utendo etiam impetratis, singulariter corporali juramento firmastis. Demum vobis communiter recessentibus a compositionibus supradictis et remittentibus vobis ad invicem hujusmodi jura menta, amicabilis alia super jurisdictione ipsa et rebus predictis, mediantibus bonis viris, inter vos ordinatio intervenit, ad quam servandum sponte vos, juramento corporali preslito, astrinxistis, que per Sedem apostol-*

Iicam est, ut asseritis, confirmata. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, observandi ordinationem ipsam ultinam, primis juramentis nequaquam obstantibus, auctoritate vobis presentium liberam concedimus facultatem. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Laterani, II nonas aprilis, anno secundo. »

missa. per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat. (REG. 24, f. 202, ann. II, c. 407.)

« ... patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato. Cum negotium Terre —. Dat. Anagnie, VI idus octobris, anno secundo. »

1492

Anagni, 10 octobre 1256.

Magistro et fratribus domus militiae Templi in Accon mandat, quatinus assignent usque ad mille marcas argenti patriarchae Jerosolimitano pro custodia castri Joppensis. (REG. 24, f. 201v, ann. II, c. 406.)

« *Magistro et fratribus domus milicie Templi in Accon.* Cum negocium terre sancte dilectus filius nobilis vir ..., comes Joppensis, tanto affectu ducitur, quod ipse, sicut accepimus, pro custodia castri Joppensis non solum omnia bona sua mobilia et non modicam partem sui patrimonii jam expendit, sed etiam gravi propter hoc premitur sarcina debitorum. Unde fit, quod ipse ad custodiam hujusmodi per se ipsum non sufficit, nisi aliunde sibi ad id oportuna subventio procuretur. Cum itaque bone memorie G., patriarcha Jerosolimitanus, sicut accepimus, dum adhuc viveret, certam pecunie quantitatemi, que sedecim milium Bisantiorum ac Saracenororum summam et a[m]plius attingere creditur, in domo vestra deponi fecerit, in ejusdem terre sancte subsidium convertendam, nos, intellecto quod, si castrum ipsum, quod absit, a(m)mitti contingeret, maximum exinde detrimentum predicte terre ac fidelibus illarum partium immineret, digne volumus, et per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandamus, quatinus de hujusmodi pecunia usque ad mille marcas argenti venerabili fratri nostro ..., patriarche Jerosolimitano, apostolice Sedis legato, expendendas, juxta ipsius prudentiam, in subsidium dicti castri sine difficultate seu dilatione qualibet assignetis, mandatum nostrum taliter impleturi, ut exinde apud nos vestra sinceritas possit merito commendari : alioquin dicto patriarche damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Dat. Anagnie. VI idus octobris, anno secundo. »

1493

Anagni, 10 octobre 1256.

Patriarchae Jerosolimitano notificat mandatum suprascriptum, eique mandat, ut fratres Templi ad id, monitione pra-

1494

Anagni, 22 septembre 1256.

In quaestione inter Guillelum et Philippum dictum Pissem orta super decanatu Acconensi et quibusdam domibus, confirmat sententiam J., S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, latam Anagniae VIII idus septembribus MCCLVI, (REG. 24, f. 202, ann. II, c. 408.)

« *Magistro Guillelmo, decano Acconensi.* Ea que judicio vel concordia usque : communiri. In causa siquidem que inter te et Philippum dictum Pissem, presbiterum Tyensem, super decanatu Acconensi et quibusdam domibus, per mortem quondam Nicolai, decani Aceonensis, tunc in ecclesia Acconensi vacantibus, vertebatur, dilectum filium nostrum J., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalis, dedimus auditorem. Et licet, sicut ex tua petitione collegimus, idem P., auctoritate litterarum nostrarum, legitime citatus fuerit, quia tamen ipse in prefijo sibi termino peremptorio, et postmodum diutius expectatus, et in audience publica et palatio nostro pluries requisitus, per se vel per procuratorem ydoneum coram eodem cardinali contumaciter comparere neglexit, cardinalis ipse, cognitis dictae cause meritis et juris ordine observato, procuratore tuo presente, ut, dicto P. se taliter per contumaciam absentante, de consilio quoque peritorum virorum, diffinitivam pro te super decanatu et domibus supradictis sententiam promulgavit, condemnans eundem presbiterum tibi pro redditibus, preventibus, fructibus et pensionibus exinde perceptis et qui percipi potuerunt, nesciis pro expensis in lite factis, taxatione prehabita, et juramento a dicto procuratore tuo prestito, in certa pecunie quantitate, prout in patentibus litteris ipsius cardinalis confectis exinde ac suo sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam et condemnationem per eundem cardinalem super premissis editas, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

Anagni, 6 septembre 1256.

« In nomine Domini, amen. Suborta materia questionis inter magistrum Guillelmum, decanum Acconeum, ex parte una, et Philippum dictum Piscem, ex altera, super decanatu Acconensi et quibusdam domibus ad ipsum decanatum minime pertinentibus, vacantibus per mortem quondam Nicolai, ipsius ecclesie decani, dominus papa nos, fratrem J., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalis, dedit partibus auditorem.

» Procurator igitur predicti G., in nostra presentia comparens, absente domino Philippo, citato legitime, ut per se, nec per responsalem ydoneum comparente, libellum obtulit formam hujusmodi continentem : « Coram vobis, reverende pater, domino J., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, a domino papa partibus auditore concesso. proponit Stephanus dictus Rigonetus, procurator magistri Guillelmi, decani Acconensis, contra Philippum dictum Piscem seu procuratorem ejus, quod. cum venerabilis pater, dominus O., Tusculanus episcopus, dum in partibus transmarinis legationis officio fungeretur, decanatum Acconensem, tunc vacantem per mortem quondam Nicolai decani Acconensis, et quasdam domos Acconensis ecclesie, dicto decanatu non anexas, cum juribus et pertinentiis ipsorum, auctoritate legationis sue, dicto magistro Guillelmo canonicis contulisset, cum de hiis faciens investiri, et in corporalem possessionem ipsorum reduci, licet idem magister G. dictum decanatum cum domibus diu tenerit et possederit canonice et quiete. Dictus tamen Philippus decanatum ipsum eum predictis domibus, prout sibi placuerit, occupavit et adhuc detinet occupatum, in anime sue periculum et prefatio magistri Guillelmi prejudicium et jacturam; propter quod idem magister G., quameito ad ejus pervenit notitiam, ad Sedem apostolicam appellavit. Quare petit dictus procurator, nomine predicti magistri G., per vos, domine judex, declarari et pronuntiari dictum decanum et domos ad dictum magistrum Guillelum spectare, et prefato Philippo, super predictis decanatum et domibus, perpetuum silentium imponi, et a predictis decanatu et domibus aminoveri, et per vos, domine judex, ipsi Guillelmo dictos decanatum et domos adjudicari, ac eundem G. vel se, ipsius nomine, in possessione, vel quasi, eorundem induci et inductum defendi. Petit etiam fructus et proveniatus predictorum perceptos et qui percipi potuerunt. quos extimat centum marcas argenti; petit etiam

» dampna et expensas ac interesse, que et quas tempore sententie declarabit. Salvo jure, etc. » Quo libello recepto, dictum Philippum diutius duximus expectandum. ad ejus contumaciam convincandam, cumque suam contumaciam non purgasset, sollempni citatione premissa, in publica audiencia, ut est moris, quia de beneficio ecclesiastico agebatur, ubi periculum est in mora. in quo casu, reo absente, per contumaciam actoris sunt admittende de jure, recepimus probationes procuratoris dicti Guillelmi. predicti Philippi absentia non obstante. Quia vero tam per instrumenta quam per testes et alia legitima documenta plene constituit nobis de intentione actoris, diligentि deliberatione prehabita, nichil de juris sollempnitatis omittendo, facta citatione peremptorie in palatio domini pape, ubi curia tenebatur, ad sententiam audiendam, nec pro ipso Philippo aliquo comparente, examinato plene negotio, absentis absentiam divina replente presentia, de consilio peritorum, per nostram sententiam declaramus et pronuntiamus dictum decanatum et domos in libello petita, ad ipsum magistrum Guillelum spectare de jure et rationabiliter pertinere, adjudicantes dictum decanatum et dictas domos predicto Guillelmo et procuratori ipsius, super predictis decanatu et domibus eidem Philippo, licet absenti, perpetuum silentium imponentes, eundem Philippum aminovendo a decanatu et domibus antedictis et quod idem Guillelmus vel alias, ejus nomine, in possessionem predictorum inducatur et defendatur inductus.

» Item condemnamus eum in proventibus, redditibus, fructibus et pensionibus exinde perceptis et qui percipi potuerunt a Philippo predicto vel alio, ejus nomine, et in expensis in judicio factis, taxatione nostra prehabita, procuratoris dicti Guillelmi juramento secuto, in quindecim libris Proveniens. Lata est hec sententia Anagnie, anno Domini M^oCC^oLVI^o, Indictione XI^o, VIII^o idus septembris, pontificatus domini Alexandri pape III^o anno ejus (sic) secundo. Presentibus venerabilibus patribus Ferentinati et Balneoregensi episcopis, magistro Leonardo de Ferentino, capellano nostro, fratre Johanne monacho, Magistro Garino, canonico de Novo vico, et magistro Petro dicto Bonadei, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

» Ad majorem autem fidem huic sententie in posterum adhibendum, ipsam cum nostri sigilli appensione munitam, per Leonardum infrascriptum tabellionem redigi fecimus in publico documento. Ego

» Leonardus, imperiali auctoritate notarius, prolationi predicte sententie interfui, et ipsam de mandato et auctoritate predicti, domini J. cardinalis seripsi et publicavi. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie, X kalendas octobris, anno secundo. »

1495

Anagni, 24 septembre 1256.

Archiepiscopo Tyrensi et episcopo Liddensi mandat, ut sententiam praedictam J., S. Laurentii in Lucina cardinalis, de Guillermo, decano Acconensi, et Philippo dicto Pisce, et condemnationem demandare curent. (Reg. 24, f. 202^v, ann. II, c. 409.)

« .., archiepiscopo Tyrensi, et .., episcopo Liddensi. In causa que —. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno secundo. »

1496

Anagni, 16 octobre 1256.

Jacobum de novo in episcopum Arianensem praeficit, irritans quoq[ue] praesumpsit Reccardus de Rocca, qui se in episcopum ejusdem diocesis, de mandato quondam Frederici imperatoris, eligi et consecrari fecit. (Reg. 24, f. 202^v, ann. II, c. 410.)

« Jacobo, episcopo Arianensi. Fidei tue constantia et fervor sincere devotionis, quibus gratiam Sedis apostolice meruisti laudabiliter, nos inducunt, ut personam tuam, in omnibus que digne possumus, favorabiliter prosequamur. Dudum, sicut sane accepimus, Arianensi ecclesia pastore vacante, canonici ejusdem ecclesie, tempore, quo regnum Sicilie, auctoritate apostolica, erat suppositum ecclesiastico interdicto, te, tunc in minoribus ordinibus constitutum et ecclesie prefate cantorem, in episcopum ipsius ecclesie unanimiter postularunt. Sed postea Reccardus de Rocca, clericus Salernitane diocesis, se in episcopum ejusdem ecclesie, de mandato quondam Frederici, olim Romanorum Imperatoris, eligi seu postulari et tandem consecrari vel potius exercari procurans, non sine multa temeritate presumpsit episcopalia dampnabiliter exequi et ecclesie memoratae proventus pereipere sic intrusus. Et licet postmodum dictus R., auctoritate bone memorie G., Sancti Eustachii diaconi cardinalis, tunc in illis partibus apostolice Sedis legati, eadem ecclesia, quam temere occupaverat, privatus fuerit, et hujusmodi tua postulatio per eundem legatum admissa et

denum per nos etiam approbata. Quia tamen in hujusmodi confirmationis et approbationis litteris, non postulatio, sed electio dicebatur, ipsaunque tunc temporis alienus excommunicationis vel suspensionis sententia seu defectus aliquis forsitan vitiaret, provideri super hoc tibi et eidem ecclesie ad cautelam humiliter supplicasti. Ut igitur nullus de cetero super hiis questioni vel detractioni sit locus omnisque dubietatis amputetur scrupulus, et tua circa hoc conscientia serenetur, quod de predicto Riccardo in hac parte presumptum extitit et quicquid est ob id vel ex eo secutum, de consilio fratrum nostrorum, auctoritate apostolica irritamus, et te, quem multorum laudabilium operum testimonia et expertise probitatis merita nobis et fratribus nostris acceptum et gratum reddunt, et cui de manibus nostris munus consecrationis impendimus, eidem Arianensi ecclesie, quamquam hujusmodi tua postulatio reprobari de jure potuerit ex defectu seu impedimento aliquo vel ex forma, de speciali tamen gratia, tam tibi quam eidem ecclesie providere volentes, de ipsorum fratrum consilio, preseleimus nunc de novo in episcopum et pastorem. Non obstantibus aliquibus litteris contra te super hiis sub quacumque forma verborum per quoscumque obtentis a Sede apostolica vel legatis ipsius aut etiam obtinendis. Nulli etc. nostre irritationis et provisionis etc. Dat. Anagnie. XVII kalendas novemboris, anno secundo. »

1497

Anagni, 28 septembre 1256.

Priorem et capitulum secularis ecclesiae Sancti Austregesillii Graciensis, Bituricensis diocesis, rogat et hortatur attente, quatinus Johannem de Hospicio, pauperem scholarem, postquam fuerit clericali caractere insignitus, recipient in canonicum et in fratrem, non obstante constitutione de certo canonicorum numero. (Reg. 24, f. 203, ann. II, cap. 411)

« .., priori, et capitulo secularis ecclesie Sancti Austregesillii Graciensis, Bituricensis diocesis. Ascribi cupientibus militie —. Dat. Anagnie, IIII kalendas octobris, anno secundo. »

1498

Anagni, 14 octobre 1256.

Episcopo Jauriensi indulget, ut ad solutionem debitorum ecclesiae minime teneatur, nisi ea in ipsis utilitatem ecclesiae versa esse legitime fuerit comprobatum. (Reg. 24, f. 203, ann. II, c. 412.)

« ... episcopo Jaurensi. Ne Jauriensis ecclesia inde

onus sustineat unde emolumenti sibi solatium non provenit. tuis precibus inclinati, ut ad solutionem debitorum minime tenearis, ne quavis auctoritate compelli valeas, nisi ea in ipsius utilitatem ecclesie versa esse legitime fuerit comprobatum, aut super hoc creditoribus a Sede apostolica speciale aliquid sit concessum. auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno secundo. »

1499

Anagni, 9 octobre 1256.

Hamoni Peche, clero Norwicensis diocesis, indulget, ut unicum adhuc aliud ecclesiasticum beneficium recipere valeat. (REG. 24, f. 203, ann. II, c. 412².)

« Hamoni Peche, clerieo Norwicensis diocesis. Volentes tibi gratiam —. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno secundo. »

1500

Anagni, 11 octobre 1256.

Indulgentia centom dierum poenitentibus, qui eleemosinas erogent ecclesiae S. Silvani de Leproso, Bituricensis diocesis. (REG. 24, f. 203, ann. II, c. 413.)

« Universis Christi fidelibus per regnum Francie constitutis. Quoniam, ut ait apostolus, usque : vitam eternam. Sane dilecti filii .., prior et capitulum secularis ecclesie Sancti Silvani de Leproso, Bituricensis diocesis, nobis significare curarunt, quod nonnulli partium earundem, occulto Dei judicio, morbo qui Gehennalis ignis dicitur percussi, ad domum porticus ejusdem ecclesie, que consistit in ejusdem sancti honore constructa, concurrunt undique incessanter, ubi frequenter per ejusdem sancti merita morbo laborantes hujusmodi, sani fiunt. Cum itaque dicta domus adeo tenues habeat facultates, quod eisdem infirmis et pauperibus illuc confluentibus non possint ex eis vite necessaria ministrari, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis vobis collatis a Deo, eis vel eorum nuntiis pias elemosinas et grata caritalis subsidia erogetis, ut, per subventionem vestram, corum inopie consultatur, et vos per hac et alia bona que, Domino inspirante, feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis

ad hoe manum porrexerit carilatis, centum dies, usque : relaxamus. Presentes autem mitti per questuarios districtius inhibemus, usque : decernentes. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno secundo. »

1501

Anagni, 13 octobre 1256.

Johanni, archidiacono Curimensi, W. regis Bohemiae capitano, confirmat dispensationem plura beneficia recipiendi, quam ei concessit abbas monasterii S. Johannis Baptistae de Insula, ordinis S. Benedicti, Pragensis diocesis, auctoritate litterarum Innocentii papae. (REG. 24, f. 203, ann. II, c. 414; POTTHAST 16582.)

« Johanni, archidiacono Curimensi, Pragensis diocesis. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno secundo. »

1502

Anagni, 27 septembre 1256.

Monasterio S. Augustini Cantuariensi abbatis regimine destituto, medio tempore, bona ipsius sacristiae, infirmaryae, eleemosynariae, camerariae ac ecclesiarum, quas monasterium in proprios usus obtinet, et ipsarum pertinentiarum redditus et proventus, per priorem et conventum juxta apostolica privilegia disponuntur. Ideo inhibet, ne alii de praedictis redditibus disponant, sed, de communi consilio prioris et conventus, redditus disponantur. (REG. 24, f. 203, ann. II, c. 415.)

« ... abbatii, et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Eo attentius monasterii —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, anno secundo. »

1503

Anagni, 12 septembre 1256.

Monasterio S. Mariae de Gloria Anagnino, Florensis ordinis, concedit « omnes libertates, immunitates et indulgentias, que ordini Cisterciensi generaliter vel alicui monasterio ejusdem ordinis specialiter a Sede apostolica sunt concesse. » (REG. 24, f. 203^v, ann. II, c. 416.)

« ... abbatii, et conventui monasterii Sancte Marie de Gloria Anagnini, Florensis ordinis. Dum religionis fervorem —. Dat. Anagnie, II idus septembries, anno secundo. »

1504

Anagni, 11 octobre 1256.

Permutationem quarundam terrarum monasterii Florensis, Cusentinae diocesis, pro quibusdam aliis terris prioratus de

Tocina, Sanctae Severinae dioecesis, cum quandam G., priore prioratus ejusdem, factam confirmat: supplens « defectum, si quis in hoc fuit, ex eo quod idem prior, non ab abbate monasterii de Lacina Jerosolymitani, cui dictus prioratus subest, sed a generali procuratore dicti monasterii in partibus cismarini fuerat institutus, cui instituendi priores in prioratibus dicti monasterii ab eodem abbatte fuerat concessa potestas. » (REG. 24, f. 203v, ann. II, c. 417.)

« *Abbati et conventui monasterii Florensis, Cusentine dioecesis.* Cum a nobis —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno secundo. »

1505

Anagni, 11 octobre 1256.

Archipresbytero et capitulo Mediolanensis mandat, ut Jacobum Cotam, canonicum ecclesiarum S. Laurentii Mediolanensis et de Darraco, Mediolanensis dioecesis, natum quondam Salandi Cotae, civis Mediolanensis, recipient in canonicum eique praebendam assignent. (REG. 24, f. 203v, ann. II, c. 418.)

« *Archipresbytero et capitulo Mediolanensis.* Elsi ad provisionem —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno secundo. »

1506

Anagni, 11 octobre 1256.

Nicolao Hurcaudi, clero regis Franciae, obtentu ejusdem regis, indulget, ut duo ecclesiastica beneficia recipere valeat. (REG. 24, f. 203v, ann. II, c. 419.)

« *Nicolao Hurcaudi, clero regis Franciae illustris.* Volentes tibi obtentu —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno secundo. »

1507

Anagni, 26 septembre 1256.

Priori et conventui Dunelmensis ecclesiae confirmat indulgentias et remissiones benefactoribus ecclesiae ejusdem, ab archiepiscopis et episcopis orthodoxis rationabiliter concessas per litteras. (REG. 24, f. 203v, ann. II, c. 420.)

« *Priori et conventui Dunelmensis ecclesie.* Cuin a nobis —. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1508

Anagni, 4 octobre 1256.

Eisdem indulget, ut ad receptionem seu provisionem aliquis in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis per

litteras Sedis apostolicae deinceps nullatenus teneantur, nisi eadem litterae de hac indulgentia fecerint mentionem. (REG. 24, f. 203v, ann. II, c. 421.)

« *Eisdem ordinis sancti Benedicti.* Vestre religionis meretur —. Dat. Anagnie, IIII nonas octobris, anno secundo. »

1509

Anagni, 26 septembre 1256.

Fidelibus poenitentibus et confessis, qui ecclesiam ejusdem conventus Dunelmensis, « in bonore beati Cuthberti confessoris atque pontificis gloriosi constructam, in festo translationis ipsius, cuius corpus carens ut dicitur carie integrum requiescit, ibidem et septem diebus sequentibus .. visitabunt, » unum annum et quadraginta dies de poenitentia relaxat. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 422.)

« *Eisdem. Sanctorum meritis inclita —.* Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1510

Anagni, 7 octobre 1256.

Eadem indulgentia fidelibus, qui ecclesiam monasterii S. Augustini Cantuariensis in honorem ss. Petri, Pauli et Augustini constructam, visitabunt in festivitatibus dictorum sanctorum. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 423.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Vite perennis gloria —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno secundo. »

1511

Anagni, 12 octobre 1256.

Conventui ejusdem monasterii Cantuariensis notificat se recepisse LX marcas ab eo. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 424.)

« *Abbati et conventui Sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Noverilis quod frater Riccardus, monachus et procurator vester sexaginta marcas sterlingorum, nomine visitationis, ex parte vestra nobis fideliter presentavit. Dat. Anagnie, IIII idus octobris, anno secundo. »

1512

Anagni, 13 octobre 1256.

Arnaldo Morlano et Sancio, fratribus, de Podio Noteri et de Senefine ecclesiarum rectoribus, Carcassonneensis dioecesis, indulget, ut dictas ecclesias retinere possint, non obstante

quod mater eorum, Aladaisis, hereticos adoraverit et in propria domo receperit. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 425.)

« Arnaldo Morlane et Sancio, fratribus, de Podio Nauterii et de Senefine ecclesiarum rectoribus, Carcassonensis diocesis. Exhibitam nobis vestram petitio continebat, quod, licet quondam Aladaisis, mater vestra, summa simplicitate seducta, hereticos adoraverit, ipsos in propria domo receperit, de bonis propriis eisdem dederit, predicationibus ipsorum interfuerit, panem ab eis juxta ritum ipsorum benedictum sumpserit manducandum, et alias participaverit cum eisdem, non tamen heretica extitit, sicut videtur ex eo quod, dum ageret in extremis, sacerdotem proprium advocavit, eique confessa, corpus Christi recepit ab ipso, et corpus ipsius inter catholicos fuit traditum ecclesiastice sepulture. Quia vero probari non potest, quod dicta mater vestra confessa fuerit de crimine memorato, ut vobis timeatis, hujus ratione criminis, aliquid status et fame discriminem in posterum imminere, nobis humiliter supplicastis, ut super hiis providere vobis misericorditer curaremus. Nos igitur, vestris precibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus. ut, predictis nequaquam obstantibus, dictas ecclesias libere retinere possitis, ac, pretextu hujusmodi materni criminis, nullum vobis super ecclesiis ipsis, beneficiis seu canoniciis assecutis vel etiam assequendis, obstaculum opponatur, etiam si aliquibus inquisitoribus heretice pravitatis sit commissum a Sede apostolica vel concessum, ut, de dioecesanorum consilio, filios hereticorum, fautorum seu receptatorum eorum privare possint honoribus ecclesiasticis seu beneficiis jam obtentis, aut si forte contra eandem matrem vestram condemnationis sententia fuerit promulgata. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, III idus octobris, anno secundo. »

1513

Anagni, 10 octobre 1256.

Reginaldo de Turre, clero Carnotensis diocesis, ex patre subdiacono genito et muliere, cui prius quidam laicus fidem de contrahendo matrimonio dederat, dispensat, ut ad omnes sacros ordines promoveri valeat et duo beneficia ecclesiastica recipere. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 426.)

« Reginaldo de Turre, clero Carnotensis diocesis. Consuevit Sedes apostolica precibus condescendere devotorum, eorumque votis favorem benivolum impertiri. Cum igitur ex parte tua fuit propositum coram nobis, pater tuus subdiaconus ex quadam muliere te genererit, cui prius quidam laicus fidem de

contrahendo matrimonio cum ipsa dederat, carnali postmodum subsecuta copula, quamquam hujusmodi dationem fidei nequiverit postea coram ordinario judice comprobare. Nos volentes tibi, obtentu dilecti filii magistri Petri de Castra, canonici Carnotensis, gratiam facere specialem, ut ad omnes sacros ordines promoveri, et duo beneficia ecclesiastica. etiam si curam animarum habeant, recipere licite. si tibi canonice offrantur, ac retinere libere valeas, hujusmodi defectu et constitutione generalis concilii nequaquam obstantibus, tecum auctoritate presentium dispensamus. Proviso ut eadem beneficia debitum non fraudentur obsequis, et in eis animarum cura nullatenus negligatur. Ita tamen quod prebendam seu beneficium quod vel quam pater tuus obtinuit, nullatenus assequaris. Nulli etc. nostre dispensationis etc. Dat. Anagnie, VI idus octobris, anno secundo. »

1514

Anagni, 9 octobre 1256.

Mathaco, rectori ecclesiae de Bouglainvat, Carnotensis diocesis, indulget, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (REG. 24, f. 204, ann. II, c. 427.)

« Mathaco, rectori ecclesie de Boglanel, Carnotensis diocesis. Etsi propter ambitionem quorundam, ne quis plures ecclesias vel ecclesiastica beneficia habeat, sacri concilii constitutio interdicat, illos tamen nonnunquam apostolice Sedis gratia prosequitur ampliori, qui moribus ornant scientiam et conversationem muniunt honestate. Cum igitur de litterarum scientia, mundicia vite bonisque moribus commenderis, nos, bonis beneficere cupientes, ac intendentes te per hoc, et obtentu dilecti filii magistri Petri de Castra, canonici Carnotensis, cuius clericus existis, prerogativa gratie prosequi speciali, ut preter ecclesiam de Reglanal (sic), Carnotensis diocesis, curam animarum habentem, quam obtines, unicum aliud beneficium seu personatum vel dignitatem ecclesiasticam, cum cura vel sine cura, recipere valeas, ac una cum eadem ecclesia retinere libere, non obstante constitutione predicta, auctoritate presentium tibi indulgeamus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VII idus octobris, anno secundo. »

1515

Anagni, 11 octobre 1256.

Infrascriptis mandat, ut monasterium Graecorum de Tribus Pueris, Gerentinae diocesis, graviter collapsum de Floensi

ordine reformat. (Reg. 24, f. 204, ann. II, c. 428; Port. 16579.)

« .., episcopo Bisenianensi, archidiacono Squillae nisi, ac magistro Amato, canonico Cusentino. Sua nobis dilecti —. Dat. Anagnie, V idus octobris, anno secundo. »

1516

Anagni, 19 octobre 1256.

Episcopo Lemovicensi mandat, quatinus in cathedrali vel alia ecclesia civitatis vel dioecesis de aliquo beneficio competenti magistro Petro, dicto Arnalt, clero ejusdem dioecesis, provideat, juxta continentiam litterarum jam a se eidem episcopo directarum. (Reg. 24, f. 204^v, ann. II, c. 429.)

« Episcopo Lemovicensi. Sicut dilectus filius —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembris, anno secundo. »

1517

Anagni, 25 octobre 1256.

Conventui monasterii Oswaldi, Eboracensis dioecesis, ecclesias « de Felekirke, de Warnefeld, de Huderfeld, de Federstan, de Batelay [Batley] et de Addewic [Adwic], » ejusdem dioecesis, olim in usus proprios concessas a T., Eboracensi archiepiscopo, quod ipsius successores R., G. et W. approbarunt, confirmat, non obstante quod capitulum Eboracense expresse concessioni hujusmodi a principio non consensit. (Reg. 24, f. 204^v, ann. II, c. 440.)

« Priori et conventui monasterii Oswaldi, ordinis sancti Augustini, Eboracensis dioecesis. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, VIII kalendas novembris, anno secundo. »

1518

Anagni, 28 octobre 1256.

Eidem conventui supradictas ecclesias a Thorstino, Eboracensi archiepiscopo, concessas, postmodum R., G. et W., Eboracensibus archiepiscopis, approbantibus, et per longa retroacta tempora possessas pacifice et quiete, ad instar I. papae predecessoris sui, confirmat, supplens « defectum, si quis in hoc extitit, ex eo quod capituli Eboracensis expressus super hoc non intervenit assensus. » (Reg. 24, f. 204^v, ann. II, c. 441.)

« Eisdem. Cum a nobis —. Dat. Anagnie, V kalendas novembris, anno secundo. »

1519

Anagni, 20 août 1256.

Alfonso Roderici, scolari Colim briensis dioecesis, nepoti

S. regis Portugaliae, induget, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de solito genitus et soluta, possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam curam animarum habens, obtinere. (Reg. 24, f. 204^v, ann. II, c. 442.)

« Alfonso Roderici, scolari Colim briensis dioecesis. Solet apostolice Sedis —. Dat. Anagnie, XIII kalendas septembri, anno secundo. »

1520

Anagni, 23 octobre 1256.

Adae dicto Thalebet, rectori ecclesiae de Hoewald, Norwicensis dioecesis, cuius proventus decem marcarum argenti valentiam vix excedunt, indulget, ut unicum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (Reg. 24, f. 204^v, ann. II, c. 443.)

« Ade dicto Thalebet, rectori ecclesie de Hoevalde, Norwicensis dioecesis. Elsi propter ambitiones —. Dat. Anagnie, X kalendas novembris, anno secundo. »

1521

Anagni, 23 octobre 1256.

Rogerio, dicto Renardo, presbytero, rectore ecclesiae de Cormelles, Baicensis dioecesis, morbo leprae percutso, Baicensis episcopus in ecclesia ipsa Thomam, dictum Avelinum, ejusdem dioecesis, instituit, de redditibus ejusdem ecclesiae quindecim libras Turonensem ei assignans. Eodem Rogerio supplicante, papa archiepiscopo Rothomagensi mandat quatinus, si Thomas ecclesiam relinquat, in ea aliquem sacerdotem idoneum instituere procuret, ei quindecim libras reddituum assignans, reliquis redditibus Rogerio reservatis et concessa eidem morandi facultate in domo quam ipse construxit, distante ab ecclesia per jactum lapidis. (Reg. 24, f. 205, ann. II, c. 444.)

« .., archiepiscopo Rothomagensi. Ex parte Rogerii —. Dat. Anagnie, X kalendas novembris, anno secundo. »

1522

Anagni, 24 octobre 1256.

Abbatii S. Michaelis in Periculo maris, Abricensis dioecesis, confirmat concessionem conferendi primam tonsuram et minores ordines conversis monasterii. (Reg. 24, f. 205, ann. II, c. 445.)

« Abbatii et conventui Sancti Michaelis in Periculo maris, ordinis sancti Benedicti, Abricensis dioecesis. Cum tibi, fili abbas, et successoribus tuis in perpetuum conferendi primam tonsuram et minores ordines concesserimus facultatem, nos, turbationis et offenditionis in hac

parte materiam tollere cupientes, declaramus te et successores tuos in monasterii tui conversis et hiis qui ad illud convolaverint et in quos ecclesiasticam et quasi episcopalem jurisdictionem obtines, etiam in aliis diocesibus, diocesani accedente consensu, predicta debere dumtaxat concessionem gaudere. Dat. Anagnie, VIII kalendas novembbris, anno secundo. »

1523

Anagni, 25 septembre 1256.

Vestigiis Alexandri papae III inhaerens, abbatii et conventui monasterii S. Edmundi, Norwicensis diocesis, indulget, ut, de proventibus ecclesiae de Pakeham, Norwicensis diocesis, triginta marcas annuatim valentibus et in qua jus obtiaent patronatus, annuam certae quantitatis pecuniae valorem percipient pro sustentatione hospitum ad eos dechoantum. (REG. 24, f. 205, ann. II, c. 446.)

« *Abbatii et conventui monasterii Sancti Edmundi, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Norwicensis diocesis. Religionis vestre mereatur —. Dat. Anagnie, VII kalendas octobris, anno secundo. »*

1524

Anagni, 23 octobre 1256.

Eidem abbatii concedit facultatem benedicendi sacerdotales vestes, pallas altaris et corporalia ad usus conventus in monasterio S. Edmundi et ecclesiis ac capellis eidem pleno jure subjectis. (REG. 24, f. 205, ann. II, c. 447.)

« *Eisdem monasterii Sancti Eadmundi regis et martiris, etc. Ut apostolice Sedi —. Dat. Anagnie, X kalendas novembbris, anno secundo. »*

1525

Anagni, 26 septembre 1256.

Ad iastar Gregorii papae praedecessoris, qui quondam abbatii monasterii S. Augustini Cantuariensis concessit facultatem benedictionem dandi populo in monasterio et ecclesiis eius pleao jure subjectis, indulget abbatii praesenti, ut benedictionem sollempnem que incipit a laude prophetica « Sit nomen Domini benedictum, » in eisdem monasterio et ecclesiis, non praesente pontifice vel ipsius Sedis legato, impetriri populis valeat. (REG. 24, f. 205, ann. II, c. 448.)

« *Abbatii monasterii Sancti Augustini Cantuariensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. Ex quondam .., abbatis —. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno secundo. »*

ALEXANDRE IV, t. I.

1526

Anagni, 23 octobre 1256.

Inhibet, ne administratores ejusdem monasterii transgredi valeant statutum terarium, in quo annuatim rationem reddunt. (REG. 24, f. 205, ann. II, c. 449.)

« *Eisdem abbatii et conventui ipsius monasterii. Ex tenore vestre petitionis accepimus quod, licet ..., celerrarius, et alii officiales et amministratores ecclesiarum, maneriorum et possessionum monasterii vestri teneantur abbatii ejus, qui fuerit pro tempore, ac etiam monachis ydoneis ad hoc per vos provide deputandis, de hiis annuatini reddere certis terminis rationem, ipsis tamen hoc efficere non curantibus, dictum monasterium incurrit exinde non modicum detrimentum. Nos itaque, vestris et ipsius monasterii dispendiis paterna in hac parte sollicitudine precavere volentes, tibi, fili abbas, et successoribus tuis, ne cellararium, officiales et amministratores cosdem in exhibenda et reddenda ratione debita de premissis statutum et consuetum terminum transgredi permittatis, auctoritate presentium sub excommunicationis pena districtius inhibemus. Nulli etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Anagnie, X kalendas novembbris, anno secundo. »*

1527

Anagni, 23 octobre 1256.

Cum monasterium Cantuariense grave incurrit detrimentum, quia bonorum ipsius commissio secularibus aliquando facta fuit, eisdem abbatii et conventui inhibet, ne decetero ecclesias, maneria, nemora et possessiones prefati monasterii custodiae alicujus secularis personae, absque eorum unanimi voluntate vel consensu majoris et sanioris partis eorum, committere praeasumant. (REG. 24, f. 205, ann. II, c. 450.)

« *Eisdem. Provisionis vestre provenire —. Dat. Anagnie, X kalendas novembbris, anno secundo. »*

1528

Anagni, 7 octobre 1256.

Priori et conventui monasterii S. Mariae de Giseburna, ordinis s. Augustini, Eboracensis diocesis, quibus bonae memoriae Gualterus, Glasguensis episcopus, omnes decimas garbarum ac quasdam possessiones ad ecclesias de Logmaban, Anant, Cumbertres, Gretenhou, Rainpatri et Kirkpatri pertinentes, anno MCCXIII, XIV die octobris, in usus proprios concesserat, hanc concessionem confirmat, ejusdem episcopi donationis instrumentum inserendo. (REG. 24, f. 205^v, ann. II, c. 451; POTTHAST t6571.)

« .., priori, et conventui monasterii Sancte Marie de

Giseburna, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis.
Cum a nobis —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno secundo. »

1529

Anagni, 23 octobre 1256.

Dunkeldensi et Candidae Casae [Whitehern] episcopis de epistola ad priorem et conventum monasterii S. Mariae de Giseburna directa (nº 1528) significat eisque mandat, ut illos in corporalem possessionem memoratarum decimarum et possessionum inducant. (REG. 24, f. 205v, ann. II, c. 452; POTTHAST 16593.)

« .., *Dunkeldensi et Candidae Casae episcopis. Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Anagnie, X kalendas novembbris, anno secundo. »*

1530

Anagni, 20 octobre 1256.

Magistro Rogero dicto Pepin indulget, ut subdecanatum et praebendam ecclesiae Eboracensis ac ecclesiam de Kirkeby in Kendele, ejusdem diocesis, possit retinere. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 453.)

« *Magistro Rogero dicto Pepin, subdecano Eboracensi. Volentes persone tue —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembbris, anno secundo. »*

1531

Anagni, 27 octobre 1256.

Priori et conventui monasterii Sancti Oswaldi indulget, ut extra Eboracensem diocesim trahi ad judicium non possint super hiis quae infra ipsam babent. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 454.)

« *Priori et conventui monasterii Sancti Oswaldi, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis. Quieli vestre paterna —. Dat. Anagnie, VI kalendas novembbris, anno secundo. »*

1532

Anagni, 14 octobre 1256.

Proponente Avignonensi episcopo, episcopo Aurasicensi mandat quatinus, non obstante constitutione super revocatione canonicorum ultra quaternarium numerum, super provisione procedat Petri, nepotis Avenionensis episcopi, tunc ecclesiae de Seriaco, nunc ecclesiae Sancti Laurentii de Arboribus rectoris, Avenionensis diocesis, in aliqua ecclesiarum provincie Ebredunensis vel comitatus Provincie, juxta Innocentii pa-

pae IV continentiam litterarum. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 455.)

« *Episcopo Aurasicensi. Cum, sicut venerabilis —. Dat. Anagnie, II idus octobris, anno secundo. »*

1533

Anagni, 31 octobre 1256.

Galfrido de Insula, rectori ecclesiae de Stocwelle indulget, ut unicum adhuc beneficium ecclesiasticum recipere valeat. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 456.)

« *Galfrido de Insula, rectori ecclesie Scotwelle, Wintoniensis diocesis. Etsi, propter ambitiones —. Dat. Anagnie, II kalendas novembbris, anno secundo. »*

1534

Anagni, 15 octobre 1256.

Obtentu precum Ricardi, abbatis Westimonasterii Londoniensis, capellani sui, magistro Jacobo de Aquablanca indulget, ut per quinquennium insistens scolasticis disciplinis, preventus beneficiorum ejus percipere valeat. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 457.)

« *Magistro Jacobo de Aquablanca, archidiacono Salopesbirie, subdiacono nostro, Herefordensis diocesis. Volentes tibi obtentu —. Dat. Anagnie, idibus octobris, anno secundo. »*

1535

Anagni, 28 octobre 1256.

Infrascripto indulget, ut unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere valeat. (REG. 24, f. 206v, ann. II, c. 458)

« *Thome dicto Spin, rectori ecclesie de Wittechirche, Lincolnensis diocesis. Cupientes proni ad —. Dat. Anagnie, V kalendas novembbris, anno secundo. »*

1536

Anagni, 6 octobre 1256.

Aymerico de Aver laico et Mabiliae Leferle, Andegavensis diocesis, dispensat, ut in contracto matrimonio licite remanere valeant, non obstante processu episcopi Andegavensis, quia sponsalia contracta fuerant ante septimum annum. (REG. 24, f. 206, ann. II, c. 459.)

« *Aymerico de Aver, laico, et Mabilia uxori ejus, nate quondam Hervei Leferle, Andegavensis diocesis. Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, suggesto nobis*

quod quarto consanguinitatis gradu attinebatis vobis ad invicem, et quod super sponsalibus inter te, filia Mabilia, et Gaufridum infra septemnium constitutum consobrinum tuum, filii Aymerici, contrahendis inter tuos, filia Mabilia, consanguineos et ipsius Gaufridi progenitores tractatus erat habitus, per nostras litteras voliscum dispensavimus, ut premissis nequaquam obstantibus possetis in contracto inter vos matrimonio licite remanere. Verum eodem Gaufrido et ..., patre ipsius, et quibusdam aliis denuntiantibus, venerabili fratri nostro ..., Andegavensi episcopo, diocesanu vestro, quod, ante contractum inter vos matrimonium, inter te, filia Mabilia, et dictum Gaufridum intervenient sponsalia, te, Mabilia, in estate nubili existente, ac dicto Gaufrido post septemnium acceptante hujusmodi sponsalia, que antequam attingeret septimum annum contracta erant, idem episcopus super hoc ad inquisitionem descendit in omnes eos qui prefuerunt in hujusmodi matrimoniū contrahendo, pro eo quod contractum fuerat clandestine, dicebat (*sic*), et per aliquos annos, Mabilia et dictus Gaufridus, habitaveritis insimul postmodum specialiter et in vos post appellationem pro parte vestra ad Sedem apostolicam interpositam excommunicationis sententiam pro sue voluntatis libito promulgavit; alias vos, occasione hujusmodi, multipliciter inquietans. Quare nolis humiliter supplicasti, ut providere volis super hoc, paterna solicitude curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut, predictis impedimentis vel ipsorum aliquo et processu prefati episcopi post premissam dispensationem, super eisdem impedimentis seu ipsorum occasione habito, nequaquam obstantibus, possitis in sic contracto inter vos matrimonio licite remanere. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, II nonas octobris, anno secundo. »

1537

Anagni, ter novembre 1256.

Magistro Gilleberto de Mochenc, magistro in artibus ac etiam in jure canonico et civili proiecto, cui G[regorius] papa praedecessor dispensavit, ut, non obstante defectu natalium quem patiebatur de diacono genitus et soluta, posset ad omnes sacros ordines promoveri et beneficia ecclesiastica curam animarum habentia obtinere, concedit, ut ecclesiam Sancti Petri de Fresneio, Ebroicensis diocesis, et canonicatum Ebroicensem recipere valeat. (Reg. 24, f. 206^v, ann. II, c. 459².)

« Magistro Gilleberto de Mochenc, canonico Ebroicensi. Ex tenore tue —. Dat. Anagnie, kalendis novembris, anno secundo. »

1538

Anagni, 30 septembre 1256.

Clero et monachis Vasconiae mandat, quatinus magistro Rostando, subdiacono et capellano suo, tanquam apostolicæ Sedis legato in partibus eorum, intendant humiliiter et devote. (Reg. 24, f. 206^v, ann. II, c. 460.)

« .., Burdegalensi et Auxitano archiepiscopis, et universis episcopis ac abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis necnon capitulis, conventibus et collegiis, ac ceteris personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, eujusque sint ordinis, exemptis et non exemptis, per Wasconiam constitutis. De suppremis eolorum ad ima mundi descendens unigenitus Dei filius, ut hominem de laqueo servitutis eriperet, in quem ipsum suggestio impegerat serpentina, vestem nostre mortalitatis induit, volens proprii aspersione sanguinis incendia perpetui cruciatus extinguere, ac suos eterna morte possessos vite peremptis efficere possessores: qui commisso sibi legationis in regione peccantium exercens officium, in universum mundum discipulos, quos elegerat, destinavit creature omni evangelium predicare, vicarium suum instruens, ut ejus exemplo nonnumquam alios in partem sollicitudinis advocaret, ubi officii sui debitum corporalis absentia solvere prohiberet. Licet enim sit nobis potestatis plenitudo commissa, fines tamen humane possibilitatis exceedere non valemus, ut dum in parte una officium exercemus injunetu[m], illud alibi presentialiter exequamur, quia lex conditionis humane non permittit personam eandem similiter in diversis partibus existendo creditam sibi exequi potestatem, nec etiam patitur jus nature corpus unum eodem tempore locis pluribus comprehendendi. Unde cum eura suscepti regiminis nos universis Christifidelibus constituat debtores, ne absentes negligentia relinquamus, ad ipsos interdum personas ydoneas dirigimus vice nostra, per eos residuum sollicitudinis, quam ad presentes personaliter gerimus dispensando. Sane inter cetera desiderabilia cordis nostri, animarum salutem, libertatis ecclesiastice incrementum et pacem cunctis fidelibus Christi potissime cupientes, sedula vigilamus solertia, et quod possumus diligentissimo studium adhibemus, ut possint laudabiliter submotis impedimentis quibuslibet juxta nostri desiderii plenitudinem auctore Domino provenire, ac eo ardentius, ut in vestris partibus animarum profectus adveniat, libertas Ecclesie vigeat, ac pacis servetur tranquillitas, affectanus, quo ferventius bonum statum partium appetimus eoru[m]dem.

Ut igitur ipse partes eo magis in Dei et Ecclesie devotione proficiant, quo specialius per Sedem apostoli-

cam velud matrem se visitationes beneficio senserint refoveri : ecce dilectum filium magistrum Rostannum, subdiaconum et cappellanum nostrum, utique scientia preditum, morum honestate decorum et consilii matritate preclarum, ad partes easdem tanquam pacis Anglie propter hoc et pro negotio Terre Sancte, quod carissimus in Christo filius noster ... illustris rex Anglie, constanter et patenter assumpsit, commisso sibi plene legationis officio, ut evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificeat et plantet, sicut viderit expedire, duximus destinandum. Cum igitur ipsum inter alios officiales nostros specialis dilectionis brachii amplexemur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eum. imo potius nos in ipso, benigne recipientes et honorifice pertractantes, eidem tanquam apostolice Sedis legato intendatis humiliter et devote, ipsius monita et precepta et que nobis ex parte vestra mandaverit, efficaciter adimplendo. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Dat. Anagnie, II kalendas octobris, anno secundo. »

1539

Anagni, 5 octobre 1256.

Magistro Rostando supradicto concedit, ut legationis officium exercere valeat in aliis partibus regis Angliae ad quas oportet se transferre. (Reg. 24, f. 207, ann. II, c. 461.)

« *Magistro Rostando, capellano nostro, in Wasconie partibus apostolice Sedis legato.* Cum in Wasconie partibus plene tibi legationis officium pro salubri et pacifice statu partium carumdem ac pro negotio Terre sancte, quod carissimus in Christo filius noster ... illustris rex Anglie, constanter et patenter assumpsit, duxerimus committendum et oporteat te interdum ad alias terras ejusdem regis pro hujusmodi negotio te transferre, discretioni tui, ut in premissis partibus hujusmodi legationis officium exercere libere valeas, etiam si in aliis terris ejusdem regis moram traxeris pro predicto negotio, tenore presentium duximus conendum. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno secundo. »

1540

Anagni, 5 octobre 1256.

Capitalis, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis Vasconiae mandat, quatinus magistro Rostando procurationes

ratione legationis ei debitas exhibere integre studeant. (Reg. 24, f. 207, ann. II, c. 462.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, deeanis, archidiaconis, archipresbyteris et prepositis et aliis ecclesiasticis prelatis, neconon capitulis et conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, tam exemptis quam non exemptis, per Wasconiam constitutis.* Cum dilectum filium —. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno secundo. »

1541

Anagni, 31 octobre 1256.

Cum Blasio Petri, nobilibus orto natalibus, dispensat, ut, praeter canonicatum et praebendam Tyrasonensis ecclesiae, alia beneficia possit recipere usque ad valorem annum centum marcum argenti, canonicatu et praebenda computatis, sacri Concilii constitutione ac illa quam bonae memoriae Sabiniensis episcopus, tunc in Hispaniae partibus apostolicae Sedis legatus, contra obtinentes plura ecclesiastica beneficia edidisse dinoscitur, nequaquam obstantibus. (Reg. 24, f. 207, ann. II, c. 463.)

« *Blasio Petri, canonico Tyrasonensi.* Licet nequis plures —. Dat. Anagnie, II kalendas novemboris, anno secundo. »

1542

Anagni, 17 octobre 1256.

Magistro Rostando supradicto (**1538**) concedit potestatem dispensandi cum tribus clericis idoneis, ut eorum quilibet, praeter beneficia jam obtenta, adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium licite recipere valeat. (Reg. 24, f. 207, ann. II, c. 464.)

« *Magistro Rostando, capellano et nuncio nostro in Anglia.* Volentes tuam honorare —. Dat. Anagnie, XVI kalendas novemboris, anno secundo. »

1543

Anagni, 6 octobre 1256.

Henrico III Angliae et Edmundo Siciliae regibus terminum, infra quem rex Angliae venire vel mittere capitaneum cum militia competenti in regnum Siciliae ac certam pecuniae summam solvere teneatur, usque ad sex menses computandos a kalendis decembribus proximo venturi prorogat. (Reg. 24, f. 207, ann. II, c. 465; POTTHAST 16568; RODENBERG, t. III, p. 404, n° 445.)

« *Henrico, Anglie, et Edmundo, Sicilie regibus illustri-*

bus. Suplicantibus olim nobis —. Dat. Anagnie, II nonas octobris, anno secundo. »

1544

Anagni, 10 novembre 1256.

Archiepispo Messanensi, quem pro negotio supradicto destinat, litteras supradictas (**1543**) notificans, « prorogandi adhuc hujusmodi terminum juxta praescriptam formam, si expedire videris, usque ad tres menses alios subsequentes, liberam de predictorum fratrurn consilio coneedit potestatem. » (REG. 24, f. 207^v, ann. II, c. 466; RÖDENBERG, t. III, p. 405, n° 445².)

« *Archiepiscopo Messanensi. Suplicantibus olim nobis —. Dat. Anagnie, IIII idus novembris, anno secundo. »*

1545

Anagni, 27 octobre 1256.

Archiepispo Tarantasiensi indulget, ut domum de Cleriaco, ipsius diocesis, mensae episcopalnis usibus deputare valeat. (REG. 24, f. 207^v, ann. II, c. 467.)

« *.., archiepiscopo Tarantasiensi. Constitutus in presentia nostra nobis humiliter supplicasti, ut, cum mense tue archiepiscopales redditus et proventus adeo sint tenues et exiles, quod non potes ex illis, secundum quod decet, pontificalem dignitatem comode sustentari, providere in hac parte tibi paterna diligentia curaremus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue, ut domum de Cleriaco, ordinis sancti Augustini, tue diocesis, cum pertinentiis suis, ad tuam, ut asseris, collationem spectantem, quam nonnulli predecessorum tuorum interdum ad manus suas retinuisse dicuntur, possis predicte mense usibus deputare, auctoritate presentium indulgemus, proviso quod predicta domus debitum ac consuetis obsequiis non frandetur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Anagnie, VI kalendas novembris, anno secundo. »*

1546

Anagni, 10 novembre 1256.

Johanni de Sumercot, capellano suo, indulget, ut, praeter ecclesiastica beneficia jam obtenta, duo alia, etiam si sint personatus vel dignitates, refinere valeat. (REG. 24, f. 207^v, ann. II, c. 468.)

« *Johanni de Simericor, subdiacono et capellano nostro. Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Anagnie, IIII idus novembris, anno secundo. »*

1547

Anagni, 2 novembre 1256.

Radulpho de Bohun, clero, nato nobilis viri comitis Herefordiae et Essexiae, indulget, ut, praeter ecclesiastica beneficia jam obtenta, quorum proventus summam sexaginta marcarum sterlingorum annis singulis non exceedunt, possit adhuc uniuersum aliud beneficium recipere. (REG. 24, f. 207^v, ann. II, c. 469.)

« *Radulpho de Bohum, clero, nato nobilis viri comitis Herefordie et Exsscie ac totius Anglie constabularii. Volentes tibi tue —. Dat. Anagnie, IIII nonas novembris, anno secundo. »*

1548

Anagni, 13 novembre 1256.

Petro, dicto Apalochi, familiari suo, cui, devotum, diutinum et fidele obsequium attendens, « totum id quod olim tenuit et habuit judex Paulus de Spoleto in Castro Frisinonis ejusque districtu, » in directum feudum locavit, sub annuo censu duarum librarum cereae usque ad quadraginta annos Camerac apostolice jam solutarum, investituram et assignationem possessionis confirmat, a nobili viro Thomasio ballivo Curiae in castro praedicto factas. (REG. 24, f. 207^v, ann. II, c. 470.)

« *Pctro, dicto Apalochi, familiari nostro. Sedes apostolica pia —. Dat. Anagnie, idibus novembris, anno secundo. »*

1549

Anagni, 27 novembre 1256.

Egidium, priorem de Hondrevilla, in capellanum recipit. (REG. 24, f. 208, ann. II, c. 472.)

« *Egidio monacho monasterii Fidemensis, priori de Hondrevilla, Laudunensis diocesis. Volentes tuam honorare personam, quam tue merita probitatis favore apostolico dignam reddunt, te auctoritate presentium in nostrum recepimus capellanum, has tibi litteras in testimonium concedentes. Dat. Anagnie, V kalendas decembris, anno secundo. »*

1550

Anagni, 4 novembre 1256.

Cum Rostanno Columbi et Benefactae, civibus Burdegalensibus, dispensat quod ad matrimonium per verba de praesenti inter eos contractum procedant, non obstante quod Rostannus cum quondam Peyrona, nata Guillelmi Arnaudi Monadier, quae Benefactae quarto consanguinitatis gradu contigerat, per verba contraxerat de praesenti, quanquam

carnalis copula non fuerit subsecuta. (REG. 24, f. 208, ann. II, c. 473.)

« Rostanno Columbi et Benefacte, mulieri, civibus Burdegalensibus. Apostolice Sedis providentia —. Dat. Anagnie, II nonas novembris, anno secundo. »

1551

Anagni, 20 octobre 1256.

Electo Saresbiriensi concedit facultatem dispensandi cum magistro Simone Germano et tribus aliis clericis et familiaribus ejus, quos infra mensem postquam intraverit regnum Angliae nominatum duxerit exprimendos, ut quilibet eorum habentium ecclesiastica beneficia unicum aliud beneficium liceat recipere valeat. (REG. 24, f. 208, ann. II, c. 474.)

« Electo Saresbiriensi. Volentes tuam honorare —. Dat. Anagnie, XIII kalendas novembris, anno secundo. »

1552

Anagni, 5 octobre 1256.

Cum Magistro Hugone Feleti, canonico Xanctonensi, dispensat, ut, praeter ecclesias de Marolio et Sancti Sigimundi in diocesi Xanctonensi obtentas, aliud beneficium in Burdegalensi provincia liceat recipere valeat. (REG. 24, f. 208, ann. II, c. 472.)

« Magistro Hugoni Feleti, canonico Xanctonensi. Cui- pientes proni ad —. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno secundo. »

1553

Anagni, 30 octobre 1256.

Omnibus praelatis praecepit, quatinus benigne recipient fra- tres militiae hospitalis S. Thomae martyris Cantuariensis in Accon, pro eleemosinis colligendis ad eorum loca accedentes, et nuntiari faciant constitutionem suam de eisdem fratribus. (REG. 24, f. 208, ann. II, c. 475.)

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbiteris et aliis eccl- esiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint. Cum dilectis filiis .., magistro, et fratribus militie hospitalis Sancti Thome martiris Cantuariensis in Accon duxerimus indulgendum, ut semel in anno recipientur in ecclesiis ad elemosinas colligendas, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, cum fratres ipsi ad loca vestra pro elemosi- nis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem

et honeste tractantes, ipsos in ecclesiis vestris ammo- nere populum et elemosinas libere querere permittatis: confratrias vestras quas facere potestis cotidie ipso- rum confratribus, que semel in anno sient, nullatenus preponentes, ne occasione illarum elemosine pauperum Christi depereant et impediuntur opera pietatis.

» De parrochianis autem vestris, qui domos illorum invadunt per violentiam vel infringunt aut indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, et tam deposita quam res diripiunt eorumdem, cum exinde querimo- niam deposuerint coram vobis, tam districtam eis jus- titiam facialis et ita jura eorum defendere ac manute- nere curetis, quod ipsi ad nos pro defectu justitie sepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obe- dientiam vestram debeamus merito commendare, vos- que beneficiorum que in sancta domo illa fiunt, parti- cipes existatis.

» Preterea liberas et absolutas personas, que se domui eorum in sanitate vel in infirmitate reddiderint, libere ac sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc temptetis aliquatenus impedire.

» Illud autem non mediocriter movet nos, nec modi- cum ecclesiastice derogat honestati, quod quidam ves- trum contra institutionem sanctorum patrum in Turo- nensi concilio editam, fratum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire: unde, quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientie vobis virtute precipimus, ut nullo modo a fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quicquam exi- gere vel accipere, nisi quod spontanea decedentium liberalitas vel parentum devotio vobis contulerit, at- templetis, sed absque ullo pretio sepeliatis corpora morluorum, et si quis hoc ulterius attemptaverit, tali- ter animadvertis in eum quod amplius similia non presumat.

» Ad hoc vobis presentium auctoritate precipimus, ne ab eis, contra tenorem privilegiorum apostolice Se- dis, de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus decimas exigere presumatis.

» Cum autem oratoria vel cimiteria, secundum quod eis est beneficio privilegiorum Ecclesie Romane con- cessum, duxerint construenda, vos, fratres archiep- scopi et episcopi, eis pro se ac familia sua tantum ora- toria dedicare ac cimiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum contra tenorem privilegiorum ipsorum id impedire andeat aliquatenus vel turbare.

» De cetero quoniam fratres militie predicti hospita- lis in vestris episcopalibus constituti, qui, crucem et suum habitum deponentes, per illecebras seculi et vi- torum arrepta vagantur, et illos etiam qui prioribus

suis contumaces et rebelles existunt et ballivas detinent contra voluntates ipsorum, moncatis instanter et pro vestri officii debito compellatis, ut habitum depositum resumentes, in obedientia prelatorum suorum devote ac humiliter perseverent, et ballivas sive alia officia per violenciam nullo modo detinere presumant.

» Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Preterea quicunque de facultatibus sibi collatis a Deo fratribus hospitalis Sancti Thome martiris Cantuariensis in Accon et subvenerint et in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia persolverint annuatim, eis, de beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, septimam partem injuncte penitentie relaxamus apostolica quoque auctoritate. Ob reverentiam ipsius hospitalis, statuimus, ut hiis qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsan ecclesie ad quas pertinent a divinis fuerint officiis interdicti, ipsos mori contigerit, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publice usurarii, sepultura ecclesiastica non negetur.

» Volumus autem, ut liceat eis confratres suos, quos ecclesiarum prelati apud ecclesias suas malitiose non presumpserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publice usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias hospitalis predicti, et oblationes, tam pro eis quam pro aliis qui in eorum cimeteriis requiescent, exhibitas sine alieni juris prejudicio retinere: hoc autem addito, ut receptores fraternitatis ejusdem seu etiam collectarum, salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri et nostra protectione consistant.

» Adicimus insuper ut, si quis eorundem fratrum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas, in quamlibet civitatem, castellum et vicum advenerint, si forte locus ille a divinis fuerit officiis interdictus, in eorum jucundo adventu senel aperiantur ecclesie annuatim et, excommunicatis et nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur, salva in omnibus supradictis declaratione concilii generalis.

» Ad majorem quoque vestre mercedis cumulum, nichilominus vobis mandando, precipimus, quatinus hanc nostram constitutionem per parochias vestras nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam ut, si qui de clericis ecclesiarum vestrarum prefati hospitalis Sancti Thome fratribus, cum licentia prelati et capituli sui, sponte ac gratis per annum vel biennium decreverint deservire, nequaquam impedianter et interim sua be-

neficia non a(m)mittant. Dat. Anagnie, III kalendas novembris, anno secundo. »

1554

Anagni, 9 août 1256.

Archiepiscopo Terraconensi mandat quatinus audiat eam inter Vicentinum episcopum et conventum monasterii S. Mariae de Riuppullo, adeo intricatam, ut jam per decem et novem annos duravit, et ipsam instructam ad Sedis apostolicae examen remittat. (REG. 24, f. 208v, ann. II, c. 475².)

« Archiepiscopo Terraconensi. Lecta nobis venerabilis fratris nostri .., Vicentini episcopi, petitio continebat, quod causa, que inter ipsum, ex parte una, et .., abbatem, et conventum monasterii Sancte Marie de Riuppullo, ordinis sancti Benedicti, Vicentine diocesis, super eo quod iidem abbas et conventus dicto episcopo tanquam diocesano suo intendere denegant et de iuribus episcopalibus respondere, ex altera, vertitur, propter varietatem processuum habitorum in ea coram diversis judicibus a Sede apostolica delegatis, et etiam coram bone memorie .., archiepiscopo Terraconensi, predecessore tuo, in quem fuit a partibus ipsis tanquam in arbitrum super hoc sub certa pena concorditer compromissum, est adeo intricata utpote que per decem et novem annos et amplius jam duravit, quod non creditur posse de facili in illis partibus terminari; super quo idem episcopus apostolice providentie remedium imploravit. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, faciens tibi omnes predictas litteras et processus tam per eas quam coram eodem predecessore tuo habitos exhiberi detentores, ad exhibitionem eorum, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, causam eandem audias, et ipsam infra unum annum post receptionem presentium, si de partium voluntate processerit, judicio vel concordia terminare procures, faciens quod decreveris auctoritate nostra observari. Testes autem usque: perhibere. Alioquin causam ipsam extunc instructam vel non instructam ad ipsius Sedis remittas examen, prefixo partibus ipsis termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores ydoneos eum omnibus actis, iuribus et munimentis suis nostro se conspectui representent, facture ac recepture super hoc quod ordo dictaverit rationis. Quicquid autem super hiis duxeris faciendum, nobis, per tuas litteras harum seriem continentis, fideliter intimare procures. Dat. Anagnie, V idus augusti, anno secundo. »

1555

Anagni, 31 octobre 1256.

Magistro Rogero de Heslerton, clero Eboracensis dioecesis, indulget, ut, praeter beneficia ecclesiastica quae obtinet, quorum unum retinet commendatum, possit aliiuc unicum beneficium ecclesiasticum retinere. (REG. 24, f. 208^v, ann. II, c. 475³.)

« *Magistro Rogero de Heslertone, clero Eboracensis dioecesis. Liceat ne quis —. Dat. Anagnie, II kalendas novembris, anno secundo. »*

1556

Naples, 7 mars 1255.

Johanni, dicto nato Petri magistri Luce, civi Remensi, concedit officium tabellionatus. (REG. 24, f. 208^v, ann. II, c. 476.)

« *Johanni, dicto nato Petri magistri Luce, civi Remensi. Cum emula juris alieni cupiditas novas cotidie pariat questiones. ne immortales existant et vitam litigantium superarent, provida fuit deliberatione provisum, ut certe persone ad judicatus assumerentur officium, per quos orte lites sine debito sopirentur. Rursum, ne contractuum memoria deperiret, inventum est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam presentium et memoriam futurorum manu publica notarentur. Hinc est quod predicta officia, ad que fuisti repertus ydoneus, cum potestate dandi tutores et curatores emancipandi, decreta interponendi, alimenta decernendi, instrumenta exemplandi et prothocolla, testes recipiendi et publicandi tibi duximus concedenda, ut ea prudenter et fideliter exequaris et ad te, cum necesse fuerit, in omnibus que ad predicta officia pertinent recuratur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Dat. Neapoli, nonis martii, anno primo. »*

1557

Latran, 13 décembre 1256.

[Fulconi], Gneznensi archiepiscopo, Cracoviensi et Wladislaviensi episcopis mandat, moneant et inducent Boleslaum ducem Slesiae, qui [Thomam], episcopum Wratislavensem, ad monasterium de Gorkau, suae dioecesis, consecraturum ibidem quandam ecclesiam divertentem nocturno tempore in ipso monasterio cum [Boguphalo] praeposito et Ecardo, presbytero canonico ejusdem ecclesiae, neconon et aliis ipsius familiaribus ceperat, ut dictum episcopum et alios captos pristinae libertati restituat; si dux corum monitis acquiescere non curarit, ipsum et fautores ejus excommunicatos publice nuncient. (REG. 24, f. 209, ann. II, c. 477; POTTHAST 16619.)

« .., Gneznensi archiepiscopo, .., Cracoviensi et .., Wla-

dislaviensi episcopis. Gravem ad nos dilecti filii capitulum ecclesie Wratislaviensis querimoniam destinarunt, quod, eum venerabilis frater noster ... episcopus Wratislaviensis, ad monasterium de Gorea, sue dioecesis, consecraturus ibidem quandam ecclesiam divertisset, nobilis vir Boleslaus, dux Slesie, associatis sibi quibusdam iniquitatis filiis, in ipsum monasterium nocturno tempore subito irruens, eundem episcopum in lecto jacentem nullasque tunc formidantem insidias cum .., preposito, et Ecardo presbitero, canonico ejusdem ecclesie, neconon et quibusdam aliis ipsius familiaribus personaliter capere ipsumque, in maiorem pontificalis dignitatis injuriam, ad quoddam castrum ipsius, degustaturum ibidem carcerales angustias, nullum ad Deum, cuius idem episcopus legatione fungitur, habendo respectum, fere nudum adducere ausu saerilego non expavit, rebus suis quas ipse ac familiares predicti secum habebant neqmter asportatis, de quo eo acrioris urgemur doloris aculeis et turbamur, quo injuriam hujusmodi non minus nobis quam ipsi episcopo illatam fuisse specialius reputamus. Ceterum, si forte nominatus dux aliquid contra eum questionis haberet, quomodo tamen in tam furiosam tamque detestabilem insaniam prorumpere potuit, ut in episcopum Domini manus violentas injiceret ipsumque captivum detinere presumeret, qui ex sue dignitatis officio nexus potest solvere delictorum. An puta idem dux ut Ecclesie mucro in vagina tepescens ferire nesciat tam graviter delinquentem et ut abbreviata sit manus Ecclesie vel ejus potestas in aliquo diminuta, quod de tam gravi Deo illata injuria condignam sumere nequeat ultionem.

« Porro in tantum suadente justitia, super hoc accenditur zelus noster quod, nisi per celeris satisfactionis medium idem dux prudenter sibi duxerit providendum, taliter procedere curabimns contra ipsum, quod, pena docente, cognoscet quantum excesserit, immo deliquerit in premissis. Verum quia monitio debet esse pene preamble et priusquam adhibeat incisionis gladius, linitivis remediis est utendum, fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum ducem, quod episcopum, prepositum et canonicum supradictos ac etiam alios eum eis captos, absque difficultate qualibet pristine libertati restituens, eos libere abire permittat et de ablatis rebus et irrogatis injuriis eidem episcopo et ecclesie quam in hoc contra se nimium provocasse dinoscitur, plenariam restitutio- nem et satisfactionem impendat, ex parte nostra monere ac etiacaeter induceere procuretis. Qui, si vestris,

immo nostris, acquiescere monitis non curarit, ipsum et omnes ejus in hac iniuitate consiliarios et fautores, appellatione remota, singulis diebus dominicis et festis. pulsatis campanis et candelis accensis, in locis in quibus expedire videritis, excommunicatos publice nuntietis et faciatis per vos et alios ab omnibus artius evitari, supponendo terram ejusdem ducis ac loca in quibus eundem episcopum et alios detineri contigerit, ecclesiastico interdicto, ita ut nullum in eis divinum celebretur officium aut exhibeat, preter baptismum parvolorum et penitentias morientium, ecclesiasticum sacramentum, et faciendo nihilominus hoc idem de quolibet loco ad quem dux predictus devenerit, quamdiu fuerit in eodem, processuri alias contra ipsum per privationem feudorum que ab ecclesiis, necnon et juris patronatus que in quibuscumque ecclesiis obtinet, prout culpe ipsius qualitas et protervitas exegerit pertinacis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Nos enim omnes litteras, promissiones, concessiones, renuntiationes, conventiones, alienationes ac fidejussiones et hiis similia, si qua ab eodem episcopo et preposito Ecardo et aliis supradictis sic detentis facte fuerint, etiam si juramento vallata noscantur, nullius exnunc penitus esse volumus firmitatis; ita quod ad observationem ipsorum prenominatus episcopus et successores ipsius ac alii in posterum nullatenus teneantur. Taliiter autem in commisso vobis negotio procedere studeatis, ut idem dux quem alias culpa similis dicitur reddidisse notabilem, de sua malitia erubescat et per hec ceteris attemptandi similia aditus precludatur. Quod si non omnes, usque: exequantur. Dat. Laterani, idibus decembris, anno secundo. »

1558

Latran, 12 décembre 1256.

Episcopo Cameracensi mandat, quatinus redditus ecclesiae Malbodiensis deputet, distributionibus quotidianis, canonibus quae horis intersunt canonicis. (REG. 24, f. 209, ann. II, c. 478.)

« *... episcopo Cameracensi. Dilecta in Christo filia ... abbatissa secularis ecclesie Malbodiensis, tue diocesis, eupiens salubriter, ut proponit, quod in dicta ecclesia diurnum studiosius frequentetur officium et ipsius canonice libentius in laudibus exerceant se divinis, deputari per aliquem ad distributiones cotidianas eisdem canonicabus, que horis intersunt canonieis, faciendas, quibus que horis ipsis interesse neglexerint, privari de-*

ALEXANDRE IV, t. I.

beant proventum qui ad ipsam abbatissam specialiter et ad canonicas ipsas communiter pertinent. aliquam portionem paterne providentie studio mandaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes ac volentes tibi, qui loci diocesanu existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus. quatinus hujusmodi redditus. juxta ipsius abbatis pium affectum, predictis distributionibus auctoritate nostra deputes, prout tua discretio viderit divini cultui nominis expedire. Contradictores etc. Proviso ne per hoc abbatie dignitas vel canonicularum stipendia in proventibus enormiter minuantur. Dat. Laterani, II idus decembris, anno secundo. »

1559

Anagni, 28 octobre 1256.

Guillelmo, episcopo Papiensi, indulget, ut proventus omnium beneficiorum ecclesiasticorum ac personatum et dignatum saecularium primi anni, quae usque ad triennium in civitate ac diocesi Papiensibus vacare coactigerint, possit percipere in solutionem debitorum ecclesiae Papiensis convertendos. (REG. 24, f. 209^v, ann. II, c. 479.)

« *Guillelmo, electo Papiensi. Desideriis tuis in —. Dat. Anagnie, V kalendas novembris, anno secundo. »*

1560

Anagni, 31 octobre 1256.

Archiepiscopo Bracharensi, qui, tunc prior ecclesiae Wi- maranensis, intendebat in prioratu quandam capellam facere construi, in suae et priorum praedecessorum suorum remedio animarum, concedit, ut de pecunia ipsius ecclesiae usque ad centum marcas argenti possit possessiones emere ac eas eidem capellae perpetuo assignare. (REG. 24, f. 209^v, ann. II, c. 480.)

« *Archiepiscopo Bracharensi. Cum sicut te —. Dat. Anagnie, II kalendas novembris, pontificatus nostri anno secundo. »*

1561

Anagni, 31 octobre 1256.

Eidem, qui quandam capellam intendit facere construi in ecclesia Bracharensi, idem concedit. (REG. 24, f. 209^v, ann. II, c. 481.)

« *Eidem. Cum sicut tua —. Dat. Anagnie, II kalendas novembris, anno secundo. »*

1562

Latran, 11 décembre 1256.

In quaestione inter Jobannem de Malines et Henricum, decanum christianitatis Walie, super quadam praebenda ecclesiae Antwerpiensis confirmat et inserit arbitramentum O., S. Mariae in Via lata cardinalis, Anagniae, MCCLVI die exente octobris, latum. (Reg. 24, f. 209v, ann. II, c. 481.)

« Johanni de Malines, canonico ecclesie Antwerpiensis, Cameracensis diocesis. Ea que judicio vel concordia terminantur usque : communiri. Causa quidem que inter te ac Henricum, decanum christianitatis Walie, rectorem ecclesie de Barsele, Tornaeensis diocesis, super praebenda que in ecclesia Antwerpiensi per mortem Raynerii de Thenis, ipsius canonici, vacaverat, et ejusdem ecclesie canonicatu, primo coram .., cantore, et deinde coram .., decano, et magistro P. de Sancto Trudone, canonico Cameracensi, auctoritate apostolica diutius fuerat agitata, per eosdem judices, de partium voluntate, ad apostolicum remissa examen, tu et magister Symon, ipsius II. procurator, jurisdictioni, ordinationi, pronuntiationi, amicabili compositioni, arbitrio seu arbitramento dilecti filii nostri O., Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, quem in causa ipsa dederimus partibus auditorem, post multas altercationes in eadem habitas coram eo, vos precise ac libere super injusmodi negotio et omnibus illud contingentibus juramenti fide prestita summisistis. Porro idem cardinalis, hujusmodi compromisso recepto et a vobis obtenta vive vocis oraculo arbitrandi, ordinandi, pronuntiandi, statuendi et per compositionem amicabilem disponendi quicquid in predicto negotio vel circa illud sibi et partibus expedire videret, neconon et supplendi omnem defectum tam ex parte tua quam dicti decani, per quem posset ipsius arbitrium, ordinatio sive amicabilis compositio impediri, et presertim procurementis prefati procuratoris, ad componendum speciale non habentis mandatum, plenaria potestate, auctoritate potestatis hujusmodi et mandati nostri, supplens procurationis prediecte ac etiam litterarum super tua provisione impetratarum neconon provisionis tibi facte defectum, omnemque alium per quem ejusdem cardinalis arbitrio seu amicabili compositioni posset obstaculum provenire, arbitratus est, pronuntiavit, statuit, ordinavit et per amicabilem compositionem disposuit, ut tu dictam prebendam, quam tibi adjudicare ac assignare curavit, habere debeas et pacifice possidere, imposito ipsi II. perpetuo silentio super ipsa; statuens nichilominus, volens, mandans, inhibens, decernens, ordinans et disponens nonnulla alia circa ista, prout in publico instrumento confecto exinde ac ipsius cardina-

lis sigillo munito, cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenus continetur. Nos itaque, tuis precibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem ipsius instrumenti talis est :

Anagni, 30 octobre 1256.

« In nomine Domini. Amen. Etsi multum litigantes bus expeditat instare pro justitia assequenda que omnibus quod summ est reddere ac finem litibus impone consuevit, plus tamen eis expedire videtur, maxime in questionibus que tractum temporis habuerunt, pro amplectenda concordia laborare, cum illa sepe invitos et nolentes, ista quasi semper in voluntarios et consentientes reddatur, cum in questionibus decisio per illam frequenter, insopitis autem per hanc raro proveniat recidiva. Cum igitur Johannes de Malines, canonicus ecclesie Antwerpiensis, Cameracensis diocesis, ex parte una, et Henricus, decanus christianitatis Walie, rector ecclesie de Barsele, ex altera, super praebenda ecclesie Antwerpiensis, quam quondam Raynerius de Thenis, ejusdem ecclesie canonicus, obtinuisse assurrit in eadem, quam quidem Johannes predictus, auctoritate litterarum apostolicarum, ad se spectare ac detineri a decano predicto dicebat, ac super canonicatu ipsius ecclesie, tam extra Romanam Curiam, quam in ipsa, coram nobis O., Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, quem dominus papa dederit partibus auditorem, diutius ad invicem litigarint, sepedictus Johannes ac magister Symon, procurator decani ejusdem, licet ad compromittendum non haberet mandatum, hac forte ratione inducti, potius viam concordie voluerunt amplecti, et eam eligere in hac parte quam eventum judicii dubium expectare, et in nos absolute libere ac spontanea voluntate tanquam in arbitrum, arbitratorem ac etiam ordinatorem, fide juramenti hinc inde prestita, compromittere curaverunt, jurisdictioni, ordinationi, pronuntiationi, amicabili compositioni, arbitrio ac arbitramento nostris, se precise ac liberaliter supponentes super negotio memorato, et omnibus que ipsum negotium contingere dinoscuntur, sicut in instrumento publico confecto exinde dicitur contineri. Nos vero, recepto hujusmodi compromisso receptaque a summo pontifice plenaria potestate nobis ab ipso viva voce concessa arbitrandi, ordinandi, pronuntiandi, statuendi ac per compositionem amicabilem disponendi quicquid in

» predicto negotio vel circa predictum negotium nobis
 » et partibus videremus expedire, procurationis quoque
 » ejusdem Symonis, mandatum speciale ad componen-
 » dum seu faciendum concordiam non habentis, ac
 » omnem alium defectum, tam pro Johanne quam de-
 » cano predictis, supplendi, per quem nostrum possit
 » arbitrium, ordinatio sive amicabilis compositio im-
 » pediri, pro hono pacis et utilitate utriusque partis
 » compositionis ac concordie inter predictos fovende,
 » auctoritate ac mandato nobis in hac parte a domino
 » papa concessis, procurationis defectum procuratoris
 » prefati ac etiam litterarum ad cantorem Cameracen-
 » sem obtentarum super provisione Johanni predicto
 » facienda, nec non provisionis facte eidem Johanni
 » in ecclesia memorata per Arnoldum, tunc decanum
 » christianitatis de Alost, cui dictus cantor commis-
 » rat vices suas, ac omnem alium defectum, per quem
 » nostrum possit arbitrium, ordinatio seu amicabilis
 » compositio impediri, supplentes auctoritate predicta,
 » arbitramus, pronuntiamus, statuimus et ordinamus
 » ac per amicabilem compositionem disponimus, ut
 » prenominatus Johannes habeat et obtineat, obtainere
 » ac pacifice possidere debeat in ecclesia supradicta
 » prebendam, quam dictus R. de Thenis obtinuit in ea-
 » dem, eidem Johanni adjudicantes et assignantes
 » eandem, quam prefatus decanus sibi dimittere te-
 » neatur, et sine aliqua difficultate dimittat ipsius de-
 » cani contradictione, cui super dicta prebenda perpe-
 » tuum silentium imponimus, aut alterius eiuslibet
 » non obstante, ac etiam non obstante quod rectoriam
 » ecclesie de Maude, Cameracensis diocesis, de qua
 » in rescripto apostolico super dicta prebenda obtenta
 » expressam non fecerit mentionem, tempore impetra-
 » tionis ipsius habuisse dicatur. Fructus quoque ipsius
 » prebende, a tempore vacationis ipsius perceptos,
 » Johanni adjudicantes eidem, ab expensis que ab
 » utraque parte facte in lite dinoscuntur, eosdem
 » invicem reddimus absolutos. Ut autem idem deca-
 » nus de compositione hujusmodi et ordinatione nos-
 » tra experiatur sibi fructum utilem provenire, nos,
 » predicti domini auctoritate et mandato, decernimus,
 » volumus et mandamus, ut et ipse decanus, cui cano-
 » nicatum ipsius ecclesie Autwerpiensis adjudicamus
 » et assignamus, cum plenitudine juris canonici : de
 » quo etiam predictum Symonem, procuratorem ejus-
 » dem presentem, cum nostro anulo corporaliter inves-
 » timus, et ut canonicus ejusdem ecclesie in omnibus
 » et per omnia censeatur, et ibidem stallum in choro et
 » locum in capitulo assequatur et ad plenum nomen
 » canonici, sicut unus ex aliis, sortiatur, cum ipse sit in

» sacerdotio constitutus, cotidianas distributiones que
 » hiis canonici assignari consueverunt in ipsa ecclesia,
 » qui horis intersunt, cum et ipse horis intercerit tan-
 » quam canonicus, percipiet in eadem, ne autem ipse
 » decanus carere prebenda diutius videatur, sibi, si qua
 » in ipsa ecclesia vacat, conferimus : sin autem primam
 » prebendam in ipsa ecclesia vacaturam, que tamen
 » non sit dignitati vel personatui annexa, donationi
 » apostolice ac nostre ad opus decani ejusdem et pro
 » facienda collatione de ipsa eidem, auctoritate hujus-
 » modi, reservamus. Indulgentia Cameracensi episcopo
 » et electo ejusdem civitatis et diocesis vel quibuscum-
 » que aliis personis concessa non obstante, enjuscum-
 » que conditionis existant, et constitutione domini
 » nostri Alexandri, que de quatuor loquitur, non ob-
 » stante : inhibentes ne contra ordinationem et reser-
 » vationem hujusmodi, a capitulo ipsius ecclesie vel ab
 » aliis quibuscumque personis in ipsorum Johannis et
 » decani predicti prejudicium aliquid attemptetur, ac
 » decernentes irritum et inane, si quid in premissis
 » vel circa premissa a predictis vel aliis quibuscumque
 » contra ordinationem nostram seu provisionem pre-
 » dictam contigerit attemptari. In cuius rei testimo-
 » nium, presentem ordinationem per infrascriptum
 » notarium nostrum scribi fecimus et sigilli nostri
 » appensione muniri. Actum Anagnie, in hospitio jam
 » dicti domini cardinalis, sub anno Domini MCCLVI,
 » indictione XIII, mense octobris, die secunda
 » exeunte, presentibus magistro Gualtero dicto Olfar,
 » Fumensi canonico, Gottifrido, clero ducis Braban-
 » tie, canonico Maclinensi, magistro Nicolao de Fur-
 » nes, procuratore comitis Flandrie, magistro Nico-
 » lao de Montibus, procuratore domini episcopi
 » Cameracensis, et domino Theodorico, presbitero de
 » Nordethuie, et Golwino, clero de Sicha, testibus
 » ad hoc vocatis. Ego Zambrosius de Burgo, imperiali
 » auctoritate notarius, pronunciationi suprascripte or-
 » dinationis interfui, et eam de mandato supradicti
 » domini cardinalis scripsi fideliter et in publicam
 » formam redigi. »
 » Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Laterani,
 III idus decembris, anno secundo. »

1563

Latran, 12 décembre 1256.

Officiali Cameracensi causam inter Johannem de Malines et
 Henricum, decanum christianitatis Wafiae agitatam, arbi-
 tramentumque O., Sanctae Mariae in Via lata cardinalis
(1562), notificans, mandat quatinus ordinationem ipsam

débitae executioni demandet. (Reg. 24, f. 210, ann. II, c. 482.)

« ... officiali Cameracensi. Causa que inter —. Dat. Laterani, II idus decembris, anno secundo. »

1564

Latran, 12 décembre 1256.

Decano Tullensi mandat, quatinus Rogerio, decano S. Salvatoris Metensis, proventus decanatus faciat ministrari, non obstante quod idem Rogerius canonicatum assecutus est in ecclesia Metensi. (Reg. 24, f. 210, ann. II, c. 483.)

« ... decano Tullensi. Dilecti filii Rogeri, decani Sancti Salvatoris Metensis, capellani dilecti filii nostri H., tituli Sanete Sabine presbyteri cardinalis, nobis exhibita petitio continebat, quod felicis recordationis I. papa, predecessor noster, sibi duxit per suas litteras indulgendum, ut decanatum et prebendam, quos in eadem ecclesia Sancti Salvatoris Metensis se canonice proponit adeptum, cum canonicatu et prebenda Metensis ecclesie, cum eos fuerit assecutus, non obstante contraria consuetudine, licite valeat retinere. te, fili, super hoc executore concessso. Nos igitur, ipsius capellani benignum impertientes assensum, mandamus quatinus, si est ita, proventus decanatus et prebendarum ipsarum, juxta indulti predicti tenorem, ei facias integre ministrari, juxta predecessoris ejusdem directarum ad te continentiam litterarum. Dat. Laterani, II idus decembris, anno secundo. »

1565

Latran, 12 décembre 1256.

Decano ecclesiae Sancti Arnalis, Metensis diocesis, mandat quatinus sine qualibet difficultate procedat, juxta P., Sancti Georgii ad Velom Aureum diaconi cardinalis, tunc in partibus illis apostolicae Sedis legati, continentiam litterarum, Henrico, canonico Metensi, ejusdem cardinalis capellano, provideat de aliquo beneficio, si quid in ecclesia Metensi vacaret. (Reg. 24, f. 210v, ann. II, c. 484.)

« ... dreano ecclesie Sancti Arnalis, Metensis diocesis. Dilectus filius Henricus —. Dat. Laterani, II idus decembris, anno secundo. »

1566

Anagni, 31 octobre 1256.

Abbati et conventui monasterii Fontis Laureati, Florensis ordinis, Tropaeensis diocesis, monasterium S. Angeli de Militino, de mandato G[regorii IX] papae ipsis ad reformationem communissum, sed postea per Fr[edericum II] ablatum, confir-

mat. (Reg. 24, f. 210v, ann. II, c. 485; RODENBERG, t. III, p. 412, n° 447.)

« Abbati et conventui monasterii Fontis Laureati, Florensis ordinis, Tropaeensis diocesis. Oblata nobis ex parte vestra petitio continebat, quod felicis recordationis G. papa, predecessor noster, intellecto quod monasterium Sancti Angeli de Militino, tunc ordinis Sancti Basillii, Rossanensis diocesis, adeo erat in spiritualibus et temporalibus deformatum, quod vix aliqua religionis vestigia remanserant in eodem, bone memorie... Bisinianensi episcopo, ejusque college suis dedit litteris in mandatis, ut, ad monasterium ipsum personaliter accedentes, illud infra certum tempus, juxta ejusdem ordinis Sancti Basillii regulares observantias, si posset fieri, reformarent, alioquin ipsum .., abbati vestri monasterii, committerent de Florensi ordine reformandum, diocesani loci in omnibus jure salvo. Qui, juxta mandatum apostolicum, personaliter accedentes ad locum et ibidem visitationis officium impendentes, cum monasterium ipsum in ordine suo reformari non posset, illud abbati vestro reformandum de Florensi ordine commiserunt, quod etiam fratres qui ibidem remanserant acceptantes, ipsi abbati professionem fecerunt, promittendo decetero Florensem ordinem in omnibus observare. »

» Sed postmodum non solum officiales quoniam Fr., olim Romanorum imperatoris, vos illo monasterio, quod aliquandiu pacifice possedistis, contra justitiam spoliarunt, verum etiam idem Fr. majorem partem possessionum vestri monasterii pro sue voluntatis arbitrio in suum dominium revocavit: propter quod defectum in temporalibus non modicum sustinetis. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod super hiis ab eisdem episcopo et collega provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Revocantes omnino que in premissis in vestrum prejudicium sunt presuma, et mandantes dictum monasterium Sancti Angeli debere vobis restitui vestreque dispositioni committi et tamdiu detineri ad manus vestras, quo usque, ipsius et bonorum ejus plena possessione habita a vobis, de dicto Florensi ordine valeat commode reformari. Nulli etc. nostre confirmationis, revocationis et precepti etc. Dat. Anagnie, II kalendas novembris, anno secundo. »

1567Anagni, 1^{er} novembre 1256.

Bisinianensi et Strongolensi episcopis et Leoni, canonico

Rossanensi, mandat quatinus dictos abbatem et conventum monasterii Fontis Laureti in corporalem possessionem monasterii Sancti Angeli, secundum confirmationis supradictae tenorem (1566), reducant et reductos defendant. (REG. 24, f. 210v, ann. II, c. 486; POTTHAST 16607.)

« ... Bisinianensi, et ..., Strongolensi episcopis, et Leoni, canonico Rossanensi. Oblata nobis ex —. Dat. Anagnie, kalendis novembris, anno secundo. »

1568

Latran, 4 mai 1256.

Abbatii et conventui monasterii S. Martini Viterbiensis ecclesiam de Holcham, Norwicensis diocesis, quam eis Henricus, rex Angliae, et Pandulphus, Norwicensis episcopus, tunc electus, concederant, confirmat. (REG. 24, f. 210v, ann. II, c. 487; POTTHAST 16353.)

« Abbati et conventui monasterii Sancti Martini Viterbiensis, Cisterciensis ordinis. Cum a nobis petitur etc. usque : ad effectum. Significatis siquidem nobis, quod carissimus in Christo filius noster Henricus, illustris rex Anglie, jus patronatus, quod spectat ad ipsum, in medietate ecclesie de Holcham, Norwicensis diocesis, vobis in elemosinam contulisset, bone memorie Pandulfus, Norwicensis episcopus, tunc electus, apostolice Sedis legatus, sui conventus accedente consensu, medietatem ipsius ecclesie cum pertinentiis suis, considerata paupertate monasterii vestri, vobis in usus proprios duxit liberaliter concedendam, perpetuo vicario qui pro tempore servierit in eadem, portione decem marcarum de ipsius proventibus reservata, prout in litteris regis, episcopi et conventus predictorum plenius continetur. Nos igitur, vestris precibus inclinati, ad instar felicis recordationis Gregorii et Innocentii predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, tam donationem regiam quam concessionem dicti episcopi, sicut pie ac provide facie sunt, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem rei evidentiam, tenores litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, que tales sunt :

Winchecumbe, 13 août 1232.

» Henricus, Dei gratia rex Anglie, dominus Iybernie, dux Normannie et Aquitanie, comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, coinitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus balivis, et fidelibus suis, salutem. Noveritis nos, intuitu Dei et pro salute

» anime nostre et animarum antecessorum et heredum nostrorum, dedisse et concessisse, et hac carta nostra confirmasse, quantum ad patronatum pertinet, abbati et monachis Sancti Martini de Viterbio et successoribus suis ibidem Deo servituis medietatem ecclesie de Holcham, cum pertinentiis suis, que ad nostram spectat donationem, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris, predictis abbatii et monachis et successoribus suis Deo ibidem servituis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Quare volumus et firmiter precipimus, quod predicti abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant de nobis et heredibus nostris medietatem predite ecclesie cum pertinentiis suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, bene et in pace, libere, quiete et integrte, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eandem medietatem pertinentibus, sicut predictum est. Hiis testibus P., Wintoniensi episcopo, S. de Segrave, justiciario Anglie, Briano de Insula, Rinaldi filio, N. Johanne de Grai, P. de Orival, Ricardo de Grai, Amaurico de Sancto Amando, Bartholomeo Poche, Galterio de Cauz et aliis. Datum permanum venerabilis patris Raymundi, Gicestrensis episcopi, cancellarii nostri, apud Wincherumbe, XIII die augusti, anno regni nostri septimo decimo. »

Reading, 11 avril 1219.

« Universis Christi fidelibus ad quos littore iste per venerint. Pandulfus, Dei gratia Norwicensis electus, domini pape camerarius, apostolice Sedis legatus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos, considerata honestate et religione .., abbatis, monasterii Sancti Martini de Monte Viterbii, ordinis Cisterciensis, et fratrum ibidem Deo servientium, medietatem ecclesie de Holcham, Norwicensis diocesis, cum pertinentiis suis, in qua medietate dictum monasterium jus obtinet patronatus, ex donatione domini Henrici, regis Anglie illustris, concessimus et donavimus, de consensu capituli nostri, prefato monasterio in puram et perpetuam elemosinam habendam et tenendam perpetuo in proprios usus, ad paupertatem ipsius monasterii sublevandam, salva vicaria quam taxivimus (*sic*) in proventibus tantum decem marcarum, in qua vicaria vicarius, secundum consuetudinem loci, ex parte dicti monasterii Norwicensi episcopo presentatus, cum admissus fuerit ab eodem, descrivet semper in propria persona, et synodalia et alia omnia canonica onera pro medietate ipsius ecclesie sustinebit. In cuius rei testimonium, has litteras fieri fecimus et sigillo nostro muniri.

» Datum Rading., III idus aprilis, pontificatus domini
» Honori pape III anno tertio. »

« Omnibus ad quos littere iste pervenerint. Willelmus. prior Norwicensis, et conventus ejusdem loci,
» salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod,
» cum dominus Pandulfus, Norwicensis electus, do-
» mini pape camerarius, apostolice Sedis legatus, me-
» diatatem ecclesie de Holcham perpetuo in proprios
» usus concesserit monasterio Sancti Martini de Monte
» Viterbii, in qua medietate idem monasterium jus
» patronatus obtinet, ex donatione domini Henrici,
» illustris regis Anglorum, nos illam concessionem
» ratam et gratiam habentes, consensum nostrum, et
» quod super hoc factum est per dominum Pandulfum,
» Norwicensem electum, domini pape camerarium,
» apostolice Sedis legatum, prebemus. In cuius rei
» perpetuam memoriam, has litteras sigillo capituli
» nostri munitas, abbatii prefati monasterii, nomine
» ipsius monasterii Sancti Martini, duximus conce-
» dendas. »

» Nulli etc. nostre confirmationis etc. Datum Late-
rani, IIII nonas maii, anno secundo. »

1569

Latran, 21 décembre 1256.

Episcopo Vicensi concedit facultatem faciendi recipi duos
clericos in Vicensi ecclesia in canonicos et in fratres, in qua
praebendarum collatio ad ipsum et capitulum pertinere dic-
tur, non obstante certo ipsius ecclesiae canonicorum numero.
(REG. 24, fol. 211, ann. II, c. 488.)

« Episcopo Vicensi. Volentes tibi tue —. Dat. Laterani,
XII kalendas januarii, anno secundo. »

1570

Anagni, 29 octobre 1256.

Confirmat statuta confratricae clericorum curialium Curiae
Parisiensis, qui, certis festivitatibus, praecepit virginis Ma-
rie, divina officia celebrant, et venditionem eidem confratricae
domus Johannis Picart, in parochia S. Eustachii sitae, litteras
Reginaldi, Parisiensis episcopi, inserendo. (REG. 24, f. 211,
ann. II, c. 489.)

« Clericis curialibus curie Parisiensis. Hiis que pro-
cultu divini nominis provide statuuntur, libenter adi-
cimus apostolici munimini firmatatem, ut intemerata
consistant, cum nostro fuerint presidio communita.
Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram
nobis, vos, de assensu venerabilis fratris nostri ... ,

episcopi Parisiensis, deliberatione pia et provida,
duxeritis statuendum ut, quolibet die sabbati et glo-
riose Virginis ac etiam Pentecosten festivitatibus, misse
ipsius Virginis et Sancti Spiritus, nec non et in sanctarum
Marie Magdalene et Katarine ac beati Nicolai
nataliciis, per vos, annis singulis, divina officia cele-
brentur, certis pro gerendis hujusmodi festivitatibus
devotius et sollempniter a vobis et eodem episcopo redi-
titibus deputatis, prout in litteris inde confectis ple-
nius continetur. Nos, vestris supplicationibus inclinati,
quod super hoc a vobis et eodem episcopo pie ac pro-
vide factum est, ratum habentes et gratum, illud au-
toritate apostolica confirmamus, et presentis scripti
patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum
de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui
talis est.

23 juin 1256.

« Raginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie
minister indignus, universis presentes litteras ins-
pecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod
in nostra presentia constituti, Johannes Picart, civis
Parisiensis, et Agnes, ejus uxor, asseruerunt, quod
ipsi habebant, tenebant et possidebant de conquestu
ipsorum quandam domum sitam Parisius in parochia
Sancti Eustachii in puncta Trimondi [Trudanici] in
vico defuncti Nicolai Arrode, contiguam, ex parte una,
domui dictorum Johannis et ejus uxoris, que fuit de-
functi Guillelmi Picart, avunculi ejusdem Johannis,
et, ex alia parte, domui defuncti Symonis de Noion,
in qua domo nunc manent, ut dicunt, dicti Johannes
et ejus uxor, in censiva et justitia nostra liberam et
quietem, preterquam de octo solidis Parisiensium
augmentati census debitum annuatim Aveline uxor
Ade Saudire. Qui Adam et Avelina capitelem cen-
sum dicte domus solvere tenentur de eisdem, ut di-
cebant dicti Johannes et ejus uxor. Asserunt insu-
per dicti Johannes et ejus uxor dictum domum in
nullo alio esse oneratau sive obligatam, super qua
domo, prout se comportat in longitudine et latitudine,
ante et retro, cum omnibus pertinentiis ipsius domus,
ipsi Johannes et Agnes, ejus uxor, coram nobis vo-
luntate spontanea et ex certa scientia vendiderunt et
venditionis nomine perpetuo concederunt societati
sive confratricie curialium sive clericorum curie nos-
tre institute, pro missa in honore glorioissime Vir-
ginis Marie perpetuo celebranda, quatuor libras Pa-
risienses anni redditus augmentati census haben-
das et percipiendas annis singulis in futurum post
dictos octo solidos a dicta societate sive confratrica
sive procuratoribus ejusdem quatuor terminis, vide-

» licet in festo beati Remigii viginti solidos, in Natali
 » Domini viginti solidos, in Pascha viginti solidos, et
 » in festo nativitatis beati Johannis Baptiste viginti so-
 » lidos, super domo predicta et ejus pertinentiis : tali
 » pacto in contractu hujusmodi adjecto. quod, si dieta
 » domus, in qua ipsi nunc manent. quoevere casu
 » contingente, ad solutionem et prestationem dictarum
 » quatuor librarum Parisiensium non sufficeret, dieta
 » societas sive procuratores ipsius, recursum habebunt
 » ad dictam magnam domum ipsorum, que fuit defuneti
 » Guillelmi Picart, pro defectu dicti census habendo et
 » percipiendo ibidem, quotienscumque defectus fuerit,
 » pro sexaginta et tredecim libris Parisiensibus coram
 » nobis solutis et traditis eisdem, et promiserunt dicti
 » Johannes et ejus uxor pro se et heredibus suis, spon-
 » tanea voluntate. ex certa scientia, fide prestita cor-
 » poraliter in manu nostra, stipulatione legitima in-
 » terjecta, quod contra venditionem hujusmodi, ratione
 » conquestus, ratione dotis, donationis propter nuptias
 » seu alio quoquo modo per se vel per alium non ve-
 » nient in futurum, et quod dictas quatuor libras an-
 » nui redditus augmentati census habendas et percipi-
 » piendas, ut predictum est, eidem societati sive
 » confratrie seu procuratoribus ejusdem garentiza-
 » bunt, liberabunt ac solvent ad usus et consuetudines
 » Parisienses contra omnes, nec non et quod solvent
 » eidem societati sive procuratoribus ejusdem decem
 » libras Parisiensium, nomine pene, una cum pretio,
 » dampnis ac interesse ipsius societatis sive pro-
 » curatorum ejusdem per simplex juramentum ipso-
 » rum proenratorum absque probatione et discus-
 » sione alia declarandis, si venditionem hujusmodi in
 » toto vel in parte detrahi contigerit vel evinci quoli-
 » bet genere retractationis vel evictionis, remittentes ex
 » nunc eidem societati sive confratrie et procuratori-
 » bus ejusdem omnem necessitatem denuntiandi super
 » retractatione vel evictione hujusmodi. Insuper pro
 » premissis omnibus et singulis tenendis, adimplendis
 » et plenius observandis, dicti Johannes et ejus uxor,
 » pro se et heredibus suis, se et heredes suos nec non
 » et domuin quandam quam habent, ut dicunt, ad por-
 » tam de Montemartirum in dicta parrochia inter do-
 » mum Milonis Faye et domum Reginaldi Pelliparii,
 » et domum quandam, quam habent ad Crueem ante
 » domum Johannis Bigne, juxta domum Radulphi Ri-
 » bent, et juxta domum Ricardi de Cruce, que omnia
 » sita sunt in terra et censiva nostra, coram nobis ei-
 » dem societati sub fide prestita obligarunt, ac obliga-
 » tos ac obligata reliquerunt dictae societati et procu-
 » ratoribus ejusdem ad usus et consuetudines Parि-

» sienses. Nos vero, devotionem ipsius societatis, quam
 » gloriose Virgini Marie impendunt, attendentes et eo-
 » rum laudabili faventes proposito, predicta omnia et
 » singula laudamus, approbamus et rata habemus, vo-
 » lentes et concedentes quod dicta societas sive con-
 » fratria, ad honorem et cultum Virginis Marie de vo-
 » luntate nostra instituta et ordinata, predictas quatuor
 » libras Parisienses annui redditus jure augmentati
 » census super dicta domo et ejus pertinentiis perpetuo
 » teneat et percipiat libere, pacifice et quiete in manu
 » mortua, sine coactione vendendi aut extra manum
 » suam ponendi in futurum. In cuius rei memoriam et
 » testimonium rei geste, et ut premissa omnia et sin-
 » gula perpetue robur obtineant firmitatis, presentibus
 » litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Da-
 » tum et actum anno Domini M°CC°LVI, mense junii,
 » die Veneris in vigilia nativitatis beati Johannis Bap-
 » tiste.

Août 1256.

» Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclae-
 » sie minister indignus, omnibus presentes litteras
 » inspecturis, eternam in Domino salutem. Notum faci-
 » mus quod nos denarios curie nostre, qui in presta-
 » tione juramentorum a quibuscumque offeruntur et
 » processu temporis offerentur, concedimus perpetuo
 » societati sive confratrie, clericorum sive curialium
 » curie nostre in honorem gloriose Virginis Marie ins-
 » titute in usus confratrie, ad divinum servitium con-
 » vertendos. In cuius rei testimonium et munimen,
 » nostrum sigillum duximus litteris presentibus appo-
 » nendum. Actum et datum anno Domini M.CC.LVI,
 » mense augusti. Bercaudus de Castris. »

« Nulli etc. nostre confirmationis etc. Dat. Anagnie,
 III kalendas novembbris, anno secundo. »

1571

Anagni, 8 novembre 1256.

Cum Petro, archidiacono Lugdunensi, capellano suo, dis-
 pensat, ut, cum praepositura ecclesiae Augustensis et ccctesia
 de Castris, Lincotniensis diocesis, quas curam animarum ha-
 bentes ex dispensatione apostolica obtinet, archidiaconatum
 Lugdunensem retinere valeat. (REG. 24, f. 212, ann. II,
 c. 490.)

« Petro, archidiacono Lugdunensi, subdiacono et capel-
 lano nostro. Constitutioni canonice qua —. Dat. Anagnie,
 VI idus novembbris, anno secundo. »

1572

Latran, 19 décembre 1256.

Mathaeo Pauli, civi Romano, tam judicatus quam tabellionatus officia dicit concedenda. (REG. 34, f. 242, ann. II, c. 491) (1).

« *Dilecto filio, Matheo Pauli, civi Romano. Quoniam si*

(1) Cette bulle, la dernière du Registre, a été ajoutée postérieurement. Elle est d'une autre main que les bulles précédentes, mais du treizième siècle toutefois. L'adresse est indiquée simplement dans la marge, tandis que les bulles précédentes portent à

jus —. Cum igitur de tua nobis ad utrumque officium ydoneitate constaret, tam judicatus quam tabellionatus officia tibi duximus concedenda, ut fideliter et prudenter ea exerceas et ad te, cum necesse fuerit in hiis que ad ipsa pertinent, recurratur, nulli ergo minimo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu teinerario contraire. Si quis autem etc. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno secundo. »

la fois, en marge, la minute de l'adresse, et, dans le texte, la rubrique de cette même adresse.

FIN DE LA DEUXIÈME ANNÉE.

ERRATA DU PREMIER VOLUME

N^os

- 92.** Analyse; au lieu de : factae sint, lire : publice proponantur.
105. Analyse; au lieu de : ad providendum nullum, lire : ad provisionem alicuius in pensionibus.
123. Analyse; au lieu de : abbatissae Feramonasterii, lire : abbatissae Faremonasterii.
126. Analyse; au lieu de : Balduino de Commes, lire : Balduino de Comines.
136. Analyse; au lieu de : super articulis quae, lire : super articulis quos.
186. Analyse; au lieu de : XX^m librarum turonensem gravatae, lire : usque ad summam XX milium librarum turonensem et amplius gravatae.
198. Analyse; au lieu de : indulget, lire : mandat.
279. Analyse; au lieu de : Belvacensis ordinis, lire : Belvacensis diocesis.
298. Analyse; au lieu de : mittat... in ea, lire : mittat in eam. — Texte, avant dernière ligne : vices tuas, suppliez : [committas].

N^os

- 310.** Texte; 32^e ligne : diocesani loci, corrigez : diocesano.
311. Texte; 28^e ligne : libertate, que, corrigez : libertate, qua. — 37^e ligne : dilecti fili, corrigez : dilecti filii.
848. Texte; 14^e ligne : dispensatio communitatis in reale subsidium personale, corrigez : dispensatio commutans...
853. Analyse; au lieu de : 7 octobre, lire : 9 octobre.
1149. Analyse; au lieu de : 16 février, lire : 15.
1150. — 18 — lire : 17.
1151. — 16 — lire : 15.
1152. — 18 — lire : 17.
1153. — 19 — lire : 18.
1154. — 18 — lire : 17.
1157. — 21 — lire : 20.
1161. Analyse; au lieu de : 19 février, lire : 18 février. — Texte; 3^e ligne avant la fin : sedem, corrigez : sedis.

**PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET**

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

BX
870
1254
v.1
c.1
ROBA

